2 Actio Dei est vna secundum rem, & multæ secũdum rationem. 1ª. q.30.2.3ᵐ.
3 Deus agit in omni operante. 1ª.q.105.5.o.& 12ᴱ.q.55.4.6ᵐ.
4 Actio Dei quæ operatur in omni operatione creaturæ, non est creatio. 1ª.q.45.8.o
5 Actio Dei non subtrahit actiones agentium inferiorum. 1ª.q. 105. 5.o.
6 Omnis actio creaturæ est à Deo. 1ª.q.105.5.c.& 12ᴱ.q.6.1.3ᵐ. & q.79. 2.o.& q.109.1.c.
7 Omnis actio formæ substantialis vel accidentalis, dependet à Deo. 3ª.q.77.3.2ᵐ.
8 Actio intellectus & cuiuslibet creaturæ, dupliciter depẽdet à Deo, scilicet formaliter & effectiue. 1ª.q.105.5.c.& 12ᴱ.q.109.1.c.
9 ACTIO propriè est operatio voluntatis imperata, manẽs in operante. Sed facere est operatio transiens. 12ᴱ.q.57.4.c.& 5.1ᵐ.
10 Actio recta differt ab actione reflexa. 1ª.q.28.4.2.ᵐ& q.87.3.2ᵐ.
11 Duplex est actionis genus, vna, scilicet actio quæ transit in aliquid exterius, inferens ei passionem, sicut vrere & secare. Alia verò quæ non transit in rem exteriorem, sed magis manet in ipso agente. Et hæc est duplex, scilicet quædam corporalis, sicut sentire: & alia spiritualis, intelligere & velle. 1ª.q.18.3. 1ᵐ. & q.41.1.c.
12 Actio duplex, scilicet immanens & trãsiens. 1ª.q.14.2.c.& q.18.3.1ᵐ. & q.23.2.1ᵐ.& q.27.1.3.5.c.& q.28.4.c.& q.41.2.c. & q.54.1.3ᵐ. & 2. c.& q.56.1.c.& q.85.3.c.& 12ᴱ.q.3.2.3ᵐ.& q.31.5.c.& q.74.1.c.
13 Obiectum actionis transeuntis siue materia, est seperata ab agente: obiectum autem immanentis vnitur ei. 1ª.q.56.1.c.
14 Actio transiens infert ex se passionem, non autem immanens. 1ª. q.23.2.1ᵐ & 22ᴱ.q.59.3.3ᵐ.
15 Actio immanens est actus & perfectio agentis, nõ autem transiẽs sed tantum patientis. 12ᴱ.q.3.2.3ᵐ.& q.31.5.c.
16 Actio duplex, scilicet, vna cum trãsmutatione materiæ, sicut actio physica: alia sine transmutatione materiæ, quæ scilicet materiã nõ præsupponit, sicut patet in creatione. Sed actio corporis est, qua agit secundum quod est actu, in aliud corpus secundum quod est in potentia. 1ª.q.91.2.c.& q.115.1.c.
17 Omnis actio creaturæ differt realiter ab ea. 1ª.q.54.1.2.c.
18 Actio instrumẽti duplex. S. secũdum propriam formam, & vt mouetur à principali agente. Prima est alia ab actione principalis agẽtis: secunda verò est eadẽ. 3ª.q.19.1.c.& 2ᵐ.& 2.c.& q.62.1.2ᵐ.
19 Actio humana speciem sortitur à fine proximo: quia ad bonitatem, vel malitiam rei non solùm exigitur bonitas, vel malitia finis vltimi, quem respicit voluntas intendens, sed etiam bonitas vel malitia finis proximi, quem respicit voluntas eligens. Et ideo non sequitur, quod bonitas voluntatis intendentis ad bonitatem actus sufficiant 12ᴱ.quæst.1.3.c.& 3ᵐ. & 22ᴱ.quæst. 11.1.2ᵐ.
20 Actio dicitur voluntaria dupliciter, scilicet imperatiuè & elicitiuè, 12ᴱ.q.1.1.2ᵐ.q.5.princip.
21 Actio voluntaria fundatur super actionem naturæ 12ᴱ. quæst. 10. 1.1ᵐ.
22 Eadem actio secundum speciem naturę, potest differre secundum speciem moris, & econuerso. 12ᴱ. quæst. 1.3.3ᵐ. & 3ª. quæst. 47. 2.3ᵐ.
23 Actionum quæ ab homine agunrur, illæ solæ dicuntur humanæ propriæ quæ sunt à voluntate deliberata. Si quæ autem aliæ actiones homini cõueniant, possent dici quidẽ hominis actiones, sed nõ propriæ humanæ, cum non sint hominis, inquãtum est homo: sicut cum aliquis mouet per manum aliis intentus, vel fricat barbam. 12ᴱ.q.1.1.a.3.& c.& 3ᵐ.
24 Actio naturæ terminatur ad vnum, nõ autem voluntaria. 1ª. q.41. 2.c.& 12ᴱ.q.10.1.1ᵐ.
25 Actio primi principij, propriè dicitur operatio non autem actiones secundorum, sed dicuntur operata. 3ª.q.19.1.c.
26 Actio & passio conueniunt in vna substantia motus, & sunt vnus motus numero, & differunt tantum secundum diuersas habitudines. 1ª.q.28.3.1ᵐ.& q.41.1.2ᵐ.& q.45. 2. 2ᵐ& 3.c. & 22ᴱ.q.90. 3.c.
27 Actio speciem habet à forma agentis. 1ª.q.14.5.3ᵐ. & 12ᴱ.q.1.3.ᴱ. & 3ª.q.19.1.3ᵐ.
28 Principium actionis, primo est finis: secundo agens: tertia forma, non autem materia. 3ª.q.105.5.c.
29 Actio quælibet cõmensuratur virtuti agentis. Nec aliquod agens naturale nititur ad agẽdum id quod excedit suam facultatem, 22ᴱ.q.130.1.c.
30 Omnis forma dependens ab agente secundum fieri tantum, remanet cessante actione eius 1ª.q.10.4.1.c.
31 Impossibile est actionem vnius agentis terminari ad formam tãtum, & alterius ad subiectum formæ, nisi in agentibus subordinatis. 1ª.q.118.2.3ᵐ.
32 Vna & eadem actio, procedit à primo & secundo agente, non autem à duobus agentibus vnius ordinis. 1ª.q.105.5.2ᵐ.
33 Quanto agens est potentius, tanto magis potest actionem suam diffundere ad magis distans. 1ª.q.118.1.c.& 22ᴱ.q.141.7.1ᵐ.
34 Actionum quarum vna est regula est ratio alterius, vna non impedit, sed iuuat aliam. 1ª.q.112.1.3ᵐ.
35 Actio non attribuitur instrumento proptiè, sed principali agenti. 12ᴱ.q.16.1.c.fi.& 22ᴱ.q.172.1.3ᵐ.& 3ª.q.13.3.c.& q.15.9.1ᵐ.
36 Actio attribuitur instrumento sicut immediatæ agenti, sed principali agenti, sicut in cuius virtute agit instrumentum, 3ª. q. 66 5.1ᵐ.
37 Actio instrumenti duplex, scilicet secundum proptiam formam, & vt mouetur à principali agente. Prima est alia ab actione principalis agentis: secunda verò eadem. 3ª.q. 19. 1.c.& 2ᵐ. & 2. c.& q.62.1.2ᵐ.
38 Si sit vnum agens principale & duo instrumenta, dicetur vnum agens simpliciter & duæ actiones: si autem econuerso, dicetur econuerso. 1ª.q.76.2.c.
39 Instrumentum duas habet actiones, scilicet vnam instrumẽtalem secundum quam operatur: nõ in virtute propria, sed in virtute principalis agentis aliam propriam, quæ competit sibi secundum propriam formã, sicut securi cõpetit scindere ratione suæ acuitatis: facere autem lectum inquantum est instrumentum artis. Non autem perficit actionem instrumentalem, nisi exercendo actionem propriam, scindendo enim facit lectum. 3ª. q. 62.1.2ᵐ.
40 Impossibile est quòd eadem numero essentialiter sit actio principalis agentis, & instrumenti. 3ª.q.19.1.c.
41 Malum in actione semper causatur ex defectu agentis, principalis vel instrumentalis. Similiter in effectu proprio, vel in dispositione materiæ. Sed in pariente, ex imperfectione vel defectu agentis vel materiæ. 1ª.q.49.1.c.&3ᵐ. 12ᴱ.q.18.2.c.
42 Omnis actio est per aliquam formam. 1ª.q. 48. 1.4ᵐ. & q.76.1. c.& 3ª.q.19.1.3ᵐ.
43 Forma est principium actionis. 22ᴱq.179.1.1ᵐ.
44 Forma non nominat principium actionis, vt est in agente: sed vt respicit effectum. 1ª.q.14.8.c.
45 Actiones sunt suppositorum. 12ᴱ.q.14.8.c.
46 Forma substantialis non est principium actionis, nisi mediante qualitate. 1ª.q.77.1.c.&.4ᵐ.& 3ª.q.77.3.3ᵐ.
47 Qualitatis actio non producit formam substãtialem, nisi in virtute formæ substantialis. 1ª.q.45.8.2ᵐ.& q.67.3.3ᵐ.& q.115.1.5ᵐ.& 3ª.q.77.3.3ᵐ.
48 Forma perfecta secundum esse reale, potest esse principiũ actionis transeuntis, non autem imperfecta. 12ᴱ.q.5.6.2ᵐ.
49 Forma determinata ad vnam operationem, non requirit dispositionem. 12ᴱ.q.49.4.c.& 1ᵐ.
50 In eodem instãti acquiritur forma, & incipit actio. 12ᴱ. quæst. 113. 50.7.4ᵐ.
51 IN COMMVNI, Actio secundum primam impositionem nominis importat originem motus: quo remoto nihil aliud quàm originem originis importat. 1ª.q.41.1.2ᵐ.& q.45.3.c.
52 Actio propriè est actualis virtutis. 1.q. 54.1.c.
53 Actio quædam est finis, non autem quælibet. 12. q.1.1.1.2ᴱ. & q.19 1.2ᵐ.
54 Quælibet actio eo modo est bona, quo habet esse: sed nõ est bona simpliciter, nisi habeat plenitudinem sui esse 12ᴱ.q.18.1.o.
55 Actio humana est bona vel mala quadrupliciter scilicet ex genere ex obiecto fine, circunstantiis, & huiusmodi. 12ᴱ. q.18.o.& q. 20.1.2.c.& q.73.7.1ᵐ.
56 Eadem actio inquantum multa, potest esse bona & mala, non autem inquantum vna 3ª.q.82.5.3ᵐ.
57 Omnis processio est secundum aliquam actionem, & econuerso. 1ª q.27.1.c.
58 Actio sine motu non infert ex se passionem, nisi grãmaticè: vt in diuinis. 1ª.q.41.1.3ᵐ.
59 Actio cum motu est semper cum inuocatione, fieri, & corruptione: non autem actio sine motu. Ibid.
1 DIFFERENTIA, & Actus duplex scilicet primus & secundus. 1ª q.48.5.c.& 12ᴱ.q.3.2.c.& q.111.2.c.fi.
2 Actus primus est esse: secundus autem operatio. 12ᴱ.q.111.2.c.fi.
3 Actus dupliciter est alicuius potentię, scilicet elicitiuè & imperatiuè. 12ᴱ.q.1.1.2ᵐ & q.6.princ.& 4.c.& q.8. princ.& 3ª q.85.2.1ᵐ.
4 Actus dupliciter dicitur esse moralis. S. essentialiter, id est, elicitus à voluntate, & quo ad vsum, id est, imperatus. 12ᴱ.q.1.1.c.& 2ᵐ.
5 Aliquis actus est vnus numero secundum esse naturale: & duo in genere moris. 12ᴱ.q.20.6.o.
6 Actus dupliciter non est ordinatus in Deum. S. ex parte actus non ordinabilis: vt omne peccatum vel ex parte agẽtis. 12ᴱ.q.21.4.c.
7 Potentia dupliciter est actus corporis scilicet in formando organum, & in essentia animæ. 12ᴱ.q.76.8.4ᵐ.
8 Actum oportet proportionari obiecto & agenti: sed ab obiecto speciem habet, à virtute verò vel à potentia agentis habet modum intentionis. 1ª.q.89.6.c.& 22ᴱ.q.26.7.c.

9 Potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta. 1ª.q.77.3.o.
10 Actus cuiuslibet potentiæ vel habitus sumitur secundum ordinem potentiæ vel habitus ad obiectum, 22ᴱ.q.1.2.5.c.
11 Nihil subelt potentiæ habitui vel actui: nisi mediante ratione formali obiecti, 12ᴱ.q.1.1.c.& 22ᴱ.q.1.3.c.
12 Sicut se habet actus ad actum, sic & potentia ad potentiam respectu obiecti adæquati, non autem respectu obiecti particularis, 22ᴱ.q.2.2.5.c.
13 Obiectum comparatur ad actum potentiæ passiuæ, vt principium & causa mouens, ad actum verò potentiæ actiuæ, vt terminus & finis eius. 1ª.q.77.3.c. & 12ᴱ.q.1.1.3.c.
14 Actus in rationem obiecti, & actus in obiectum sub tali ratione, sunt eiusdẽ speciei, vt visio luminis, & visio coloris, 22ᴱ.q.25.1.c.
15 Omnis virtus & potentia eodem actu fertur in obiectum, & in rationem formalem obiecti, 22ᴱ.q.25.1.c.
16 Nihil potest esse obiectum habitus vel actus, nisi obiectum potentiæ subiectæ vtrique, 22ᴱ.q.162.3.c.
17 Prima bonitas vel malitia actus moralis est ex obiecto conuenienti sicut in naturalibus ex forma. Et dicitur bonum vel malum ex genere, id est, secundum speciem, 12ᴱ.q.18.2.c.
18 Species bonitatis vel malitiæ actuum ex obiecto per se ordinato ad finem, continetur sub specie ex fine. Si autem per accidens sunt species disparatæ, 12ᴱ.q.18.7.o.& 22ᴱ.q.11.1.2ᵐ.
19 Actus moralis habet speciem ex obiecto, & fine, 1ª.q.48.1.2ᵐ. & 12ᴱ.q.1.3.o.& q.7.3.3ᵐ.& 4.o.& q.18.2.3.o.& q.5.6.8.c.& q.9.1.c. & q.58.1.c.& q.60.1.3ᵐ.& q.72.1.o.& 3.o.& 22ᴱ.q.4.3.c. & q.19.3.4.c. & q.23.4.c.& q.25.1.c.& q.47.5.c.& q.647.c.& q.92.2.c. & q.110.1. c. & q.154.1.c. & q.181.2.1ᵐ.
20 Actus moralis est bonus vel malus, prineipaliter ex obiecto & fine: secundariò autem ex circunstantiis, 12ᴱ.q.18.2.3.4.o.& q. 21.1.o.& q.42.6.c.& q.72.1.1ᵐ.
21 Obiectum cõparatur ad actum interiorem vt finis, ad exteriorem verò, vt materia circa quã, 12ᴱ.q.18.6.c. & q.54.2.3ᵐ.& q.72.3.2ᵐ.
22 Actus non denominatur à potentia, nisi sit ab ea sine respectu ad aliam, 12ᴱ.q.8.2.c.
23 Non omnis diuersitas actuum, sed tantum formalis facit diuersitatem potentiarum, 1ª.q.77.3.c.& q.79.7.9.c. & 10.3ᵐ. & 12ᴱ.q. 54.1.1ᵐ.
24 Actus diuersarum potentiarum differunt genere, 12ᴱ.q.23.c. & q. 54.1.1ᵐ.
25 Idem actus potest pertinere ad diuersas potentias, 12ᴱ.q.56.2.1ᵐ.
26 Idem actus potest pertinere ad diuersas potentias secundum diuersas rationes & diuerso ordine: non autem æqualiter & eodem ordine, 12ᴱ.q.56.2.1ᵐ.
27 Vnius potentiæ non possunt esse simul plures actus, 1ª.q.58.7.2ᵐ. & q.62.7.3ᵐ.& 12ᴱ.q.54.1.3ᵐ.& 22ᴱ.q.18.1.3ᵐ.
28 Vnius potentiæ non possunt esse simul plures actus, nisi sint subordinati, 1ª.q.58. 7.2ᵐ. & q.62.7.3ᵐ.& 12ᴱ.q.54.1.3ᵐ.& 22ᴱ.q.18. 1.3ᵐ.
29 Proximum principium actus est vis appetitiua, 22ᴱ.q.59.4.c.
30 Actus respectu vnius potentiæ differunt specie, qui respectu alterius potentiæ sunt eiusdem speciei, 12ᴱ.q.18.5.c.
31 Quælibet potentia immaterialis & nulla materialis reflectitur super actum suum, 1ª.q.87.3.3ᵐ.& 22ᴱ.q.25.2.c.
32 Actus est prior potentia, 1ª.q.82.3.2ᵐ.
* Imo actus est posterior potentia, 1ª.q.77.2.1ᵐ.
33 Actus in diuersis est prior potentia, sed in eodem est posterior secundum tempus, 1ª.q.3.1.c.& 8.c.fi.& q.77.3.1ᵐ.& q.82.3.2ᵐ. & q.85.3.1ᵐ. & q.94.3.c. & 12ᴱ.q.50.2.3ᵐ.
34 Actus semper superat potentiam in bono & malo, 12ᴱ.q.71.1.c.
35 In potentiis ordinatis actus potentiæ superioris est, sicut forma actus potentiæ inferioris, 12ᴱ.q.13.1.c.& q.7.4.c.fi.
36 Actus potentiæ inferioris se habet vt materiale respectu actus potentiæ superioris, & ille vt formale respectu eius, 12ᴱ.q.7.14.c.
37 Potentia actiua non distinguitur contra actum, sed in eo fundatur, 1ª.q.25.c.1ᵐ.
38 Nullus actus producitur perfectè ab aliqua potentia actiua, nisi sit ei consimilis per aliquam formam, quæ sit principium eius, 12ᴱ.q.23.2.c.
39 Habitus est actus primus, non autem secundus, 12ᴱ.q.49.3.1ᵐ.
40 Habitus dupliciter potest habere ordinem ad actum, scilicet secundum rationem habitus, & secundum rationem subiecti, id est, potentiæ, 12ᴱ.q.49.3.o.
41 Species habitus distinguuntur secundum species actuum, 3ª.q. 83. 2.c.
42 Idem actus potest à diuersis habitibus informari: & sic ad diuersas species reduci, 22ᴱ.q.4.3.1ᵐ.
43 Idem habitus potest habere diuersos actus eiusdem rationis ordinatos: quorum vnus sequitur ex alio: & fit mediante priori. Sed habitus non diffinitur & denominatur nisi à primo, 22ᴱ.q. 28.4.c. & q.29.4.c. & q.51.2.3.c. & q.161.2.3ᵐ.
44 Actus vnius virtutis vel vitij ordinatus ad finem alterius efficitur species eius, 22ᴱ.q.154.10.c.1ᵐ.& 181.1.3ᵐ.& 2.c.
45 Quilibet actus proportionaliter habitui intensus auget eum vel ad hoc disponit: non autem remissus, 12ᴱ.q.52.3.o.
46 Diuersi actus quorum vnus est ratio alterius, non diuersificant habitum, 22ᴱ.q.28.c.4. & 3ª.q.8.5.2ᵐ.
47 Habitus acquisitus semper reddit actum similem actui, à quo generatus est secundum speciem non autem secundũ modum, 1ª.q.89.6.3ᵐ.& 12ᴱ.q.78.3.2ᵐ.
48 Idem actus specie naturę potest esse in diuersis generibus moris, scilicet virtutis & vitij, 12ᴱ.q.13.3ᵐ.& q.18.5.c.& 3ᵐ.& 6.3ᵐ.& 7.c. 1ᵐ.& 10.3ᵐ.& q.20.6.o.& q.72.6.c & 22ᴱ.q.99.2.2ᵐ.& 3.2ᵐ.
49 Habitus respectu aliquorum actuum sunt necessarij, 12ᴱ.q.49.4. o.& q.50.o.
50 Actus est causa finalis habitus qui est causa efficiens sui actus, 12ᴱ.q.51.4.3ᵐ.& q.71. 3.3ᵐ.
51 Habitus ex quibusdam actibus generatur in agente habente in se etiam principium passiuum, non autem in aliis, 12ᴱ.q.51.2.o. & q.63. 2.o.
52 Ex multis actibus rationis oportet causari habitum opinatiuum etiam ex parte intellectus possibilis, 12ᴱ.q.51.3.c.
53 Quantum ad inferiores vires apprehensiuas necessarium est eosdem actus plures reiterari, vt aliquid firmiter memoriæ imprimatur, 12ᴱ.q.51.3.c.
54 Habitus corporales quandoque generantur ex vno actu forti. Et etiam in intellectu possibili scientia: non autem opinio, nec in intellectu passiuo nec in appetitu, sed tantum ex multis, 12ᴱ.q. 51.3.o.& q.71.4.c.
55 Habitus vt habitus non potest corrumpi per vnum actum solum, nisi remouendo causam habitus, 12ᴱ.q.71.4.c.
56 Actus simpliciter excedit habitum in bono & in malo, 12ᴱ.q.71. 3.o.
57 Actus dicitur moralis & humanus à voluntate, 1ª.q.48.1.2ᵐ. & 12ᴱ.q.1.1.o.& 3.c.& q.6.princip.& q.7.4.c.& q.10 1.c.& q.18.5.c.& q.71.6.c.& q.74.1.c.& 22ᴱ.q.23.8.c.& q.106.5.1ᵐ.& q.110.1.c. & 3ª. q.19. 2.o.
58 Actus dicuntur humani vel morales, secundum quod sunt à ratione deliberata vel secundum quod obediunt rationi, 12ᴱ.q.1. 1.c.& q.18.5.9.c.& q.19.1.3ᵐ. & q.58.2.c.& q.63.2.c. & q.100.1.c.& q.104.1.c.3ᵐ.& 22ᴱ.q.152.1.c.& 3ª.q.19.1.c.
59 Actus moralis non specificatur ex fine vltimo, sed ex fine proximo, 12ᴱ.q.1.3.3ᵐ.& q.60.1.3ᵐ.& 22ᴱ.q.11.1.2ᵐ. & q.19.3.c. & q.66. 4.2ᵐ.
60 In actibus moralibus voluntas est primum mouens, 12ᴱ.q.1.1.c. & 22ᴱ.q.110.1.c.
61 Omnis actus moralis est immanens, & in voluntate subiectiuè & effectiuè, 12ᴱ.q.74.1.o.
62 Corpus per accidens se habet ad actum moralem, qui non consideratur per se, nisi secundum ea quæ sunt animæ: ad quam passiones animæ se habent materialiter, ratio verò formaliter & completiuè, 22ᴱ.q.15.2.1.c.
63 Idem actus numero moralis siue humanus est actio & passio, 12ᴱ. q.1.3.c.
64 Actus moralis in quantum est bonus vel malus, habet rationem rectitudinis vel peccati, 12ᴱ.q.21.1.o.
65 Aliqui actus sunt indifferentes secundum speciem, non autem omnes, 2 .q.18.8.9.o.
66 Aliquis actus est ita secundum se malus, quòd non potest bene fieri, 22ᴱ.q.110.3.
67 Actus moralis inquantum est bonus vel malus, habet rationem laudabilis vel vituperabilis, 12ᴱ.q.21.2.o.
68 Et rationem meriti vel demeriti, 12ᴱ.q.21.3.o.
69 Actus est bonus dupliciter, scilicet vel vt in genere moris, vel vt meritorius, 12ᴱ.q.109.2.c. & 5.o.
70 Bonitas actus duplex, scilicet ex obiecto, & ex fine: Prima est materialis respectu secundæ. Ideo secundam voluntas attendit, & penes eam meritum potius consistit, 12ᴱ.q.18.6.c.
71 Bonitas actus humani quadruplex scilicet secundum genus, speciem circunstantias, & finem, 12ᴱ.q.18.4.c.& q.73.7.1ᵐ.
72 Ad perfectionem actus causati ex duplici principio requiritur perfectio vtriusque principij, 12ᴱ.q.56.4.c. & q.58.3.2ᵐ. & 65.3. 1ᵐ.& 22ᴱ.q.42.5.c.
73 Bonum & malum sunt differentiæ essentiales actuum humanorum, 1ª.q.48.1.2ᵐ.& 12ᴱ.q.18.5.6.o.& q.54.3.c.2ᵐ.
74 Bonum & malum sunt differẽtiæ essentiales actuum elicitorum à voluntate, sed per accidens actuum aliarum potentiarum, vt sunt imperati à voluntate, 12ᴱ.q.18.6.o.& q.19.1.o.
75 Omnis actus deliberatus est bonus vel malus moraliter, 12ᴱ.q. 18. 9.o.
76 Bonum & malum in actibus humanis dicitur per comparationem ad rationem, 12ᴱ.q.18.5.c.1ᵐ. & 8.c.2ᵐ.& 10.c.q.19. 1.3ᵐ.& q.21.1.c.& q.24.2.3.o.& q.34.1.c.& q.65.1.c.
77 Bonitas vel malitia moralis principaliter in voluntate consistit, 12ᴱ.q.34.4.c.
78 Idem numero actus in genere naturæ, potest esse bonus & malus

Universidad de Deusto Biblioteca

moraliter, non autem vnus numero in genere moris, 12ᴱ.q.20. 6.o.& q.88.4.c.& 22ᴱ.q.55.4.1ᵐ.

79 Actus & motus exteriores sunt signa dispositionis interioris, 22ᴱ. q.168.1.1ᵐ. & 3ᵐ.

80 Actus exteriores sunt ad finem interiorum qui se habent vt finis, scilicet credere, diligere, sperare. Ideo secundi quæri debent in infinitum: primi autem cum mensura diseretionis, 3ª. q.84.8.o.

81 Actus exteriores diuersimode ad diuersas virtutes pertinent, 22ᴱ. q.32.1.c.& q.168.1.o.

82 Exteriores actus ad illam virtutem referuntur: ad quam pertinet illud quod est motiuum ad agendum, 22ᴱ.q.32.1.c.

83 In actu exteriori inuenitur peccatum, sicut in interiori, 12ᴱ.q. 81.1.3.4.c.

84 Actus voluntatis eliciti per se sunt in genere moris, non autem actus aliarum potentiarum, sed tantum per accidens vt imperati à voluntate, 12ᴱ.q.18.6.c.

85 In actibus exterioribus membrorum non est principaliter peccatum, sed instrumentaliter tantum, 12ᴱ.q.74.2.3ᵐ.& q.83.1.c.

86 Actus sunt suppositorum, 1ª.q.22.3.1ᵐ.& 12ᴱ.q.77.2.1ᵐ.

87 Dei actus notionales sunt qui designant processum diuinæ
88 personæ, essentiales vero processum creaturarum à Deo; 1ª.q. 41.1.1ᵐ. & 3.c.

89 Actus notionales attribuuntur diuinis personis, ad significandum in eis ordinem originis, 1ª.q.41.1.o.

90 In diuinis est potẽtia respectu actuum notionalium, 1ª.q.41.4.o.

91 Actus notionales non sunt de nihilo: sed de substantia patris, 1ª. q.41.3.c.

92 Actus notionales & relationes personales sunt idem re, sed differunt secundum modum significandi, 1ª.q.40.2.c.& q.41.1.2ᵐ.

93 Actus notionales qui significant comparationem generantis vel genitiad essentiam, possunt terminari ad essentiam, vt dare & accipere, non autem qui significant comparationem geniti ad generantem, vel econuerso vt generari, generare, & nasci, 1ª. q.39.5.c.

94 Actus notionales terminantur tantum ad vnam personam, 3ª.q. 41.6.o.

95 Actus notionales præintelliguntur proprietatibus personarum: nisi sumatur proprietas constitutiua personæ: & actus vt actio, 1ª.q.40.4.o.

96 Actus notionales sunt aliquo modo necessarij, voluntarij & naturales, 1ª.q.41.2.o. & q.42.2.c.

97 Ea quæ in diuinis habent ordinem ad actus personales vel essentiales, non prædicantur de notionibus, alia verò sic, 1ª.q.32.2. 2ᵐ. & q.40.1.3ᵐ.

98 Omnis actus qui prædicatur de supposito non secundum modum quo differt ab essentia: prædicatur etiam de essentia in diuinis, 1ª.q.29.5.c.

Ad denotat accessum cum distantia, 1ª.q.35.2.3ᵐ.& q.45.7.c. & q. 93.1.c.3ᵐ.

Adam cognitio, & Adam non videbat Deum per essentiam, secundum communem statum, 1ª.q.94.1.o. & q.95.3.c. & 22ᴱ.q.5.1.2.c.

2 Non est inconueniens, Adam vidisse diuinam essentiam supernaturaliter, 1ª.q.94.1.2.c.

3 Adam videbat Deum per gratiam: sicut angelus per naturam, 1ª. q.94.1.c.

4 Adam habuit duplicem cognitionem de Deo, scilicet naturalem, & supernaturalem, 1ª.q.94.3.o

5 Adam habuit omnem cognitionem possibilem naturaliter homini, 1ª.q.94.5.c.& q.101.1.1ᵐ.

6 Adam præsciuit incarnationem Dei, non autem suum peccatum, 22ᴱ.q.2.7.c.& 3ª.q.1.3.5ᵐ.

7 Adam ante peccatum, & angeli ante confirmationem aliqua de mysteriis Dei cognouerunt manifestè, quæ nunc nõ possumus cognoscere nisi credendo, 22ᴱ.q.5.1.c.fi.& 1ᵐ.

8 Adam habebat excellentiorem cognitionem de angelis quam nos, quia erat magis certa & fixa circa inferiora intelligibilia, 1ª.q.94.2.c.

9 Adam non videbat essentiam angelorum, 1ª.q.94.2.o.

10 Cognitio Adæ erat media inter cognitionem nostram & beatorum, 1ª.q.94.1.c.

11 Scientia Adæ erat eiusdem rationis cum scientia nostra, licet esset per species infusas, 1ª.q.94.3.1ᵐ.

12 Adam indigebat phantasmate in considerando: non autem in acquirendo scientiam, 1ª.q.94.2.c.

13 Adam in primo statu non acquirebat cognitionem ex sensibilibus per medium argumentationis, 1ª.q.94.1.3ᵐ.

14 Adam non poterat decipi, 1ª.q.94.4.o.

15 Nihil poterat impedire contrarie cognitionem Adæ, sed negatiuè tantum, 1ª.q.94.1.2.o.

16 Adam proficiebat in scientia naturali quo ad modum, scilicet per experientiam, non autem quo ad numerum scitorum, sed in supernaturali, vtrobique modo, 1ª.q.94.3.3ᵐ.

17 Adam non cognoscebat naturaliter futura contingentia, 1ª.q. 94.3.c.

18 Adam non cognouit cogitationes cordium, nec quælibet singularia, 1ª.q.94.3.c.

19 Adam fuit creatus in gratia, 1ª.q.95.1.o.& q.100.1.3ᵐ. & 12ᴱ.q.5.1.c.

20 Adam habuit omnes virtutes, 1.q.95.3.o.

21 Adam habuit fidem, 1ª.q.96.3.c.& 22ᴱ.q.5.1.c.

22 Adam in primo statu poterat mereri, non tamen sine gratia, 1ª. q.94.3.3ᵐ. & q.95.4.1ᵐ. & 12.q.109.2.5.o. & q.114. 2.o. & 3ª.q.61. 2.1ᵐ.

23 Adam in primo statu genuisset filios cum originali iustitia, & gratuita, & cum gratia, 1ª.q.100.1.o.& 12ᴱ.q.81.2.c.fi.

24 Adam non fuit perfectè beatus, 1ª.q.94.1.c.1ᵐ.& q.95.3.c.

25 Passio. & Adam erat immortalis & impassibilis secundum corpus passione propriè dicta, 1ª.q.76.5.1ᵐ.& q.97.1.o.

26 Differentia immortalitatis & impassibilitatis Adæ, & resurgentium, 1ª.q.97.1.o.& 3.1ᵐ.& q.102.2.c.

27 Corpus Adæ erat impassibile passione corruptiua: sed passibile passione perfectiua, 1ª.q.95.2.2ᵐ.& q.97.2.o.

28 Immortalitas & impassibilitas Adæ non erat ex principiis naturæ sed ex beneficio Dei, 1ª.q.76.5.1ᵐ.& q.97.1.o.& 2.3ᵐ. & 3.1ᵐ. & q.102.2.c.2ᵐ. & 4.c.

29 Si Adam comedisset de ligno vitæ, non fuisset immortalitatem consecutus, nisi frequenter sumendo, 1ª.q.97.4.c.fi.

30 Adam mortuus fuisset, si non comedisset, 1ª.q.97.3.3ᵐ.

31 Adam indigebat cibo ad restaurationem deperditi, 1ª.q.97.3.o.

32 Adam dormisset, 1ª.q.94.4.4ᵐ.& q.97.2.2ᵐ.

33 Adam somniasset nec habuisset liberum vsum rationis in somno, 1ª.q.94.4.4ᵐ.

34 In anima Adæ fuissent passiones animales, sed non afflictiuæ, 1ª. q.95.2.o. & 3.2ᵐ.

35 Adam non potuit primo peccare venialiter, 12ᴱ.q.89.3.3ᵐ.

36 Imo in homiaibus contingit esse peccatum veniale sine mortali, 12ᴱ.q.72.5.c.

37 Adam per liberum arbitrium sine gratia poterat vitare peccatum, 12ᴱ.q.109.8.c.

38 Peccatum Adæ fuit superbia, 12ᴱ.q.89.3.2ᵐ.& 22ᴱ.q.105.2.3ᵐ. & q. 163.1.o.& 3.4.c.& 3ª.q.1.5.c.

39 In peccato Adæ fuit multiplex deformitas, scilicet superbiæ, inobedientiæ, gulæ: & alia huiusmodi, 12ᴱ.q.82.2.1ᵐ. & 22ᴱ.q. 63.1.o.

40 Adam peccauit principaliter, appetendo similitudinem Dei, quantum ad scientiam boni & mali, sicut serpens ei suggessit, sed non soluit promissum, vt scilicet per virtutem propriæ naturæ determinaret sibi quid esset bonum, & quid malum agendum, vel etiam vt per seipsum præcognosceret quid sibi boni vel mali esset futurum. Et secundario peccauit appetendo similitudinem Dei, quantum ad propriam potestatem operandi, vt scilicet virtute propriæ naturæ operaretur ad beatitudinem consequendam, 22ᴱ.q.163.2.o.

41 Peccatum Adæ fuit grauius nostris secundum circunstantiam personæ: non autem secundum speciem, 12ᴱ.q.89.3.c. princip. 22ᴱ.q.163.3.o.

42 Eua grauius peccauit quàm Adam, 22ᴱ.q.163.4.o.

43 Si Adam non comedisset, peccasset contra præceptum Dei & legis naturalis, 1ª.q.97.3.3ᵐ.

44 Si Adam primo non peccasset, etiam non statim confirmatus fuisset in gratia siue in originali iustitia, 1ª.q.100.2.o.q.5.1.c.

45 Adam fuisset confirmatus, non tamen genuisset filios confirmatos, sed potuissent peccare, & filij eorum habuissent peccatum originale, 1ª.q.100.2.o.

46 Si Eua peccasset & non Adam, filij eorum non habuissent peccatum originale, 12ᴱ.q.81.5.o.

47 Si Eua peccasset & non Adam, filij eorum non habuissent defectus secutos peccatum, scilicet passibilitatem & mortalitatem, 1ª.q.99.1.o.& 12ᴱ.q.81.5.2ᵐ.

48 Infectio. & tantum primum peccatum Adæ traducitur ad posteros, 12ᴱ.q.81.1.2.o.& 3ª.q.19.4.1ᵐ.

49 Peccatum originale in Adam deriuatum est ad nos à peccato actuali eius, 3ª.q.8.5.1ᵐ.

50 Peccati originalis infectio fuit in Adam dupliciter, scilicet per modum actualis peccati, inquantum contraxit esse per propriam voluntarem eius, & per modum peccati quasi naturalis, in quantum tota natura in eo infecta est. In aliis autem tantum secundo modo, 3ª.q.8.5.1ᵐ.

51 In commvni. & Adam fuit principium naturæ humanæ, & principium peccati eius, per traductionem, 1ª.q.92.2.c.& q.94. 3.c.& q.101.5.1ᵐ.& 22ᴱ.q.165.1.3ᵐ.

52 Adam efficacius meruisset quàm nos modo, 1ª.q.95.4.o.

53 Adam obtulit sacrificium Deo, sicut alij iusti. Sed non est scitum, ne origo peccati videatur esse origo gratiæ, 22ᴱ.q. 85. 1. 2ᵐ.

54 Adam

54 Adam non poterat se transferre in aliam formam, 3ª.q.13.3.2ᵐ.

55 Adam habuit angelum custodem, 1ª.q.113.4.2ᵐ.

56 Prodvctio. & anima huius hominis non fuit in Adam sicut in principio effectiuo, sed sicut in principio dispositiuo secundum rationem seminalem, 12ᴱ.q.83.1.3ᵐ.

57 Anima Adæ fuit producta in actu sexta die simul cum angelis. Non autem corpus eius, sed tantum secundum causas rationales secundum Augustinum. Secundum alios autem vtraque simul in actu producta sunt, 1ª.q.90.4.c.& q.91.4.5 .

58 Corpora Adæ & Euæ fuerunt immediatè producta à Deo, 1ª.q.91. 2.o.& q.92.4.o.

59 Formatio corporis Adæ ex terra fuit supernaturalis & miraculosa, 1ª.q.91.2.1ᵐ. & 3ᵐ.

60 Materia totius naturæ humanæ non potuit esse in Adam, 1ª.q. 119.2.o.

Addere aliquid super alterum potest tripliciter, scilicet naturam extraneam, determinans reale, & aliquid rationis, 1ª.q.5.3.1ᵐ.

2 Non addere aliquid dupliciter dicitur, scilicet quia de ratione eius est: nihil sibi posse addi, vt Deus, vel quia non est de ratione eius additio vt ens, 1ª.q.3.4.1ᵐ.

3 Quæ absolutè dicuntur, quolibet addito remanent talia, non autem relatiua, 12ᴱ.q.6.6.2ᵐ.

4 Ens. & aliqua addunt differentiam supra ens, & aliqua rationem, diuersimode, 1ª.q.5.3.1ᵐ.& q.13.11.c.

5 Bonum addit supra ens, respectum rationis ad appetitum, 1ª.q.5. 1.1ᵐ. & 3.1ᵐ.& q.16.3.c.

6 Verum addit supra ens respectum rationis ad intellectum tantum, 1ª.q.16.3.c.

7 Vnum transcendens addit supra ens, in diuisionem tantum, 1ª. q.6.3.1ᵐ.& q.11.1.o. & 2.c.& q.30.3.o.

8 Vnum quod est principiũ numeri, addit supra ens & supra vnum transcedens rationem mensuræ, 1ª.q.11.1.o.& 2.c.& q.3.3.o.

9 Multitudo transcedens, supra ens addit tantum rationem diuisionis, 1ª.q.30.3.o.

1 Adeps in veteri lege prohibetur comedi. Primò quia non generat bonum nuttimentum, sicut nec sanguis. Secundò propter idololatriam. Tertiò quia erat pro sacrificio. Quartò propter sensualitatem, 12ᴱ.q.102.3.8ᵐ.& 6.1ᵐ.

2 Adeps comburebatur Deo: à quo est omnium bonorum sufficientia: & pro charitate Christi in passione, 12ᴱ.q.102.4.8 .& 6.1ᵐ.

1 Adaeqvari & assimilari important motum ad æqualitatem & similitudinem, non autem æquale, & simile. Ideo filius Dei est similis & æqualis patri, & econuerso: & adæquatur & assimilatur ei, sed non econuerso, 1ª.q.42.1.3ᵐ.

1 Adiectiva significant per modum accidentis, substantiua verò per modum substantiæ, 1ª.q.39.1.c.

2 Nomina collectiua substantiua prædicantur de multis suppositis in singulari, non autem adiectiua, sed tantum in plurali, 1ª.q.39.3.c.

3 Adiectiua non secum ferunt suppositum sicut substantiua, sed significatum suum ponunt circa subiectum, 1ª.q.39.5.5 .

4 Adiectiua numerantur secundum suppositа, substantiua verò secundum formam sui significati, 1ª.q.36.4.7ᵐ.& q.39.3.c.

5 Adiectiua non supponunt, 1ª.q.39.5.5ᵐ.

6 Adiectiua copulant, 1 .q.39.5.5ᵐ.

7 Adiectiua essentialia prædicantur de personis diuinis pluraliter, substantiua verò tantum singulariter, 1ª.q.39.7.o.

8 Substantiua notionalia prædicantur de essentia, non autem adiectiua, nisi mediante substantiuo notionali, 1ª.q.39.5.5ᵐ.& 6.c.

1 Dolor, tristitia, & delectatio intense impediunt actum addiscendi: sed moderatè adiuuant, 12ᴱ.q.37.1.o.

2 Apertio aditus regni cælorum est remotio impedimenti gloriæ, 3ª.q.39.5.o.& q.49.5.o.& q.69.7.o.

Adivrare est ordinare aliquid ad aliquid per diuina, 22ᴱ.q.90.1.c.

2 Modus adiurationis duplex, scilicet coactiuus, & deprecatiuus, 22ᴱ.q.90.1.2.c.

3 Adiurare subditos licet vtroque modo, sed pares vel superiores tantum secundo modo, 22ᴱ.q.83.17.1ᵐ.& q.99.1.o.

4 Non licet adiurare dæmones deprecando, sed compellendo ne noceant, non vt profint, 22ᴱ.q.90.2.o.

5 Adiurare licet creaturas irrationales, ne per eas nobis dæmon noceat, 22ᴱ.q.90.3.o.

6 Summus Pontifex Iudæorum adorando Christum coactiuè, peccauit, 22ᴱ.q.90.1.1ᵐ.

7 Simon & Iudas leguntur adiurasse dracones, & eis præcepisse, vt in desertum locum discederent, 22ᴱ.q.90.3.c.

Adivvari dicitur aliquis dupliciter, scilicet per ministerium: & per virtutem. Primum conuenit Deo, non autem secundum, 1ª.q.23.8.2ᵐ.

1 Admiratio est species timoris, & principium Philosophiæ, 12ᴱ. q.41.4o.& 22.q.18.3.3ᵐ.

2 Admiratio est causa delectationis ratione spei, & actus connaturalis scilicet collationis, 12ᴱ.q.32.8.o.

3 Admiratio consequitur apprehensionem alicuius excedentis nostram facultatem, 1ª.q.105.7.c.& 12ᴱ.q.41.4.c.& 22ᴱ.q.180.3.3ᵐ. & 3ª.q.15.8.c.

4 Admiratio fuit in Christo, 3ª.q.15.8.o.

1 Admonitio pertinet ad correctionem fraternam, 22ᴱ.q.33. 7.o.

2 Admonitio præuia secreta est de præcepto ante publicam denunciationem in iudicio, 22ᴱ.q.33.7.o.

3 Admonitio coram testibus debet præcedere accusationem, 22ᴱ. q.33.8.o.

4 Admonitio præuia fratris de re quæ dicitur prælato, extra iudicium existenti: tanquam personæ quæ potest prodesse & non obesse, non est de præcepto, 22ᴱ.q.33.8.c.4ᵐ.

1 Adoptio. & in communi est extraneæ personæ in filium vel nepotem & deinceps, legitima assumptio, 3ª.q.3.5.2ᵐ.

2 Adoptare est admittere ex gratia ad participadum hæreditatem, 3ª.q.23.1.c.

3 Devs. & adoptare homines conuenit Deo, 3ª.q.23.1.o.

4 Adoptare conuenit toti trinitati, licet possit appropriari patri, 3ª.q.4.3ᵐ.& 5.9ᵐ.& q.23.2.o.

5 Adoptare appropriatur patri, vt auctori, filio vt exemplari, & spiritui sancto, vt imprimenti, 3ª.q.3.3.2ᵐ.& q.23.2.3ᵐ.

6 Adoptatio Dei facit adoptatum esse idoneum, sed adoptatio hominis præsupponit idoneum, 3ª.q.23.1.c.

7 Sola creatura rationalis adoptatur à Deo, non ex creatione, sed ex dono spiritus sancti, 3ª.q.23.3.o.

8 Adoptari conuenit etiam angelis, 3ª.q.23.3.2ᵐ.

9 Adoptio filiorum Dei est per conformitatem imaginis ad filium naturalem, imperfectè quidem per gratiam viæ, sed perfectè per gloriam, 1ª.q.93.4.2ᵐ.& 22ᴱ.q.45.6.c.1ᵐ.& 3ª.q.3.5.2ᵐ.& 8.c. & q.59.8.3ᵐ.& q.45.4.c.

10 Christus non est filius Dei adoptiuus, 3ª.q.23.4.o.& q.32.3.c. & q. 43.1.c.

11 Christus fuit filius adoptiuus Ioseph, 3ª.q.28.1.1ᵐ.

1 Adoratio Dei est actus latriæ, 22ᴱ.q.84.1.o.

2 Adoratio Dei duplex, scilicet interior deuotio mentis, & exterior humiliatio corporis. Prima est principalior, ad quam & propter quam secunda fit, 22ᴱ.q.84.2.3.o.

3 Adoratio exhibita Deo & creaturæ nõ dicitur vniuocè, sed analogicè, 22ᴱ.q.84.1.1ᵐ.& q.94.1.2ᵐ.

4 Adoratio requirit actum corporalem, 22ᴱ.q.81.7.o.& q.84.2.o.

5 In adoratione genu flectimus, nostram infirmitatem designantes respectu Dei, sed prosternimur quasi profitentes nos nihil esse ex nobis, 22ᴱ.q.84.2.2ᵐ.

6 Adoratio requirit locum determinatum, non de necessitate: sed ad decentiam ex parte adorantiũ triplici ratione, scilicet propter loci conseerationem, propter sacra mysteria, & alia sanctitatis signa quæ ibi continentur, & propter concursum multorum adorantium, 22ᴱ.q.84. 3.o.

7 Iudæi adorant ad Occidentem, vt vitent idololatriam, & significent mortem Christi, 12ᴱ.q.102.4.5ᵐ.

8 Christiani adorant ad Orientem, propter lumen mentis, & quia ibi est nobilior pars, & nobiliora opera, 22ᴱ.q.84.3.3ᵐ.

9 Adoratio latriæ sit ratione principij, creationis, & gubernationis, 22ᴱ.q.81.1.3 .& 4 .& 3.o.& q.84.1.3ᵐ.

10 Deo debetur latria propter deitatem, & dulia propter Dominum, 3ª.q.25. 2.c.

11 Tota trinitas est adoranda vna tantum latria, 22ᴱ.q.81.3.1ᵐ.& q. 84.1.3 .& 3ª.q.25.1.c.1ᵐ.

12 Relationes diuinæ debent adorari latria, 1ª.q.28.2.c.

13 Christvs. & Deitas & humanitas Christi sunt adorandæ vna adoratione latriæ, 3ª.q.25.1.o. & q.58.3.c.fi.& 1ᵐ.

14 Persona Christi adorari debet latria ratione deitatis: & dulia ratione humanitatis, perfectionum munere gratiarum, 3ª.q. 25.2.c.

15 Humanitas Christi vt vnita verbo, debet adorari latria, non autem secundum se, sed Hyperdulia, 3ª.q.25.2.o.

16 Caro Christi adoranda est latria, 3ª.q.25.3.o.& q.54.3.1ᵐ.

17 Hostia debet adorari latria sub cõditione in habitu, 3ª.q.80.6.2ᵐ.

18 Imago Christi adorari debet latria, 22ᴱ.q.81.3.3ᵐ.& q.94.2.1ᵐ.& 3ª. q.25.3.o.& 4.c. & 5.1ᵐ.

19 Adoratio imaginis Christi tradita est ab Apostolis. Et Lucas depinxit imaginem Christi, quæ est Romæ, 1ª.q.25.3.4ᵐ.

20 Ponere imagines Christi, & sanctorum, & adorare eas licet nũc, non autem in veteri testamento, 3ª.q.26.3.1ᵐ.

21 Crux propria Christi vt repræsentans Christum, & vt tetigit Christum, & perfusa Christi sanguine, debet eadem adoratione latriæ cum Christo adorari. Sed imago crucis eius in alia materia debet adorari latria vt imago Christi tantum, 22ᴱ.q.103. 4. 3ᵐ. & 3ª.q.25.4.o.

22 Omnia alia Christi, vt claui, lancea, corona, vestes, & huiusmodi

adorantur ratione contractus tantum, 1ª.q.25.4.3ᵐ.
23 Mater Christi adorari debet, hyperdulia, non autem latria, 22ᵉ. q.10.3.4.2ᵐ.& 3ª.q.25.5.o.
24 Viri sancti debent adorari dulia tantum, 22ᵉ.q.84.1.1ᵐ.
25 Reliquiæ sanctorum sunt adorandæ dulia tantum, 3ª.q.25.6.o.
26 Creatura non potest adorari latria sine peccato, 22ᵉ.q.84.1.1ᵐ. & q.94.2.3.o.& q.161.3.1ᵐ.& 3ª.q.25.5.6.7.o.

I ADVENTVS Christi duplex, scilicet in carne,& ad iudicium, 3ª.q.1.6.3ᵐ.& q.36.1.1ᵐ.& 3ᵐ.
2 Aduentus primus fuit ad manifestandam veritatem, ad liberandum à peccatis,& ad trahendum ad Deum, 3ª.q.40.1.c.
3 Aduentus tertius erit dissimilis primo dupliciter, scilicet quia manifestus & quia terribilis, 3ª.q.35.1.3ᵐ.

I ADVLATIO, & excedens in delectando alios verbis & laudibus propter delectationem solam, vocatur placidus, si verò causa lucri, vocatur adulator, quod tamen cõmuniter dicitur etiam primo modo, 22ᵉ.q.115.1.c.
2 Adulatio est excessus delectandi alios verbis laudis causa lucri, ideo est peccatum, 22ᵉ.q.115.1.o.
3 Adulatio est peccatum mortale tantum, quando est contra charitatem scilicet de peccato, intentione nocendi vel cum scandalo, 22ᵉ.q.115.2.o.
4 Adulatio secundum se est turpius peccatum & verecundius litigio, quia quæ ex dolo fiunt, videntur esse ex infirmitate & falsitate rationis. Sed est leuius, quia minus contrariatur amicitiæ, id est affabilitati occultæ sine vi, & minus cum cõemptu, 22ᵉ.q.116.2.o.
5 Adulatio & litigium contrariantur amicitiæ, id est affabilitati. Primum, secundum excessum in delectando,sed secundum,secundum defectum in contristando, secundum verò econuerso, 22ᵉ.q.114.princ.& q.115.princip.& 1.c. & q.116.1.o.

I ADVLTERIVM est species determinata luxuriæ, 22ᵉ.q.154.1.c. & 8.o.
2 Adulterium est grauius stupro, 22ᵉ.q.164.12.c.& q.170.1.2ᵐ.
3 Ardentior in propria coniuge est aliqualiter magis adulter,quàm cum alia, 22ᵉ.q.154.8.2ᵐ.
4 Nulla species luxuriæ, vel gulæ, vel vitiorum contra fortitudinem, ita directè contrariatur dilectioni proximi, sicut adulterium, 22ᵉ.q.170.1.1ᵐ.& 2ᵐ.
5 Deus in adulterio iustè infundit animam, quia cooperatur naturæ, cuius operatio est generatio, non autem peccato, 1ª.q. 118.2.5ᵐ.
6 Concupiscentiæ motus tendens in adulterium videtur aliqualiter nobis à natura inesse, 12ᵉ.q.108.3.1ᵐ.

I ADVOCATVS & peccatum. Aduocatus scienter defendens causam iniustam peccat, & tenetur ad restitutionem, 22ᵉ.q.71.3.o.
2 Aduocatus tenetur subuenire causæ pauperum in necessitate, si per alium nec per se possit, 22ᵉ.q.7.1.1.o.& 4.c.1ᵐ.
3 Aduocatus auxilium & consilium præstat ei cuius causæ patrocinatur, 22ᵉ.q.71.3.c.
4 Aduocatus suscipiens scienter causam iniustam, iniustè lædit eum contra quem iniustè patrocinium præstat, 22ᵉ.q.71.c.1ᵐ.
5 Aduocatus suscipiens causam iniustam, quamuis laudabilis videatur quantum ad peritiam artis, tamen peccat quantum ad iniustitiam voluntatis qua abutitur arte ad malũ, 22ᵉ.q.71.3.1ᵐ.
6 Si in processu perpendit aduocatus causam esse iniustam, non prodat.sed cessat inducens ad cõcordiam sine damno alterius, 22ᵉ.q.71.3.2ᵐ.
7 LICITA. & aduocato defendenti causam iustam licet prudenter occultare ea quibus impediri possit processus eius, non autem aliqua falsitate vti, 22ᵉ.q.71.3.2ᵐ.
8 Aduocato licet accipere præmium moderatum, secundum laborem, personas, negotia,& consuetudines, 22ᵉ.q.71.4.o.
9 PROHIBITIO. & aduocare prohibenter furiosi, amentes, impuberes, surdi, muti, in qualibet causa. Clerici in causa seculari. Sacerdos,monachus,cæcus, infamis nisi in necessitate pro se vel sibi coniunctis, 22ᵉ.q.71.2.o.& q.188.3.2ᵐ.

AER secundum inferiorem partem est locus auium, 1ª.q.71.3ᵐ.
Aues sunt productæ principaliter ex aëre inferiori, secundum considerationem motus, 1ª.q.71.3ᵐ.
2 Aër densatus potest figurari & colorari, 1ª.q.51.2.3ᵐ.
3 Aër & ignis non describuntur in principio Bibliæ, quia sunt insensibiles, 1ª.q.66.1.5ᵐ. & q.68.3. c.3ᵐ.& q.71.3ᵐ. & q.74.1.2ᵐ. & q.91.1.4ᵐ.

AFFABILITAS siue amicitia non est specialis virtus distincta ab aliis, sed est aliquid consequens omnes virtutes, 22ᵉ.q.23.3. 1ᵐ. & q.114.1.1ᵐ.
2 Affabilitas siue amicitia est pars annexa iustitiæ, 22ᵉ.q.114.2.o.
3 Affabilitati opponitur litigium, 22ᵉ.q.116.1.o.
Delectatio magis afficit quàm tristitia, sed minus percipitur, 12ᵉ. q.35.6.o.
2 Affectus est virtus beneuolentiæ faciens placere superioribus bona inferiorum, 22ᵉ.q.80.2ᵐ.
3 Affectum hominis per se quidem solus Deus videt,sed secundum quod per aliqua signa manifestatur, potest etiam ipsum homo cognoscere, 12ᵉ.q.112.5.c.& 22ᵉ.q.106.5.3ᵐ.
4 Passio diuinorum dicitur affectio ad diuina,& cõiunctio ad ipsa per amorem Dei, & per gustum spiritualem diuinorum, 12ᵉ.q. 111.5.c.& 22ᵉ.q.100.12.5.c.& 22ᵉ.q.45.2.c.1ᵐ.& q.97.2.2ᵐ. & q.154. 2.c. & q.162. 3.1ᵐ.fi.
5 In omni affirmatione subiectum & prædicatum sunt idem re, & differunt ratione, 1ª.q.13.12.c. & q.85.5.3ᵐ.
6 Affirmatio naturaliter prior, est negatione, quia simplicior,& significat compositionem ptiorem diuisione: & significat esse quod est prius quàm non esse, 22ᵉ.q.122.2.1ᵐ.
7 Ad affirmationem semper sequitur negatio oppositi:non autem econuerso quia ad plura se extendit negatio quàm affirmatio, 12ᵉ.q.100.7.1ᵐ.
AGATHA non vtens medicinis, sed expectans hoc à Deo: non tentauit Deum, 22ᵉ.q.97.1.3ᵐ.

I AGENS & diuisio triplex, scilicet vniuocum, analogum, & æquiuocum, 1ª.q.13.5.o. & 12ᵉ.q.60.1.c.
2 Agens quintuplex:scilicet adiuuans, consulens, disponens, perficiens principale,& perficiens instrumentale, 12ᵉ.q.17.1.1ᵐ.
3 Agens duplex scilicet naturale & voluntarium, 1ª.q.19.4.c. & q. 41.2.c.& q.47.1.1ᵐ. & 12ᵉ.q.10.1.1ᵐ.
4 Agens duplex, scilicet in esse,& in fieri. Primum conseruat effectum in esse & fieri, secundum tantum in fieri, 1ª.q.104.1. c.2ᵐ. & 22ᵉ.q.52.3.c.
5 Agens duplex scilicet principale, & instrumentale, 3ª.q.48.6.c.& q.62.1.c.
6 Agens analogum est causa vniuersalis totius speciei, non autem vniuocum, sed tantum indiuidui, 1ª.q.13.5.1ᵐ.& 104.1.c.
7 Agentia differunt dupliciter scilicet secundum naturam, & secundum virtutem actiuam, 12ᵉ.q.24.4.c.
8 Agens vniuocum est proportionatum passio, ideo facit effectum eiusdem speciei vel rationis, non autem æquiuocum, 1ª.q.13.5. c.1ᵐ. & 12ᵉ.q.60.1.c.
9 Agens voluntarium determinat sibi finem, non autem agens naturale, 1.q.19.4.c.
10 Agens naturale determinatur ad vnum effectum, non autem agens per intellectum, 1ª.q.19.4.c.& q.41.1.2.c. & q.47.1.1ᵐ. & q. 116.1.c. & 12ᵉ.q.10.1.1ᵐ.
11 Actio naturalis agentis proportionatur naturæ eius, non actio agentis per intellectum, 1ª.q.41.2.c.
12 Agens naturale est causa in fieri tantum, sed agens diuinum est causa in esse & fieri, 1ª.q.104.1.c.
13 Agens uaturale agit per motum, ideo requirit materiam, non autem agens diuinum, 1ª.q.90.3.c.& 22ᵉ.q.173.3.c.
14 De ratione agentis instrumentalis est, esse mouens motum, 3ª. q.19.1.2ᵐ.
15 Agens secundariũ non agit sine principali, sed cooperatur principali agenti, 3ª.q.71.4.c.
16 In omnibus agentibus ordinatis, secundum agit in virtute primi, quod mouet secundum ad agendum, 1ª.q.105.5.c.fi.
17 Omne agens instrumentale exequitur actionem principalis agentis, per aliquam actionem proprtiam & connaturalem sibi, 1ª.q.45.5.c.& 3ª.q.62.1.2ᵐ.
18 Agens instrumentale non agit per virtutem suæ formæ sicut agens principale, sed solum per motum à principali agente, 1ª. q.18.3.c. & 12ᵉ.q.112.1.1ᵐ.& 3ª.q.62.1.4.c.& q.64.5.c.
19 Agens principale agit secundum exigentiam suæ formæ. Ideo virtus eius actiua habet esse complerum, non autem instrumentale, quia agit vt motum ab alio, 3ª.q 63. 5.2ᵐ.
20 Omne agens inquantum agens est nobilius passo, non autem simpliciter, 1ª.q.39.2.3ᵐ.& q.79.2.3ᵐ.& 12ᵉ.q.100.7.1ᵐ.
21 Idem secundum idem nõ potest esse agens & patiens, 22ᵉ.q.59.3.c.
22 Agens naturale inducit in patiente duplicem effectum scilicet formam, & motum consequentem formam, 12ᵉ.q.26. 2.o.
23 Impressio agentis in passum est duplex, scilicet per modum qualitatis, & per modum passionis, 22ᵉ.q.171.2.c.& q.174.5.1ᵐ. & q. 75.3.2ᵐ.
24 Cuiuslibet agentis sine medio nulla distantia est ad passum, 1ª. q.8.1.c. & 3ᵐ.
25 Materia corporalis reducitur ad actum imperfectum, sola virtute agentis vniuersalis, non autem ad perfectum, nisi mediante agente particulari, 1ª.q.79.4.c.& 1ᵐ.
26 Materia non coincidit cum agente, cuius actio est trãsiens, nec mouet se. Sed contrarium est in voluntate, 12ᵉ.q.74.1.3ᵐ.
27 Nullum agens præter Deum attingit materiam primam, sed præsupponit eam, 3ª.q.75.4.c.
28 Agens infinitæ virtutis non requirit materiam, nec dispositionem materiæ, nisi ratione effectus, nec hoc ab alio agente, 12ᵉ. q.112.2.3ᵐ. & q.113.7.c. & 22ᵉ.q.72.3.c.
29 Omne agens quanto perfectius habet formam qua agit, tanto maior

maior est eius potentia in agendo, 1ª.q.25.2.c.
30 Forma effectus est in agente naturali secundum similitudinem naturæ, sed in artificiali est secundum eandem rationem,non autem secundum eundem modum essendi, 1ª.q.15.1.c.
31 Agens non ageret propter formam, nisi inquantum similitudo formæ esset in eo secundum esse naturale vel intelligibile, 1ª. q.15.1.c.
32 Forma subsistens Platonica non potest esse agens, 1ª.q.65.4.c. & 2ᵐ. & q.91.2.c.
33 Omne agens cum motu prius est duratione suo effectu, non autem agens quodlibet sine motu, 1ª.q.42.2.c.& q.46.2.1ᵐ.
34 Omne agens intendit facere aliquod finitum, 1ª.q.7.4. c. & q.23. 7.c. & q.47.3.2ᵐ. & q.62.9.c.
35 Omne agens agit sibi simile, 1ª.q.115.1.c.
36 Effectus dupliciter assimilatur agenti, scilicet secũdum speciem & secundum virtualem continentiam, 1ª.q.13.5.c. & q.105.1.1ᵐ. & q.110.2.c. & q.115.3.3ᵐ. & q.117.3.c.
37 Tota potentia agentis vniuoci manifestatur in suo effectu, non autem potentia æquiuoci, 1ª.q.25.2.2ᵐ. & 3ᵐ.
38 Agens per eandem virtutem potest producere multos effectus, se inuicem consequentes, 22ᵉ.q.29.4.c.
39 Plura agentia subordinata possunt producere eundem effectum, 3ª.q.82.2.c. & 2ᵐ.
40 Omne agens secundum, præsupponit aliquid à primo, 1ª.q. 90.3.c.
41 Quanto virtus agentis ad plura & remotiora extenditur, tanto est potior in iis quæ propter se quæruntur, sed in iis quæ quæruntur propter aliud est econuerso, 22ᵉ.q.174.2.2ᵐ.
42 Agens vniuocum reducitur ad æquiuocum, non autem econuerso, 1ª.q.13.5.1ᵐ.
43 Nullum agens ex necessitate naturæ, potest esse primum agens, cum ei determinetur finis ab alio, 1ª.q.19.4.c.& 12ᵉ.q.1.3.2ᵐ.
44 Deus natura,& omne agens, agit semper quod melius est toti, non autem parti, 1ª.q.47.2.1ᵐ.& q.48.2.3ᵐ.& q.91.3.c.
45 IN COMMVNI. & omne agens inquantum huiusmodi, est in actu, 1ª.q.2.3.c.& q.41.c.& q.25.1.c.1ᵐ.& q.76.1.c.& q.89.1.c. & q. 115.1.c.& 12ᵉ.q.79.2.c.& 3ª.q.8.5.c.& q.75.4.c.& q.77.3.c.
46 Omne agens creatum agit potentia differenti ab essentia eius, 1ª.q.54.1.2.3.o.
47 Nullum agens agit, nisi in virtute Dei, 1ª.q.105.5.c.
48 Aliquid agit in virtute alterius dupliciter, scilicet vt motum à virtute eius,& vt vtens virtute eius, 1ª.q.36.4ᵐ.

I OMNE agens agit propter finem, 1ª.q.44.4.o. & 12ᵉ.q.1.2.o. & q.6.1.c.& q.9.1.c.& q.11.1.c.& 5.o.& q.17.8.c.q.38.6.c.& q.94. 2.c. & q.109.6. & 22ᵉ.q.45.1.1ᵐ.
2 Agere propter finem dupliciter, scilicet à se, vel ab alio directũ: primum conuenit solis rationalibus, secundum verò carentibus ratione & brutis, 1ª.q.2.3.c.fi.& 2ᵐ.& q.44.4.3ᵐ. & q.59.3.c. & q.103.1ᵐ.& 12ᵉ.q.1.2.o.& q.12.5.c.3ᵐ.& q.17.2.3ᵐ.& q.93.5.c.& q. 114.1.c.fi.& 22ᵉ.q.50.2.c.& q.64.1.2.
3 Diuersarum actionum sunt diuersi fines proximi, sed est tantum vnus vltimus, 12ᵉ.q.1.3.3ᵐ.
4 Finis est causa tantum:vt est in voluntate agentis, 12ᵉ.q.1.1.1ᵐ.
5 Omne agens agit propter bonum, 1ª.q.105.5.c.
6 DEVS & Deus agit propter finem communicandum aliis scilicet se, non autem propter finem sibi acquirendum, 1ª.q.44.4.o.
7 Omnia quæ sunt in toto mundo,aguntur: præter primum agens, quod nullo modo ab alio agitur, 1ª.q.60.1.2ᵐ.
8 Omne agens aliud à Deo, agit propter alium finem à se: Ideo agit ex indigentia, 1ª.q.44.4.c.1ᵐ.
9 Agere propter indigentiam, est agentis imperfecti, quod natum est agere & pati, ideo non conuenit Deo, 1ª.q.44.4.1ᵐ.
10 Vt Deus vel charitas sit finis actionis, requiritur quòd ratio prius cogitans de eis, ordinauerit eam in Deum, 12ᵉ.q.1.6.3ᵐ.
11 Non oportet quòd agens semper cogitet de vltimo fine, 12ᵉ.q.1. 6.3ᵐ.
12 Quicquid homo faciat, verum est dicere quòd homo agat propter finem: etiam agendo actionem quæ est vltimus finis, 12ᵉ. q.1.1.2ᵐ.fi.
13 Omnia quæ agit homo, agit propter vltimum finem, 12ᵉ. q.1. 6.o.
14 DIVISIO ET IN COMMVNI & agere tripliciter dicitur scilicet effectiuè, formaliter,& finaliter, 1ª.q.48.1.4ᵐ.
15 Agere tripliciter contingit scilicet per se primo, per partem, & per accidens, 1ª.q.76.1.c.
16 Agere mediante alio, tripliciter sumitur, scilicet virtute eius,& suppositi vel instrumento,& principio formali, 1ª.q.36.3.4ᵐ.
17 In agentibus ordinatis, secũdum potest dupliciter agere vel moueri,scilicet secundum propriam naturam, vel secundum naturam superioris, 22ᵉ.q.2.3.c.
18 Aliquid agere potest vltra speciem suam in virtute agentis superioris, non autem in virtute propria, 12ᵉ.q.109.1.c.3.2ᵐ. & q. 112.1. & q.114.2.c. & 3ª.q.77.3.3ᵐ.
19 AGGRAVATIO animi, est effectus doloris, 12ᵉ.q.37.2.
20 AGIOGRAPHAE dicuntur, qui supranaturaliter solum visiones intellectuales habuerunt, quo ad iudicium tantum vel quo ad acceptationem, 22ᵉ.q.174.6.3ᵐ.
21 Plures agiographæ sæpius loquebantur de cognoscibilibus humana ratione, non quasi ex persona Dei, sed propria, tamen cum adiutorio diuini luminis, 22ᵉ.q.174.2.3ᵐ.

I AGNVS iugiter oblatus manè & vesperi, erat principale sacrificium veteris legis, 3ª.q.22.3.3ᵐ.
2 Agnus Paschalis erat præcipuum sacramentum representatiuum passionis Christi, 3ª.q.73.5.c.
3 Christus dicitur agnus tripliciter, scilicet propter vitæ puritatem, mortis mansuetudinem & peccati expiationem, 12ᵉ.q. 102.3.2ᵐ.
4 Esus agni Paschalis præfigurabat esum corporis Christi. Vnde significabatur quòd oblatio agni veri; id est Christi, esset sacrificium consumptiuum omnium aliorum, 3ª.q.22.3.3ᵐ.
5 AGONIA est timor mali extrinseci, cui resisti non potest, propter improuisionem, 12ᵉ.q.41.4.c.
6 Agonia fuit in Christo, secundum partem sensitiuam, non autem secundum rationem, 3ª.q.18.6.3ᵐ.
7 AGRESTA est in via ad generationem vini, ideo non vinum, 3ª.q.74.5.3ᵐ.
8 * Agrestes & duri dicuntur, secundum philosophiam, qui in ludo deficiunt, nec ipsi dicunt aliquid ridiculum, & dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt. Et ideo vitiosi sunt, 22ᵉ.q.168.4.c.
I AGRICVLTVRA in statu innocentiæ, fuisset delectabilis,& non laboriosa, 1ª.q.102. 3.c.
2 Agricultura habebatur inter res sactas ab Ægyptiis & Paganis, 12ᵉ.q.102.3.2ᵐ.
3 Licet vendere argentum vel aurum alchimicum, si sit verum, 22ᵉ.q.77.2.1ᵐ.

ALEA est species auaritiæ, 22ᵉ.q.188.8.4ᵐ.
I ALEATOR quadrupliciter tenetur ad restitutionem accepti per ludum scilicet si lucretur ab iis qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt minores,& furiosi,& similes, si alium trahat ad ludum ex cupiditate lucrandi, si alium trahat vt fraudulenter ab eo lucretur, & si lusit contra prohibitionem legis ciuilis, 22ᵉ.q.32.7.2ᵐ.
2 Aleator si tractus lusit,& amisit, potest repetere, 22ᵉ.q.32.7.2ᵐ.
3 Aleator si tractus lucratus est, non tenetur restituere, quia ille qui amisit, non meretur recipere, 22ᵉ.q.32.7.2ᵐ.

ALEXIVS omnibus suis propter Christum dimissis, mendicus gaudebat eleemosynam à seruis suis se accepisse, 22ᵉ.q.187.5.c.
I ALIENVM quod est extraneum, & dissimile, sed hoc non importatur, cum dicitur alius, 1ª.q.31.2.3ᵐ.
2 Ne tollatur æqualitas vel similitudo in diuinis, vitandum est nomen alieni, & discrepantis, 3ª.q.31.2.c.
3 Dicimus filium Dei alium à patre, licet non dicamus alienum, 1ª.q.31.2.3ᵐ.

Alietus pascitur minutis auibus, & significat molestos pauperibus, 12ᵉ.q.102.6.1ᵐ.co.2.
I ALIMENTVM pertinet ad veritatem humanæ naturæ, 1ª.q. 119.1.o.
2 Alimentum corporale conuertitur in substantiam aliti, sed alimentum spirituale econuerso. Ideo spirituale conseruat, licet non sumatur realiter, non autem corporale, 3ª.q.7.3.3.2ᵐ.
I ALIVS significat diuersitatem personarum, sed aliud diuersitatem simpliciter id est essentiæ, 1ª.q.31.2.c.fi.& 4ᵐ.
2 Diuersitas accidentis facit alterum simpliciter, sed diuersitas substantiæ facit aliud secundum quid, id est, secundum essentiam nisi ad sit diuersitas suppositionum, 3ª.q.17.1.7ᵐ.
3 Filius Dei est alius à patre, non autem aliud, 1ª.q.31.2.o.& 4.c.
I ALTARE debet esse lapideum multiplici ratione, scilicet quia altare lapideum significat Christum,& corpus Christi in sepulchro lapideo fuit reconditum,& quo ad vsum sacramenti, lapis solidus est,& de facili potest inueniri vbique, 3ª.q.83.3.5ᵐ.
2 In vetteri lege erat tantum vnum altare, ad vnum effectum deputatum, ideo erat aureum, vel terreum, vel ligneum, 12ᵉ.q. 102.4.7ᵐ.& 3ª.q.83.3.5ᵐ.
3 Ratio omnium pertinentium ad altare tabernaculi, 12ᵉ.q.102.4. 6ᵐ.& 7ᵐ.
4 Altare significat Christum, 12ᵉ.q.102.4.6ᵐ.fi.& 3ª.q.83.3.2ᵐ.& 4ᵐ. & 5ᵐ.& 4.9ᵐ.& 5.2ᵐ.
5 Altare significat crucem Christi, 3ª.q.83.1.2ᵐ.
6 Altare constituitur angelis & sanctis, 22ᵉ.q.85.2.3ᵐ.
I ALTERATIO est in prima specie qualitatis, consequenter tantum, 12ᵉ.q.50.1.3ᵐ. & q.52.1.3ᵐ.
2 Alteratio proprie fit tantum secundum qualitates sensibiles, 12ᵉ.2.q.50.1.3ᵐ. & q.52.1.3ᵐ.
3 Alteratio requirit subiectum subsistẽs corpus naturam subiectam

contrarietati, expulsionem vnius qualitatis, & introductionem alterius, 12ᵉ.q.22.1.1ᵐ.

AMALECHITAE, Amonitæ, & Moabitæ, erant exclusi in æternum à ciuilitate Iudæorum: sed Ægyptij & Idumæi per triennium tantum, 12ᵉ.q.105.3.c.1ᵐ.

1 AMARITVDO est effectus rancoris, & filia accidiæ, 22ᵉ.q.35.4.3ᵐ.

2 AMBITIO est peccatum oppositum magnanimitati secundum excessum, quia est inordinatus appetitus honoris, 22ᵉ.q.131.2.o.

3 Appetitus dignitatum inordinatus, ratione honoris pertinet ad ambitionem, sed propter debitum dignitatis vsum vt excedentem facultatum appetentis, pertinet ad præsumptionem, 22ᵉ.q.131.2.c.2ᵐ.

Ambitio non est circa vestes, & exteriorem cultum, nisi secundum quod ad honorem pertinent, 22ᵉ.q.131.2.3ᵐ.

1 AMBROSIVS in Ecclesia Mediolanensi cantum instituit; secundum Augustinum, 22ᵉ.q.91.2.c.

1 AMICITIA quid, & est amor mutuæ beneuolentiæ, fundatus super aliquam communicationem, 12ᵉ.q.65.5.c. & 22ᵉ.q.23.1.c. & 5.c.

2 Amicitia quæ est affabilitas, non habet perfectam rationem amicitiæ, sed similitudinem eius, scilicet ad decentem conuersationem in dictis & factis delectabiliter ad omnes, non æqualiter, 22ᵉ.q.114.o.

3 Amicitia vtilis, & delectabilis deficit à ratione veræ amicitiæ, inquantum trahitur ad amorem concupiscentiæ, 12ᵉ.q.26.4.3ᵐ. & 22ᵉ.q.189.10.2ᵐ.

4 Amicitia non est virtus specialis distincta ab aliis, sed est aliquid consequens omnes virtutes, 22ᵉ.q.23.3.1ᵐ. & q.114.1.1ᵐ.

5 Species amicitiæ dupliciter distinguuntur: scilicet secundum fines, & sic sunt tres, scilicet amicitia honesti, vtilis, & delectabilis. Et secundum communicationes, 22ᵉ.q.23.1.a.3.&, 5.c.3ᵐ.

6 Amicitia duplex scilicet in conuersatione, & in affectu, 22ᵉ.q.114.1.1ᵐ.

7 Amicitia non est eiusdem ad seipsum, quia est vnio, ideo est inter plures, 22ᵉ.q.25.4.o.

8 Amicitia est ad aliquos dupliciter, scilicet per se, id est ad amicos tantum, & propter aliud, & sic est ad inimicos, 22ᵉ.q.23.1.2ᵐ. & 3ᵐ. & q.25.8.c.

9 Amicitia non est ad irrationalia, 1ª.q.20.2.3ᵐ. & 22ᵉ.q.23.1.c. & q.25.3.o.

10 Amicitia non potest esse ad virtutes, nec ad aliqua alia accidentia, 22ᵉ.q.25.2.c.

11 Amicitia honesti, non est ad vtilosum per se, sed propter aliud, 12ᵉ.q.31.3ᵐ.

12 Amicitia conseruatur, & augetur per exercitium operum amicabilium, & meditationem, 22ᵉ.q.82.2.2ᵐ.

13 Cùm vera amicitia supra virtutem fundetur, quicquid in amico contrariatur virtuti, impeditiuum est amicitiæ, & quicquid est virtuosum, est prouocatiuum amicitiæ, 22ᵉ.q.106.1.3ᵐ.

14 Per recompensationem beneficiorum, amicitia conseruatur, 22ᵉ.q.106.1.3ᵐ.

15 Amicitia vera facit desiderium videndi amicum, & mutuis colloquiis gaudere, 12ᵉ.q.28.1.2.2ᵐ.

16 Propria amicitiæ sunt quinque, scilicet velle amicum esse & viuere, velle ei bona, operari ei bona, conseruari cum eo delectabiliter, & concordia, 22ᵉ.q.25.7.c.&c.q.27.2.a.3.& q.31.1.c.

17 Amicitia principaliter intendit conuiuentes delectare. Sed quando oportet, non veretur contristare eos, propter bonum promouendum, vel propter malum vitandum, 22ᵉ.q.114.1.3ᵐ.& 2.1ᵐ.& q.115.1.c.& q.116.2.c.& q.168.1.1ᵐ.

18 Delectationes & vtilitates, prouenientes ex amicitia possunt dici merces, non autem amicus propriè: sed causaliter, 12.q.114.6.3ᵐ.

19 Homo debet pati detrimenta corporalia propter amicum, non autem spiritualia, 22ᵉ.q.26.4.2ᵐ.

20 Amicis peccantibus magis auxiliandum est ad recuperationem virtutis quàm ad recuperationem temporalium, quæ diu est spes de salute eorum, nec tamen amplius est habenda familiaritas sic ad eos, 22ᵉ.q.25.6.2ᵐ.

21 IN COMMVNI. & amicus magis debet subuenire in damnis virtutum, quàm rerum exteriorum, 22ᵉ.q.25.6.2ᵐ.& q.33.1.c.

22 Discordia opinionum potest esse inter aliquos, cum amicitia & pace, 22ᵉ.q.28.1.2ᵐ. & q.37.1.c.

23 AMIDVM fit de farina per attaminationem & exhalationem, & vaporis admistionem, 3ª.q.74.3.4ᵐ.

1 AMOR notionalis in diuinis, sumitur tripliciter, scilicet essentialiter, notionaliter, & personaliter, 1ª.q.37.o.

2 Amor in diuinis est subsistens, 1ª.q.37.1.2ᵐ.

3 Amor vt Dei communicat naturam, non autem vt amor, 1ª.q.27.4.3ᵐ.

4 In diuinis non est amor ex amore, quia ibi est vnus tantum amor, perfectus, 1ª.q.27.5.3ᵐ.& q.37.1.4ᵐ.& q.41.6.o.

5 Amor est proprium nomen Spiritus sancti, 1ª.q.37.1.o.

6 Spiritus sanctus vt amor, & vt nexus, est media persona, sed est tertia, secundum ordinem numeri & originis, 1ª.q.37.1.3ᵐ.

7 Spiritus sanctus procedit per modum amoris, 1ª.q.27.3.4.5.o.& q.45.7.c.

8 Spiritus sanctus ex suo modo procedendi est amor patris in filium, & econuerso, 1ª.q.37.1.2ᵐ.& 3ª.q.32.1.c.

9 Pater amat filium & econuerso, Spiritu sancto, per modum effectus formalis, 1ª.q.37.2.o.

10 Pater amat se Spiritu sancto, non autem generat se filio, nec spirat se Spiritu sancto, 1ª.q.37.2.2ᵐ.& 3ᵐ.

11 Pater & filius amant nos Spiritu sancto, 1ª.q.37.2.3ᵐ.

12 ESSENTIALIS & Deus amat omnia, quæ ab eo sunt, 1ª.q.20.2.o.& q.23.3.1ᵐ.& 12ᵉ.q.110.1.c.

13 Amor transfert Deum & omne amans extra se, 1ª.q.20.2.1ᵐ.

14 Dilectio Dei duplex, scilicet cõmunis, qua diligit omnem creaturam: alia specialis, qua trahit creaturam rationalem supra conditionem eiusdem naturæ, ad participationem sui, 12ᵉ.q.110.1.c.

15 Amor vt passio, secundum suum materiale, non est in Deo, sed tantum secundum suum formale, 1ª.q.20.1.o.& q.82.5.1ᵐ.

16 Amor Dei causat bonitatem in rebus, sed amor noster causatur ab eo, 1ª.q.20.2.c. & q.23.4.c.& 12ᵉ.q.110.1.c.1ᵐ.& 3ª.q.86.2.c.

17 Deus ab æterno dilexit creaturas in propriis naturis, & voluit eas esse, non autem tunc, 1ª.q.20.2.2ᵐ.

18 Deus amat creaturas irrationales, non amore amicitiæ, sed quasi amore concupiscentiæ, 1ª.q.20.2.3ᵐ.& q.22ᵉ.q.25.3.c.1ᵐ.

20 Deus diligit peccatores & damnatos, 1ª.q.20.2.4ᵐ. & q.23.3.1ᵐ. & 2ᵐ.

21 Deus diligit damnatos, quo ad naturam, sed odit eos inquantum sunt mali, & inquantum non vult eis bonum vitæ æternæ nisi voluntate antecedente, 1ª.q.20.2.4ᵐ. & q.23.3.1ᵐ. & 22ᵉ.q.83.16.c.& 3ª.q.49.4.1ᵐ.

22 PLVS & Deus plus amat aliqua quàm alia, ex parte boni voliti, sed æqualiter ex parte actus, 1ª.q.20.3.o.

23 Deus semper plus amat meliora, 1ª.q.20.4.o.

24 Deus plus amat Christum, quàm omnes creaturas, 1ª.q.20.4.1ᵐ. & 2ᵐ.

25 Deus plus amat angelos quàm homines quo ad esse naturæ, sed quo ad esse gloriæ, aliquos plus, aliquos minus vel æqualiter, 1ª.q.20.4.3ᵐ.

26 Deus plus amat innocentem quàm pœnitentem æqualis charitatis quo ad præmium accidentale tantum, 1ª.q.20.4.4ᵐ.

27 Deus plus simpliciter amat peccatorem prædestinatum, quàm iustum præscitum, sed vt nunc econuerso, 1ª.q.20.4.5ᵐ.

28 Deus potest immediatè amari à nobis in hac vita, 22ᵉ.q.27.4.o.

29 Omnis creatura naturaliter plus diligit Deum quàm se, 1ª.q.60.5.o.& 12ᵉ.q.109.3.c.& 22ᵉ.q.26.3.c.

30 Modus amandi Deum non potest determinari, 22ᵉ.q.27.6.o.

31 Deus potest à creatura diligi totaliter ex parte Dei, & ex parte sui, non ex parte actus, 22ᵉ.q.27.5.o.

32 Amor quo diligimus Deum, non est infinitus, 22ᵉ.q.27.5.c.

33 Homo & angelus in puris naturalibus, id est sine gratia, potest amare Deum super omnia, 1ª.q.60.5.o.& 12ᵉ.q.109.3.o.

34 Dilectio Dei est finis omnis actionis hominis, & summa perfectionis eius, 22ᵉ.q.27.6.c.3ᵐ.

35 Deus diligitur propter aliud non formaliter, nec effectiuè, nec vt finis, sed dispositiuè vel materialiter, 22ᵉ.q.27.3.o.

36 Antecedentia dilectionem Dei in via, sunt tria, scilicet apprehensio Dei per auditum, per visum, & per gustum. Primum est in incipientibus, secundum in perficientibus, & tertium in perfectis, 22ᵉ.q.24.9.o.

37 Amor Dei est congregatiuus, sed amor sui est disgregatiuus, 12ᵉ.q.73.1.3ᵐ.

38 Esse viuere & intelligere, est appetibile & amabile, omnibus, ideo Deus inquantum est causa horum non potest ab aliquo haberi odio, 22ᵉ.q.34.1.o.

39 Dilectio Dei includitur in dilectione proximi virtute, sicut causa in effectu, & econuerso sicut effectus in causa, 12ᵉ.quæst.99.1.2ᵐ.

40 Amare Deum est magis meritorium quàm amare proximum, 22ᵉ.q.27.7.o.& q.182.2.c.

41 Diuersæ opiniones de Petro, & Ioanne Apostolo in dilectione Christi actiua & passiua, 1ª.q.20.4.3ᵐ.

42 Angeli in statu naturæ, amabant Deum super omnia, 1ª.q.60.5.o.& q.62.2.1ᵐ.& q.63.1.3ᵐ.

43 Angeli naturaliter plus diligunt Deum, quàm se, 1ª.q.60.5.o. & 12ᵉ.q.109.3.o. & 22ᵉ.q.26.3.c.

44 In angelis est dilectio naturalis, & electiua, 1ª.q.60.1.2.3.o.

45 Angelus & homo diligunt se dilectione naturali & electiua, 1ª.q.60.3.o.

Quilibet

46 Quilibet angelus diligit alium sicut seipsum, dilectione naturali, etiam malus bonos, 1ª.q.60.4.o.

47 In angelis beatis perseuerat dilectio naturalis, 1ª.q.62.7.o.

48 CHARITATE & Deus est ex charitate amandus super omnia, 22ᵉ.q.448.2ᵐ.

49 Quilibet debet ex charitate plus diligere Deum quàm se, 22ᵉ.q.26.3.o.& q.44.8.c.

50 Angeli sunt à nobis ex charitate amandi, 22ᵉ.q.25.10.o.

51 Deus debet ex charitate magis amari quàm proximus, 22ᵉ.q.26.2.o.

52 Tantum quatuor debent ex charitate amari, scilicet Deus, proximus, anima, & corpus, 22ᵉ.q.25.12.o.& q.44.3.1ᵐ.& 8.2ᵐ.

53 Homo potest ex charitate se diligere, 22ᵉ.q.25.4.o.

54 Quilibet ex charitate debet magis se amare, quàm proximum, 22ᵉ.q.26.4.o.& q.44.8.2ᵐ.

55 Proximus debet amari ex charitate propter Deum, non autem principaliter, 22ᵉ.q.25.1.o.& 2.1ᵐ.& 8.c.& q.103.3.1ᵐ.& q.188.2.c.

56 Corpus debet ex charitate diligi, 22ᵉ.q.25.5.o.

57 Proximus debet ex charitate magis diligi quàm proprium corpus, 12ᵉ.q.73.5.c.& 22ᵉ.q.26.5.o.& q.44.8.2ᵐ.

58 Peccator debet diligi ex charitate quo ad naturam, non autem quo ad culpam, 22ᵉ.q.25.6.o.11.c.& q.64.6.

59 Amare inimicum vt sic, est peruersum, sed quo ad naturam in communi, est de præcepto cuilibet, non autem in particulari, nisi in præparatione animi, sed est de perfectione, 22ᵉ.q.25.8.o. & 9.c.& q.34.3.3ᵐ.& q.83.8.c.& q.108.1.c.

60 Signa amoris oportet inimicis ostendere in communi, non autem in speciali, nisi in præparatione animi, sed est de perfectione, 22ᵉ.q.25.9.o.

61 Virtutes debent amari ex charitate, 22ᵉ.q.25.1.c.

62 Charitas amari debet ex charitate, 22ᵉ.q.25.2.o.

63 Aliquid potest diligi ex charitate dupliciter, scilicet amore amicitiæ, & amore concupiscentiæ, & sic amari potest accidens, & res irrationales, non autem primo modo, 22ᵉ.q.25.2.3.o. & 11.c.

64 Dæmones & cæteri damnati quo ad naturam sunt ex charitate amandi, non autem quo ad gloriam, nisi voluntate antecedente, 22ᵉ.q.25.11.o.

65 ORDO. & omne ens naturaliter plus diligit se, quàm alterum, 1ª.q.60.4.2ᵐ.& 5.1ᵐ.

66 Deus plus amat nos, quàm econuerso, 22ᵉ.q.26.12.3ᵐ.

67 Quodliber singulare plus naturaliter diligit bonum speciei, quàm bonum proprium, 1ª.q.60.5.o.& 12ᵉ.q.109.3.c.

68 Omnis pars naturaliter plus diligit totum quàm se, 1ª.q.60.5.o. & 12ᵉ.q.19.10.c.& q.109.3.c.& 22ᵉ.q.26.3.c.& 4.3ᵐ.

69 In patria nullus est ordo dilectionis, nisi secundum propinquitatem ad Deum, 22ᵉ.q.26.13.c.

70 In patria quilibet plus amat se post Deum, quàm alium, 22ᵉ.q.26.13.o.

71 Beati voluntate consequente volunt maius bonum alteri meliori quàm sibi, sed intensius sibi. Antecedente verò etiam maius bonum volunt sibi, 22ᵉ.q.26.13.c.

72 In amore est duplex gradus, scilicet inter diligibilia, & diligentis ad dilectum. Primum attendit amãs, non autem secundum, quo ad effectum, sed tantum quo ad affectum, 22ᵉ.q.9.10.11.12.13.o.

73 Omnes homines æqualiter sunt amandi respectu obiecti, non autem respectu actus, 22ᵉ.q.26.6.1ᵐ.

74 Vnus proximus est magis amandus quàm alius, secundum maiorem vnionem, 22ᵉ.q.26.6.o.& q.44.8.2ᵐ.

75 Propinquiores debent plus amari quàm meliores, & firmius, & multiplicius, 22ᵉ.q.26.7.8.o.& q.32.9.o.& q.44.8.2ᵐ.& 3ᵐ.

76 Parentes debent plus filiis amari ratione obiecti, sed econuerso ratione amantis, 1ª.q.96.3.2ᵐ.& 12ᵉ.q.100.5.4ᵐ, & 22ᵉ.q.26.9.o. & 12.3ᵐ.& q.31.3.4ᵐ.

77 Parentes debent vxore plus amari ratione obiecti, sed econuerso ratione diligentis, 22ᵉ.q.26.11.o.

78 Consanguinei debent plus aliis amari, 22ᵉ.q.26.8.o.

79 In naturalibus quilibet tenetur magis amare consanguineos, & in ciuilibus conciues, & in militaribus commilitones, 22ᵉ.q.26.8.o.& q.31.3.c.2ᵐ.

80 Filij debent plus amari quàm fratres, 1ª.q.96.3.c.

81 Mater plus amat quàm pater, qui debet plus amari quàm mater, 22ᵉ.q.26.10.o.

82 Filij fontis debent plus amari in spiritualibus, quàm filij carnis, non autem in aliis, 22ᵉ.q.26.8.2ᵐ.

83 Benefactor plus diligit quàm beneficiatus, 22ᵉ.q.26.12.o.

84 Dilectio inimicorum est perfectior & magis meritoria, quàm dilectio amicorum, 22ᵉ.q.27.7.o.& 8.2ᵐ.

85 Amor naturalis non est passio, sed connaturalitas rei, 12ᵉ.q.26.1.2.o.

86 Amor naturalis est inclinatio ad aliquid, 1ª.q.60.1.o.& 12ᵉ.q.26.1.2.o.

87 Amor naturalis nihil aliud est, quàm inclinatio naturæ indita ab auctore naturæ, 1ª.q.60.1.3ᵐ.

88 Dilectio naturalis est respectu finis, sed electiua est respectu eorum quæ sunt ad finem, 1ª.q.60.2.c.& 4.3ᵐ.

89 Dilectio naturalis est principium electiuè, 1ª.q.60.2.c. & q.62.2.c. & q.82.1.c.fi. & 12ᵉ.q.10.1.c. & q.17.9.2ᵐ. & q.41.3.c. & q.91.2.2ᵐ.& 22ᵉ.q.154.12.c. & q.155.2.c.

90 Omnis dilectio naturalis est recta, non rectitudine charitatis: licet vna rectitudo perficiat aliam: sed rectitudine naturali, 1ª.q.60.1.3ᵐ.

91 Amor naturalis est triplex, scilicet in appetitu naturali, sensitiuo & intellectiuo, 1ª.q.60.1.c.

92 Amor naturalis est in omni re, in omni potentia & membro, 1ª.q.60.1.c.& 12ᵉ.q.26.1.3ᵐ.

93 Quælibet res naturali dilectione amat se: & quidquid est idem ei in natura, 1ª.q.60.3.4.c. & 12ᵉ.q.10.1.c. & q.77.4.1ᵐ. & 22ᵉ.q.67.5.1ᵐ. & q.126.1.c.

94 Amor sui tripliciter se habet ad charitatem, scilicet contrariè, inclusiuè & concomitanter, 22.q.19.6.o.

95 Amare se dicitur aliquis tripliciter, scilicet iustè, iniustè, & indifferenter, 22ᵉ.q.25.7.c.

96 Amor sui est vituperabilis, quando est nimius respectu sui vel exteriorum, 12ᵉ.q.29.4.3ᵐ.& q.77.4.1ᵐ.

97 Amor sui inordinatus est causa omnis peccati, 12ᵉ.q.77.4.o.& 5.c.& q.84.2.3ᵐ.& 22ᵉ.q.25.7.1ᵐ.& q.153.3ᵐ.

98 Amare se secundum substantiam conuenit omnibus, secundum carnem principaliter vel secundum sensum peccatoribus tantum, sed secundum spiritum bonis tantum, 22ᵉ.q.25.4.3ᵐ. & 7.o.& q.117.1.1ᵐ.

99 Vnio quadruplex, scilicet realis, similitudinis, affectus, & substantialis. Prima est affectus amoris. Secunda & quarta est causa eius. Tertia est amor, 12ᵉ.q.28.1.2ᵐ.

100 Vnio amantis ad amatum duplex, scilicet realis, & affectus, 12ᵉ.q.25.2.2ᵐ.

101 Amor triplex scilicet naturalis, sensitiuus, & intellectiuus, 1ª.q.60.1.c.& 12ᵉ.q.26.1.c.& n.28.6.1ᵐ.& q.41.3.c.& 22.q.26.3.c.

102 Amor duplex scilicet amicitiæ, & concupiscentiæ, 1ª.q.60.3.c. & 4.3ᵐ. & 12ᵉ.quæst.26. 4.o. & quæst.28.1.c. & 22ᵉ.quæst.17.8.c. & quæst.23.1.c.

103 Amor est inæqualis dupliciter, scilicet secundum inæquale bonum: & secundum magis & minus, 1ª.quæst. 20.3.o. & 22ᵉ.q. 26. 6.

104 Dilectio est tantum in voluntate, sed amor propriè in sensitiuo, licet transferatur etiam ad voluntatem, 12ᵉ.q.26.3.o.

105 Dilectio addit supra amorem electionem, sed charitas æstimationem magni pretij. Ibidem.

106 Amor intellectualis addit supra beneuolentiam vnionem effectus, 22ᵉ.q.27.2.c.2ᵐ. & q.31.1.c.

107 Amor vt passio est semper cum impetu & consuetudine, sed beneuolentia quandoque subito & sine impetu, 22ᵉ.q.27.2.c.

108 Amor est boni in communi, siue habiti siue non: sed gaudium & delectatio est de præsenti & habito, desiderium verò & spes est de non habito, 1ª.q.20.1.c.& q.34.3.1ᵐ.& 12ᵉ.q.28.1.1ᵐ. & 22ᵉ.q.4.1.3ᵐ.

109 Actus amoris semper tendit in duo, scilicet in bonum volitum, & in eum cui vult bonum, 1ª.q.20.1.3ᵐ.& 12ᵉ.q.26.4.c.

110 Amor est vnio amantis ad amatum, 1ª.q.20.1.c.3ᵐ.& 12ᵉ.q.25.2.2ᵐ.& q.28.1.o.

111 Amor non est vnio secundum rem, sed secundum affectum, 12ᵉ.q.25.2.2ᵐ. & q.28.1.c.2ᵐ.

112 Amor est motus appetitus quo immutatur ab appetibili vt ei complaceat, non autem vt tendens in appetibile, quia hoc est desiderium, 12ᵉ.q.26.2.c.3ᵐ.

113 Amor est complacentia amantis in amatum, 12ᵉ.q.25. 2.c. & q. 26.1.2.c.& q.27.1.c.

114 Amor importat conuenientiam & connaturalitatem ad amatũ, 12ᵉ.q.23.4.c.& q.25.2.c.& q.26.1.c.& q.27.1.c.& 4.c.& q.28.5.c. & q.29.1.2.c. & q.32.3.3ᵐ.

115 Amor est passio propriè secundum quòd est in concupiscibili, communiter autem vt est in voluntate, 12ᵉ.q.26.2.o. & 3.3ᵐ. & 4ᵐ. & q.28.6.1ᵐ.

116 Amor, gaudium, & delectatio vt sunt in appetitu sensitiuo, passiones sunt, non autem vt sunt in voluntate, 1ª.q.20.1.1ᵐ.

117 Amor ponitur pro omni passione, 22ᵉ.q.162.3.4ᵐ.

118 Amor est prima omnium passionum, 1ª.q.20.1.c.& 12ᵉ.q.25.2.o. & 3.c.fi.& q.27.4.c.& q.56.3.1ᵐ.& q.70.3.c.& 22ᵉ.q.28.4.c. & q.47.1.1ᵐ.& q.162.3.4ᵐ.

119 Amor qui est in appetitu sensitiuo, est passio quædam, 22ᵉ.q.27.2.c.

120 Amor non est passio læsiua, sed perfectiua, nisi ratione transmutationis corporalis, vel obiecti inconuenientis, scilicet peccati, 12ᵉ.q.28.5.o.

121 Amor non determinatur ad aliquod genus vtturis vel vol vitij,

Universidad de Deusto Biblioteca

sed ordinatus includitur in qualibet virtute, & inordinatus in quolibet peccato, 22ᵉ.q.125.2.o.

122 Amor est naturaliter prior odio, sed sunt simul secundum rationem, 12ᵉ.q.29.2.o.

123 Amor est fortior odio, licet quãdoque videatur econuerso, quia odium est sensibilius, & maius odium comparatur minori amori, 12ᵉ.q. 29.3.o.

124 Aliquid est causa amoris dupliciter, scilicet vt ratio, & vt via, 22ᵉ.q.26.2.1ᵐ.

125 Nulla passio est causa omnis amoris, sed aliqua est causa alicuius amoris, 12ᵉ.q.27.4.o.

126 Bonum est causa amoris propria, vt proprium eius obiectum, 12ᵉ.q.27.1.o. & 2.c.& q.29'.o.

127 Bonum vt conformat sibi appetitum causat amorem, vt absens concupiscentiam, & vt præsens delectationem, 1ª.q.20.1.c. & 12ᵉ.q.23.4.c.& q.26.2.c.& q.28.1.1ᵐ.& q.30.2.c.

128 Obiectum amoris est simpliciter bonum, ideo bonum augmentatum simpliciter auget amorem. Sed non est sic in audacia, quia obiectum eius est compositum ex bono & malo,& motus eius in malo præsupponit motum spei in bonum. Ideo si addatur tantum de arduo quòd excedat spem, non sequitur motus audaciæ, sed minuitur, 12ᵉ.q.45.4.2ᵐ.

129 Nouitas & absentia amati facit perceptionem amoris,licet non semper augeat ipsum, 12ᵉ.quæst.29.3.c. & quæst.35.6.c. & q.48, 2.1ᵐ.

130 Sicut ex delectatione causatur amor, sic ex tristitia odium,quia sicut mouemur in amorem delectantium,sic in odium tristantium, 22ᵉ.q.3.4.6.c.& q.36.4.3ᵐ. & q.158.7.2ᵐ.

131 Odium potest esse per accidens causa amoris, inquantum aliqui conueniunt in odio alicuius, 12ᵉ.q.32.4.3ᵐ.

132 Amor & odium circa idem sunt contraria, non autem de contrariis, sed se inuicem consequentia, 12ᵉ.q.29.2.2ᵐ.

133 Apprehensio vnitatis est causa amoris, quia si aliquid apprehenditur vt pertinens ad bene esse amantis, causat amorem concupiscentiæ. Si verò vt alterum se, causat amorem amicitiæ, 12ᵉ.q.28. 1.c.

134 Similitudo est per se causa amoris. Sed per accidens, scilicet vt impedit proprium bonum, est causa odij, 12ᵉ.q.27.3.o. & q.99. 2. c.

135 Similitudo in actu est causa amoris amicitiæ, sed similitudo in potentia est causa amoris concupiscentiæ, 22ᵉ.q.27.3.c.

136 Similitudo est causa odij, & dissimilitudo est causa amoris per accidens tripliciter, scilicet ratione displicentiæ propriæ conditionis ratione impedimenti,vel ratione cognitionis amoris sequentis, 12ᵉ.q.99.2.c.

137 Delectatio vt intenta, causat desiderium & amorem, sed in exequendo est econuerso, 12ᵉ.q.25.2.c.3ᵐ.& q.27. 4.1ᵐ. & q.34.1. c. 1ᵐ.

138 Spes respectu eius per quem sit possibile, causat amorem. Sed respectu boni sperati, est econuerso, 12ᵉ.q.27.4.3ᵐ. & q.40.7.o. & q.62.4.3ᵐ. & 22ᵉ.q.17.8.c. & q.66.6.2ᵐ.

139 Spes causat amorem vel auget ratione delectationis, quia delectationem causat, vel ratione desiderij, quia spes desiderium fortificat, 12ᵉ.q.27.4.3ᵐ.

140 Amor carnalis cognoscitur per frequentem familiaritatem, & per nimia colloquia cũ mulieribus, & dum abinuicem inuitæ & tristes discedunt, 12ᵉ.q.28.5.1ᵐ.

141 Si bonus cantor amet bonum scriptorem, attenditur ibi similitudo proportionis secundum quòd vterque habet quod conuenit ei secundum suam artem, 12ᵉ.q.27.3.2ᵐ.

142 Licet non omnes homines habeant aliquas virtutes secundum habitum completum, habent tamen eas secundum quædam seminaria rationis, secundum quæ qui non habet virtutem diligit virtuosum tanquam suæ naturali rationi conformem, 12ᵉ.q.27.3.4ᵐ.fi.

143 Amari propter aliud contingit secundum quatuor genera causarum, scilicet secundum causam finalem, formalem,efficientem & materialem, 22ᵉ.q.27.3.c.

144 Amor est causa omnium passionum & affectionum, 1ª.q.20.1.c. & q.69.princip.& 12ᵉ.q.26.1.2ᵐ.& 2.1ᵐ.& q.27.4.c.& q.28.6.2ᵐ. & q.41.2.1ᵐ.& q.45.1.c.& q.62.3.3ᵐ.& q.70.3.c.& 22ᵉ.q.17.8.c.2ᵐ. & q.19.9.3ᵐ. & q.162.3.4ᵐ.

145 Vnio secundum rem amantis ad amatum, est effectus amoris, 1.q.20.1.3ᵐ.& q.60.3.2ᵐ.& 12ᵉ.q.28.1.o.

146 Mutua inhæsio triplex, scilicet secundum vim apprehensiuam, appetitiuam, & redamationem, est effectus amoris, 12ᵉ.q.28.2. o.q.66.6.c.

147 Extasis est effectus amoris, 1ª.q.20.2.1ᵐ.& 12ᵉ.q.28.3.o. & 22ᵉ.q. 175. 2.o.

148 Amor facit feruere,& ebullire, id est ferri extra se in amatum, 12ᵉ.q.37. 2.c.

149 Amor liquefacit, id est facit non continere amantem intra se, 12ᵉ.q.28.5.5.

150 Proprij effectus amoris sunt quatuor, scilicet liquefactio, id est mollificatio affectus,vt faciliter penetretur ab amato, fruitio id est delectatio, languor id est tristitia,& feruor, id est intensum desiderium, 12ᵉ.q.28 5.o.

151 Amor languere facit: id est tristari de absentia amati, 12ᵉ.q.28. 5.1ᵐ.

152 Amor mouet inferiora in superiora, vt ab eis perficiantur, & superiora in inferiorum prouisionem, 22ᵉ.q.3.1.1ᵐ.

153 Amans agit omnia quæ agit ex amore, 12ᵉ.q.28.6.o.

154 Zelus est effectus amoris, 1ᵉ.q.28.4.o.

155 Ex amore procedunt gaudium & tristitia, contrario modo, 22ᵉ. q.28. 1.c.

156 Ex amore inordinato procedit cupiditas inordinata, 22ᵉ.q.125. 2. c.

157 Odium est effectus amoris, 12ᵉ.q.28.6.3ᵐ.& q.29.2.o.& 3.c.

158 COGNITIO. & cognitio est causa amoris, 12ᵉ.q.27.2.c. & 22ᵉ. q.26.2.1ᵐ.

159 In his quæ sunt supra hominem, amor est nobilior cognitione, sed in aliis est econuerso, 1ª.q.82.3.c.3ᵐ. & q.108.6.3ᵐ. & 12ᵉ.q. 66.6.1ᵐ. & 22ᵉ.q.23.6.1ᵐ.& q.27.4.2ᵐ.

160 Amor est altior cognitione in mouendo, sed in attingendo est econuerso, 12ᵉ.q.3.4.4ᵐ.

161 Cognitio perficitur per hoc quòd cognitum est in cognoscente, sed amor, secundum quòd amans trahitur ad amatum, 1ª.q.16. 1.c. & q.19.39.6ᵐ.& 6.2ᵐ.& q.5.2.c. & 3.2ᵐ.& q.60.2.c.& q.78.1.c. 3ᵐ.& q.81.1.c.& q.82.3.c.& q.108.6.3ᵐ.& 12ᵉ.q.15.1.3ᵐ. & q.22.2.c. & q.40.2.c.& q.66.6.1ᵐ.& q.86.1.2ᵐ. & 22ᵉ.q.23.6.1ᵐ. & q.26.1. 2ᵐ. & q 27.4.c.

162 Aliquid perfectè amatur, quod non perfectè cognoscitur, 12ᵉ.q. 27.1.2ᵐ.& 22ᵉ.q.22ᵉ.q.27.4.1ᵐ.

163 Nil amatur nisi cognitum, 12ᵉ.q.q.3.4.4ᵐ. & q.27.2.c.& 4.1ᵐ.

164 Deus per essentiam visus necessario amatur, sed per effectus cognitus potest ordiri, 1ª.q.60.5.5ᵐ.& 22ᵉ.q.34.1.o.

165 Subiectum amoris sensibilis, est concupiscibilis, intellectualis verò est voluntas, 1ª.quæst.82. 5.1ᵐ. & 12ᵉ.q.23.1.2.c. & q.26.1.o. & 2.2ᵐ.

166 Amor mundanus semper est malus, 22ᵉ.q.19.3.c.

167 Amor mercenarius est semper malus, 22ᵉ.q.19.4.3ᵐ.

168 AMPLEXVS, oscula,tactus,& huiusmodi ex libidine,sunt peccata mortalia non autem secundum se, scilicet vel propter consuetudinem patriæ, vel propter aliquam necessitatem, aut rationabilem causam, 22ᵉ.q.154.4.o.

1 ANALOGIA duplex scilicet secundum quòd aliqua participant aliquid, secundum prius & posterius, vel secundum quòd vnum imitatur alterum. Secunda est in diuinis, non autem prima, 1ª.q. 13.5.c.

2 In analogis prius dicitur dupliciter, scilicet secundum rem, & secundum impositionem nominis, 1ª.q.13.6.c. & q.33.2.4ᵐ.

3 Omnia dicta de Deo & creatura dicuntur analogicè, non autem vniuocè, nec purè æquiuocè, 1ª.q.3.6.1ᵐ.& q.13.5.6.10.o. & q.25. 2.2ᵐ.& q.29.4.4ᵐ.& q.32.1.2ᵐ.fi.

4 Analogum est medium inter vniuocum & æquiuocum, 1ª.q.1.5. 10. c.

5 Analogata dicuntur ad vnum numero, & non secundum rationem tantum, sicut vniuocum, 12ᵉ.q.20.3.1ᵐ.

6 Analogum est tantum in vno analogato secundum propriam rationem, vniuocum autem est in quolibet, 1ᵉ.q.16. 6.c. & 12ᵉ. q.20.3.c.3ᵐ.

7 Omnia analogata necessariò dicuntur per respectum ad vnum primum, 1ª.q.13.6.c.& 10.c.

8 Primum in analogis oportet poni in diffinitione omnium aliorum, 1ª.q.13.6.c.& 10.c.

ANDRAGATHIA, id est, strenuitas, est virtus viri, communicabilium operum adinuentiua, & pars fortitudinis potentialis pertinens ad liberalitatem, vel potius ad magnificentiam, licet magis conueniat cum iustitia ratione materiæ, 22ᵉ.quæst.128. 6ᵐ.fin.

1 ANGELVS & necesse est angelos esse, 1ª.q.50.1.o.

2 Angeli non fuerunt ante mundum, id est ante corpora, 1ª.q. 61.2.3.o. & q.102.2.1ᵐ.& 4.1ᵐ.

3 Angeli potuerunt esse ante mundum, 1ª.q.61.3.o.& 4.1ᵐ.

4 Esse angeli est infinitum secundum quid inquantum non est in materia, non autem simpliciter: quia finitur per essentiam à qua est, 1ª.q.7.2.o.& q.50.2.4ᵐ.& q.52.2.c.

5 Esse angeli est accidens, 1ª.q.50.2.3ᵐ.& q.61.1.c.

6 Esse angeli non est eius essentia, 1ª.q.12.4.c.& q.47.1.c. & q.50.2. 3ᵐ. & q.61.1.c.

7 Esse angeli non est suum intelligere, 1ª.q.54.2.o.& 3.c.

8 Esse angeli non est eius operatio, 1ª.q.54.2.o.& 3.c.

9 Angeli sunt creati à Deo, 1ª.q.61.1.o.

10 Angeli sunt creati immediatè à Deo, 1ª.q.45.1.1ᵐ.

11 Angeli fuerunt creati in cælo empyreo.1ª.q.61.4.o & q. 102. 2. 1ᵐ. & 4.1ᵐ.

12 Angeli non sunt facti propter hominem principaliter. 1ª.q. 50. 3.2ᵐ.

13 Angeli fuerunt creati in gratia, 1ª.q.63.3.o. & q.62. 5. 4ᵐ.& 6.c.& q.67. 4.4ᵐ.& q.95. 1.3ᵐ.& q.109.1.c.& 22ᵉ.q.5.1.c.

14 Angeli sunt creati in beatitudine imperfecta,1ª.q.61.1. o. & q. 67. 4.4ᵐ.

15 Angelus non est creatus malus,1ª.q.67.4.4ᵐ.

16 Angelus est forma subsistens,1ª.q.50.5.c.& q.56.1.c.fi.& 2.3ᵐ. & q. 75.3.c.

17 Angeli sunt partes vniuersi eiusdem cum creatura corporali,non autẽ Deus,sed est supra totũ vniuersum,1ª.q.50.3.c.& q.61.3.4.o.

18 Quilibet angelus est in genere substantiæ,1ª.q.88.2.4ᵐ.

19 In angelis genus & differentia sumuntur ab eodem scilicet ab essentia,sed diuersimodè,1ᵉ.q.5.2.1ᵐ.

20 In angelis idem est essentia,& id quod est,1ª.& q.3.3.c.& q.39.1.c.

21 In substantiis separatis à materia, id est in angelis idem est suppositum & natura secundum rem, licet differant secundum rationem,1ª.q.3.3.c.

22 Angelus est totaliter intellectualis naturæ, ideo oportet quòd omnis eius actio sit secundum intellectum.Quandoque tamen intellectuales creaturæ quę sunt angeli distinguũtur à rationalibus,quandoque autem sub rationalibus comprehenditur,1ª. q.61.2.1ᵐ.& 22ᵉ.q.83.10.2ᵐ.

23 Intellectus angeli non est eius essentia,1ª.q.54. 3.o.& q.77.1.c. & q.79.1.o.

24 Intelligere angeli,non est eius essentia,1ª.q.64.1.o.

25 Essentia angeli,indiuiduatur se ipsa,1ª.q.3.2.3ᵐ.& 3.c.& q.13.9.c.& 3ª.q.77.2.c.

26 Angelus est indiuisibilis in essentia,non autem secundum virtutem,id est secundum obiecta, & secundum intensionem & remissionem actus,1ª.q.53.1.1ᵐ.& 3.3ᵐ.

27 In angelis est compositio ex esse & essentia,1ª.q.50.2.3ᵐ.& q.75.5. 4ᵐ.& q.88.2.4ᵐ.

28 In angelis non sunt partes essentiæ, sed sunt partes secundum potentiam inquantum intellectus eorum per plures species perficitur, & eorum voluntas se habet ad plura, vt partialitas non referatur ad substantiam angeli,sed ad virtutem eius,vel ad locum,1ª.q.53.1.1ᵐ.fi.& 12ᵉ.q.50.6.3ᵐ.

29 In angelis est compositio ex quo est,id est ex esse,& quod est,1ª. q.50.2.3ᵘᵐ.& q.75.5.4ᵐ.

30 Angelus componitur ex actu & potentia.1ª.q.47.1.c.& q.50. 2. 3ᵐ. & q.75.5.4ᵐ.& 12ᵉ.q.50.5.c.

31 Quanto angelus est superior,tanto minus habet de potentialitate,2ᵉ.q.50.5.c.

32 In angelis non est materia propriè,1ª.q.50.2.o.& q.61.3.3ᵐ.& q.85. 1.c.

33 In Angelis est compositio subiecti,& accidentis,1ª.q.50.6.o.

34 Quilibet angelus differt specie ab alio angelo.1ª.q.10.6.c. fi.& q. 48.2.c.& q.50. 4.o.& q.62.6.3ᵐ.& q.75.7.c.& q.76.2.1ᵐ.& 3ª. q.69. 8.2ᵐ.

35 Impossibile est esse duos angelos vnius speciei,quia omnes angeli differunt specie secundum diuersos gradus naturæ intellectiuæ.1ª.q.50.4.c.& 4ᵐ.

36 Bonum speciei præponderat bono indiuidui.Vnde multo melius est quòd multiplicentur species in angelis,quàm quòd multiplicentur indiuidua in vna specie,1ª.q.o.4.3ᵐ.

37 Perfectio naturæ angelicæ requirit multiplicationem specierũ, non autem multiplicationem indiuiduorum in vna specie. 1ª. q.50.4.4ᵐ.

38 Differentiæ angelorum,vt multi tenent,sumuntur secundum diuersos gradus potentialitatis,1ª.q.50.2.1ᵐ.& 4.o.& q.56. 2.1ᵐ. & 12ᵉ.q.5.5.c.

39 Si tamen angelus haberet materiam, nec sic possent esse plures angeli vnius speciei,1ª.q.50.4.c.

40 Angelus & anima differunt specie.1ª.q.75.7.o.

41 Angelus est anima simpliciter nobilior homine, sed secũdũ quid est econuerso,1ª.q.93.3.o.q.96.1.1ᵐ.& 2.c.& q.108.2.3ᵘᵐ.& q.112. 1. 4ᵐ.& 12ᵉ.q.5.1.3ᵐ.& 22ᵉ.q.172.2.c.

42 Angeli conueniunt cum substantiis materialibus in genere logico,non autem in genere physico,1ª.q.88.2.4ᵐ.

43 Angeli non habent corpora naturaliter sibi vnita.1ª.q.51.1.o.& q. 54.5.c.1ᵐ.& q.110.2.1ᵐ.& 3.3ᵐ.& q.115.5 c.& q.117.4.1ᵐ.& q.118.3.c.

44 Angeli possunt assumere corpora,1ª.q.51.2.o.

45 Angelus non indiget corpore assumpto propter se: sed propter nos,1ª.q.51.2.1ᵐ.

46 Non omne corpus motum ab angelo,assumptum est ab eo, sed tantum quod representat eum,1ª.q.51.2.3ᵐ.

47 Corpus assumptum non vnitur angelo,vt formæ, sed vt motori representato,ibid.

48 Angelus mouetur per accidens in corpore assumpto,non autem in aliis.1ª.q.51.3.3ᵐ.

49 Corpora assumpta ab angelis sunt de aëre inspissato,1ª. quæstio. 51.2.3ᵐ.

50 Corpora assumpta ab angelis nõ habent virtutes naturales quas ostendunt,nec operationes vitæ, sed communes etiam inanimatis,1ª.q.51.3.o.& 3ª.q.55.6.1ᵐ.

51 Angelus potest esse simul cum corpore,1ª.q.5.32.2ᵐ.

52 In eodem corpore simul sunt anima formaliter dans esse:& operans operationes naturales,& angelus operans operationes supernaturales,1ª.q.52.3.3ᵐ.

53 Angeli administrant & gubernant omnem creaturam corporeã. 1ª.q.110.1.o.

54 Deus non produxit corpora mediantibus angelis,1.q.65.3.o.

55 Formæ corporum non creantur ab angelis.1ª.q.65.4.o.& q. 91. 2. c.& q.110.2.o.

56 Nec anima creatur ab angelis. 1ª. q.90.3.o.& 12ᵉ.q.3.7. 2ᵐ. & 22ᵉ. q.85.2.c.

57 Essentia angeli non indiget loco,1ª.q.61.4.1ᵐ.& q.102. 2.2ᵐ. & q. 112.1.2ᵐ.

58 Esse in loco dicitur de angelis æquiuocè, respectu corporalium. 1ª.q.52.1.c.& q.63.1.c.

59 Deus,angelus & anima non continẽtur à loco,sicut corpora, sed continent eum, 1ª. quæst.8.1.2ᵐ.& quæst.52.1.c.fi.& q.53.1.c. & 2. cap.fin.

60 Angelus non est in loco,nisi secundum contactum virtutis. 1ª. q. 8.2.1ᵐ.& 2ᵐ.& q.52.o.& 53.o.

61 Angelus est in loco diffinitiuè,non autem circunscriptiuè.1ª.q. 8. 2.1ᵐ.& q.52.1.2.o.& q.53.1.c.& 12ᵉ.q.94.2.c.

62 Locus angeli potest esse diuisibilis,& indiuisibilis,1ª.q.52. 2. c. & q.53.1.o.& 2.7ᵐ.

63 Angelus non est simul in pluribus locis,1ª.q.52.2.o.& q.53.1.c.& q. 112.1.c.

Plures angeli non possunt esse simul in eodem loco,3ª.q.52.3.o.

64 Non oportet quòd si aliquis angelus mouet cælum,quòd sit vbique,1ª.q.52.2.c.

65 Operatio angeli diffinita est ad vnum locum,respectu operati & operantis,non autem Deus quia operatio eius est determinata tantum primo modo,1ª.q.52.2.c.

66 Angelus mouetur localiter, tamen æquiuocè aliis rebus,1ª.q. 53. 1.o.

67 Motus angeli in loco nihil aliud est quàm diuersi contactus diuersorum locorum successiue,1ª.q.53.1.c.

68 Motus angeli est successio diuersarum operationum eius. 1ª. q. 12.10.2ᵐ.& q.63.6.4ᵐ.& q.53.o.& q.73.2.c.

69 Motus angeli non est actus imperfecti,sed existentis in actu,1ª.q. 53.1.2ᵐ.& 3ᵐ.

70 Motus angeli non est propter indigẽtiam suam, sed nostram, 1ª. q.55.1.3ᵐ.& q.55.2.3ᵐ.

71 Motus angeli potest esse continuus & discontinuus,sicut vult,1ª. q.53.1.o.& 2.c.& 3.c.

72 Angelus dum mouetur partim est in vtroque termino. 1ª.q. 53. 1. 1ᵐ.& 3.3ᵐ.

73 Angelus dum mouetur motu continuo, in principio est in toto loco diuisibili à quo incipit moueri:sed dum est in ipso moueri,est in parte loci quem deserit,& in parte loci quem occupat, 1ª.q.53.1.1ᵐ.& 3.3ᵐ.

74 Motus continuus angeli necessario est per omnia media,sed discontinuus posse esse sine medio.1ª.q.53.2.o.

75 Motus angeli non est in instanti,sed in tempore,1ª.q.53.3.o. & 3ª. q.57.3.3ᵐ.

76 Angelus mouetur secundum totam vim suam in id quod agit.1ª. q.62.6.o.& q.63.8.3ᵐ.

77 Motus angeli non habet ordinem ad motum primi mobilis. 1ª. q.53.3.c.fi.& q.63.6.4ᵐ.& q.91.2.3ᵐ.

78 Velocitas motus angeli non est secundum quantitatem virtutis eius,sed secundum voluntatem eius,1ª.q.53.3.1ᵐ.

79 Angeli sunt immutabiles & incorruptibiles,1ª.q.92.c.& q.10.5. c. & fi.& q.50.5.o.& q.61.2.3ᵐ.& q.75.6.c.fi.& q.97.1.c.

80 Angeli sunt mutabiles tripliciter, scilicet quo ad electionem finis,applicationem virtutis ad diuersa,& per annihilationem, 1ª.q.9.2.c.& q.10.5.c.

81 Motus illuminationis angeli triplex, scilicet circularis,rectus & obliquus,22ᵉ.q.180.5.2ᵐ.

82 Vnus angelus agens in virtute imperij Dei est sufficiẽtis virtutis ad educendum in actum totum quod diuina virtute operandũ est circa corpus aliquod supra actus naturales,1ª.q.112.2.c.

83 Omnia corpora obediunt angelis ad nutum motu locali,non autem formali, 1ª.quæst.65.4.c.fi.& q.91.2.c.& q.105.1.1ᵐ. & q. 110. 2.3.o.& quæst.111.3.c.& q.114.4.2ᵐ.& q.117.3.c.3ᵐ.& 4.1ᵐ. & 12ᵉ.q. 80.2.c.

84 Angelus potest immutare omnes sensus hominis interiores & exteriores,1ª.q.111.1.4.o.& q.114.4.2ᵐ.

85 Angelus nõ potest aliquam formam imprimere in imaginatione,nisi mediante sensu exttinseco.1ª.q.111.3.2ᵐ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

86 Angelos immutare voluntatem nostram est omnino hæreticũ, 1ª.q.106.2.c.& 12ᵉ.q.80.3.1ᵐ.& 22ᵉ.q.174.5.4ᵐ.
87 Angelus potest immutare voluntatem hominis,persuadendo solum vel concitando passiones.1ª.q.106.2.c.& q.111.2.o.& q.114.2.3ᵐ.& q.115.4.1ᵐ.& 12ᵉ.q.9.6.2ᵐ.& q.75.3.o.& q.80.1.o.
88 Angelus superior mouet voluntatem angeli inferioris aliqualiter vt obiectum,persuadendo]: non autem de necessitate nec ex parte potentiæ,1ª.q.1ª.q.106.2.o.
89 Angeli dupliciter possunt agere in animas nostras.s.confortando intellectum,& illustrando phantasmata, 1ª.q.111.1.c.
90 Boni angeli possunt imprimere in intellectum nostrum:nõ autẽ mali,12ᵉ.q.80.2.c.& 22ᵉ.q.96.1.c.& q.172.2.1ᵐ.
91 Boni angeli possunt imprimere in intellectum nostrum confortando:non autem imprimendo lumen,1ª.q.111.1.o.
92 Angeli mali imprimunt in phantasmata, applicando ad eam lumen suum,12ᵉ.q.80.2.o.
93 * Substantiæ separatæ.i.angeli:non sunt principia intellectus humani:cum creatio intellectus humani sit immediatè à Deo, 1ª. q.65.3.c.
94 Bonæ cogitationes attribuuntur altiori principio.s.Deo:licet angelorum ministerio procurentur,1ª.q.111.2.2ᵐ.fi.
95 Angeli sunt supra tempus:& supra motum omnium corporaliũ non autem supra tempus successionum esse ipsorum,& operationum eorum,1ª.q.61,2.2ᵐ.& q.62.5.2ᵐ.& q.85.4.1ᵐ.
96 Intelligere angeli est supra tempus,12ᵉ.q.113.7.5ᵐ.
97 Intelligere angeli est supra tempus corporalium:& est in tempore alio,1ª.q.57.3.2ᵐ.
98 Tempus angeli est alterius rationis à tempore aliorum,1ª.quæst. 53.3.c.
99 Tempus angeli potest esse continuum:& discretum:sicut & motus eius,1ª.q.53.3.o.
100 Tempus angeli discretum nullam proportionem habet ad tempus aliorum:sed continuum sic,1ª.q.53.3.1ᵐ.
101 Tempus angeli componitur ex instantibus: quia est discretum, 1ª.q .63.6.4ᵐ.& 12ᵉ.q.113.7.4ᵐ.
102 Operatio angeli successiua.i.motus.s.intellectio & affectio:mẽsuratur tempore;non autem æuo,1ª.q.10.5.1ᵐ.& q.12.10.2ᵐ.
103 Esse angeli mensuratur seculo,cognitio naturalis tempore , sed visio beata,æternitate.1.q. 10.5.1ᵐ.3ᵐ.
104 Esse angeli,& substantia eius mensuratur æuo,1ª.q.10.5.1ᵐ.
105 Visio beata angeli mensuratur æuo, 1ª. q.10.5.1ᵐ.
106 Nvmervs & Numerus angelorum non est de genere quantitatis:sed est multitudo transcendens & formalis,1ª.q.30. 3. c. & q.50.3.1ᵐ.
107 Numerus angelorum excedit omnem numerum corporalium, 1ª.q.50.3.o.& q.112.4.2ᵐ.
108 Angeli boni sunt in maiori numero quàm mali,1ª.q.63.9.o.
109 In angelis sunt tres hierarchiæ secundum triplicem gradum cognitionis eorum,1ª.q.108.1.o.
110 In qualibet hierarchia sunt tres ordines,1ª.q.108.2.o.
111 In quolibet ordine sunt multi angeli,1ª.q.108.3.o.
112 Distinctio hierarchiarum & ordinum in angelis est à natura:sed completur per dona gratiæ.1ª.q.108.4.o.& 8.c.& q.109.1.c.
113 Distinctio ordinum in angelis est secundum distinctionem actuum & officiorum.1ª.q.108.2.o.& q.110.1.3ᵐ.fi.
114 Ordines angelorum sunt tantum nouem,1ª.q.108.2.c.
115 Gradus in ordinibus angelorum bene ordinantur,1ª.q.108.2. 2ᵐ. & 6.o.
116 Tota ratio ordinis in angelis est ex propinquitate ad Deũ. Ideo propinquiores Deo sunt gradu sublimiores : & scientia clariores.non autem in hominibus,1ª.q.106.3.1ᵐ.& q.107.2.c.
117 Angeli in confinibus suorum ordinum magis conueniunt,quàm cum extremis suorum ordinum,1ª.q.108.3.3ᵐ.
118 Angeli vnius ordinis non sunt æquales,1ª.q.10.6.c.fi.& q.47.2. c. & q.50.4.c.& q.108.3.o.& q.113.3.1ᵐ.
119 Omnes ordines primæ hierarchiæ,assimilãtur ministris regis circa personam eius.s.cubicularibus,& consiliariis , & assessoribus. Secundæ autem officialibus regni in communi. s. dominis curiæ,principibus militiæ,& iudicibus curiæ.Tertiæ vero deputatis ad certas partes regni.s.præpositis,baliuis,& huiusmodi , 1ª. q.10 8.6.c.
120 Ad primam hierarchiam pertinet consideratio finis, Ad secundũ dispositio vniuersalis de agendis. Ad tertiam verò executio operis,1ª.q.108.6.c.
121 Ordines angelorum sunt connexi adinuicem,& ad nostram hierarchiam.1 .q.108.1.o.
122 Omnes homines & omnes angelorum ordines sunt vna hierarchia,1ª.q.108.1.c.1ᵐ.& 3ª.q.8.4.c.
123 Homines assumentur ad omnes ordines angelorum,1ª. q. 108. 8. o.& q.62.9.3ᵐ.& 12ᵉ.q.4.5.6ᵐ.
124 Angelus inferioris ordinis non assumetur ad superiorem ordinem,1ª.q.108.8.1ᵐ.
125 Quilibet angelus magis habet proprium ordinem & officium quàm quæcunque stella,1ª.q.108.3.c.2ᵐ..
12 Minimus ordo angelorum est superior supremo ordine nostræ hierarchiæ.1ª.q.108.2.3ᵐ.& q.117.2.c.3ᵐ.
127 Proprietates & officia in ordinibus angelorum & ecclesiæ accipiuntur ex nominibus eorum,3ª.q.67.1.c.
128 Ordines angelorum semper durabunt,1ª.q.108.7.c.
129 Excellentia cuiuslibet angeli inferioris continetur in excellentia cuiuslibet superioris,& non econuerso.1ª.q.108.5.6ᵐ.
130 Omnes perfectiores sunt communes omnibus angelis,sed perfectius & abundãtius sunt in superioribus quàm in inferioribus, 1ª.q.106.4.o.& q.108.2.2ᵐ.& 5.c.& 22ᵉ.q.24.3.3ᵐ.
131 Inferiores angeli exercent officia superiorum in virtute superiorum.Ideo infimi possunt arcere dæmones: & facere miracula, 1ª.q.112.2.2ᵐ.& q.113.3.3ᵐ.
132 Essentia superioris angeli est nobilior,& virtus efficacior ad intelligendum & ad agendum in res exteriores,quàm essentia & virtus inferioris,1ª.q.89.1.c.fi.& q.106.1.3.4.c.
133 Nihil prohibet dicere inferiores angelos administrare inferiora corpora:& supiores supiora & sũmos assistere Deo.1ª.q.63.7.c.
134 Ordo in angelis nunquàm à Deo prætermittitur,quin semper inferiora per superiora mouẽtur,& non econuerso,1ª.q.106.3. c. & q.112.2.c.
135 Quilibet angelus est simpliciter maior quolibet viatore secundũ conditionem status:non autẽ secundũ meritum,1ª.q.108.2. 3ᵐ.
136 * Formæ superiorum angelorũ sunt vniuersaliores formis inferiorum,1ª.q.55.3.o.& q.89.1.c.& q.110.1.c.& q.116.1.c.
137 Scientia superiorum angelorum dicitur esse vniuersaliror:quo ad eminentiorem modum intelligendi,1ª.q.106.4.1ᵐ.
138 Cognitio superiorum angelorum est perfectior quàm cognitio inferiorum,1ª.q.89.1.c.fi.& q.106.4.o.& 12ᵉ.q.150.5.c.fi.
139 Superiores angeli idem cognitum perfectius & clarius cognoscunt quàm inferiores,22ᵉ.q.2.6.c.
140 Pauciores sunt formæ intelligibiles in intellectibus superiorũ angelorum:quia lumẽ intellectuale in eis minus diuiditur , 1ª. q.89.1.c.co.2.
141 Angelus superior per vnam speciem potest plura intelligere quã inferior,1ª.q.55.1.o.& q.89.1.c.co.2.
142 Superiores angeli perspicacius diuinã sapientiã cõtemplantes, plura & altiora mysteria gratiæ cognoscũt in visione Dei: quæ inferioribus eos illuminando manifestant,1ª.q.57.5.c.
143 Angelus superior illuminat inferiorem,1ª.q.106.1.3.o.& q. 107. 2. 6.& q.108.principio & q.113.2.2ᵐ. & q.117.2.c.& 12ᵉ.q.112. 1. 3ᵐ. & 22ᵉ.q.2.6.c.
144 Angelus superior instruit inferiorem de omnibus quæ scit, 1ª.q. 106.4.o.& 22ᵉ.q.81.4.2ᵐ.
145 Vsque ad diem iudicij semper noua aliqua supremis angelis reuelantur diuinitùs de iis quæ pertinent ad dispositionem mundi ; & præcipuè ad salutem electorum. Vnde semper remanet vnde superiores angeli inferiores illũminent,1ª.q.106.4.3ᵐ.
147 Angelus inferior nunquam illuminat superiorem,nec potest,1ª. q.106.3.o.& q.107.2.c.& q.108.principio.& q.117.2.c.
148 Praelatio & Boni angeli habent prælationem super angelos malos,1ª.q.109.4.o.
149 Boni angeli inferiores secundum naturam,habent prælationem super angelos malos superiores secundum naturam , 1ª. quæst. 109.4.3ᵐ.
150 Superiores angeli mali habent prælationem super inferiores angelos malos,1ª.q.63.8.o.& q.109.2.o.
151 Angeli præsidentiam habent super ista inferiora immediatam. 1ª.q.110.1.2ᵐ.& 3ᵐ.
152 Minimus angelus habet altiorem & vniuersaliorẽ virtutem,quã aliquod genus corporalium,sed Deus diuersos angelos præposuit cuilibet generi corporum,1ª.q.110.1.3ᵐ.
153 Anima secundum ordinem naturæ non præfertur alteri animæ, sicut dæmones ordine naturæ præferuntur hominibus,1ª.q.64. 4.2ᵐ.
154 Prælatio malorum angelorum fundatur super iustitiam Dei, nõ autem super iustitiam eorum,1ª.q.109.2.1ᵐ.
155 Prælatio angelorum post diem iudicij cessauit quo ad ministeria circa nos,1ª.q.64.4.c.
156 Intellectus angeli est deiformis:quia non habet cognitionem à rebus:nec per sensum:nec cum discursu,sicut in nobis, 1ª. q.84. 2.c.fi.& 22ᵉ.q.180.6.2ᵐ.
157 Intellectus angeli est semper in actu,& nunquam in potentia,1ª. q.50.1.2ᵐ.& q.54.4.c.
158 Intellectus angeli est in potentia essentiali & accidentali respectu reuelandorum,sed respectu naturaliter cognitorum est,tãtum in potẽtia accidentali,1ª.q.58.1.o.& q.62.1.c.& 12ᵉ.q.50. 5.c.
159 Intellectus angeli semper est in actu secundo: & in nulla potentia respectu verbi Dei,1ª.q.58.1.c.& 22ᵉ.q.180.6.2ᵐ.
160 In intellectu angeli beati non potest esse falsitas,1ª.q.58.5.o.
161 Intellectus & voluntas in angelis differunt realiter,1 .q.59.2.o.
162 * In angelis sunt tãtum duæ potentiæ.s.intellectus & voluntas.1ª. q.54.5.

q.54.5.c.& q.79.1.3ᵐ.
163 Intellectus angeli est medius inter intellectum Dei & hominis virtute & modo cognoscendi, quia similitudo eius non est essentia eius sicut in Deo, nec accepta à rebus sicut in nobis, sed per influxum à Deo,1ª.q.84.2.c.fi.
164 Intellectus angeli non habet defectum sui generis sicut noster, sed tantum respectu intellectus Dei,1ª q.12.4.2ᵐ.
165 In angelis non est intellectus agens,& possibilis,1ª.54.4.o.
166 Intellectus possibilis angeli est in potentia respectu luminis diuini,noster autem etiã respectu specierum à rebus acceptarum. 1ª.q.54.4.o.
168 Intellectus angeli est completus per species connaturales omniũ quæ naturaliter cognoscere potest : non autem intellectus noster,1ª.q.54.4.o.& q.55.2.o.& q.59.3.2ᵐ.& q.60.2.o.& q.76. 5. c. & q.84.3.1ᵐ.& q.91.1.c.& q.109.3.3ᵐ.
169 Intellectus Dei & angeli statim totam rei cognitionem habent, intellectus autem noster paulatim, 1ª.q.85.5.c.& 12ᵉ.q.5.1.1ᵐ. & 22ᵉ.q.180.3.c.
170 In angelis est aliqua nescientia,1ª.q.12.8.o.& q.58.5.o.& q. 101. 1. 2ᵐ.& q.106.2.1ᵐ.& 12ᵉ.q.76.2.c.& 22ᵉ.q.52.3.c.
171 Angeli ignorant aliqua supernaturalia, non autem aliquid cognoscibile ab eis naturaliter: sed intellectus noster ignorat vtroque modo,1ª.q.58.5.c.
172 Connaturale est intellectui nostro cognoscere naturas in materia angelico autem sine materia,sed intellectui diuino esse subsistens 1ª.q.12.4.c.& q.85.1.c.
173 Intellectus Dei est sicut actus totius entis,ideo solus est actus purus,angelicus autem est semper in actu suorum intelligibiliũ, non autem intellectus noster : sed est in potentia,1ª.q.79.2.c.& q.87.1.c.& 12ᵉ.q.49.4.c.& q.50.5.c.& q.51.1.2ᵐ.
174 Intellectus Dei est suum intelligere, non autem intellectus angeli:nec intellectus hominis,1 .q.54.1.c.& q.87.3.c.
175 Angelus dicitur mens & intellectus , quia solã cognitionem intellectiuam habet.1ª.q.54.3.1ᵐ.& 5.o.& q.79.1.3ᵐ.
176 Obiectvm & Obiectum primum intellectus angeli est eius essentia,intellectus verò nostri coniuncti,obiectum est quid dictas rei materialis,1ª.q.12.4.c.& q.84.7.c.& q.85.1.c.& q.87.3.c.
177 * Angelus vno & eodem actu primo simul intelligit se intelligere:& essentiam suam,non autem homo:1ª.q.87.3.c.
178 Cognitio angeli duplex.s.matutina & vespertina,1ª.q.58.6.7.o.& q.64.1.3ᵐ.& 12ᵉ.q.67.3.c.& 3ª.q.9.3.c.
179 Nulla cognitio præter matutinam & vespertinam est in angelis,1ª.q.58.6.1.
180 Cognitio vespertina,id est,in propria natura respectu medij.s. per rationem rerum in verbo,est eadem cum matutina differens tantum secundum cognita,non autem cognitio per species rerum innata:sed est diuersa realiter,1ª.q.58.7.o.
181 Angelus dupliciter cognoscit.s.per species,& per verbũ, 1.q.57.5. c.q.58.7.7.o.
182 In prima cognitione est vicissitudo,successio, & renouatio operationum,non autem in secunda,1ª.q.57.1.2ᵐ.
183 Angelus dupliciter cognoscit res in verbo,scilicet per similitudinem verbi in sua natura relucentem,& per essentiam verbi.Primam habuit in principio suæ creationis,non autem secundam: quæ propriè dicitur matutina.1ª.q.62.1.3ᵐ.
184 Angelus habet triplicem de rebus cognitionem. s. in verbo , in mente eius,& in propria natura.Secunda & tertia est vespertina,prima verò matutina,1ª.q.12.10.2ᵐ.& q.58.6.o.& q.60.2.o.
185 Angelus nunquam cognoscit res in propria natura , nisi per species earum,1ª.q.55.10.
186 Angelus cognoscit per species innatas,non autem per acquisitas à rebus,sicut homo,1ª.q.55.2.o.& 57.1.3ᵐ.& q.87.1.c.& q.89.1. 2. 3. o.& 11ᵉ.q.51.1.c.2ᵐ.& 22ᵉ.q.180.6.2ᵐ.
187 Quilibet angelus beatus,semper videt quemlibet alium angelũ in verbo,& quicquid est in eo ad se ordinatum,1ª.q.107.1.3ᵐ.
188 Intelligere angeli & animæ differunt specie,1ª.q.75.7.o.
189 Angeli nõ capiunt cognitionem ex sensibilibus,1ª.q.51.1.c.& q.55. 2.o.& 3.1ᵐ.& q.57.1.3ᵐ.& q.58.7.c.
190 Angelus non intelligit componendo & diuidendo:sicut homo, 1.q.58.4.o.& 5.c.& q.85.5.c.
191 * Cognitio angeli non est discursiua,sed tantum nostra.Et tamẽ angeli syllogizare possunt.Et in substantiis separatis à materia semper res cognoscibilis potest cognosci per certissimam demonstrationem,cum illa non sint subiecta transmutationi, 1ª. q.58.3.o.& 4.c.& q.62.1.c.& 5.c.& q.63.5.c.& q.79.8.c.& q.85.5.c.& 12ᵉ.q.89.4.c.& 22ᵉ.q.49 5.2ᵐ.& q.180.6.3ᵐ.& 3ª.q.11.3.3ᵐ.
192 Cognitio angeli non est causa rerum,1ª.q.55.2.1ᵐ.& 3.1ᵐ.
193 In angelis perseuerat cognitio naturalis, 1ª.q.62.7.o.
194 Angeli boni & mali non possunt deponere existimationem semel habitam,1ª.q.63.6.3ᵐ.& q.64.2.c.fi.
195 Distantia temporalis impedit cognitionem angelorum,1ª.q.47. 3.4ᵐ.& q.89.7.3ᵐ.
196 Distantia localis non impedit cognitionem angelorum, 1ª.q.55. 2. 3ᵐ. & q.57. 3. 4ᵐ. & q.107. 4. o.
197 Angeli in statu naturæ non viderunt verbum Dei,nisi per similitudinem,1ª.q.62.1.3ᵐ.& 22ᵉ.q.5.1.c.
198 Angeli habuerunt in verbo cognitionem rerum fiendarum,quæ iam factę erant,1ª.q.55.2.c.1ᵐ.& q.56.2.c.& q.57.2.c.fi.
199 Angeli cognoscunt in verbo mysteria gratiæ, non omnia , nec æqualiter omnes , sed secundum quod Deus vult eis reuelare, non autem cognitione naturali, 1ª.q.57.5.c.& quæst.64.1.4ᵐ.& q.106.4.2ᵐ.
200 Angeli à principio suæ creationis cognouerũt aliqua mysteria, & aliqua post secundum quod congruit eorum officiis,1ª.& q. 57.5.c.& q.64.1.4ᵐ.
201 Angeli omnes à principio suæ beatitudinis præsciuerunt mysterium incarnationis quo ad substantiam,non autem quo ad omnes circunstantias,1ª.q 57.5.1ᵐ.& q.64.1.4ᵐ.& q. 106. 4. 3ᵐ. & q. 117.2.1ᵐ.& 22ᵉ.q.2.7.1ᵐ.
202 Angeli in verbo simul contemplantur omnia sua cognita, non autem cognitione naturali,sed tantum quæ per vnam speciem representantur,1ª.q.58.1.c.
203 Angeli simul cognoscunt res in verbo, & in propria natura , 1ª. q.12.9.c.& q.58.6.7.1ᵐ.& 3ᵐ.
204 Angelus cognoscit res in propria natura dupliciter , id est , per duplex medium. s.per rationes rerum in verbo , & per species rerum innatas,1ª.q.58.7.c.
205 Angeli naturaliter cognoscunt Deum,non per essentiam eius, sed per naturalia eorum,1ª.q.56.3.o.
206 Angeli non possunt per sua naturalia videre essentiam Dei:nec aliqua alia creatura,1ª.q.12.4.o.& q.64.1.2ᵐ.
207 Res non cognoscuntur perfectè in angelo:sicut in Deo, 1ª. q. 55. 1.c.3ᵐ.& q.84.2.c.fi.& 3ᵐ.
208 Omnes angeli primæ hierachiæ accipiunt cognitionem diuino rum effectuum in prima causa:secundæ verò in vniuersalibus rerum rationibus,id est , à prima hierarchia. Tertiæ autem in propriis rationibus,1ª.q.108.1.6.c.& quæstio.112. 3. cap. 4ᵐ. & q. 113.2.2ᵐ.
3 Apostasia à fide non est species infidelitatis:sed est circunstantia eius aggrauans eam, 22ę.q.12.1.3m.
4 Apostasia à fide est pessima:& includit alias, 22ę.q.12.1.c.
5 POENA, & apostata condemnatus ab Ecclesia, perdit ius dominij super subditos, 22ę.q.12.2.o.
1 APOSTOLI fuerunt perfectiores cæteris sanctis , 12ę.q. 106.4.c.
2 Apostoli habuerunt omnem scientiam quantum expediebat ad conuersionem mundi, 22ę.q.176.1.m.
3 Spiritus sanctus docuit Apostolos omnem veritatem necessariam ad salutem, non autem omnes futuros euentus, 12ę.quæst.106. 4.2.
4 Verba Apostolorum sunt ex familiari reuelatione Spiritus sancti & Christi:ideo seruanda sunt:* quia sunt in canonica scriptura, in qua nefas est credere aliquid falsum esse, 1a.q.57.5.3m. & 12ę. q.100.8.5.3m.fi.& q.103.4.2m.
5 Missio visibilis Spiritus sancti facta est ad Apostolos in specie flatus,& linguæ igneæ: ad significandum quòd gratiam & auctoritatem haberent à capite, id est Christo:& abundarent verbis & feruore, 1a.q.43.7.6m.& 3a.q.59.6.4m.& q.72.2.1m.
6 Deus dedit Apostolis scientiam scripturarum , & omnium linguarum : quam homines per studium vel consuetudinem acquirere possunt:licet non ita perfectè, 12ę.q.1.4.c.
7 Apostoli loquebantur omnibus linguis,non autem Christus nec Christiani modo, 22ę.q.176.1.o.
8 Apostoli relinquentes omnia propter Christum , vouerunt pertinentia ad perfectionis statum, 22ę.q.88.4.3m.
9 Apostoli omnes in nauicula turbabantur propter peccatum Iudæ, ad commendationem vnitatis, 22ę.q.108.4.5.
10 SACRAMENTVM & Apostoli nullum sacramentum instituerunt, 3a.q.64.2.o.& q.72.1.1m.
11 Apostoli ministrantes sacramenta, vtebantur aliqua forma verborum tradita à Christo, 3a.q.72.4.3m.
12 Apostoli multa tradiderunt occultè , non in scriptis : vt formas sacramentorum:ne irriderentur ab infidelibus, 3a.q.25.3.4m.& q.64.2.1m.& q.72.4.1m.& q.78.3.9m.& q.83.4.2m.
13 Omnes Apostoli sunt baptizati baptismo Christi à Christo, 3a. q.38.6.2m.& q.72.6.2m.& q.84.7.4m.
14 Apostoli baptizabant per alios , & secundum Dionysium diuini nostri duces , id est, Apostoli probauerunt infantes recipi ad baptismum:sed prædicabant per se sicut etiam Christus , quia industria ministri multum facit in vltimo,& nihil facit in primo, 3a.q.67.2.1m.& q.68.9.o.
15 Apostoli confirmati sunt à Christo sine materia, sed non confirmabant alios communiter sine materia, 1a.q.72.2.1m.& 4.1m.
1 DEI apparitio differt à missione visibili:quia non importat ordinem diuinarum personarum:nec inhabitationem, sicut missio, 1a.q.43.7.6m.& 3a.q.59.8.1m.
2 Apparitio conuenit patri, non autem matri, 1a.q.43.7.6m.& 3a.q. 39.8.1m.
3 Appatitio Christi postquam resurrexit, legitur facta duodecies, 3a.q.55.3m. & 4m.q.83.5.6m.
4 Christus apparuit in alia effigie, propter gloriam eius, & incredulitatem videntium, 3a.q.54.1.3m.& q.55.4.o.
5 Christus per apparitiones probare voluit identitatem resurgentis, quo ad naturam,comedendo : personam eadem effigie, vel accidentia, per cicatrices, veritatem vitæ loquendo, & veritatem corporis,per palpationem:& eius gloriam,intrando ianuis

clausis, 3^a.quæst.55.6.c.
6 Christus post ascensionem apparuit quibusdam in specie propria corporali, sicut Paulo, 3^a.q.57.6.3^m.
1 APPELLARE ex confidentia iustæ causæ licet cuilibet:non autem vt per moram iustitiam impediat, 22^c.q.69.2.o.
2 Ante sententiam,& post eam, licet appellare, 22^c.q.69.3.1^m.
3 Appellare licet à iudice ordinario tantum:& ab ordinatio & arbitrio simul:non autem ab arbitrio tantum, 22^c.q.69.3.2^m.
4 Nullus potest appellare post decem dies nec plusquam ter, 22^c. q.69.3.3^m.
5 Nulli fideli licet ad iudicem infidelem appellare, 22^c.q.69.3.1^m.

1 APPETITVS quid & appetitus est potentia passiua, 1^a.q. 80.2.c.12^c.q.8.2.3^m.& q.27.1.c.& q.50.5.2^m.
2 Appetitus est inclinatio appetentis in aliquid sibi simile & conueniens, 1^a.q.80.1.c & 12^c.q.8.1.c.& q.29.1.c.& q.50.5.1^m.
3 Appetitus omnis est inclinatio consequens formam:sed naturalis naturalem:sensitiuus apprehensam à sensu:intellectiuus, id est, voluntas apprehensam ab intellectu, 1^a.q.78.1.3^m.& q.80. 1.o. & q.81.1.c.& 87.4.c.& 12^c.q.8.1.c.& q.17.8.c.& q.26.1.c. & q. 35.1.c.& q.40.3.c.
4 Appetitus quilibet sequitur cognitionem, 12^c.q.40.3.c.
5 Appetitus est ad res, sed cognitio est à rebus, 1^a.q.16.1.c. & q.19.3. 6^m.& 6.1^m.& q.80.2.2.1. & q.82.3.c.& 12^c.q.22.1.c.& q.40.2.c.q. 66.6.1^m.& 22^c.q.26.1.2^m.& q.27.4.c.
6 DIVISIO & appetitus duplex, scilicet naturalis, & sensitiuus, 1^a.q.78.1.3^m.& q.80.1.o.& 22^c.q.148.1.3^m.
7 Appetitus duplex, scilicet sensitiuus, & intellectiuus, 1^a.q.80.2.o. & 22^c.q.18.1.c.& q.24.1.c.& q.58.4.c.& q.175.2.2^m.
8 Appetitus triplex, scilicet naturalis sensitiuus:& intellectiuus, 1^a. q.6.1.1^m.& q.19.1.9.c.& q.59.1.c. & q.60.1.c.& q.87.4.c. & 12^c.q.1. 2.c.3^m.& q.26.1.2.c.& q.40.3.c.22^c.q.29.2.1^m.
9 Appetitus naturalis qui sequitur naturæ indigentiam, scilicet vis appetitiua vel attractiua, diuiditur contra retentiuam,digestiuam, & expulsiuam. Et omnes subseruiunt nutritiuæ, & sunt vires animæ vegetatiuæ propriè, sed in passionibus animæ:secundum similitudinem agentium naturalium, 12^c.q.23.4.c. & q.40.4.c.& 1^a.q.117.1.c.& q.119.2.c.& 22^c.q.148.1.3^m.
10 Appetitus cibi duplex, scilicet naturalis, id est fames & sitis: & animalis:in quo est vitium gulæ: non autem in primo , 22^c.q. 148. 1.3^m.
11 Actus appetitus est apperere non habita:amare habita:& delectari in eis, 1^a.q.19.1.c.2^m.& q.59.1.2^m.
12 Motus appetitus duplex, scilicet prosecutio, & fuga, 22^c.q.141.3. c.& q.161.1.c.
13 Ordo motus appetitus proportionatur ordini motuum naturalium, 12^c.q.23.2.c.
14 Omnis appetitus secundum quod tendit in bonum, tendit in assimilationem diuinæ bonitatis , 1^a.q.71.c.2^m. & q.44.4.c.3^m. & 22^c.q.34.1.3^m.
15 Creatura irrationalis appetit Deum implicitè tantum, sed rationalis implicitè, 1^a.q.6.1.2^m.
16 In omni bono appetitus summum bonum, id est Deus, 1^a.quæst. 6.1.2^m.
17 Appeti propter se dicitur dupliciter, scilicet solùm propter se: & nunquam propter aliud:& aliquando etiam propter aliud. Primum conuenit soli beatitudini: secundum virtutibus, 22^c.q. 145. 1.1^m.
18 Omnia appetunt bonum , esse, perfectionem: & coniungi suo principio, 1^a.q.5.1.c.& q.6.1.o.& 2.2^m.& q.63.3.c.22^c.q.64.5.c.
19 Nullus appetitus est ad malum, 1^a.q.19.9.c. & q.103.8.c.& 12.q.8.1. c.& q.23.2.c.& q.27.1.1^m.& q.28.4.c.
20 Non esse est appetibile damnatis, & desperatis per accidens tantum, scilicet ratione pœnæ, 1^a.q.5.2.3^m.& 12.q.8.1.3.& q.29.4.2^m. & 73. 8.2^m.
21 Bonum arduum ratione boni attrahit appetitum causando spem: sed ratione difficultatis retrahit causando desperationem, 22^c. q.161.1.1.c.
22 Possibile conuenit obiecto appetitus, non omnino per accidens, 12^c.q.40.1.3^m.
23 Appetibile non mouet appetitum sensitiuum , nec rationalem: nisi apprehendatur, 1^a.q.80.2.1^m.& 22^c.q.34.1.c.princ.
24 SVBIECTVM & quælibet res habet aliquem appetitum, 1^a.q. 59.1.c.& q.80.1.c.
25 NATVRALIS & appetitus naturalis nihil aliud est, nisi inclinatio & ordo rei ad rem sibi conuenientem, 1^a.q.78.1.1.3^m.& q. 80.1.o.& q.81.1. c.& q.87.4.c.
26 Appetitus naturalis est habitudo ad bonum naturale: ad quod tendit quando non habet:& in quo habito, quiescit, 1^a.quæst. 19.1. 2.c.
27 Appetitus naturalis semper tendit in bonum existens in re, 12^c. quæst.8.1.c.
28 * Appetitus naturalis semper sequitur formam in re existentem: alij autem apprehensam, 1^a.q.59.1.c.& q.60.1.c.& q.80.1.o.& 12^c. q.8.1.o.& q.17.8.c.& q.26.1.c.
29 Illud quod appetitur appetitu naturali, potest etiam appeti appetitu animali,cum fuerit apprehensum, 12^c.q.3.o.3.1^m.
30 Quælibet potentia animæ appetitu naturali concupiscit, amat, delectatur,& huiusmodi: sed appetitu animali sola concupiscibilis, 1^a.q.78.1.3^m.& q.80.1.3^m.& 12^c.q.3.o.1.3^m.
31 Appetitus potest dici naturalis tripliciter, scilicet vel quia inest rei à natura:& sic est in qualibet potentia animæ, & etiam in voluntate:& in omni parte & membro corporis:& in omni re. Vel quia consequitur formam merè naturalem & simpliciter immersam materiæ. Vel quia consequitur formam rationalem:quæ inest homini à natura, non tamen vt sequens formam actu apprehensam ab intellectu, 1^a.q.76.1.c.co.2.& q.78.1. 3^m.& q.80.1.3^m.
32 Appetitus naturalis animæ, non est potentia animæ distincta à cæteris eius potentiis, 1^a.q.80.1.o.& 12^c.q.3.o.1.3^m.
33 Appetitus inferior naturaliter sequitur motū appetitus superioris:nisi aliquid repugnet, 22^c.q.158.8.c.
34 Appetitus naturalis non obedit rationis imperio, 1^a.q.83.1.5^m.& 12^c.q.7.8.9.o.& 22^c.q.148.1.3^m.
35 Omnis potentia animæ, naturali appetitu appetit obiectum sibi conueniens, 1^a.q.78.1.3^m.& q.80.1.3^m.& 12^c.q.3o.1.3.
36 Appetitus consequens apprehensionem animalis, est potentia animæ distincta à cæteris eius potentiis: non autem appetitus naturalis, 1^a.q.80.1.o.& 12^c.q.30.1.3^m.
37 Appetitus sensitiuus mouetur à cogitatiua seu æstimatiua:imaginatiua:& sensu, 1^a.q.81.1.2^m.& 12^c.q.75.2.c.
38 Appetitus sensitiuus mouetur immediatè ab imaginatione: vel æstimatiua: sed mediatè à ratione, 1^a.q.81.3.c.& 12^c.quæst.30. 3. 3^m.
39 Vis cognitiua nō mouet nisi mediante appetitiua:nec ratio vniuersalis, nisi mediante ratione particulari: nec voluntas: nisi mediante appetitu sensitiuo, 1^a.quæst.20.1.1^m.& q.80.2.3^m.& q. 86. 1.2^m.
40 Appetitus sensitiuus diuiditur, per concupiscibilem:& irascibilem, 3^a.q.59.4.c.& q.78.1.3^m. & q.81.2.o.& 3.c.& 22^c.q.18.1.c. & q. 58.4.c. & q.168 2.c.
41 Et vterque appetitus obedit imperio rationis, 1^a.q.74.3.c. & q.81. 3.o.& q.83.1.1^m.& 5^m.& q.96.2.c.& q.110.2.3^m.& q.117.3.3^m. & 12^c. q.17.7.o.& q.26.1.c.& q.42.4.c.& q.50.3.o.& 56.4.o.& q.58.2.c.& 22^c.q. 58.2.c.& 4.3^m.& q.158.2.40.& 3^a.q.15.2.1^m. & q.18.2.c.1^m.& q.19.2.c.& q.20.2.3^m.
42 Appetitus sensitiuus non obedit imperio rationis, nisi mediante voluntate, 12^c.q.46.4.1^m.
43 Actus appetitus sensitiui vt est à potentia animæ, subiacet imperio rationis, non autem vt est ex dispositione organi corporalis, 12^c.q.17.7.o.
44 Proprium hominis est:quòd appetitus inferior subdatur appetitui superiori & moueatur ab eo , 12^c.q.74.3.1^m. & 22^c.quæst. 175. 3.2^m.
45 Appetitus sensitiuus ost proximus motui corporis nostri, 1^a.q. 20. 1.1^m.
46 In passionibus appetitus sensitiui est considerare aliquid quasi materiale : scilicet corporalem transmutationem : & aliquid formale:quod est ex parte appetitus, 1^a.q.20.1.2^m.
47 Bonum sensibile est obiectum appetitus sensitiui:sed bonum simpliciter est obiectum voluntatis, 1^a.q.59.4.c.& 12^c.q.1.2.3^m.& q. 19.3.c.& 22^c.q.24.1.c.
48 * Nullus appetitus mouetur ad suum obiectum , nisi apprehendatur sub ratione boni vel mali : conuenientis vel nociui, 12^c. q.9. 1.2^m.
49 Appetitus sensitiuus vt rectus à ratione : potest esse subiectum virtutis & vitij, 12^c.q.50.3.3^m.& q.56.3.c.& 4.o.& 5.1^m.& q.57.1. c.& q.74.2.c.2^m.& 3.o.
50 Actus appetitus sensitiui semper est cum transmutatione corporis : & maxime circa cor, 1^a.q.20.1.3^m. & 12^c.q.10.3.c.& q.22. 2.3^m.
51 * DIFFERENTIA & appetitus sensitiuus & rationalis. 1.voluntas, sunt duæ potentiæ, 1^a.q.80.2.o.
52 Actus appetitus sensitiui ratione mutationis corporalis annexæ: dicuntur passiones,non autem actus voluntatis, 1^a.q.20.1.1^m.
53 * INTELLECTIVVS & appetitus sensitiuus & voluntas, sunt rationales participatiuè, 12^c.q.24.1.2^m.& q.56.6.2^m.& q.59.4.2^m. & q.61.2.c.fi.2^m.& 22^c.q.59.4.3^m.& 3^a.q.18.2.4.
54 Appetitus rationalis non diuiditur per concupiscibilem & irascibilem, 1^a.q.59.4.o.& q.82.5.o.
55 Appetitus rationalis non fertur in particulare : nisi sub ratione vniuersalis, 1^a.q.80.2.2^m.
1 APPREHENSIO aliqua est causa timoris:& omnium operationum appetitus, 22^c.q.7.1.c.
2 Respectus qui est tantum in apprehensione rationis conferentis vnum alteri:est relatio rationis tantum, 1^a.q.28.1.c.

1 APPROPINQVAZIO. Quanto aliquid habet minus de potentialitate:tanto magis appropinquat Deo, 12^c.q.22.2.1^m.
2 Quanto aliqua sunt fini bono propinquiora, tanto sunt meliora, 22^c.q.81.6.c.princip.

1 APPROPRIATIO in communi est manifestatio diuinarum personarum per attributa essentialia, 1^a.q.39.7.c.
2 Appropriatio in diuinis potest fieri dupliciter: scilicet ex parte creaturarum:& ex parte Dei.Prima debet semper fieri per contrarium:secunda verò per similitudinem ad proprium, 1^a.q.39. 7.c.1^m. & 8.c.co.2.
3 Appropriatum vt sic est posterius proprio secundum modum intelligendi:sed vt essentiale, est econuerso, 1^a.q.39.7.3^m.
4 Attributa conuenienter appropriantur diuinis personis, 1^a.q.39. 7. 8.o.
5 Essentia nulli personæ appropriatur:nec operatio, 1^a.q.39.8.c.
6 IN SPECIALI & potentia appropriatur patri: sapientia filio: bonitas verò spiritui sancto, 1^a.q.39.7.8.c.& q.45.6.2^m.& q.46.3. c.& 22^c.q.14.1.c.
7 Veritas in diuinis appropriatur filio, 1^a.q.39.8.c.
8 Principium effectiuum appropriatur patri:exemplare autem, filio, 1^a.q.46.3.c.
9 Æternitas appropriatur patri:pulchritudo filio : vsus verò spiritui sancto:secundum Hilarium, 1^a.q.39.8.c.& 3^a.q.59.1.2^m.
10 Vnitas appropriatur patri:imago, æqualitas,& verbum filio : nexus verò spiritui sancto:secundum Augustinum, 1^a.q.37.1.3^m.& q.39.8.c.& q.47.2.2^m.& 3^a.q.58.2.3^m.
11 Ex ipso, appropriatur patri:per quem, filio : in quo, spiritui sancto, 1^a.q.93. 8.c.
12 Creatorem esse, appropriatur patri : per quem, filio : dominium verò & viuificatio, spiritui sancto, 1^a.q.45.6.2^m.

1 AQVA & in communi habet sex proprietates : quia est diaphana:humida:frigida:generatiua:abundans vbique:& sine pretio, 3^a.q.66.3.c.& q.69.2.2^m. & 4.1^m.c.
2 Aqua est duplex, scilicet viua, id est cōtinuata suo principio cum fluxu:& mortua, id est stans, 1^a.q.18.1.3^m.
3 Aqua non cooperit totam terram contra naturam:propter viuentia super eam, 1^a.q.69.1.2^m.& 4^m.
4 Congregatio aquarum conuenienter describitur tertia die, 1^a.q. 69.1.o.
5 Aquæ dicuntur potius congregari & diuidi quàm creari:quia labiliter fluxæ sunt. Sed aquæ quæ supra cælos sunt, non sunt fluidæ secundum Basilium, 1^a.q.68.2.c.& 2^m.fi.& q.69.1.1^m.
6 Aqua calida citius & fortius congelatur, 12^c.q.35.6.a.2.& q.37.1.2^m. & q.48.2.c.& q.87.2.c.
7 * DE LATERE CHRISTI &. Vera aqua exiuit de latere Christi, in cruce, 3^a.q.66.4.3^m.& q.74.7.3^m.
8 BENEDICTA & aqua benedicta non est sacramentum : sed est quid sacramentale, 3^a.q.65.1.6^m.
9 Aqua benedicta non ordinatur directè ad remedium præstandū. sed contra dæmones: & contra omne impedimentum sacramentorum, 3^a.q.65.1.6^m.
10 Aqua benedicta datur contra impugnationem exteriorem dæmonum:exorcismus autem, contra interiorem, 3^a.q.71.2.3^m.
11 Aqua benedicta delet peccata venialia , 3^a.q.65.1.6^m. & 8^m.q.83.3. 3^m.& q.88.3.c.
12 Aqua benedicta potest iterari, non autem exorcismus: pro quo sumitur contra dæmones, 3^a.q.71.2.3^m.
13 Aquæ benedictæ potest fieri additio aquæ non benedictæ, & tota erit benedicta, 3^a.q.77.8.3^m. & q.83.3.3^m.& q.87.3.o.
Aquila significat superbiam, 12^c.q.102.6.1^m.co.2.fi.
1 AQVILO flans facit generare mares:auster verò fœminas, 1^a.q. 92.1.1^m.& q.99.2.2^m.
1 Aliter habetur spes fructificationis arboris cum virescit frondibus:& aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere, 12^c.q.69.3.c.
2 In arboribus & in herbis nihil erat immūdum secundum legem: sicut in omni genere animalium, 12^c.q.102.6.2^m.
1 ARCA testamenti significat secreta fidei : quæ permittuntur videri à maioribus tantum, 12^c.q.102.4.6^m.
2 Dispositio arcæ testamenti interius & exterius : & expositio literalis & figuralis omnium pertinentium ad eam, 12^c.quæst.102. 4.6^m.
ARCHANGELI sunt medius ordo inter angelos & principatus, 1^a.q.108.5.4^m.
ARCHITECTOR est principalis artifex præcipiens induci formam:& præparari materiam, 1^a.q.18.3.c.
1 ARGVMENTVM dicitur dupliciter, scilicet ratio rei dubiæ:& signum euidens sensibile, 3^a.q.55.5.c.
2 Oratio firmat argumentum, primò à substantia actus:secundò à circunstantiis, 12^c.q.7.1.1^m.
3 Argumentum ex solo literali sensu sumitur sacræ scripturæ, 1^c.quæst.1. 10.1^m.
4 Argumentum ab auctoritate Dei est firmissimum : sed ab auctoritate humana est debilissimum, 1^a.q.1.8.2^m.
ARITHMETRIA, & geometria procedunt ex principiis notis lumine naturali intellectus, 1^a.q.1.1.c.
1 ARISTOTELES instituit sectam Peripateticorum : quorum princeps ipse fuit, 12^c.q.59. 2.c.& 22^c.q.123.10.c.
ARMVS dexter:& pectusculum hostiæ in lege veteri erant sacerdotis contra diuinationem:& quia sapientia cordis & fortitudo sunt ei necessaria, 12^c.q.102.3.8^m.fi.
SPIRITVS sanctus dicitur pignus , sed magis propriè arra , quia spiritus sanctus dicitur arra:per respectum ad ea dona, quæ manent in patria : pignus verò per respectum ad ea quæ euacuabuntur, 12^c.q.114.3.3^m.fi.
1 ARROGANTIA, & arrogans est, qui sibi tribuit quod non habet, 12^c.q.112.1.2^m.
2 Arrogantia qua aliquis supra se extollitur : est species superbiæ. Nec est iactantia:sed sæpè est causa eius, 22^c.q.112.1.2^m.

1 ARS QVID & ars est virtus intellectualis : inquantum facit facultatem boni operis. Non autem simpliciter est virtus; quia non perficit vsum, nec appetitum, 12^c.q.57.3.4.o.
2 * Ars est recta ratio factibilium,& habitus operatiuus, 1^a.q.22.2.c. & 12^c.q.57.3.4.o.& q.93.1.c. & 22^c.q.47.5.c.
3 Forma artis est similitudo vltimi effectus intenti ab artifice, 3^a.q. 78.2.c.
4 Ars semper est ad bonum:sicut & scientia, 12^c.q.57.3.1^m.
5 Artis est aliqua virtus : quia ad bonum eius vsum requiritur aliqua virtus moralis, 12^c.q.57.3.2^m. & 22^c.q.47.4.2^m.
6 Scientiæ ad nullum opus ordinatæ dicuntur simpliciter scientiæ, non autem artes, 12^c.q.57.3.3^m.
7 Artes quæ ordinantur ad opus rationis, dicuntur liberales. Quæ verò ordinantur ad opus corporis, dicuntur seruiles, 12^c.q.57. 3.3^m.
8 Artes liberales sunt speculatiæ. Sed dicuntur artes:quia habent aliquid per modum operis, 12^c.q.57.3.3^m.& 22^c.q.47.2.3^m.
9 Omnis applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile : pertinet ad artem. Ideo est aliqua ars speculatiua Non autem prudentia: quia est tantum de consiliabilibus, in quibus non sunt viæ determinatæ ad finem, 22^c.q.47.2.3^m.
10 COMPARATIO & ars magis conuenit cum prudentia quàm habitus speculatiui ratione obiecti,& subiecti. Sed econuerso, ratione virtutis, 12^c.q.57.4.2^m.
11 Ars differt realiter à prudentia, 12^c.q.57.4.o. & 5.1^m. & 22^c.q.47. 4.2^m.
12 Ars non requirit aliquos habitus morales in appetitu, sicut requirit prudentia, 12^c.q.57.4.c.& q.58.5.2^m.
13 Ars habet determinata media ad finem. Sed in quibusdam non habet, in quibus per similitudinem dicitur aliquis prudenter agere, vt in medicina:& nauali, in quibus est necessarium consilium, 22^c.q.47.4.2^m.& q.49.5.2^m.
14 Bonum artis est extra hominem, scilicet in artificialibus:sed bonum prudentiæ est intra hominem, 12^c.q.57.4.c.& 5.1^m.
15 Operatio artis fundatur super operationem naturæ:& hæc super creationem, 1^a.q.45.8.c.4^m.
16 Initium artis secundum eius essentiam sunt principia ex quibus procedit ars. Sed secundum eius effectum est vnde incipit ars operari, sicut principium artis ædificatiuæ est fundamentum, 22^c.q.19 7.c.
17 Quicquid est contra naturam artificiati, est contra naturam artis, 12^c.q.71.2.4^m.
18 Ars non potest inducere formam substantialem, nisi virtute naturæ, 22^c.q.77.2.1^m,& 3^a.q.66.4.c.& q.75.6.1^m.
19 * In aliqua materia est virtus agens ad productionem formæ artis, in aliqua verò non, 1^a.q.77.1.c.
20 Vendere artes liberales quo ad veritatem earum , peccatum est simoniæ, non autem locare operas suas, scilicet docendo eas, quia hoc licitum est, 22^c.q.100.3. c.3^m.
21 Id quod de se ordinatur ad malum, non est ars, 12^c.q.57.3.1^m. & 22^c.q.95.1.2^m.& q.169.2.4^m.
22 In actu artis dupliciter contingit esse peccatum, scilicet deviando à fine particulari, artis & fine communi. Primum est proprium, secundum verò est artificis, inquantum est homo, 12^c. q.21.1.2.2^m. & q.57.3.1^m.
23 In arte peccans volens, est elegibilior quàm peccans nolens, sed in virtutibus moralibus est econuerso, 1^c.q.21.1.2.2^m. & q.57.4.c. & 22^c.q.47.1.3^m.& 8.c.
24 Artes quibus vt pluries aliqui malè vtuntur, licet de se sint licitæ: debent tamen extirpari de ciuitate per principes, secundum Platonem, 22^c.q.169.2.4^m.
1 ARTICVLVS fidei est indiuisibilis veritas de Deo, arctans nos ad credendum : secundum Richardum de sancto Victore, 22^c, quæst.1. 6.o.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Articulus dicitur quadrupliciter, scilicet membrum, conclusio, particula in iudicio, & spiritualis difficultas suppositа in fide, non dependens ex alia, 22ᵉ.q.1.6.c.
3 Artifex ex suo opere est laudabilis vel culpabilis, per bonitatem vel malitiam sui actus, 12ᵉ.q.21.2.c.2ᵐ.
1 Formæ artificialium, sunt accidentia, 3ª.q.66.4.c.
2 Formæ artificialium nihil aliud sunt quàm compositio, ordo, & figura, 22ᵉ.q.96.2.2ᵐ.
3 In artificialibus ratio ordinatur ad finem particularem, in mortalibus autem ad finem communem totius humanæ vitæ, 12ᵉ.q.21.2.2ᵐ. & q.57.4.3ᵐ. & 22ᵉ.q.47.4.2ᵐ.
4 Nullum artificiale, vt imagines, & verba, habet aliquam vim à constellationibus, sed à dæmonibus, 22ᵉ.q.96.2.2ᵐ.

1 ASCENDERE in cælum, fuit conueniens Christo, 3ª.q.57.1.6.o.
2 Christus ascendit secundum vtranque naturam, 3ª.q.57.2.o.
3 Christus ascendit propria virtute vtriusque naturæ, 3ª.q.57.3.o.
4 * Christus ascendit super omnes cælos, & super omnem creaturam, 3ª.q.57.4.5.o. & q.58.3.c.
5 Ascensio Christi, & quies sursum, vel cuiuscunque corporis glorioſi, non est violenta, sed naturalis, 1ª.q.57.3.2ᵐ. & 4.4ᵐ.
6 Crebra fuit Christi conuersatio cum discipulis, ad eorum consolationem, ante eius ascensionem, 3ª.q.55.3.3ᵐ.
7 * Nescitur vbi Christus corporaliter ante ascensionem manserit, cùm hoc scriptura non tradat, 3ª.q.55.3.2ᵐ.
8 Christus non statim post resurrectionem ascendit, propter fidem confirmandam, 3ª.q.57.1.4ᵐ.
9 Ascensio Christi, non fuit in instanti, 3ª.q.57.3.3ᵐ.
10 Ascensio Christi, fuit causa nostræ salutis, 3ª.q.57.6.o.
11 Ascensio Christi aperuit nobis paradisum, quo ad locum, non autem quo ad visionem, 3ª.q.49.5.4ᵐ.
12 Animæ sanctorum post resurrectionem & ante ascensionem Christi, etiam in limbo, viderunt Deum per essentiam, 3ª.q.52.4.3ᵐ.
13 Ante ascensionem Christi, nullus intrauit paradisum cælestem, sed latro statim moriens, intrauit in visionem Dei: non autem in paradisum terrestrem, 3ª.q.52.4.3ᵐ.
14 Ascendenti Christo accreuit gaudium, quo ad modum: non autem intensiuè, nec intensiuè, quia de omnibus perfectum gaudium habuit ab instanti suæ conceptionis, 3ª.q.57.1.2ᵐ.
1 ASSENTIRE est, actus intellectus, sed consentire est actus voluntatis, 12ᵉ.q.15.1.3ᵐ. & 12ᵉ.q.2.1.3ᵐ.
2 Assensus contingit tripliciter, scilicet propter euidentiam rei, sicut principiorum habitu, vel propter aliud, vt in scientia, vel per imperium voluntatis, vt credere, 22ᵉ.q.1.4.c. & q.2.2.c.
3 Voluntas dupliciter mouet intellectum ad assentiendum, scilicet ex ordine ad bonum: vel coactione veri non visi, 22ᵉ.q.5.2.c.
4 Intellectus dupliciter perficitur ad assentiendum veritati. Primò capiendo eam, secundò habendo certum iudicium de ea, 22ᵉ. quæst.9.1.c.
5 Intellectus necessariò assentit principiis per se notis, & aliis cognitis sequi necessariò ex iis, non autem aliis veris. Quædam enim ex necessitate cõsequuntur ex principiis, ita scilicet quòd non possunt esse falsa, principiis existentibus veris, sicut sunt omnes conclusiones demonstrationum, & huiusmodi veris, intellectus de necessitate assentit postquam percepit ordinem eorum, non autem priùs, 1ª.q.62.8.2ᵐ. & q.82.1.2.c. & 12ᵉ.quæst.17.6.c.
Intellectus non potest assentire oppositis dignitatem, 1ª.q.2.10.c.
ASSIDVITAS vnius rei fastidium parit, 22ᵉ.q.83.11.4ᵐ.

1 ASSIMILATIO in communi, & est duplex, scilicet in natura & in specie intelligibili. Secunda requiritur in cognitione, non autem prima, 1ª.q.57.2.2ᵐ. & q.85.3.3ᵐ. q.88.1.2ᵐ.
2 Intelligere per assimilationem: cõuenit ſpli intellectui recipienti speciem à rebus, 1ª.q.14.2.2ᵐ.
3 Assimilari possumus tripliciter verbo Dei, siue filio Dei, scilicet secundum rationem formæ, & non secundum intellectualitatem ipsius, non solùm secundum rationem formæ, sed etiam secundum intellectualitatem ipsius, & secundum vnitatem quam habet ad patrem, per gratiam & charitatem, 3ª.q.23.3.c.
4 Talis assimilatio per gratiam & charitatem, perficitur ratione adoptionis, quia sic assimilatis debetur hæreditas æterna, 3ª.q.23.3.c.
5 Assimilatio intellectus practici ad Deum est secundum proportionalitatem, speculatiui autem secundum vnionem & informationem, quæ est multo maior, 12ᵉ.q.3.5.1ᵐ.
6 Summa assimilatio hominis ad Deum, est per operationem. Ideo per beatitudinem homo Deo maximè conformatur, 1ª.q.63.3.c. & 12ᵉ.q.55.2.3ᵐ.
7 Generans non assimilat sibi genitum in perfectionibus acquisitis per actus, nisi in aptitudine, 12ᵉ.q.81.2.c.
8 FILII & causa assimilationis filij ad patrem non est materia, sed formatiua virtus in semine, causata ex operatione virtutis formatiuæ patris in semen, 1ª.q.119.2.2ᵐ.
9 Filij quandoque assimilantur auis & proauis, quia in semine est virtus eorum, 1ª.q.119.2.c.2ᵐ.
10 Filij magis assimilantur parentibus secundum irascibilem, quàm secundum concupiscibilem, 12ᵉ.q.6.5.c. & 22ᵉ.q.156.4.c.
1 ASSISTERE sumitur dupliciter, scilicet simpliciter, & secundum quid, 1ª.q.112.3.c.
2 DEO & assistere Deo, est esse circa Deum, id est immediatè recipere illuminationes in simplicitate diuini luminis, 1ª.quæst.112.3.c.
3 Sathan dicitur astitisse, non autem astitisse Deo, 1ª.q.112.3.3ᵐ.

1 ASSVMERE dicit actum assumentis, & terminum, 3ª.q.2.5.c. & q.3.1.2.4.c.
2 Assumere propriè conuenit personæ, non autem naturæ, 3. quæst.3.1.23.o.
3 Assumi conuenit naturæ, non autem personæ, 3ª.q.4.o. & quæst.16.4.3ᵐ.
4 Assumptio significat actionem in fieri, & respicit diuersimodè agens, patiens, terminum à quo, & terminum ad quem: vnio autem significat relationem in facto esse, & eodem modo respiciens omnia, 3ª.q.2.8.o.
5 Assumptio differt ratione, ab vnione, & incarnatione, seu humanatione, 3ª.q.2.8.3ᵐ.
6 Natura diuina est vnita, non autem assumpta. Sed natura humana est vnita, & assumpta, 3ª.q.2.8.c.2ᵐ.
7 Vniens est vnitum, non autem assumens est assumptum, 3ª.q.2.8.cap.
8 Omnis persona assumens, est vniens. Non autem econuerso, quia pater est vniens, non autem assumens, 3ª.quæst.2.8.2ᵐ. & quæst.3.1.1ᵐ.
9 Assumere naturæ conuenit, ratione principij tantum, sed personæ, ratione principij, & termini, 3ª.q.1.1.2.o. & 4.2ᵐ.
10 Abstracta personalitate, natura posset assumere, 3ª.q.3.3.o.
11 * Deus posset assumere naturam angelicam sine corruptione personalitatis angelicæ, 3ª.q.4.1.3ᵐ.
12 Quælibet natura posset de potentia Dei absoluta assumi, sed tantum natura humana, secundum congruentiam, 3ª.q.4.1.o.
13 Quælibet persona potest sino alia incarnari, & assumere, 3ª.quæst.3.4.5.o.
14 Tres personæ possunt vnam numero naturam assumere, 3ª.q.3.6.o.
15 Et tunc tres personæ essent vnus homo, vnitate naturæ, non autem vnitate personæ, 3ª.q.3.6.1ᵐ. & 7.2ᵐ.
16 Vna persona potest plures naturas humanas assumere, 3ª.q.3.7.o.
17 * Si vna persona diuina assumeret duas naturas humanas, tunc illa persona esset tantum vnus homo, & non plus, 3ª.q.4.7.2ᵐ.
18 Assumptio naturæ humanæ conuenientius facta est ad filium quàm ad patrem, vel ad spiritum sanctum, 3.q.3.8.o. & q.39.8.2ᵐ
19 Filius Dei assumpsit naturam humanam cum omnibus perfectionibus suis, 3ª.q.9.1.c. & q.18.1.2.o.
20 Columba non fuit assumpta in vnitate personæ spiritus sancti, quia non apparuit vt saluaret, sed vt significaret, 1ª.q.43.7.1ᵐ. & 3ª.q.39.6.2ᵐ. & 7.c.
21 Natura humana assumpta est in indiuiduo, 3ª.q.2.2.3ᵐ. & 5.2ᵐ. & q.4.2.1ᵐ. & 3.ẽo. & 4.o.
22 Non decuit, vt natura humana in quolibet suo supposito assumeretur, 3ª.q.2.5.2ᵐ. & q.4.5.o.
23 Natura humana conuenienter assumpta est de stirpe Adæ, 3ª.q.4.6.o. & q.31.1.o.
24 Natura humana non debuit immediatè assumi in Adam, 3ª.q.4.6.2ᵐ.
25 Assumi conuenit naturæ humanæ ratione sui, & non ratione suppositi, ideo non conuenit Deo, 3ª.q.16.4.3ᵐ.
26 Deus conuenienter carnem assumpsit de muliere, 3ª.q.31.4.o.
27 Deus non assumpsit hominem, 3ª.q.4.3.o.
28 CONTRA errores & Christus assumpsit animam, contra Arium, Eunomium, & Apollinarem, 3ª.q.5.3.o. & q.10.2.1ᵐ.
29 Christus assumpsit animam rationalem contra Eunomium, & Apollinarem, 3ª.q.54.o. & q.16.3.2ᵐ. & q.18.1.c.
30 Assumptio Christi non fuit tantum per inhabitationem gratiæ, contra Nestorium, & Theodorum, 3ª.q.2.6.c. & q.16.1.3.4.7.c. & q.18.1.c.
31 Christus non attulit corpus de cælo, sed assumpsit ipsum de muliere, contra Valentinum, & Martianum, 3ª.q.5.2.o. & q.55.3.c. & q.57.1.c. & q.5.4.3.c.
32 Christus assumpsit verum corpus, & non phantasticum, contra Manicheum, & Valentinum, 3ª.q.5.1.o. & 2.c. & q.14.1.c. & q.16.1.c. & q.37.1.c. & q.39.7.c.
33 Christus assumpsit naturam humanam integram, & perfectam, 3ª.q.9.1.c. & q.18.1.c. & 2.c.

Hæreticum

34 Hæreticum est, dicere Christum non assumpsisse partes vnitas, 3ª.2.q.2.5.c.
35 * Hæreticum est, dicere Deum esse vnitum homini accidentaliter, 3ª.q.2.6.c.
36 PARTES & caro assumpta est mediante anima, & anima mediante spiritu, 3.q.6.1.2.o. & 3.1ᵐ. & 4.3ᵐ. & q.55.2.c. & q.49.6.3ᵐ. & q.50.2.2ᵐ. & 3.c.
37 Caro Christi assumpta est de Adam, de Dauid, & de Abraham, 3ª.q.31.1.2.o.
38 Anima Christi non fuit prius creata quàm assumpta, 3ª.quæst.6.3.o.
39 Partes assumptæ sunt mediante toto ordine intentionis: sed econuerso ordine executionis, 3ª.q.6.4.o.
40 Natura humana assumpta est mediante gratia habituali, sicut medio congruitatis, & spiritu sancto sicut causante, & vnione sicut effectu consequente, 3ª.q.6.6.o.
41 In eodem instanti, anima & caro sunt assumptæ & vnitæ, 3ª.q.6.1.c. & 3.4ᵐ. & 5.c. & q.33.2.o. & q.34.1.c. & q.35.4.c.
42 In eodem instanti anima creata, est caro concepta & animata, & vtraque assumpta est à verbo, scilicet in primo instanti, 3ª.q.6.3.4.o. & q.33.1.2.3.o. & q.35.4.o.
43 DEFECTVS & Christus assumpsit omnes defectus naturales corporis, communes toti naturæ humanæ, 3ª.q.12.4.3ᵐ. & q.14.4.o. & q.15.1.c. & q.46.4.3ᵐ.
44 Christus nullum morbum assumpsit, nec aliquem defectum non communem omni homini, 3ª.q.14.4.o. & q.46.3.2ᵐ. & 5.c. & 9.4ᵐ. & q.51.3.c.
45 Christus nullum defectum contraxit, sed voluntariè assumpsit, 3ª.q.14.3.o.
46 Christus assumpsit defectus corporis necessitate naturæ corporis, non autem coacte, nec contra voluntatem diuinam, nec humanam, 3ª.q.14.2.o. & q.15.1.1ᵐ. & 2ᵐ.
47 Christus nullum defectum animæ assumpsit, nec contraxit, scilicet ignorantiam, culpam vel defectum gratiæ, 3ª.q.1.1.3ᵐ. & q.12.4.3ᵐ. & q.14.1.1ᵐ. & 3.1ᵐ. & 4.c.2ᵐ. & q.15.o. & q.31.7.o. & q.46.4.2ᵐ.
1 ASTROLOGIA, & perspectiua, non sunt propriè species Mathematicæ, sed secundum quid, 12ᵉ.q.35.8.c.
2 * Astrologia & perspectiua sunt magis naturales quàm Mathematicæ materialiter, sed formaliter & principaliter sunt econuerso, 22ᵉ.q.9.2.3ᵐ.
3 Astrologus potest prædicere futura determinata vt semper vel vt frequenter in suis causis, nõ autem contingentia ad vtrumlibet, 1ª.q.115.4.3ᵐ. & 12ᵉ.q.9.5.3ᵐ. & 22ᵉ.q.95.1.c. & 5.o.
1 ASTVTIA, & est vitium speciale differens à prudentia carnis, vtens non veris viis vel mediis, sed simulatis. Ideo opponitur prudentiæ, 22ᵉ.q.55.3.o. & 4.c. & q.69.2.c. & q.97.13.3ᵐ. & quæst.111.3.2ᵐ.
2 Astutia quandoque dicitur prudentia, & econuerso, 22ᵉ.q.55.3.1ᵐ. & 4.1ᵐ. & q.92.1.1ᵐ.
3 Astutia cõsistit in excogitatione simulatæ viæ, sed dolus & fraus, in executione eius, 22ᵉ.q.55.4.5.o. & q.69.2.c. & q.111.3.2ᵐ.
4 Athanasius & Gregorius Nazianzenus tantæ auctoritatis fuerunt, vt nemo contrarietur eis, 1ª.q.61.3.c.
1 ATTENTIO triplex in oratione, scilicet ad verba, ad petitionem, & ad Deum, vel ad aliam circunstantiam, 22ᵉ.q.83.13.c.
2 Attentio actualis, est necessaria in oratione, saltem in principio, 22ᵉ.q.83.13.o.
1 * ATTINGERE naturam superiorem, contingit dupliciter, scilicet obiectiuè, & secundum virtutem, 12ᵉ.q.3.7.5ᵐ.
2 Attingere Deum tripliciter contingit, scilicet similitudine, operatione, & vnione personali. Primum conuenit omni creaturæ, secundum tantum rationali, tertium verò soli Christo, 22ᵉ.q.2.3.c.
1 ATTRIBVI, & ex eo quòd aliquid attribuitur alicui, oportet ei attribui omnia quæ sunt de ratione eius, 1ª.q.28.3.c.
1 ATTRIBVTA Dei differunt tantum ratione, sed fundamentum habent ex natura rei, 1ª.q.13.4.o. & 12.c.
2 Plura attributa sunt in Deo, sed vnite, 1ª.q.13.4.o. & 12.c.
3 Attributa essentia possunt à nobis naturaliter cognosci, non autem personalia, 1ª.q.32.1.o. & 9.39.7.c.
4 Ratio attributorum est conceptio intellectus, quam significat nomen, 1ª.q.13.1.c. & 4.o.
5 Attributa diuina prædicantur de se inuicem nominibus primæ intentionis, non autem secundæ, 1ª.q.32.3.3.
6 Quilibet effectus Dei, est à quolibet attributo eius, tamen reducitur ad illud, cum cuius ratione magis conuenit, 1ª.q.45.6.3.

1 AVARITIA QVID, & est immoderatus amor habendi, 22ᵉ.q.118.1.8.c.
2 Auaritia propriè, semper est peccatum, 22ᵉ.q.118.1.o. & q.119.1.o.
3 Auaritia est peccatum spirituale, 22ᵉ.q.118.6.o.
4 Auaritia secundum quòd opponitur iustitiæ, hoc modo ex genere suo est peccatum mortale. Contingit tamen in hoc genere auaritiæ esse peccatum veniale, propter imperfectionem actus, 22ᵉ.q.118.4.o.
5 Auaritia est medium inter peccata purè spiritualia, & peccata purè carnalia, 12ᵉ.q.72.2.4ᵐ. & 22ᵉ.q.118.6.1ᵐ.
6 Auaritia est contra Deum, contra se, & contra proximum, 22ᵉ.q.118.1.2ᵐ. & 3.1ᵐ.
7 SVBIECTVM, & auaritia largè, est in dæmonibus, scilicet immoderata cupiditas habendi quodcunque bonum creatum, non autem propriè, 1ª.q.63.2.2ᵐ.
8 Senes sunt naturaliter auari, propter defectum naturæ eorum, 22ᵉ.q.118.1.3ᵐ. & 5.3ᵐ. & q.119.3.o.
9 DIVISIO, & auaritia dupliciter importat immoderantiam exteriorum, scilicet in affectu, & in re, 22ᵉ.q.55.8.c. & q.118.1.2ᵐ. & 3.c.
10 Auaritia sumitur dupliciter, scilicet largè pro omni cupiditate inordinata habendi quodcunque bonum creatum, & propriè vt est speciale peccatum circa possessiones exteriores, 1ª.q.63.2.2ᵐ. & 22ᵉ.q.118.2.o. & 5.2ᵐ.
11 SPECIES, & species auaritiæ sunt septem, scilicet parcitas, tenacitas, cymilitas, turpe lucrum, vsura, lattocinium, & alea, 22ᵉ. quæst.118.
12 Auaritia est vitium capitale, cuius filiæ, sunt septem, scilicet proditio fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & obduratio, 22ᵉ.q.55.8.o. & q.118.7.8.o.
13 Auaritia. Libido, & cupiditas dicuntur tripliciter, scilicet passio habitualis consequens peccatum originale, id est fomes, inordinatus appetitus cuiuscunque rei vel tantum diuitiarum. Prima est radix omnis peccati. Secunda est genus omnis peccati. Tertia est vitium capitale, 12ᵉ.77.5.1ᵐ. & q.82.4.3ᵐ. & q.84.1.o. & 22ᵉ.q.24.10.2ᵐ. & q.119.2.1ᵐ.
14 Auaritia etiam tertio modo, scilicet vt est tantum inordinatus appetitus diuitiarum, radix est omnium peccatorum, 12ᵉ.q.84.1.o. & 2.c.fi. & 3.1ᵐ. & 4.4ᵐ. & 22ᵉ.q.119.2.1ᵐ.
15 Auaritia facit homines odiosos: & causatur ex nimio amore sui, 12ᵉ.q.29.4.3ᵐ.
16 GRAVITAS, & auaritia est maximum peccatorum secundum quid, id est ex parte conuersionis, & est nimium simpliciter, id est ex parte auersionis, 22ᵉ.q.118.5.o.
17 Auaritia est grauius peccatum prodigalitate: quia magis repugnat liberalitati: sed inutilior est & insanabilior triplici ratione, scilicet quia prodigus facilè est sanabilis per hoc quòd declinat ad ætatem senectutis, quæ est contraria prodigalitati: & per hoc quòd peruenit ad egestatem de facili, dum multa inutiliter consumit, & sic pauper factus, non potest in dando superabundare: & etiam quia de facili producitur ad virtutem propter similitudinem, quam ad ipsam virtutem habet. Sed auarus non de facili sanatur, quia habet iis contraria, 22ᵉ.q.107.2.c. & q.118.5.3ᵐ. & q.119.3.o.
18 Auaritia superabundat in amando, acquirendo, & retinendo: sed deficit in dando, prodigalitas autem econuerso, 22ᵉ.q.119.3.c.
19 Ex auaritia quandoque nascitur prodigalitas: dum aliquis multa consumit, ad captandum fauorem aliorum, à quibus capiat, 22ᵉ.q.119.2.1ᵐ.
20 Prodigalitas opponitur auaritiæ: licet quandoque secundum diuersa sint in eodem, qui denominatur à principali, scilicet à datione, 12.q.72.8.3ᵐ. & 22ᵉ.q.119.1.4ᵐ.
21 COMPARATIO, & auaritia vt est inordinatio affectus, opponitur liberalitati: sed vt est extra in re opponitur iustitiæ, 22ᵉ. q.117.princ. & q.118.princip. & 3.o.
22 Auaritia vt opponitur liberalitati, habet vitium oppositum, scilicet prodigalitatem, non autem vt opponitur iustitiæ, 22ᵉ.q.118.3.3ᵐ. & q.119.1.o.
23 Actus perfectus auaritiæ oppositæ iustitiæ, est peccatum mortale: non autem oppositæ liberalitati, nisi sit contra charitatem, 12ᵉ.q.118.4.o.

1 AVDACIA includit in se securitatem: sicut contrarium priuationem, 12ᵉ.q.45.1.3ᵐ.
2 Audacia propriè respicit malum: sed bonum ei coniunctum, respicit spes. Et similiter desperatio respicit directè bonum: sed malum ei coniunctum respicit timor, 12ᵉ.q.45.2.3ᵐ. & 4.2ᵐ.
3 Audacia est peccatum contrarium fortitudini, 22ᵉ.q.126.2.3ᵐ. & q.127.2.o.
4 Audacia contrariatur timori, secundum accessum & recessum circa idem obiectum, spes autem secundum contrarietatem obiectorum, 12ᵉ.q.23.2.c.fi. & q.45.1.o. & 3.c. & 22ᵉ.q.123.3.3ᵐ. & q.129.6.2ᵐ.
5 * Sicut spes est prior quàm audacia: ita timor est prior quàm desperatio, 12ᵉ.q.45.2.2ᵐ.
6 Sicut ex timore non semper sequitur desperatio, nisi sit intensus: sic nec ex spe audacia, nisi sit vehemens, 12ᵉ.q.45.2.2ᵐ.
7 Nullus defectus est per se causa audaciæ, sed omnia quæ faciunt

spem victoriæ, vel calefaciunt cor, 12ᵉ.q.25.3.c.& q.45.3.o.

8 Omnia quæ sunt nata causare spem vel excludere timorem, ex parte animæ vel corporis: sunt causa audaciæ, 12ᵉ.q.45.3.c.

9 Audacia sequitur spem, nec est pars eius sed effectus: sicut desperatio respectu timoris, 12ᵉ.q.25.3.c.fi. & q.45.2.o.& 3.c.& 22ᵉ.q.125.2.3ᵐ.& q.129.7.c.

10 Audacia non potest esse passio principalis, 12ᵉ.q.25.4.2ᵐ.& 3ᵐ.& q.45.2.3ᵐ.

11 Audacia causat tremorem, reuocando calorem ab exterioribus ad interiora, scilicet ad cor: timor autem ad inferiora, 12ᵉ.q.45.4.1ᵐ.

12 * Audacia non causatur ex ira nisi mediante spe, 12ᵉ.q.45.4.3ᵐ.

13 Audacia est subiectiuè in irascibili, 1ª.q.59.1.2ᵐ.& 12ᵉ.q.23.1.2.c.

14 Habentes se bene ad diuina, & passi iniusta, habẽtes cor paruum, & experti sunt audaciores oppositis, 12ᵉ.q.45.3.o.

15 Habentes pulmonem sanguineum, & amatores vini sunt audaciores aliis: propter caliditatem ampliantem & extendentem cor, 12ᵉ.q.45.3.c.1ᵐ.

16 Audaces sunt promptiores in principio, quàm in ipsis periculis: sed fortes econuerso, 12ᵉ.q.45.4.o.

ℵ Avdiens detractiones peccat: minus tamen quàm detrahens nisi audiat ex odio, 22ᵉ.q.73.4.o.

2 Auditus duplex, scilicet interior & exterior, 22ᵉ.q.5.1.3ᵐ.

3 Auditus deseruit disciplinæ: & visus deseruit inuentioni, 1.quæst. 117.1.o.

Ave maria exponitur, 3ª.q.30.4.o.

ℵ * Conuersio potest esse sine auersione: vt in peccato veniali, 12ᵉ.q.72.5.c.& 3ª.q.86.4.5.c.

2 Si posset esse conuersio sine auersione, non esset peccatum mortale, 22ᵉ.q.20.3.c.

3 In omni peccato mortali est auersio & conuersio, 12ᵉ.q.72.5.c.& q.87.4.o.22ᵉ.q.20.1.1ᵐ.& q.24.12.4ᵐ.& q.162.6.c.& 3ª.q.86.4.c.& q.88.1.c.

4 Ratio materialis peccati mortalis, est in conuersione: formalis autem in auersione, 22ᵉ.q.10.3.c.& q.110.4.c.& q.118.5.c.fi.& q.162.6.c.& 3ª.q.86.4.1ᵐ.

5 In peccato est duplex auersio, scilicet à regula rationis, quo ad circunstantias: quam sequitur alia, scilicet auersio à Deo, 12ᵉ.q.73.7.3ᵐ.

6 Ratio inferior potest auerti à rationibus æternis quibus intendit, vt regulata: non autem vt regulans, secundum eas, quia hoc est proprium rationis superioris, 12ᵉ.q.74.8.1ᵐ.

7 Peccatum caret ordine ex parte auersionis: non autem ex parte conuersionis, 12ᵉ.q.84.3.2ᵐ.

8 In quolibet peccatore, auersio à Deo est præter intẽtionem eius, 12ᵉ.q.77.6.1ᵐ.& 8.2ᵐ.& 22ᵉ.q.39.1.1ᵐ.& q.46.2.2ᵐ.

9 Peccata carnalia plus habent de conuersione, quàm de auersione: sed spiritualia econuerso, 12ᵉ.q.73.5.c.

10 Peccatorum contrarietas est ratione conuersionis: sed eorum conuenientia & reatus, ratione auersionis, 12ᵉ.q.73.1.o.& q.113.2.3ᵐ.& 3ª.q.8.7.3ᵐ.& q.86.3.3ᵐ.& q.88.1.c.

11 Peccato mortali debetur pœna damni infinita, ratione auersionis: sed pœna sensus finita, ratione conuersionis, 12ᵉ.q.87.4.o.& 22ᵉ.q.79.4.4ᵐ.& 3ª.q.86.4.c.

12 In peccatis contra virtutes theologicas, prius est auersio, quàm conuersio: in aliis autem econuersio, 22ᵉ.q.10.1.1ᵐ.& 3.c.

13 In odio Dei, ptius est auersio, quàm conuersio: in aliis autem econuerso, 22ᵉ.q.34.2.c.

14 In superbia prius est auersio, quàm conuersio: in aliis autem econuerso, 22ᵉ.q.162.6.c.2ᵐ.& 7.c.

1 Avgmentvm est motus non continuus, 12ᵉ.q.52.3.c.& 22ᵉ.q.24.6.c.

2 Augmentum formarum tripliciter terminatur, scilicet ratione formæ agentis, & subiecti, 22ᵉ.q.24.7.c.& 3ª.q.7.12.c.

3 Formæ specificæ respectu alterius quædam augentur ratione sui & subiecti: vt motus, sanitas, & quilibet habitus: sed absolutè ratione subiecti tantum, vt qualitates sensibiles. Primarum aliquæ, non omnes, augentur per additionem, non autem secundæ, sed per hoc quòd subiectum magis participat eandem formam, 12ᵉ.q.52.1.2.o.& q.53.2.3ᵐ.& q.66.1.2.o.& 22ᵉ.q.24.5.1ᵐ.

4 Scientia augetur secundum intensionem actus dupliciter, scilicet ex parte subiecti, & secundum numerum obiectorum, sed virtus tantum primo modo, 12ᵉ.q.52.2.c.& q.66.1.o.& 22ᵉ.q.24.4.1ᵐ.& 5.c.1ᵐ.

5 Opinio quadruplex de augmento formarum, 12ᵉ.q.52.1.c.

6 In magnitudine corporali augmentum est duplex, scilicet per additionem, vt in viuentibus, vel per intensionem: sicut in rarefactione, 12ᵉ.q.52.2.1ᵐ.& 22ᵉ.q.24.5.1ᵐ.

7 Motus, manente eadem specie, augetur tripliciter, scilicet per additionem temporis, vel viæ, vel participatione subiecti, 12ᵉ.q.52.2.c.

8 Augens habitum, semper facit aliquid in subiecto: non quidem formam nouam, sed quòd subiectum perfectius participet formam præexistentem, vel quòd amplius se extendat, 12ᵉ.q.52.2.2ᵐ.& 3ᵐ.& 22ᵉ.q.24.5.3ᵐ.

9 Habitus corporales, non multum videntur augeri per additionem, sed per transmutationem primam qualitatum: quæ non augentur, nisi per intensionem ex parte subiecti participantis, 12ᵉ.q.52.c.fi.

10 Omnis forma augetur, id est, susceipit magis & minus: nisi consistat in indiuisibili, vt species numeri, vel secundum numeros: vt quantitates continuæ, figuræ, & relationes, vel det esse substantiale, 12ᵉ.q.52.1.2.o.& 3ª.q.7.12.

11 Augmentum formarum, nominatur ad similitudinem augmenti corporum, 12ᵉ.q.52.1.c.

12 * Corpus hominis augetur per additionem materiæ, 1ª.q.119.1.c.

1 Avgvrivm est diuinatio, à garritu auium sumpta, sed auspicium, à motu auium, 22ᵉ.q.95.3.c.

2 Augurium est illicitum, in iis quæ non causantur à cælis: vel quæ non pertinent ad aues, 22ᵉ.q.95.7.o.

Avgvstinvs sequitur Platonem, quantum potest, salua fide, 1ª.q.66.2.1ᵐ.& q.77.5.3ᵐ.& q.84.5.c.& 22ᵉ.q.23.2.1ᵐ.

Per auium garritus, & motus, & alias dispositiones, possunt futura præcognosci, non sicut per causas futurorum euentuum, sed sicut per signa, 22ᵉ.q.35.7.c.

Martyrvm, & Aureola martyrum, est simpliciter potior cæteris, virginum diuturnior, confessorum verò periculosior, 22ᵉ.q.152.5.c.& c.

1 Avrvm habet vim lætificandi, 22ᵉ.q.37.2.1ᵐ.

1 Avsteritas est pars potentialis temperantiæ, scilicet virtus refrænans loquacitatem, 22ᵉ.q.143.c.

2 Austeritas vt virtus, non excludit omnes delectationes, sed tantum superfluas, & inordinatas. Ideo videtur pertinere ad amicitiam, id est ad affabilitatem, vel ad eutrapeliam, id est ad iocunditatem, 22ᵉ.q.168.4.3ᵐ.

3 * Austera seueritate peccata proximi diiudicans ac si ipse esset iustus, est superbus inquantum, scilicet aliquis propria peccata paruipendens, seipsum proximo præfert in corde suo, 22ᵉ.q.33.5.c.

4 Auctoritas Dei præualet rationi humanæ, multo magis quàm auctoritas philosophi, rationi debili alicuius pueri, 1ª.quæst.1.8.2ᵐ.

Avxiliym maximum ad omnia calor & spiritus sunt animali, 12ᵉ.q.44.1.2ᵐ.

2 Homo non potest habere auxilia & instrumenta determinata à natura, sicut alia animalia, quia esset contra complexionem eius, & etiam infinitis indiget, 1ª.q.76.5.4ᵐ.& q.91.3.2ᵐ.& 12ᵉ.q.5.5.1ᵐ.

3 Naturale est cuilibet dolenti, vti quocunque auxilio, ad repellendum nociuum præsens, quod infert dolorem, 12ᵉ.q.44.1.2ᵐ.

4 Dei. Quilibet homo indiget auxilio diuino, & humano, 22ᵉ.q.129.6.1ᵐ.

B

Balaam verè prophetauit, ex inspiratione Dei, licet esset propheta dæmonis, 22ᵉ.q.172.6.1ᵐ.

Balinvs operatur per regem, & econuerso, quia est dominus sui actus. Non autem martellus operatur per fabrum, 1ª.q.36.3.4ᵐ.& 22ᵉ.q.90.1.c.

Balnevm intrare, non licebat antiquitus filio cum patre, ne se inuicem viderent nudos, 22ᵉ.q.154.9.c.

Banavsia est vitium contrarium paruificentiæ. Et dicitur à furno, quia quasi ignis consumit omnia, 22ᵉ.q.135.2.o.

1 Baptismvs Ioannis fuit conuenienter institutus, quadruplici ratione, scilicet primò quia oportebat Christum à Ioanne baptizari, vt conseceraret baptismum. Secundò vt Christus per baptismum Ioannis manifestaretur. Tertiò vt suo baptismo assuefaceret homines ad baptismum Christi. Quartò vt ad pœnitentiam homines inducens, præpararet ad dignè suscipiendum baptismum Christi, 3ª.q.38.1.o.

2 Baptismus Ioannis nominatur ab ipso triplici ratione, scilicet primo quia ipse fuit sui baptismi institutor aliquo modo. Secundò quia nihil in illo baptismo efficiebatur, quod Ioannes non faceret. Tertiò quia sibi soli erat datum illius baptismi ministerium, 3ª.q.38.2.1ᵐ.

3 Baptismus Ioannis fuit à Deo per auctoritatem, & à Ioanne per ministerium, 3ª.q.38.2.o.

4 Baptismus Ioannis non fuit commendatus aliquo præcepto Dei in sacra scriptura, quia parum erat duraturus, 3ª.q.38.2.3ᵐ.

5 Baptismus Ioannis erat præparatorius ad baptismum Christi, 3ª.q.38.1.3.o.& q.70.1.3ᵐ.

6 Baptismus Ioannis erat quasi protestatio & professio pœnitentiæ, quam imponebat baptizatis, 3ª.q.38.3.1ᵐ.

7 Baptismus Ioannis non imprimebat characterem, 3ª.q.38.6.c.

8 Nec in eo peccata remittebantur, 3ª.q.68.6.1ᵐ.

9 Baptismus Ioannis nõ conferebat gratiam, sed tantum effectum hominis, 3ª.q.38.2.c.& 3.o.& 6.c.

10 Circuncisio quo ad necessitatem, instituta erat vt remedium contra peccatum originale, sed baptismus Ioannis vt assuefaceret ad baptismum Christi, 3ª.q.70.1.3ᵐ.

11 Christus inhibuit Apostolis, gentibus euangelium prædicare ante passionem & resurrectionem suam. Vnde multo minus conueniebat, per Ioannem gentiles ad baptismum admitti, 3ª.q.38.4.3ᵐ.

12 Christus voluit baptizari baptismo Ioannis, à Ioanne, sextuplici ratione, scilicet propter humilitatem implendam, vt baptismum Ioannis approbaret, vt aquas consecraret suæ carnis tactu, & sic baptismum suum institueret, vt ostenderet non interesse quis à quo baptizaretur, ad exemplum baptismi proponendum illis qui erant futuri filij Dei per fidem, & vt in baptismo miracula ostendens euacuaret illorum errorem, qui Ioannem Christo maiorem credebant, 3ª.q.38.1.& q.39.1.2.o.& 5.c.& q.66.5.4ᵐ.& q.67.7.1ᵐ.& q.81.1.c.q.84.7.4ᵐ.

13 Ioannes baptizatus fuit à Christo, 3ª.q.38.6.3ᵐ.

14 Multi baptizati sunt à Ioanne, præter Christum, non autem omnes, 3ª.q.38.4.o.

15 Christus non fuit primus, nec vltimus baptizatus à Ioanne, 3ª.q.39.3.4ᵐ.

16 Christus baptizatus fuit in Iordane, quia per ipsum fuit introitus in terram promissionis: & etiam ipsum diuisit Helias, 3ª.quæst.39.4.o.

17 Christus baptizatus fuit tempore conuenienti, 3ª.q.39.3.o.

18 Nullus leuauit Christum de baptismo, quia non propter se, sed propter alios baptizatus est, 3ª.q.67.7.1ᵐ.

19 Christo baptizato, aperti sunt cæli quadruplici mysterio, scilicet vt ostenderetur quòd de cætero virtus cælestis baptismũ consecraret, & quòd per fidem baptismi inspicimus cælestia, quæ sensum & rationem humanam excedunt, & vt ostenderetur, quòd baptizatis patet via ad cælum, & vt detur intelligi, quòd hoc ipsum quòd potest baptismum cælum aperitur credentibus, est ex virtute orationis, 3ª.q.39.5.o.& q.49.5.3ᵐ.

20 Christo baptizato, audita est vox patris, propter mysterium trinitatis, 3ª.q.39.8.o.& q.45.4.o.& q.66.6.c.

21 Spiritus sanctus apparuit Christo baptizato, in specie columbæ, quia datur omni baptizato sine fictione, 3ª.q.39.6.o.& quæst.46.4.2ᵐ.

22 Baptizati baptismo Ioannis, baptizari tenebantur baptismo Christi, 3ª.q.38.6.o.& q.66.9.2ᵐ.

23 Ioannes non baptizauit pueros, nec gentiles, 3ª.q.38.4.3ᵐ.

24 Baptismus Ioannis cessauit quo ad suum maximum posse, Christo baptizato. Sed totaliter cessauit Ioanne incarcerato, quia ministerium eius soli Ioanni erat commissum, 3ª.q.38.5.o.

25 Baptizato Christo non cessauit baptismus Ioannis, sed tantum eo decollato, 3ª.q.38.5.o.& q.39.3.4ᵐ.

26 Differitio, & diuersæ diffinitiones baptismi, 3ª.q.66.1.o.

27 Forma baptismi est ista, scilicet, Ego te baptizo in nomine patris, & filij & spiritus sancti, 3ª.q.60.8.c.& q.66.5.o.& q.84.3.c.

28 Forma baptismi secundum Græcos, est ista, scilicet baptizetur seruus Christi N. In nomine patris, & filij & spiritus sancti, 3ª.q.60.8.c.& q.66.5.1ᵐ.& q.67.6.c.

29 Per formam Græcorum perficitur verum sacramentum baptismi. Et sit ad vitandum antiquorum errorem, qui virtutem attribuebant baptistis, 3ª.q.66.5.1ᵐ.

30 In forma baptismi, dimittens verbum, baptizo, nihil agit, 3ª.q.66.3.2ᵐ.

31 Dicens, nos baptizamus, nihil agit, 3ª.q.66.5.4ᵐ.& q.67.6.c.2ᵐ.

32 Ego, non est de necessitate formæ baptismi, sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis, 3ª.q.66.5.1ᵐ.& q.72.4.3ᵐ.

33 Si dicatur: Ego baptizo vos, est baptismus, sed peccatum est, nisi necessitas cogat, 3ª.q.66.5.4ᵐ.& 67.6.2ᵐ.

34 Si dicatur: In nomine trinitatis, nihil agitur, 3ª.q.66.6.3ᵐ.

35 Si dicatur: In nomine genitoris, vel proferantur alia nomina personarum non propria, nihil agitur, 3ª.q.60.7.2ᵐ.& q.66.5.7ᵐ.

36 Si dicatur, in nomine Christi, non est baptismus, nisi reueletur, sicut Apostolis, ad amorem Christi, 3ª.q.56.6.o.

37 Si in forma baptismi addatur, & beatæ Mariæ, quasi ibi aliquid operetur nomen eius, nihil agitur. Si autem intendatur tantum, quòd oratio eius prosit baptizato, valet, 3ª.q.60.8.c.fi.

38 Si nominata tantum vna persona trinitatis, baptizandus moriatur, creditur suppleri inuisibiliter, 3ª.q.68.2.7.9.o.& q.82.4.2ᵐ.

39 Non dicitur ibi, in nominibus, sed in nomine, id est in inuocatione, per confessionem exteriorem, 3ª.q.66.5.6ᵐ.

40 Si fiat tanta interruptio verborum, vel interpositio, quòd intercipiat intentionem baptizantis, tunc non erit vna forma, & vtraque per se erit imperfecta: nec sufficiet ad baptismum, sicut si dicatur, In nomine patris, & interponat baptizans longam fabulam, & postea dicat, & filij, non erit baptismus, 3ª.q.69.8.o.

41 Si autem fiat ita parua interruptio, vel interpositio verbi non corrumpentis formam, nec principalem sententiam mutantis: vt si dicat baptizans, In nomine patris omnipotentis, aut interpositio silentij, aut interruptio tussis, vel alicuius huiusmodi quòd intentionem baptizantis non discontinuet, erit cum vnitate intentionis vnitas formæ. Constat enim, quòd continuatio formæ ex vocibus vnitatem habere non potest, cum oratio sit quantitas discreta, 3ª.q.60.8.

42 * Si dubitatur de aliquo, an sit baptizatus, debet baptizari sub hac forma: Si non es baptizatus, ego te baptizo, 3ª.q.66.9.4ᵐ.& q.68.7.3ᵐ.& 11.4ᵐ.

43 Aqua est materia baptismi, non autem oleum, sanguis, vinum, nec aliquod elementum, 3ª.q.60.7.2ᵐ.& q.66.3.o.& 5.7ᵐ.& q.67.3.c.& q.74.1.c.& 6.2ᵐ.& q.84.1.1ᵐ.& q.86.4.3ᵐ.& 6.c.

44 Aqua, est materia baptismi remota. Sed ablutio est materia proxima, ideo propriè prædicatur de eo. Non autem aqua, nisi per causam, 3ª.q.66.1.o.

45 Aqua quantumcunque alterata, vel mista per naturam, vel artem, potest esse materia baptismi, nisi soluatur species, 3ª.q.66.4.o.

46 In qua mista cum chrismate, potest fieri baptismus, quia non soluitur species aquæ, 3ª.q.66.4.2ᵐ.

47 Baptismus potest fieri in lixiuio, & brodio, & in aquis sulfureis, 3ª.q.66.4.2ᵐ.& 4ᵐ.

48 Baptismus potest fieri in qualibet aqua maris, fluminis, vel paludis, 3ª.q.66.3.4ᵐ.& 4.1ᵐ.

49 Baptismo facto in mari, illa tantum aqua consecratur, quæ venit ibi in vsum, 3ª.q.74.2.2ᵐ.

50 Baptismus potest fieri ex aqua luti, non autem ex luto, 3ª.quæst.66.4.2ᵐ.

51 Baptismus non potest fieri in aquis artificialibus, vt alchi[illegible].vel rosarum, 3ª.q.66.4.5ᵐ.

52 Chrisma non est de necessitate baptismi, sed quodammodo perficit baptismum, 3ª.q.64.4.c.

53 In baptismo non aqua, sed lotio, est sacramentum tantum, iustificatio est res tantum, sed character vtrunque, 3ª.q.66.1.o.

54 Si sacerdos sit in tali loco, quòd non possit habere aquam de fonte, vel riuo, vel aliunde, fodiat terram, si possit inuenire. Et si non poterit habere, imploranda est bonorum omnium largitoris gratia. Si enim sacerdos facit quod potest, & quod non potest committit Deo, tunc ipse Deus inuisibiliter supplet defectum. Et sic potest sacramentum baptismi alicui deesse re, sed non voto, sicut cum aliquis baptizari desiderat, & aliquo casu præuenitur morte, antequam baptismum suscipiat. Et talis sine baptismo actuali potest salutem consequi, propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operante, per quam Deus hominem interius sanctificat, cuius potentia, sacramentis visibilibus non alligatur, 3ª.q.68.27.9.o.& q.82.4.2ᵐ.

55 Modvs, & baptismus potest fieri per aspersionem, effusionem, & immersionem in aqua, 3ª.q.66.7.o.

56 Sufficit quòd caput immergatur in baptismo, 3ª.q.66.7.3ᵐ.

57 Trina immersio, non est de necessitate, tamen debet fieri, 3ª.q.66.8.o.

58 Si trina immersio sit intenta non perficitur baptismus, nisi in tertia. Si autem vna intendatur, perficitur in ea, 3ª.q.66.8.3ᵐ.& q.78.6.3ᵐ.

59 Sermo dirigitur ad non intelligentẽ, quia in baptismo & in aliis, sermo efficit quod significat, 3ª.q.66.5.3ᵐ.

60 Quæ pertinent ad ritum, & solennitatem baptismi, fiunt ad deuotionem, & institutionem, & contra dæmones, 3ª.q.66.10.c.

61 Solennitas, cerimoniæ, & ritus, non sunt de necessitate baptismi, sed fiunt ad deuotionem, institutionem, & contra dæmones, 3ª.q.66.10.o.

62 Baptismus, quo ad solennitatem, habet tempus determinatum, scilicet sabbatum ante Pascha, & ante Pentecosten, non autem quo ad substantiam eius, & necessitatem, 3ª.q.66.10.1ᵐ.

63 Baptismus non debet iterari, 3ª.q.49.3.2ᵐ.& q.66.9.o.& q.67.3.1ᵐ.& 4.3ᵐ.& 5.6.c.& q.71.2.3ᵐ.& q.80.10.2ᵐ.& q.82.8.c.& q.83.3.3ᵐ.& q.84.10.1ᵐ.& 3ᵐ.

64 Baptismus est sacramentum maximæ necessitatis, 3ª.q.65.3.4ᵐ.& q.67.1.3ᵐ.& 2.3ᵐ.& 3.c.3ᵐ.& 5.3ᵐ.& q.68.1.2.o.& q.72.2.4ᵐ.& q.78.1.4ᵐ.& q.82.1.3ᵐ.

65 Necessaria fuit institutio baptismi, quia circuncisio sanctificabat remouendo tantum, nec ita efficaciter sicut baptismus, 3ª.q.70.4.c.5ᵐ.

66 Singulari personæ baptismus quidem, simpliciter & absolutè est necessarius ad salutem, pœnitentia autem, supposito peccato mortali post baptismum. Sacramentum autem ordinis, est necessarium Ecclesiæ ad gubernandũ. Sed necessitate congruentiæ, confirmatio quodammodo perficit baptismum, extrema vnctio pœnitentiam, matrimonium verò Ecclesiæ, multitudi-

Universidad de Deusto Biblioteca

nem per propagationem conseruat, 3ª.q.65.4.o.
67 Forma baptismi, & vsus debitæ materiæ, sunt de necessitate huius sacramenti, non autem benedictio aquæ, & alia huiusmodi, sed pertinent tantum ad solennitatem eius, 3ª.q.66.3 5ᵐ. & 10.c.& q.67.3.2ᵐ.
68 Baptismus fuit institutus quo ad materiam, in baptismo Christi. Sed necessitas eius declarata est Ioannis tertio, vsus autem eius incepit, quando misit Apostolos, 3ª.q.66.2.o.& q.73.5.4ᵐ.
69 Baptismus fuit in præcepto omnibus statim post passionem Christi, non autem ante, 3ª.q.66.2.o.
70 Omnes tenentur baptizari, 3ª.q.68.1.o.& q.70.2.3ᵐ.& 4ᵐ.& q.84.5.cap.
71 Nullus potest saluari sine baptismo in actu, vel in proposito, 12ᴱ.q.113.3.1ᵐ.& 3ª.q.68.2.o.& q.72.6.1ᵐ.
72 Intentio propria est necessaria in baptizando habente vsum rationis, in non habente autem, sufficit intentio Ecclesiæ, 3ª.q.68.7.o.& 8.3ᵐ.& 9.1ᵐ.& 12.c.1ᵐ.& q.69.12ᵐ. & 9.o.& quæst.71.3.3ᵐ.
73 Intentio est necessaria in baptizante, 3ª.q.66.8.3ᵐ.
74 Baptismus est protestatio fidei, 3ª.q.66.1.1ᵐ.& q.78.3.6ᵐ.
75 Baptismus dicitur sacramentum fidei, quia fides Ecclesiæ, & eius qui baptizatur, operatur ad efficaciam baptismi, & etiam baptizati profitentur fidem, 12ᴱ.q.102.5.3ᵐ. & 3ª.q.39.5.c. & q.66.1.1ᵐ. & 3.c.& q.68.1.1ᵐ.& 4.3ᵐ.& q.70.1.c.3ᵐ.& 2.c. & q.71.2.c.3ᵐ. & q.73.3.3ᵐ.& q.78.3.6ᵐ.
76 Fides est necessaria in baptizandis adultis, quo ad gratiam, non autem quo ad characterem, 3ª.q.68.8.o.& q.71.3.3ᵐ.
77 * Nouiter baptizatis, non inducitur iciunium vsque ad Pentecosten. Et hoc ostendit, quòd non sunt de necessitate ad difficilia cogendi, antequam per spiritum sanctum interius ad hoc instigentur, vt difficilia propria voluntate assumant, 22ᴱ.q.189.1.4ᵐ.
78 Fides non est necessaria in baptizantibus, 3ª.q.64.9.o. & quæst.68.8.c.
79 Habentibus vsum rationis baptizandis, requiritur contritio, siue deuotio, quo ad rem sacramenti, sed intentio siue voluntas quo ad sacramentum, 3ª.q.68.7.2ᵐ.& q.86.2.1ᵐ.
80 Confessio non est de necessitate baptismi, 3ª.q.68.6.o.
81 Ad baptismum non requiritur manus impositio, 3ª.q.84.4.c.2ᵐ.
82 Baptizati tenẽtur ad restitutionem malè ablatorum, 3ª.quæst.68.5.3ᵐ.
83 Prima causa, & auctoritas efficaciæ baptismi, est trinitas, sed secundaria, & meritoria, est passio Christi, 3ª.q.66.5.c.5ᵐ.
84 Causa baptismi duplex, scilicet principalis, dans virtutem ei, id est trinitas, & instrumentalis, scilicet minister, 3ª.q.66.5.c. & 8.1ᵐ.& q.67.4.3ᵐ.
85 Sacerdos est proprius minister huius sacramenti, non autem diaconus, nisi in necessitate, 3ª.q.67.1.2.o.& 3.1ᵐ.& 2ᵐ.
86 Baptismus solenniter celebratus, debet sumi à presbytero curato, vel eius vice, 3ª.q.67.4.2ᵐ.
87 Sacerdos malus baptizans, peccat mortaliter, nisi in necessitate, & sine solennitate, 3ª.q.64.6.3ᵐ.
88 Recipiens baptismum, vel alia sacramenta à ministro malo non præciso non peccat, nisi communicet ei, in peccato, scilicet inducendo eum ad ministrandum, 22ᴱ.q.39.4.1ᵐ.& 3.q.64.6.2ᵐ.
89 Omnis homo cuiuscunque sexus, vel cultus * etiam si sit Iudæus vel Paganus, potest baptizare in necessitate, si desit minister aptior, 22ᴱ.q.39.4.1ᵐ.& q.100.2.1ᵐ.& 3ª.q.67.3.4.5.o.& 8.1ᵐ.& q.82.1.3ᵐ.& 7.2ᵐ.
90 Si laicus vel mulier, sine necessitate baptizet, peccat, & cooperans ei, sed non reiteratur, 3ª.q.57.3.1ᵐ.& 4.3ᵐ.
91 Si laicus præsente clerico, vel non sacerdos, præsente sacerdote, vel mulier præsente viro baptizent, peccant, 3ª.q.67.4.o.
92 Vnus potest simul plures baptizare, si sit necessitas, 3ª.q.66.5.4ᵐ. & q.67.6.2ᵐ.
93 Plures non possunt eundem baptizare, 3ª.q.66.5.4ᵐ.& q.67.6.o.
94 Si vnus est mancus, & alter murus, non possunt baptizare, 3ª.q.66.5.4ᵐ.& q.67.6.3ᵐ.
95 Nullus potest se baptizare, tamẽ propter contritionem, & deuotionem saluaretur, 3ᴱ.q.66.5.4ᵐ.& q.68.2.o.& 7.o.& q.82.4.2ᵐ.
96 Pueri sunt baptizandi, 12ᴱ.q.113.3.1ᵐ.& 3ª.q.39.3.1ᵐ.& q.68.9.o.
97 Pueri baptizantur in fide militantis Ecclesiæ, quæ si per impossibile deficeret, suppleret Ecclesia triumphans, 3ª.q.68.9.o.& 12.c.1ᵐ.& q.69.6.3ᵐ.& 8.c.& q.71.1.2ᵐ.& 3.3ᵐ.& q.73.3.c.
98 Pueri infidelium, antequam habeant vsum rationis non sunt baptizandi, inuitis parentibus, 22ᴱ.q.10.12.o.& 3ª.q.68.10.1.
99 Baptismus debet differri in adultis, ad probationem, instructionem & reuerentiam, non autem in pueris, 3ª.q.68.3.o.
100 Infidelitas aliorum non nocet baptizandis, nec alia peccata, sed tantum propria, 3ª.q.68.9.2ᵐ.& q.69.6.4ᵐ.
101 Amentes & furiosi à natiuitate, & continuè, sunt baptizandi, non autem alij, nisi quando habentes vsum rationis, volunt, 12ᴱ.q.113.3.1ᵐ. & 3ª.q.68.12.o.
102 Manens in proposito peccandi, non debet baptizari, 3ª.q.68.4.o. & 8.4ᵐ.
103 Dormientes non sunt baptizandi, nisi propter periculũ, & prius voluerint, 12ᴱ.q.113.3.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ª.q.68.12.3ᵐ.
104 Baptizati ab hæreticis in forma Ecclesiæ, non debent rebaptizari, 3ª.q.66.9.3ᵐ.
105 Puer in vtero matris non est baptizandus, 3ª.q.68.11.o.
106 Mater viua non debet scindi, vt puer baptizetur, 3ª.q.68.11.3ᵐ.
107 Apparente aliquo membro, si imminet periculum, debet baptizari puer rebaptizandus, nisi sit caput, 3ª.q.56.7.3ª.& q.68.11.4ᵐ.
108 Brutum non potest baptizari, 3ª.q.68.12.2ᵐ.
109 Baptizatus debet leuari de fonte, ab aliquo docto in diuinis, 3ª.q.67.7.o.
110 Leuantem baptizatum non oportet esse doctum in diuinis, nisi imminente periculo, 3ª.q.67.8.1ᵐ.
111 Leuans de fonte tenetur baptizatum instruere de fide, si sint intet fideles, vel nisi parentes suppleant, 3ª.q.67.8.o. & q.71.1.3ᵐ.
112 Leuans de baptismo assumit sibi officium nutricis, & pædagogi, 3ª.q.67.7.o.& 8.c.
113 Leuans baptizatum debet esse tantum vnus principalis, sed possunt esse alij coadiutores, 3ª.q.67.8.3ᵐ.
114 Non baptizatus non potest aliquem leuare de fonte, 3ª.quæst.67.8.1ᵐ.
115 Pater non debet leuare proprium filium de baptismo, nisi in necessitate, 3ª.q.67.8.2ᵐ.
116 Leuatio non est de necessitate, sed sit propter imbecillitatem animæ, & non corporis, 3ª.q.67.7.o. ſt 8.1ᵐ.
117 Baptismus est ianua omnium sacramentorum, inquantum est causa, scilicet characteris, & gratiæ, 3ª.q.63.6.c.& q.68.6.c. & q.73.3.c.
118 Per baptismum aperitur ianua paradisi, 3ª.q.39.5.o. & 69.5.1ᵐ. & 7.o.
119 Introitus in regnum Dei, non est nisi per baptismum aquæ in re, vel in voto, vel in figura, 3ª.q.69.5.1ᵐ.
120 Baptizatus ascribitur ad duo, scilicet ad cœtum fidelium, & ad sacramentorũ participationem, 3ª.q.63.6.c.& q.67.2.c.& q.70.1.c.
121 Baptismus habet vim illuminatiuam, & fœcundatiuam ad bona opera, 3ª.q.65.1.3ᵐ.& q.67.1.2ᵐ.& q.69.5.o.
122 * Pueri saluantur per solum baptismum sine aliis sacramentis, & aliquis moriens statim post baptismum, statim volat ad cælum, 3ª.q.65.4.o.& q.68.2.2ᵐ.
123 Pueris baptizatis subuenit meritũ Christi ad beatitudinem consequendam, licet desint eis merita propria, & vsum liberi arbitrij non habeant, eo quòd per baptismum sunt Christi membra effecti, 12ᴱ.q.5.7.2ᵐ.fi.& fi.& q.113.3.1ᵐ.
124 Circumcisioni succedit baptismus, tanquam perfectum imperfecto, 12ᴱ.q.102.5.3ᵐ.& q.103.3.4ᵐ.& q.70.2.3ᵐ.& 4ᵐ.
125 Circumcisio erat imperfecta respectu baptismi, quo ad significationem, efficaciam, & vtilitatem. Quæ non erat etiam ita communis, quia habebat populum, sexum, & tempus determinatos, 3ª.q.70.2.3ᵐ.& 4ᵐ.
126 Baptismus & circumcisio conferebant gratiam. Sed ille ex sua virtute vt instrumentum passionis Christi iam perfectæ, illa verò vt signum fidei passionis futuræ, 3ª.q.70.4.c.fi.
127 In baptismo amplior gratia datur, quàm in circumcisione, 3ª.q.70.4.c.fi.5ᵐ.
128 Baptismus ante passionem Christi, si fuisset, non aperuisset ianuam paradisi, conferendo etiam eandem gratiam sicut prius. Et si nunc circumcisio haberet locum, aperiret eam, 3ª.q.69.7.2ᵐ.& q.70.4.4ᵐ.
129 Baptismus continet perfectionem salutis, nõ autem circumcisio, sed significabat eam vt fiendam per Christum, 3ª.q.70.4.o.
130 Gratia baptismalis sufficit ad concupiscentiam totaliter reprimendam, & ad merendum, non autem gratia in circumcisione data, 3ª.q.70.4.c.fi.5ᵐ.
131 Omnibus rite baptizatis, etiam pueris conferuntur gratia & virtutes, & in habentibus augentur, 22ᴱ.q.47.13.3ᵐ. & 3ª.q.69.3.4.5.c.& 6.o. & q.71.3.c.
132 Omnes pueri æqualem gratiam consequuntur per baptismum, adulti autem, inæqualem, secundum gradus deuotionis, 3ª.q.69.8.c.& q.89.2.2ᵐ.
133 Effectus baptismi duplex, scilicet primus, id est character, & secundus, scilicet gratia, 3ª.q.68.8.c.& q.69.10.c.
134 Per baptismum homines adoptantur in filios Dei, 3ª.q.39.8.3ᵐ.
135 Per baptismum homo regeneratur ad vitam spiritualem, 3ª.q.39.5.c.fi.& q.62.2.c.& q.65.1.2.c.& q.66.1.1ᵐ. & 3.c.& 9.c.5ᵐ.& q.67.3.c.& 7.c.& q.68.1.c.& 9.1ᵐ.& q.69.5.8.c. & q.72.1.c.& 4.3ᵐ.& 5.6.c.& 9.1ᵐ.& 11.2ᵐ.& q.73.1.c.& 3.c.3ᵐ.& 5.1ᵐ. & q.79.3.2ᵐ.& 8.2ᵐ.& q.80.10.1ᵐ.& q.84.6.c.& 10.c.3ᵐ.& q.85.4.3ᵐ. & 5.c.fi.
136 Effectus baptismi duplex, scilicet per se, id est generatio in vitam spiritualem, & per accidens, id est præseruatio à peccato. Primus omnibus æqualiter confertur secundum se, non autem secundus, 3ª.q.69.8.

Per

137 Per baptismum homo fit membrum Christi, ideo pœna quã Christus sustinuit, reputatur ei ad satisfactionem, 12ᴱ.q.5.7.2ᵐ. & 3ª.q.48.1.c.& q.49.1.c.& q.6.2.1.2.c.& q.68.1.c.& 5.1ᵐ.& q.69.2. c.1ᵐ. & 3.4.5.6.10.c.& q.73.3.1ᵐ.
138 Per baptismum homo incorporatur Christo, 3ª.q.62.1.c.& q.68.1.c.1ᵐ.& 2.4.c.& 5.c.1ᵐ.& q.69.2.3.4.c. & 5.o.& 7.1ᵐ.
139 Fides incorporat Christo mentaliter, baptismus autem corporaliter, sine eius proposito neutrum fieri potest, 3ª.q.69.5.1ᵐ.
140 Baptismus est sacramentum passionis & mortis Christi, 3ª.q. 73.3.3ᵐ.
141 In baptismo homo participat totaliter virtutem passionis Christi: non autem in pœnitentia, 3ª.q.86.4.3ᵐ.
142 Baptismus configurat Christo passo per immersionem, resurgenti per nitorem aquæ, ascendenti per leuationem. 3ª.q.66.2.3.9.c.
143 Ante baptismum actualiter susceptum, aliquis rem baptismi cõsequitur, ex proposito suscipiendi baptismum, 3ª.q.68.2.o.& 3.c. & q.80.1.3ᵐ.
144 Homo per baptismum in mortem Christi baptizatur, & ei commoritur & consepelitur, 22ᴱ.q.147.5.c.& 3ª.q.49.3.2ᵐ.& q.51.1.c. & q.61.1.2ᵐ.& q.66.3.c.& 9.c.5ᵐ.& q.68.5.7.c.& q. 80.10.1ᵐ. & q. 86.4.3ᵐ.
145 Efficacia baptismi est à passione Christi, & à spiritu sancto, 3ª. q. 66.6.c.1ᵐ.10.1ᵐ.& 11.c.1ᵐ.& 12.c.& q.69.1.o.
146 Baptismus datus à meliori nõ est melior, quia efficaciam habet ex merito passionis Christi, & non alterius, 3ª q.64.1.2ᵐ.& q.82. 6.2ᵐ.
147 Effectus principalis baptismi est delere peccata, 3ª.q.39.5.c.fi.& q. 79.5.1ᵐ.
148 Remissio culpæ fit in baptismo virtute materiæ, sed principalius virtute formæ, ex qua etiam materia virtutem recipit, 3ª.q. 86. 6.c.
149 Effectus baptismi est tollere omnia peccata præterita & præsentia, non autem futura, 3ª.q.69.10.3ᵐ.
150 Baptismus impedit peccata futura, ne fiant, 3ª.q.68.3.3ᵐ.
151 Baptismus omnibus æqualiter aufert omnem culpam, & omnem pœnam, 3ª.q.67.3.c.& q.68.1.2ᵐ.& q.69.8.o.
152 Baptismus principaliter ordinatus est contra peccatum originale, 3ª.q.66.9.c.fi.
153 Baptismus delet omnem culpam originalem, & mortalẽ, & quandoque venialem, 3ª.q.68.7.3ᵐ.& q.69.1.o.& 4.c.2ᵐ.& 7.c.& 8.1ᵐ. & 10.c.2ᵐ.& q.70.4.5ᵐ.& q.71.3.c.& q.79.5.1ᵐ.& q.84. 1.1ᵐ. & 4.c.& q.87.1.2ᵐ.
154 Baptismus statim tollit pœnas, & infectiones peccati originalis, quo ad personam, non autem quo ad naturam, nisi in fine, 12ᴱ.q. 81.3.2ᵐ.& q.85.5.2ᵐ & q.87.7.1ᵐ.& q.109. 8. 9.c.3ᵐ.& 10.c.3ᵐ.& 22ᴱ. q. 104.6.1ᵐ.& 3. quæst.49.3.3ᵐ.& q.52.5.2ᵐ.& q.68. 1.2ᵐ.& quæst.69.3.o.& 7.3ᵐ.
155 Per baptismum fomes mitigatur, ne dominetur, 3ª.q.66.3.c. & q. 69.4.3ᵐ.
156 Baptismus per gratiam non minuit fomitem, inquantum inclinat in contrarium, sed non totaliter tollit vsque ad beatitudinem, 3ª.q.39.5.c.& q.86.5.c.fi.
157 Baptismus absoluit ab omni pœna, 3ª.q.68.5.o.& q.69.2.o.& 7.c.& 10.3ᵐ.& q.70.4.5ᵐ.& q.79.5.1ᵐ.& q.84.1.1ᵐ.& q.86.4.3ᵐ.
158 Baptismus non tollit pœnam hominis. Ideo homicida potest puniri, licet pium esset ei parcere, 3ª.q.69.2.3ᵐ.
159 Fictio non remouetur per baptismum, sed per pœnitentiam, 3ª.q. 69.9.2ᵐ.& 10.2ᵐ.& 3ᵐ.
160 Ad effectum baptismi exequendum in ficto concurrit per se baptismus, sed pœnitentia per accidens, remouendo fictionem, 3ª. q.69.10.2ᵐ.
161 Fictio moralis impedit simpliciter effectum baptismi, sed venialis, quo ad venialia tantum, 3ª.q.69.3.o.& q.87.3.2ᵐ.
162 Fictione recedente, baptismus habet proprium effectum, 3ª.q.69. 10.o.
163 Aliquis dicitur ad baptismum fictus accedere quadrupliciter, scilicet non credens, contemnens baptismum, non seruans ritum ecclesiæ, & indeuotus. i. non volens sacramentum, & rem sacramenti, 3ª.q.69.9.c.
164 Indispositio voluntatis contraria gratiæ, impedit secundum effectum baptismi. s. gratiam: nõ autem primum. s. characterem, 3ª. q.69.9.o.
165 Error circa baptismum, non impedit acceptionem characteris, dummodo intendat facere vel accipere quod ecclesia dat: licet credat illud nihil esse, 3ª.q.64.9.1ᵐ.& q.68.8.3ᵐ.
166 Sanguinis. & Baptismus triplex. s. sanguinis, flaminis, & fluminis, 3ª.q.66.11.o.
167 Baptimus sanguinis est melior & efficacior cæteris baptismis, 3ª. q.66.12.o.
168 Baptismus sanguinis, includit baptismum flaminis, non autem econuerso, 3ª.q.66.12.2ᵐ.
169 Baptismus sanguinis supplet baptismum fluminis in necessitate solum, 3ª.q.66.11.o.
170 Baptismus sanguinis & flaminis, non sunt sacramenta, quia conueniunt cum sacramento in causando, non autem in significando, 3ª.q.66.11.2ᵐ.& 12.1ᵐ.
171 Pœnitentia dicitur baptismus flaminis, quia sine baptismo sufficit ad salutem, in necessitate tantum, 3ª.q.66.11.c.
172 Pueri non possunt saluari sine baptismo sanguinis vel fluminis, 12ᴱ.q.113.3.1ᵐ.& 3ª.q.67.3.c.& q.68.3.c.& q.73.3.c.
173 Baptismus sanguinis non imprimit characterem, quia non habet efficaciam baptismi sacramentalis. sed meritum, 3ª.q.66.11. 2ᵐ. & 12.c.1ᵐ.
174 Baptismus sanguinis liberat ab omni culpa, & omni pœna, ex virtute passionis Christi, cui conformat, 22ᴱ.q.124.1.1ᵐ.& 3ª.q.68.2. 1ᵐ.& q.87.1.2ᵐ.
175 Baptizatus baptismo flaminis, consequitur emundationem, sed accipiens sacramentum cõsequitur maiorem gratiam, 3ª.q.69. 1.2ᵐ.& 4.2ᵐ.& q.89.1.3ᵐ.& q.90.3.2ᵐ.
176 Baptismum debet præcedere catechismus, 3ª.q.71.1.o.
177 Vnctio triplex in baptismo, scilicet catechuminorum, & bis crismate, 1ª.q.66.10.2ᵐ.& q.71.3.4ᵐ.& q.72.11.3ᵐ.
178 Baptizati liniuntur chrismate in fronte, ne erubescant, 3ª. quæst. 72.9.c.
179 Aures baptizandorum liniuntur sputo, vt aperiantur ad verbum Dei: nares verò ad odorem bonæ famæ, non autem oculi: quia pertinent ad inuentionem, per quam non habetur fides, 3ª.q.71. 2.3.c.
180 Sal ponitur in os baptizandi: vt habeat discretionem in sermone fidei, 3ª.q.71.2.c.
181 Baptizatis datur vestis alba, in signum resurrectionis futuræ, & puritatis conseruandæ, 3ª.q.66.10.3ᵐ.& q.71.3.4ᵐ.
182 Eorum quæ fiunt post baptismum, aliqua tantum significant, vt vestis alba, nouitatem vitæ: aliqua etiam efficiunt: vt vnctio in vertice, conseruationem gratiæ baptismalis, 3ª.q.71.3.4ᵐ.
183 Baptismus est vnus tantum simpliciter, sed secundum quid sunt nouem: quia diluuium, transitus maris, & lotiones legis, erant figuræ, baptismus Ioannis dispositio, baptismus Christi causa efficaciæ, baptismus sanguinis & flaminis, & pœnitentia secundum proportionem effectus, & baptismus aquæ & spiritus, 3ª. q.66.11.3ᵐ.& q.70.1.2ᵐ.& 3ᵐ.
184 Pro baptismo non debet committi simonia, 22ᴱ.q.100.2.c.1ᵐ.
185 Phariseorvm. & Baptismata Phariseorum erant vana, ad mundiciam carnis tantum ordinata. 1.q.38.1.3ᵐ.
Barnabas & Paulus discordauerunt præter intentionem eorum, prouidentia Dei, 22ᴱ.q.37.1.3ᵐ.
Bartholomevs miraculosè occultabat se, & se ostendebat sicut volebat, 3ª.q.54.1.2ᵐ.
Basilicvs non interficit visu, sed vapore, sicut menstruata inficit speculum, 1ª.q.117.3.2ᵐ.
1 Beativdo * est operatio & vltima perfectio, 12ᴱ.q.2.1. & 5.c.& q.55.2.3ᵐ.
2 Beatitudo est vita æterna, non quidem esse, sed operatio, 1ª. q.10.3.c.& q.18.2.3ᵐ.& 12ᴱ.q.3.2.1ᵐ.& 22ᴱ.q.18.2.2ᵐ.
3 Visio Dei per essentiam est tota essentia beatitudinis, 1ª.q. 1. 4.c. & q.12.1.c.& 4.o.& 6.c.& 8.4ᵐ.& q.26.2.3.o.& q. 62.1.2.9.c.& 12ᴱ. q.3.4.8.o.& q.4.4.5.c.& q.5.1.4.5.c.& 22ᴱ.q.2.3.c.& q.5.1.c.& q.173. 1.c.& q.180.4.c.& 3ª.q.52.5.c.& q.59.5.1ᵐ.
4 Gloria essentialis beatitudini est, quam habet homo nõ apud hominem sed apud Deum, 12ᴱ.q.2.3.1ᵐ.& q.4.8.1ᵐ.
5 Beatitudo est summum bonum, 1ª.q.26.3.1ᵐ.& 12ᴱ.q.3.1. 2ᵐ. & q.5. 2.1ᵐ.& q.19.9.c.
6 Beatitudo habet rationem præmij, 1ª.q.26.1.1ᵐ.& q.62.4.c. & 12ᴱ. q.2.2.1ᵐ.& q.5.7.c.
7 Beatitudo est finis rationalis naturæ tantum, 1ª.q.23.1.c.2ᵐ.& q.26. 1.2.c.& q.62.1.4.c.& 12ᴱ.q.3.1.3ᵐ.& q.55.2.3ᵐ.& q.69.1.c.& 22ᴱ.q. 9. 118.7.c.
8 Beatitudo vt finis, quo est aliquid creatum, non autem vt finis quod, 1ª.q.26.3.o.& 12ᴱ.q.3.1.o.
9 Beatitudo est vltima perfectio hominis, 1ª.q.62.3.4.c.& q.73. 1.c.& 12ᴱ.q.3.2.c.4ᵐ.& 6.c.
10 Beatitudo est proprium hominis bonum, 12ᴱ.q.6.in principio.
11 Beatitudo est bonum perfectum naturæ intellectualis, apprehensum per intellectum, 1ª.q.26.1.2.c.& 12ᴱ.q.3.2.2ᵐ.
12 Beatitudo est status omnium bonorum cõgregatione perfectus, secundum Boetium, 1ª.q.26.1.1ᵐ.& 12.1ᵐ.q.3.2.2ᵐ.& 3.2ᵐ. & quæst. 4.7.2ᵐ.
13 Beatitudo nihil aliud est quàm gaudium de veritate, 12ᴱ.q.3.4.c.fi.
14 In vita actiua quæ circa multa occupatur, est minus de beatitudine quàm in cõtemplatiua, quæ versatur circa vnum. s. circa veritatis contemplationem, 12ᴱ.q.3.2.4.& 5.c.& q.4.7.c.
15 De ratione beatitudinis sunt tria. s. bonum perfectum, per se sufficientia, & delectatio, 22ᴱ.q.118.7.c.
16 Beatitudo consistit in duobus. s. in visione Dei, & delectatione fruitionis, 12ᴱ.q.3.4.c.

37 *Essentia beatitudinis, consistit in actu intellectus, sed delectatio eius, in voluntate, 1ª.q.26.2.o.& 3. c.& 12ᵉ.q.3.4.o. & quæstio. 11.1.1ᵐ.
38 Beatitudo consistit in contemplatione veritatis, & maximè Dei, 22ᵉ.q.167.1.1ᵐ.
39 Beatitudo vitæ præsentis secundum Aristotelem consistit in operatione perfectissima, ratione potentiæ, habitus, & obiecti, 1ª.q. 62.1.c.& q.88.1.c.col.2.& 12ᵉ.q.3.5.c.
20 Beatitudo & miseria sunt principaliter in anima, secundario autem in corpore, 3ª.q.15.10.c.2ᵐ.
21 Beatitudo consistit in coniunctione ad Deum, & miseria in recessu à Deo, 12ᵉ.q.3.3.c.& 7.2ᵐ.& 8.c.
22 In qvievs non est. & Beatitudo vltima, vel miseria, non consistit in bonis vel malis præsentis vitæ, 12ᵉ.q.5.3.o.
23 Beatitudo non consistit in diuitiis, 12ᵉ.q.2.1.o.
24 Nec in honoribus, 12ᵉ.q.2.2.o.
25 Nec in fama seu gloria humana, 12ᵉ.q.2.3.o.
26 Nec in potestate, 12ᵉ.q.2.4.o.
27 Nec in aliquo bono exteriori, nec in omnibus simul, 12ᵉ. quæst 2.4.o.
28 Nec in bonis corporis, 12ᵉ.q.2.5.o.& q.3.3.c.& q.4.6.1ᵐ.
29 Nec in parte sensitiua, 12ᵉ.q.3.3.o.
30 Nec in voluptate. 12ᵉ.q.2.6.o.
31 Nec in aliquo inhærenti animæ, 12ᵉ.q.2.7.o.
32 Nec in habitibus virtutum, 12ᵉ.q.3.2.c.
33 Nec in operatione transeunte in exteriorem materiam, 12ᵉ.q.3.2. 3ᵐ.
34 Nec in actu voluntatis, 1ª.q.26.2.2ᵐ.& 12ᵉ.quæstio.3.4.o. & quæst. 4.2.c.
35 Nec in intellectu practico principaliter, sed in speculatiuo, 1ª. q. 26.2.o.& 12ᵉ.q.3.5.o.
36 *Nec in consideratione scientiarum speculatiuarum, 12ᵉ.q.3.6.o. & 12ᵉ.q.167.1.1ᵐ.
37 Consideratio scientiarum speculatiuarum, est quædam participatio veræ & perfectæ beatitudinis, non autem subsstantialis beatitudo. 12ᵉ.q.3.6.c.fi.& quæst.66.3.1ᵐ.& 5.2ᵐ. & 22ᵉ. q.180.4.c.
38 *Nec consistit in contemplatione angelorum, 1ª.q.64.1.1ᵐ.& q. 89.2.3ᵐ.& 12ᵉ.q.3.7.o.& 22ᵉ.q.167.1.1ᵐ.
39 Nec in cognitione Dei, quæ habetur per demonstrationem, 12ᵉ. q.66.1.2ᵐ.
40 Nec in aliquo creato, 1ª.q.12.1.c.& q.82.2.c.& q.89.2.3ᵐ.& 12ᵉ.q. 3. 8.o.& 22ᵉ.q.85.2.c.
41 Nec in cognitione cuislibet veri, sed in cognitione perfecta sum mæ veritatis. 1ª.q.26.2.3.o.& 12ᵉ.q.3.4.8.o.& 22ᵉ.q.167.1.1ᵐ.
42 Requisita. & Bona exteriora non requiruntur ad beatitudinem perfectam, 12ª.q.4.7.o.& 22ᵉ.q.186.3.4ᵐ.
43 Diuitiæ adiuuant felicitatem actiuam instrumentaliter, sed contemplatiuam impediunt. Sed ad patriæ beatitudinem, multum valet voluntaria paupertas, 12ᵉ.q.4.7.c.& 22ᵉ.q.16.3.4ᵐ.
44 Amici non requiruntur ad perfectam beatitudinem, 12ᵉ.q.4.8. o.
45 Angelus suo ministerio adiuuat hominem, vt perueniat ad beatitudinem, non autem vt humanæ beatitudinis obiectum, 12ᵉ. q.3.7.2ᵐ.& q.5.6.1ᵐ.
46 Ad beatitudinem aliqua requiruntur tripliciter, 5 antecedenter, essentialiter, & consequenter, 12ᵉ.q.3.3.c.
47 Ad beatitudinem tria requiruntur, scilicet visio Dei, comprehensio, & delectatio, 12ᵉ.q.4.3.o.
48 Perfectio charitatis est essentialis beatitudini quo ad dilectionē Dei, non autem quo ad dilectionem proximi, sed quasi concomitatur, 12ᵉ.q.4.8.3ᵐ.
49 Rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem antecedenter, & concomitanter, 12ᵉ.q.4.4.o.& q.5.47.c.
50 Delectatio requiritur ad beatitudinem consequenter tātum, vel concomitanter. 12ᵉ.q.3.4.c.& q.4.1.2.o.
51 Corpus & perfectio eius requiritur ad beatitudinem viæ, & ad beatitudinem patriæ omnino perfectam, requiritur antecedenter & consequenter, non autem essentialiter, nec ad beatitudinem patriæ simpliciter, 12ᵉ.q.4.5.6.o.& 3ª.q.4.7.2ᵐ.& quæstio.15. 10.c.2ᵐ.
52 Beatitudo animæ redundabit in corpus, 12ᵉ.q.3.3.c.3ᵐ.& q.4.6.c.& 3ª.q.57.3.c.& q.59.5.3ᵐ.
53 Operationes meritoriæ plures requiruntur ad beatitudinem hominis, 1ª.q.62.5.1ᵐ.& 12ᵉ.q.5.7.9.& q.6.in principio.
54 Operationes sensitiuæ requiruntur antecedenter ad beatitudinē viæ, non autem ad beatitudinem patriæ, sed consequenter tantum, ad neutram autem essentialiter. 12ᵉ.q.3.3.o.
55 Pax requiritur ad beatitudinem antecedenter & consequenter, nō autem essentialiter, 12ᵉ.q.3.4.1ᵐ.
56 Mvtatio. & nullum bonum creatum additum visioni Dei facit magis beatum, 12ᵉ.q.5.2.3ᵐ.
57 Beatitudo æqualiter participatur ab omnibus ex parte obiectis. sed inæqualiter ex parte subiecti. 12ᵉ.q.5.2.4ᵐ. & q. 5. 2. o. & q. 12. 4.c.1ᵐ.
58 Nulla creatura potest, per sua tantum naturalia, adipisci perfectam beatitudinem, 1ª.q.12.4.o.& q.23.1.c.& q.64.1.2ᵐ.& q.94.1. o.& q.108.4.c.& 12ᵉ.q.5.5.o.& q.62.1.23.o.
59 Homo non potest per operationem solius creaturæ superioris attingere ad perfectam beatitudinem, 12ᵉ.q.5.6.o.
60 Homo potest adipisci perfectam beatitudinem, 12ᵉ.q.5.1.o.
61 Beatitudo perfecta non potest amitti, 1ª.q.64.2.c.& q.94.1.c.& 12ᵉ. q.5.4.o.
62 Appetitvs. & voluntas necessario appetit beatitudinem, 1ª.q. 19.1.o.& 3.6.c.& q.82.1.2.o.& q.83.1.5ᵐ.& 12ᵉ.q.5.4.c.2ᵐ.& 8.2ᵐ.& q.6.4.o.& q.10.1.2 o & q.13.6.c.& q.94.1.c.& 3ª.q.18.1.3ᵐ.
63 Omnes homines naturaliter apperunt beatitudinem, 1ª.q.2.1.1ᵐ. & q.19.10.c.& q.26.2.c.& q.41.2.2ᵐ. & q.60. 2. c.& q.62. 1.c. & q. 82.1.2.o.& quæst.83.1.5ᵐ.& 12ᵉ.q.6.1.2ᵐ.& q.5.1.8. o. & q. 10. 1. o. & 3ª.q.18.1.3ᵐ.
64 Non solum perfecta beatitudo, sed etiam qualiscunque similitudo, vel participatio eius naturaliter desideratur, 12ᵉ.q.3.6.2ᵐ.
65 Omnia quę desiderat voluntas, appetit propter beatitudinem, 1ª. q.60.2.c.& 12ᵉ.q.1.6.o.
66 In vltima beatitudine complebitur omne desiderium beatorū, 1ª.q.12.8.4ᵐ.& 12ᵉ.q.1.5.c.& q.3.8.c.& q.4.5.5ᵐ.& q.5.3.4.c. & 8. c. 3ᵐ.q.67.4.3ᵐ.& 22ᵉ.q.28.3.c.2ᵐ.
67 Perfecta quietatio intellectus & voluntatis consequitur beatitudinem. 12ᵉ.q.3.4.1ᵐ.& 8.c.& 22ᵉ.q.18.2.c.& 4.12ᵐ.& q.28.3.c.& q. 94.1.c.& q.118.7.c.
68 Perfecta beatitudo omne malum excludit, 12ᵉ.q.2.4.c.& q.5.3. 4. c.& q.67.4.2ᵐ.
69 Beatitudo ascendit in cor hominis secundum rationem communem, nō autem quæ & qualis sit in speciali, 12ᵉ.q.5.8.c.2ᵐ.& 22ᵉ. q.17.2.1ᵐ.
70 Beatitudo est primum obiectum voluntatis, 12ᵉ.q.3.4.2ᵐ. & q. 11. 1.1ᵐ.
71 Beatitudo amatur amore concupiscentiæ, non autem amore amicitiæ. 12ᵉ.q.2.7.2ᵐ.
72 Devs. & Deus est perfectè beatus, 1ª.q.26.1.o.& q.62.4.c.
73 Deus est sua beatitudo, 1ª.q.26.2.o.& q.62.4.c.& q.94.1.c.& 12ᵉ.q.3. 1.1ᵐ.& 2.1ᵐ.& 4ᵐ.
74 Deus est beatus secundum intellectum, 1ª.q.16.2.o.
75 Beatitudo Dei excedit quamlibet aliam beatitudinem, 1ª.q. 26. 4.o.
76 Beatitudo complectitur omnem aliam beatitudinem, 1ª. q. 26. 4.o.
77 Beatitudo est naturalis soli Deo, 1ª. q.62.4.c.& q.63.3.c.fi.& 12ᵉ.q. 3.1.1ᵐ.& q.5.7.c.
78 In commvni. & Beatitudo triplex secundum philosophos. s. voluptuosa, actiua, & contemplatiua, 12ᵉ.q.3.2.1ᵐ. & q. 69.3.4.c.
79 Beatitudo duplex. s. perfecta, & imperfecta. 1. in patria, & in via, 1ª. q.62.1.c.& 12ᵉ.q.3.2.4ᵐ.& 3.5.6.c.& q.4.5.6.7.8.c.& q.5.3.o.& 4.5.c. & q.62.1.c.& q.69.3.3.c.& 22ᵉ.q.186.1.4ᵐ.
80 Beatitudo patriæ est continua, non autem beatitudo viæ, 12ᵉ.q.3. 2.4ᵐ.
81 Duplex perfectio beatitudinis. s. ex parte obiecti, & ex parte subiecti, prima tollit rationem veræ beatitudinis, nō autem secunda, 12ᵉ.5.3.2ᵐ.& q.4.5.5ᵐ.& q.11.4.2ᵐ.
82 Nullus ante passionem Christi potuit habere beatitudinem, licet sancti patres meruerint eam per fidem passionis Christi, quo ad propriam personam, non autem quo ad naturam communem, 3ª.q.49.5.1ᵐ.
83 Beatitvdines in commvni. & Beatitudines sunt operationes virtutum perfectarum per dona, & etiam donorum, 12ᵉ.q.69.1.o.& q.70.2.c.& 22ᵉ.q.157.2.3ᵐ.
84 Actus virtutum vt perficiunt, dicuntur beatitudines, sed vt delectant, dicuntur fructus, 22ᵉ.q.157.2.3ᵐ.
85 Actus donorum pertinentium ad vitam actiuam, exprimuntur in meritis beatitudinum, sed actus vitæ cōtemplatiuę, in præmiis, 12ᵉ.q.69.3.c.fi.1ᵐ.
86 In singulis beatitudinibus ponitur aliquid pertinens ad statum viæ, & aliquid ad statum patriæ. 12ᵉ.q.69.2.o.& 22ᵉ.q.8.7.c.
87 Quælibet beatitudo est fructus addens excellentiam & principalitatem præmij, & non econuerso, 12ᵉ.q.70.2.o.
88 Omnia præmia septem beatitudinum sunt idem realiter, & differunt ratione, 12ᵉ.q.69.4.1ᵐ.
89 Præmia beatitudinum inchoatiuè habētur hic, sed completè in patria tantum, 12ᵉ.q.69.2.o.& 22ᵉ.q.8.7.o.
90 Beatitudines & præmia earum sufficienter enumerantur septem, & quatuor, & octo. diuersimodè, & declarantur, 12ᵉ.q.69.3.4.o.
91 Primæ tres beatitudines sunt cōtra beatitudinem voluptuosam, sed quarta & quinta pertinent ad vitam actiuam, aliæ autem duæ ad contemplatiuam, 12ᵉ.q.69.3.4.o.
92 Omnes beatitudines positæ in sacra scriptura, oportet ad has reduci, quia omnes pertinent ad vitam actiuam vel contemplatiuam. 12ᵉ.q.69.5.4ᵐ.
93 Beatitudines correspondent septem donis: non quidem singulæ singu-

lis, sed plures vni, & vna pluribus, 12ᵉ.q.69.3.o.
94 Beatitudines dupliciter adaptantur donis, scilicet secūdum conuenientiam ordinis: vt prima infimo, secunda sexto, & sic de alijs secundum Augustī. vel secundum conuenientiam propriæ rationis adinuicem secūdum actus, & obiecta, 22ᵉ.q.121.2.c.2ᵐ. & q.139.2.c.
95 In speciali. Beatitudo prima scilicet paupertas, correspondet dono timoris, 22ᵉ.q.19. 12. o. & 83.9.3ᵐ. & q.121.2.c. & q. 161. 2.3ᵐ.
96 Fructus decimus, s. modestia, & vndecimus, s. cōtinentia, & duodecimus, s. castitas, correspondent eis, 22ᵉ.q.19.12.4ᵐ.
97 Petitio septima correspondet eis, 22.q.19.12.4ᵐ.& q.83.9.3ᵐ.
98 Secvnda beatitudo, s. pietas, correspondet dono pietatis, 11ᵉ. q.69.3.3ᵐ.& 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.& q.121.2.o.
99 Fructus octauus, scilicet māsuetudo, correspondet eis indirectè: sed sextus, id est bonitas, & septimus, s. benignitas directè, 22ᵉ.q. 121.2.3ᵐ.
100 Petitio sexta correspondet eis, 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.
101 Tertia Beatitudo, s. luctus, correspondet dono scientiæ, 12ᵉ.q. 69.3.2ᵐ.& 3ᵐ.& 22ᵉ.q.9.4.o.& q.83.9.3ᵐ.
102 Petitio quinta correspondet eis, 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.
103 Qvarta Beatitudo. s. iustitiæ, correspondet dono fortitudinis, 12ᵉ.q.69.3.3ᵐ.& 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.& q.139.2.o.
104 Fructus quartus, s. patientia, & octauus, s. longanimitas, correspōdent eis, 22ᵉ.q.139.2.3ᵐ.
105 Petitio quarta correspondent eis, 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.
106 Qvinta Beatitudo, s. misericordiæ correspondet dono consilij, 12ᵉ.q.69.3.3ᵐ.& 52ᵉ.q.52.4.o.& q.83.9.3ᵐ.
107 Eandem beatitudinem oportet respondere secundum conuenientiam propriæ rationis ad inuicem donis scientiæ & pietatis, non autem secundum conuenientiam ordinis, sed diuersè correspondent, 22ᵉ.q.121.2.2ᵐ.
108 Fructus sextus, s. bonitas. i dulcedo animi, & quintus. s. benignitas, correspondent quintę beatitudini, & dono pietatis, 22ᵉ.q.52. 4.3ᵐ.& q.121.2.3ᵐ.
109 Petitio tertia correspondet eis, 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.
110 Sexta Beatitudo, s. munditia, correspondet dono intellectus, 12ᵉ.q.69.3.c.fi.1ᵐ.& 22ᵉ.q.8.7.o.& q.83.9.3ᵐ.
111 Fructus secundus. s. gaudium, & nonus. s. fides, correspondent eis, 22ᵉ.q.8.8.o.
112 Petitio secunda correspondet eis, 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.
113 Septima Beatitudo. s. pacis, correspondet dono sapientiæ, 12ᵉ. q.69.3.c.fi.1ᵐ.& 4.c.fi.& 22ᵉ.q.45.6.o.& q.83.9.3ᵐ.
114 Petitio prima correspondet eis, 22ᵉ.q.83.9.3ᵐ.
115 Octava Beatitudo. s. persecutionis, est manifestattua omniū beatitudinum præcedentium, nec correspondet alicui dono in speciali, 12ᵉ.q.69.3.5ᵐ.& 4.2ᵐ.
116 Virtvtibvs et donis. & Prima beatiudo, secundum Ambrosium, attribuitur temperantiæ, tertia prudentiæ, quarta iustitiæ, & octaua fortitudini, 12ᵉ.q 69.3.6ᵐ.
117 Primæ quinque beatitudines secūdum conuenientiam materiæ, correspondent donis scientiæ & consilij vt dirigentibus, sed aliis donis correspondent vt exequentibus, secundum motiua verò correspondent vt supra, 12ᵉ.q.69.3.3ᵐ.& 22ᵉ.q.121.2.c.
118 Beatitudo quarta & quinta secundum materiam, correspondent pietati, secunda fortitudini, sed prima & tertia timori, 12ᵉ.q.69. 3.3ᵐ.
119 Beatitudo quarta & quinta secundum conuenientiam propriæ rationis ad inuicem, adaptantur dono pietatis: sed secundum conuenientiam ordinis adaptatur ei secunda beatitudo, quæ tamen conuenit ei, tollendo impedimenta actuum eius, 12ᵉ.q.121. 2.c.3ᵐ.

1 Beatvs in commvni. & Aliquis dicitur beatus in spe, 12ᵉ.q.69.1.c.
2 Quidam dicuntur beati in hac vita propter spem, vel participatiuè, 12ᵉ.q.5.3.1ᵐ.
3 Beati in patria omnes rationes rerum quæ in Christo sunt, non cognoscunt: & si ipsum comprehendant, 1ª. q.12.8.c.& 22ᵉ.q. 173 1.c.
4 Beati per simplicem conuersionem ad Deum, illuminantur de agendis quæ nesciunt, sine inquisitione & anxietate dubitationis, vt in viatoribus, 22ᵉ.q.52.3.c.2ᵐ.
5 In beatis sunt aliqui actus ordinati ad finem, scilicet procedentes ex consecutione finis, vt laus Dei: & aliqui pertrahētes alios ad finem, vt ministeria angelorum & orationes sanctorum, 22ᵉ.q. 3.1ᵐ.
6 Quilibet beatus est certus de perpetuitate suæ beatitudinis, 22ᵉ. q.18.3.c.
7 Beati in patria clare cognoscunt omnia quæ hic fiunt, 1ª.q.89.8.c.
8 Beati Deum comprehendent, sed non totaliter, id est omnibus modis, quibus comprehendi potest, 1ª.q.12.7.1ᵐ.
9 Beati laudabunt Deum, 12ᵉ.q.13.4.c.

10 Beati non possunt peccare, 1ª.q.62.8.o.& q.82.2.c.fi. & q. 94.1. c. & q.100.2.c.& 12ᵉ.q.4.4.c.& q.5.4.c.& q.109.1.3ᵐ.& 22ᵉ.q.19.11.c.
11 * Beati sunt in statu impetrandi, non autem in statu merendi, 1ª. q.62.9.o.& 22ᵉ.q.83.11.c.1ᵐ.
12 Dignitas beatorum in anima & in corpore erit secundum gradus meritorum, non autem secundum diuersitatem sexus, sicut nunc & in statu innocentiæ, 3ª.q.55.1.3ᵐ.
13 Quilibet beatus gaudet de bonis factis à se, vel ab aliis. 1ª. q. 23. 6.1ᵐ.
14 Gaudium beatorum superat omne gaudium viatorum, 3ª. q. 46. 6.2ᵐ.
15 Gaudium beatorum erit super plenum ex parte gaudentium, non autem ex parte obiecti, viatorum autem neutro modo, 22ᵉ. q. 28.3.o.
16 Multiplicatis bonis nostris gaudium beatorum augetur materialiter, non autem formaliter, quia Deus est eis ratio gaudendi, de quibuscunque gaudent, 1ª.q.72.9.1ᵐ.fi.
17 * Beati non intersunt rebus viuorum secundum legem communem, 1ª.q.108.8.2ᵐ.

1 Bellvm duplex, scilicet commune, & particulare, 22ᵉ. q. 123.5. c.2ᵐ.
2 Ad bellum iustum tria requiruntur, scilicet auctoritas principis, iusta causa, & intentio recta, 12ᵉ.q.40.1.o.& q.41.1.3ᵐ.& q.42. 2. 1ᵐ.& q.66.8.1ᵐ.
3 In Bello iusto deprædans hostes, non peccat, nisi pugnet principaliter propter prædam, nec tenetur restituere, 22ᵉ.q.66.8.1ᵐ.
4 Bellum gerere in festo non licet, nisi imminente necessitate, pro tuenda republica, 12ᵉ.q.40.4.o.
5 Clericis non licet bellare in propria persona, sed possunt bello in teresse de licentia superioris, & exhortari pugnantes, 22ᵉ.quęst. 40.2.o.

Benedictio Dei, significat donorum eius collationem & multiplicationem, 1ª.q.72.4ᵐ.& q.73.3.c.
1 Benedictvs videns totum mundum, non vidit essentiam Dei, 22ᵉ.q.180.5.3ᵐ.
2 Quis puerum Benedictum stultitiæ argui pariatur, quod relicta domo rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ conuersationis habitum & desertum quæsiuit, 22ᵉ. quæstio. 189. 1.2ᵐ.
3 In regula beati Benedicti, conceditur probationis annus, nuper ad religionem conuersis, 22ᵉ.q.189.2. ᵐ.
4 Beatus Benedictus dicit, quod si prælatus aliquid impossibile præceperit, tentandum est, 12ᵉ.q.23.5.c.
5 Hoc autem dictum sancti Benedicti ideo dicitur, quia an aliquid sit possibile, subditus non debet suo iudicio diffinire, sed in vnoquoque iudicio superiori stare, 12ᵉ. q. 23. 5. 3ᵐ. & 22ᵉ. quæstio. 64.6.3ᵐ.
6 Mandat beatus Benedictus in regula sua, quòd venientibus ad religionem non sit facilis præbendus ingressus, sed probandum est an spiritus à Deo sit, 22ᵉ.q.189.9.1ᵐ.

1 Benefacere omnibus quilibet tenetur in præparatione animi, pro loco & tempore, 22ᵉ.q.31.2o.
2 Aliquod beneficium est quo possumus & renemur benefacere omnibus, saltem in generali, s. orare pro omnibus fidelibus & infidelibus, 12ᵉ.q.31.2.1ᵐ.
3 Malis debemus facere in auxilium naturæ, non autem culpæ, 22ᵉ. q.25.6.c.2ᵐ.& q.31.2.2ᵐ.& q.32.9.1ᵐ.& c.168.3ᵐ.
4 Magis coniunctis est magis benefaciendum cæteris paribus, 22ᵉ. q.26.6.c.& q.31.3.o.& q.32.9.o.& q.71.1.c.
5 Subuentio, gratiarum actio, & reuerentia, debetur omni benefacienti, 22ᵉ.q.166.3.o.

1 Beneficentia est facere bonum. Et est actus amicitiæ, vel charitatis, secundum rationem communem, 22ᵉ.q.31.1.o.
2 Beneficentia non est virtus specialis, sed actus exterior amicitiæ, sicut beneuolentia est actus eius interior. 22ᵉ.q.31.4.o.

1 Beneficivm, & Incommvni. & est statim recompensandum secundum affectum, sed expectanda est oportunitas effectus, 22ᵉ.q.106.4.o.
2 Recompensatio beneficij debet esse maior accepto, 22ᵉ.q.106.6.o. & q.107.2.c.
3 Recompensatio beneficij pertinet ad tres virtutes diuersimodè. s. ad iustitiam, vbi est debitum legale, vt in mutuo & alijs huiusmodi, ad amicitiam verò, & gratiam, vbi est debitum morale, 22ᵉ.q.31.1.3ᵐ.& q.106.5.c.& q.108.2.1ᵐ.
4 Beneficium & recompensatio magis in affectu consistit, quàm in effectu. 22ᵉ.q.106.3.5ᵐ & 6ᵐ.& 5.o.& 6.1ᵐ.
5 In recompensando beneficium iustitia attendit datum, amicitia vtilis attendit vtilitatem, sed amicitia honesti & gratiæ attendit affectum dantis, 22ᵉ.q.31.1.3ᵐ. & q.77.1.3ᵐ. & q 78.2.2ᵐ. & q. 106.5.o.
6 Nullius beneficium est tantum sicut parentum. Ideo in recompen-sa

Universidad de Deusto Biblioteca

pensatione beneficiorũ,sunt cæteris præferendi, nisi necessitas vel vtilitas, vel alia causa præponderet,22ᴱ.q.31.3.3ᵐ.& 4ᵐ.& q. 101.1.c.

7 Omnia bonesticia secundum communem rationem reducuntur ad amorem,& omnia nocumenta ad odium,sed secundum speciales rationes,ad diuersas virtutes,vel vitia,22ᴱ.q.31.4.2ᵐ

8 Filius potest parentibus maius beneficium recompensare,quàm accepit secundum effectum, non autem secundum effectum, 22ᴱ.q.106.6.1ᵐ.

9 Deɪ.& Beneficia Dei toto,singulis hominibus sunt exhibita. 3ª. q.1.4.3ᵐ.

10 Præcipua Dei beneficia sunt creatio, & quies mentis in Deum, per gratiam & gloriam,12ᴱ.q.100.5.2ᵐ.

11 Omnis solennitas vel sacrificium veteris legis, fuit institutta propter aliqua beneficia Dei,præterita vel futura,12ᴱ.q.100.5.2ᵐ.

12 Licitum est petere beneficium sine cura,pro se digno & indigenti,non autem cum cura,22ᴱ.q.100.5.3ᵐ.

13 Dans beneficium non meliori,sed sufficientiori,non peccat, 22ᴱ. q.63.2.o.

14 Beneficia ecclesiastica magis debent dari plus idoneis ad regimẽ ecclesiæ,quàm magis consanguineis, sed de patrimonio & licitis lucris,est econuerso,22ᴱ.q.63.1.c.

15 Dans beneficium spirituale consanguineo minus digno, peccat per acceptationem personarum,non autem si sit æque dignus, 22ᴱ.q.63.2.1ᵐ.& q.185.3.c.

16 Dans beneficium ratione consanguinitatis,grauiter peccat,& est simonia,si per hoc intendit aliquod bonum proprium , 22ᴱ. q. 63.1.c.& 2.2ᵐ.& q.100.5.2ᵐ.& 185.7.2ᵐ.

Benignitas est idem cum effectu, ſ. habitus benefactiuus, & ad loquendum dulciter,12ᴱ.q.70.3.c.& 22ᴱ.q.80.4ᵐ.

1 Benevolentia propriè est actus voluntatis,quo alteri volumus bonum,22ᴱ.q.27.1.c.

2 Beneuolentia est tantum ad rationalia,1ª.q.20.2.1ᵐ.

Bestia dicitur quasi vastia,propter crudelitatem, vt leo, vrsus, &huiusmodi,1ª.q.72.2ᵐ.

1 Bestialitas, sicut secundum Philoſ.ponitur extera numerum aliarum malitiarum humanarum, quia humanum modũ trãscendit,ita à sanctis ponitur extra numerum peccatorũ,quæ in ipsis fidelibus inueniuntur , quasi grauius eis. Tamen si ad aliquod de septem capitalibus reduci debeat, poterit ad superbiam reduci secundum diffinitionem Auguſt.22ᴱ.q.154.11.2ᵐ.

Bibere pluries in die licet ieiunãtibus,nisi fiat in fraudem,22ᴱ. q.147.6.2ᵐ.& 3ᵐ.& 3ª.q.80.8.4ᵐ.

2 Bigamia inducens irregularitatem,incurritur quadrupliciter, & impedit omnem ordinem,ſ.cum quis habet plures vxores de iure successiuè,cùm simul habet plures vxores,vnam de iure,& aliam de facto,cum plures habet successiuè , vnam de iure, & aliã de facto,& quando viduam ducit in vxorẽ,22ᴱ.q.108.4.2ᵐ.

3 Bilinguis idem est quod susurro.22ᴱ.q.74.1.3ᵐ.

1 Blasphemia in communi est attribuere Deo,quod ei nõ conuenit,vel detrahere ab eo quod ei conuenit,22ᴱ.q.13.1.o.

2 Blaſphemia pertinet ad genus infidelitatis,aggrauans eam,22ᴱ.q. 11.2.c.

3 Blaſphemia quælibet semper est peccatum mortale, quando est cum deliberato consensu,22ᴱ.q.13.2.o.

4 Blaſphemia ex lapsu linguæ est peccatum veniale, si hoc non intendebat,22ᴱ.q.13.2.3ᵐ.

5 Blaſphemia est grauiſſimum peccatorum omnium,22ᴱ.q. 13. 3. o. &3ª.q.80.3.c.

6 Blaſphemia ſimpliciter est grauior homicidio & periurio,sed secundum quid est econuerso,ſ.ratione nocumenti,22ᴱ.q.13.3.1ᵐ. &2ᵐ.

7 Blaſphemia est contra primum vel secundum præceptum decalogi.12ᴱ.q.100.11.c.& 22ᴱ.q.13.2 2ᵐ.

8 Blaſphemia ex deliberatione oritur ex ſuperbia , sed ex turbatione, oritur ex ira,22ᴱ.q.158.7.1ᵐ.

9 Blaſphemia in ſpiritum ſanctum dicitur tripliciter,ſ.dicere contra deitatem,finalis impœnitentia,& peccatum ex malitia,22ᴱ, q.14.1.o.

10 Hæc blaſphemia dicitur dupliciter , ſ. contra perſonam ſpiritus ſancti,& contra attributum eius,22ᴱ.q.14.1.3.c.

11 Blaſphemia in ſpiritum ſanctum , potest fieri tripliciter , ſcilicet corde,ore,& opere,12ᴱ.q.13.1.c.& q.14.1.c.1ᵐ.

12 Ex deliberatione peccare,est peccare in ſpiritum ſanctum,22ᴱ.q. 34.2.1ᵐ.

13 Peccatum ex malitia, id est ex electione mali , dicitur peccatum in ſpiritum ſanctum,ſed ex ignorantia in filium, & ex infirmitate id est ex paſſione in patrem,22ᴱ.q.14.1.3.c.

14 Non omne peccatum ex malitia , est peccatum in ſpiritum ſanctum,ſed tantum ex malitia quæ est cum contemptu impedientium peccatum. 22ᴱ.q.14.1.o.& 4.c.& q.100.1.2ᵐ.

15 Non omnis contemptus boni impedientis peccatum est blaſphemia in ſpiritum ſanctum,ſed tantum contemptus illorum quæ directè ducunt ad pœnitentiam & remiſſionem peccatorum 22ᴱ.q.105.2.2ᵐ.

16 Hoc peccatum est generale ratione habitus , ſed est ſpeciale ratione contemptus,22ᴱ.q.14.2.3ᵐ.

17 Blaſphemia in ſpiritum ſanctum vt ſpeciale peccatum,est contẽptus doni,quo homo retrahitur à peccato,non autem est peccatum ſequens ex eo,22ᴱ.q.118.5.3ᵐ.

18 Species eius ſecundum tertium modum.ſ.vt est peccatum ex malitia,ſunt ſex.ſ.desperatio,præſumptio,impœnitentia, obſtinatio,impugnatio veritatis agnitæ,& inuidentia fraternæ gratia. 22ᴱ.q.14.2.o.& q.36.4.2ᵐ.

19 Hoc peccatum est irremiſſibile,exponitur tripliciter à doctoribus,ſ.vel quia est finalis impœnitentia,& ſic nullo modo remittitur.Vel quia quantum est de ſe,habet meritum vt non remittatur quantum ad pœnam.Vel quantum ad culpam, inquãtum excludit ea,per quæ ſit remiſſio peccatorum,1ª.q.64.2.c. & 22ᴱ. q.14.3.o.& q.118.5.3ᵐ.& 3ª.q.86.1.2ᵐ.& 3ᵐ.

20 Hoc peccatum est desperatum ex parte peccantis,non autem ex parte Dei,22ᴱ.q.14.3.c.1ᵐ.

21 Homo potest primo ante alia peccata habere hoc peccatum , licet rato contingat,22ᴱ.q.14.4.o.

1 Bonitas dei. & Bonitas Dei acquiritur à creatura rationali,tanquam perfectio eius obiectiua , ab aliis autem ſecundum ſimilitudinem tantum,1ª.q.6.1.2ᵐ.& q.65.2.c. ſi. & 12ᴱ. q.1.8.c.

2 Omne bonum est bonum ſola ſimilitudine diuinæ bonitatis, 1ª. q.105.5.c.

3 Nihil diuinæ bonitatis participatione omnino caret,1ª.q.19.4. 1ᵐ. & q.23.4.1ᵐ.

4 Omnia opera Dei attribuuntur bonitati eius,1ª.q.105.2.2ᵐ.

5 Vniuerſum perfectius,participat & repræſentat bonitatẽ Dei,quã quæcunque alia creatura,1ª.q.15.2.c.& q.47.1.c.ſi.& 2.1ᵐ.

6 Deum poſſumus aliqualiter intelligere,nõ intelligendo bonitatẽ eius,non autem intelligendo eum non eſſe bonũ,22ᴱ.q.2.8. 3ᵐ.

7 Omnia ſunt bona bonitate Dei,1ª.q.6.4.o.& 22ᴱ.q.23. 2. 1ᵐ. & q. 27.3.c.

8 Omnia ſunt bona bonitate Dei,vt principio effectiuo, exemplari, & finali,1ª.q.6.4.o.22ᴱ.q.23.2.1ᵐ.& q.27.3.c.

9 Deus vult quòd ſua bonitas multiplicetur ex ſui ſimilitudine,propter ſe ſicut propter finem operantis,& propter vtilitatem creaturæ,ſicut propter finem operis,1ª.q.44.4.c.3ᵐ.

10 Quodlibet bonum ex additione alterius,fit melius,præter optimum ſimplex,ex cuius participatione omnia ſunt bona, 12ᴱ.q. 34.3.2ᵐ.

11 Differẽtia triplex bonitatis Dei,& creaturarum.ſ. quia ſolius Dei eſſentia est ſuum eſſe,& ei non aduenit aliqua accidentalia, & ad nihil aliud ordinatur ſicut ad finem,1ª.q.6.3.c.

12 Per hoc quod Deus creauit omnia vt eſſent,non excluditur quin creauerit omnia,propter ſuam bonitatem,1ª.q.65.2.1ᵐ.ſi.

13 * Quodlibet bonum creatum , est bonum particulare , ſed ſolus Deus est bonum vniuerſale,1ª.q.65.1.2ᵐ.& q.103.2.c.& q.105.4.c. & q.106.2.c.& 12ᴱ.q.2.7.8.c.& q.9.6.c.

14 Deus est ſua bonitas eſſentialiter,1ª.q.3.2.c.& q.6.3.o.& q.20.1. 3ᵐ. & q.49.3.c.& q.62.8.c.2ᵐ.& q.100.2.c.& q.103.2.c.& 12ᴱ.q.4.4.c.& 22ᴱ.q.19.1.c.& q.23.2.1ᵐ.& q.24.11.c.ſi.& q.27.3.4.c.& q.34.1. c.1ᵐ. 1ª.q.1.1.c.& q.20.1.c.

15 Deus est verè,& propriè bonus,1ª.q.6.1.o.

16 * Deus est ſummum bonum,1ª.q.6.1.2ᵐ.& 2.o.

17 In omni bono,ſummum bonum.ſ.Deus deſideratur,1ª.q.6.1.1ᵐ.

18 Habere ſpeciem,modum,& ordinem, nõ est de ratione boni increati, niſi ſicut in cauſa,1ª.q.6.1.1ᵐ.

19 Bonum duplex.ſabſolutè , id est cuius bonitas eſſet alio creato non exiſtente,vt ſuppoſita,& ad aliud.j. cuius bonitas nõ eſſet, ſine alio creato,vt materia & accidentia,12ᴱ.q.18.4.c.

20 Bonum duplex.ſ.commutabile & incommutabile,22ᴱ.q.21. 1. 3ᵐ. & 3ª.q.86.4.1ᵐ.& 5.c.

21 Bonum duplex.ſ.ſubſiſtens,vt perſonę:& inhærens,vt accidentia. 12ᴱ.q.26.4.c.& 3ª.q.11.5.3ᵐ.

22 Bonum ſimpliciter,dicitur dupliciter.ſabſolutè,& vniuerſaliter. 22ᴱ.q.58.10.2ᵐ.

23 Quod est bonum ex ſuppoſitione,debet bonum iudicari.22ᴱ.q.39. 1.c.

24 Bonum particulare duplex.ſ.verum. j. ordinabile ad principale bonum.ſ.ad vltimum finem,& falſum,ſed apparens,quod abducit à finali bono,22ᴱ.q.23.7.c.& q.45.1.1ᵐ.

25 Bonum triplex.ſ.honeſtum,vtile,& delectabile.1ª.q.5. 6. o. &12ᴱ. q.99.5.c.& 22ᴱ.q.45.3.o.

26 Bonum duplex.ſ. propter ſe , id eſt, honeſtum,& propter aliud j. vtile.12ᴱ.q.8.2.3.o.& 22ᴱ.q.23.7.c.

27 Diuiſio boni est analogi,quia primò conuenit honeſto,ſecundò delectabili,tertio verò vtili.1 .q.5.6.3ᵐ.& 12ᴱ.q.8.2.2ᵐ.& 3. 4ᵐ.

28 Qvid. & bonum importat relationem rationis ad appetitum. 1ª.q.5.1.c.1ᵐ.& 3.1ᵐ.& q.16.1.3.c.

29 Bonum conſiſtit in hoc quod ſit aliquid appetibile, 1ª.q.5.1.c. 1ᵐ. & 3.c.1ᵐ.& 5.c.& q.6.1.c.& 2.2ᵐ.& q.16.3.4.c.& q.19.9.c.& q.8.1. c. & 12ᴱ.q.29.1.c.

30 Bonum & pulchrum fundantur ſuper eandem rem,ſ. formã. Sed bonum reſpicit appetitum,pulchrum verò vim cognitiuam.1ª. q.5.4.1ᵐ.

31 Bonum est diffuſiuum ſuiipſius,vt finis,non autem vt efficiẽs, 1ª. q.5.4.2ᵐ.

32 Bonum dicit rationem perfecti,& vltimi,1ª q.5.1.c.1ᵐ.& 3.c.1ᵐ. & 5.c.1ᵐ.& q.6.3.c.& q.16.3.4.c.& 12ᴱ. q.52.1.c.

33 Bonum conſiſtit principaliter & per ſe in perfectione & actu , 1ª. q.48.6.c.& q.49.1.c.

34 In bonis ſimpliciter,& abſolutè,ſecũdum naturam ſolam poteſt eſſe medium & extrema,ſ. ſuperfluum & diminutum , non autem in bonis ſimpliciter.i. vniuerſaliter,22ᴱ.q.58.10.2ᵐ.

35 Non tantum finis,ſed etiam quæ ſunt ad finem,ex ipſo ordine,habent rationem boni,22ᴱ.q.33.6.3ᵐ.

36 Bonum habet rationem cauſæ finalis,1ª.q.5.2.1ᵐ.& 2ᵐ.& 4.o.& q. 48.1.2ᵐ.

37 Bonum omnium menſuratorum & regulatorum,conſiſtit in attingendo ſuam regulam,12ᴱ.q.19 9.c.& q.64.1.3.c.& q. 71. 6. c. & 22ᴱ.q.17.1.c.& q.23.3.6.c.& q.27.6.c.& q.58.3.c.

38 Ens,& Ratio boni,primò præſupponit formam , per quam est ens:ſecundò virtutem effectiuam,qua est perfectum,1ª.q.5.4.c.

39 Omne ens est bonum,& econuerſo,1ª.q.5.3.o;& q.17.4.2ᵐ.& q.49. 1.3.c.& 12ᴱ.q.18.1.c.& 3.3ᵐ.

40 Omne ens est bonum inquantum est perfectum,& in actu, 1ª. q. 5.1.o.& q.48.1.c.& 12ᴱ.q.18.1.2.3.4.c.

41 Omne ens ſicut est bonum,ſic appetibile,1ª.q.5.1.c.

42 Bonum ſecundum rationem finis est prius ente,sed ecõuerſo ſecundum rationem formæ & ſimpliciter,1ª.q. 5. 2. o. & 3. 4ᵐ.& 4.cap.

43 Bonum est communius ente,ſecundum cauſalitatem,1ª.q.5.2.2ᵐ.

44 Bonum ſimpliciter,dicitur ſecundum perfectionem vltimam,& bonum ſecundum quid , ſecundum perfectionem eſſentialem & primam,ſed ens econuerſo,1ª.q.5.1.1ᵐ.& 12ᴱ.q.18.1.c.

45 Materia est bona ſimpliciter,licet ſit ens ſecundum quid,1ª.q.48. 3.c.& q.49.1.c.

46 Materia non est ens,nec bona niſi in potentia,1ª.q.5.3.3ᵐ.

47 In mathematicis non eſt bonum,quia non ſunt ſeparata ſecundum eſſe,1ª.q.5.3.4ᵐ.

48 Bonum,& ens,& alia tranſcendentia conuertuntur ſecundũ ſuppoſita,non autem ſecundum rationem,1ª.q.5.1.o.& q.11. 1.o.& q.16.3.o.& 4.c.& q.17.4.2ᵐ.& q.54.2.c.& q.59.2.3ᵐ.& 12ᴱ.q.29.5.c. &22ᴱ.q.109.2.1ᵐ.& 3ª.q.10.3.c.

49 Vnitas pertinet ad rationem bonitatis,1ª.q.103.3.c.& 12ᴱ.q.36.3. o.

50 Bonum,verum,& vnum habent contraria,quia fundantur in ente,non autem ens,quia in nullo fundatur,1ª.q.17.4.o.

51 Verum. & Verum ſignificat rationem boni,1ª.q.82.3.1ᵐ.

1 Christvs in triduo mortis suæ,non fuit verè homo, 3ª.q.50.4.o.
2 In illo triduo mortis corpus Christi non fuit viuum nec animatum,3ª.q.50.4.c 1ᵐ.
3 Totus Christus est vbique , non autem totum , quia masculinum genus pertinet ad personam,sed neutrum pertinet ad natutam, 3ª.q.52.3.o.
4 Natura diuina cõstituit personam Christi simpliciter,non autem natura humana eius,sed secundum quid,vt ab ea denominatur homo 3ª.4.1.3.1ᵐ.
5 Persona Christi est tota in quolibet loco,sed non totaliter,3ª.q.52. 3.3ᵐ.
6 *Idem iudicium est, de istis propositionibus, Christus secundum quod homo,est persona,suppositum, hypostasis, & res naturæ, 3ª.q.16.12.3ᵐ.
7 Hæc est vera & propria,Deus est homo,& econuerso,3ª.quæst.16. 1.2.o.
8 Hæc est per se,& in materia naturali , Deus est homo , non autem per accidens,nec in materia remota,nec in materia contingenti,ratione suppositi,non ratione formæ,3ª.q.16.1.1ᵐ.
9 Hæc est falsa,Deus factus est homo, & econuerso, si ly factus determinet subiectum vel prædicatum absolutè,si verò determinet compositionem , est vera , si autem determinet subiectum respectu prædicati, est vera, sed conuersa eius est falsa propriè, impropriè verò est vera,id est, si ly homo in subiecto supponat simpliciter & non personaliter,3ª.q.16.67.o.& q.33.3.o.
10 Hæc propriè est falsa,& impropriè vera,Christus secũdum quòd homo , est Deus,eadem ratione scilicet quia reduplicatio magis propriè facit stare pro natura, nisi per aliquid limitetur ad suppositum,3ª.q.16.11.o.
11 Hæc est falsa,Christus est tãtùm homo,sed hæc est vera,Christus est tantùm id quod est homo,3ª.q.17.1.3ᵐ.
12 Hæc est falsa de Christo , iste homo incæpit, nisi addatur aliquid creatum,3ª.q.16.7.c.fi.9.o.
13 Hæc est vera , Christus est creatura , secundum naturam humanam,& est minor parte,non autem simpliciter,1ª.q.41.3.c.4ᵐ.& 3ª.q.16.8.o.& q.20.1.1ᵐ.
14 Hæc propriè est vera,Christus secundum quòd homo,est creatura: quia reduplicatio magis propriè facit stare pro natura : nisi per aliquid limitetur ad suppositum , ideo hæc est falsa : Christus secundum quòd hic homo,est creatura,3ª.q.16.10.o.
15 Hæc propositio,Christus secundum quòd homo,est persona,non est vera, nisi reduplicetur suppositum hominis , vt dicatur Christus secundum quòd iste homo,est persona , 3ª.q.10. q.1.art. 2.q. 1. c.
16 Natura humana in Christo , est nobilior , quàm in aliis , ratione vnionis ad verbum,non autem essentialiter,3ª.q.2.2.2ᵐ.& 5.1ᵐ.
17 Humanitas Christi,fuit instrumentum diuinitatis eius,12ᵉ.q.112. 1.1ᵐ.& 3ª.q.7.1.3ᵐ.& q. 8.1.1ᵐ.& q. 13.2.c. 2ᵐ. & 3. 4.c. & q. 18.1.2ᵐ. & q.19.1.c.& q.34.1.3ᵐ.& q.43.2.c.& q.48.6.c.& q.49.1. c.1ᵐ. & 2ᵐ. & q.50.6.3ᵐ.& q.56.1.3ᵐ.& q.62.5.c.& q.64.3.c.
18 Humanitas Christi potest dici individuum , particulare & singulare,non autem suppositum hypostasis,res naturæ, vel persona: quia persona filij Dei,est suppositum naturæ humanæ, 1ª.q.29. 1.2ᵐ & 3ª.q.2.3ᵐ.& 5.c.& q.4.4.c.3ᵐ.& q.16.12.2ᵐ.& 3ᵐ.
19 Anima Christi,est super omnes creaturas,3ª.q.59.1.3ᵐ.
20 Anima Christi,est instrumentum diuinitatis,3ª.q.13.2.2ᵐ.
21 Ea quæ sunt humanæ naturæ,non prædicãtur in abstracto de deitate,nec econuerse,3ª.q.16.5.o.& q.50.3.3ᵐ.
22 Natura humana non prædicatur de Christo in abstracto,nec partes eius,3ª.q.2.8.c.& q.3.8.3ᵐ.& q.16.1.o.& q.17.1.c.& q.50.3.3ᵐ.
23 Natura diuina & proprietates eius prædicantur de Christo in recto tam in abstracto quàm in concreto , humanæ verò tantum in concreto;3ª.q.3.7.3ᵐ.& q.17.1.o.
24 Ea quæ possunt conuenire personæ ratione sui , si habent repugnantiam ad proprietates personæ diuinæ,non prædicantur de Christo,quæ aut conueniunt personæ ratione naturę,vel ratione partis,dicuntur de Christo,licet repugnent personæ diuinæ, quod enim est personæ proprium de Christo non enunciatur ratione humanæ naturæ,nisi cum aliqua additione vel expressa vel subintellecta,3ª.q.16.8.o.& q.20.1.o.
25 Deus est caput Christi,3ª.q.8.1.3ᵐ.& 8.2ᵐ.
26 Christus ante incarnationem erat caput ecclesiæ,secũdum humanitatem,per operationem hominum in eum,& non econuerso. sed post,vtroque modo:secundum diuinitatẽ verò, ante & post & per vtranque operationem,scilicet eius in nos,& econuerso, 3ª.q.6.3.3ᵐ.& q.68.1.1ᵐ.
27 Christus secundum quòd homo,est caput ecclesiæ triplici ratione, scilicet secundum tria,quæ considerantur in capite , scilicet secundum ordinem, perfectionem, & virtutem. Primò Christus habuit ordinem, quia caput est prima pars hominis , incipiendo à superiori:perfectionẽ autem, quia in capite vigent omnes sensus,& interiores , & exteriores , cum in cæteris membris sit solus tactus : virtutem verò , quia virtus & motus cæterorum membrorum est à capite , & gubernatio eorum in suis actibus, propter vim sensitiuam , & motiuam dominantem in capite: vnde & rector dicitur caput populi:& hæc spiritualiter cõpetit Christo.Primò secũdum propinquitatem ad Deum,gratia eius est altior & prior:& si non tempore , quia omnes alij acceperũt gratiam, per respectum ad gratiam ipsius. Secundò perfectionem habet,quãtum ad plenitudinem omnium gratiarum.Tertiò virtutem habet influendi gratiam in omnia membra ecclesiæ,& ideo conuenienter dicitur caput ecclesiæ , 3ª.q.8.1.o. & q. 48.1.c.& q 49.1.c.& q.59.2.c.
28 Tota humanitas Christi, secũdum animam & secundum corpus, influit principaliter in animas , & secundariò in corpora , ideo secundum vtrunque est caput hominum,quo ad vtrunque.3ª.q. 8.2.o.& 4.1ᵐ.
29 Proprium est Christi esse caput ecclesiæ , quo ad influxum interiorem,sed quo ad influxum exteriorem,conuenit aliis participatiuè,particulariter,& vicè Christi,Christo autem secundum omnem locum , tempus , & statum omnium pertinentium ad ecclesiam,& propria auctoritate, 3ª.q.8.7.o.& 7.c.
30 Christus est caput omnium hominum,sed primo beatorũ,secundò habẽtium charitatẽ viæ,tertiò fidelium, quartò vniuersorum, quintò vnibilium,sed nullo modo damnatorum,quia pœnitùs desinũt esse membra Christi,3ª. q.8.3.o.& q.13.3.c.& q.19.4.c.1ᵐ.
31 Eadem essentialiter est habitualis gratia Christi,quę dicitur gratia vnionis,capitis,& singularis personæ,3ª.q.7.5.o.
32 Gratia vnionis singularis,& capitis,sunt simul tempore,sed ordine naturæ & intellectus, prima præcedit secundam , & secunda tertiam,quia prima conuenit Christo inquantum Deus, secunda inquantum homo in se,tertia quo ad alios,3ª.q.7.13.o.
33 In Christo fuit triplex plenitudo gratiæ:scilicet vnionis personalis,capitis,& singularis. Prima est eius vt causæ finalis,secunda vt efficientis,tertia vt formalis ad omnem effectum, & ad omnem vsum gratiæ,3ª.q.19.4.o.& q.48.1.c.
34 Gratia personalis,& gratia capitis in Christo,ordinantur ad actũ. Non autem gratia vnionis,sed ad esse personale.Ideò prima & secunda conueniunt in essentia habitus,non autem tertia,licet etiam prima dicatur gratia vnionis , inquantum facit congruitatem ad vnionem, 3ª.q.8.5.3ᵐ.
35 Gratia habitualis fuit in Christo:3ª.q.7.1.o.
36 Requieuit super Christum spiritus Domini,qui quidem in homine dicitur esse per gratiam habitualem,3ª.q.7.1.c.
37 Gratia vnionis,est esse personale,quod à Deo datur gratis humanæ natutæ in persona verbi , & est terminus assumptionis eius. 3ª.q.46.c.
38 Gatia vnionis in Christo,dupliciter dicitur:scilicet,voluntas Dei dans gratis,& donum eius,id est vnio,vel aliquis habitus. Primo modo loquũtur sancti communiter,& est quid increatum: non autem secundo modo,3ª.q.2.10.c.& q.6.6.c.& q.7.11.c.
39 Vnio Christi facta est per gratiam primo modo:nõ autem secundo,3ª.q.2.10.o.& q.66.o.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

40 Gratia Christi siue vnionis, siue habitualis, dicitur naturalis Christo: quia habuit eam à natiuitate: & quia causatur à natura eius diuina: non autem à natura humana, 3ª.q.2.12.o.& q.7.13.2ᵐ.& q. 34.3.2ᵐ.

41 Gratia vnionis, fuit simpliciter infinita in Christo: sed gratia habitualis eius fuit infinita secundum rationem gratiæ: finita verò secundum rationem entis, 3ª.q.7.11.o.

42 Habere gratiam, conuenit Christo secudum naturam humanam, non autem secundum naturam diuinam, sed esse largitionem gratiæ, 3ª.q.7.7.2ᵐ.

43 Christus habuit plenitudinem omnis gratiæ dupliciter, scilicet in summo, & quo ad omnes effectus gratiæ, 3ª.q.7.7.1ᵐ. & 9.o. & 10.12.c.& q.15.2.3.c.& q.22.1.c.1ᵐ. & 3ᵐ.& q. 27.5. 1ᵐ. & q. 28. 4. 2ᵐ.& q.38.2.2ᵐ.

47 Plenitudo gratiæ duplex, scilicet vna ex parte gratiæ, & alia ex parte subiecti. Prima est propria Christo, secunda verò conuenit etiam aliis per Christum, 3ª.q.7.10.o.

45 Plenitudo duplex fuit in Christo, scilicet prima diuinitatis, secunda gratiæ & veritatis. Et secunda deriuatur à prima, 3ª.q.15. 2.3.c.& q.19.4.2ᵐ.& q.34.1.o.

46 Plenitudo gratiæ & diuinitas habitat in Christo corporaliter tripliciter, scilicet per vnionem personalem ad corpus, cõtra vmbram, & triplici vnione, id est carnis, mentis, & sensus, 3ª.q.2.10. 2ᵐ.

47 Omnes gratiæ gratis datæ fuerunt in Christo excellentissimæ, 3ª.q.7.7.o.

48 Gratiæ in Christo non diuiduntur. Sed diuiduntur in aliis hominibus qui recipiunt particulariter efficaciam ad aliquos actus, Christus autem recipit gratiam plenissimè ad omnes actus, 3ª. q.7.7.1ᵐ.

49 Gratia Christi nullo modo potuit augeri: sicut nec gratia beatorum. Sed gratia cuiuscunque viatoris puri potest augeri ex parte gratiæ, & ex parte subiecti, 3ª.q.7.12.o.

50 Gratia cuiuscunque alterius hominis quantumcunque crescat, non potest adæquari gratiæ Christi: quia comparatur ei sicut particulare ad vniuersale. Ideo non sunt eiusdem rationis, 3ª.q. 7.11.3ᵐ.& q.10.4.2ᵐ.& 3ᵐ.

51 Christus habuit omnes virtutes, ad perficiendas potentias singulas, ad omnes actus animæ, 3ª.q.7.2.o.& 3.1ᵐ.& q.15.2.c.

52 Christus habuit virtutes morales, quo ad vsum patriæ & viæ, non derogantes perfectioni eius, non autem ad domandas passiones, 3ª.q.7.1.3ᵐ.& 2.1ᵐ.

53 Christus habuit summum gradum fortitudinis, sustinens impugnationem, non quidem interiorem à fomite, sed exteriorem à diabolo & à mundo, quos superando, victorię coronam promeruit. 3ª.q.15.2.3ᵐ.

54 Christus habuit temperantiam, non autem continentiam, 3ª.q.7. 2.3ᵐ.

55 Christus virtute suæ diuinitatis, poterat in se, & in suis discipulis, sine abstinentia, habere virtutem continentiæ, 3ª.q.40.2.2ᵐ.

56 Fides non fuit in Christo, 12ᴱ.q.65.5.3ᵐ.& 3ª.q.7.3.o.& 4.c.8. 2ᵐ. & 9.1ᵐ.

57 Christus habuit quicquid est perfectionis & virtutis in fide & spe, 3ª.q.7.9.1ᵐ.

58 Christus habuit meritum fidei, quia fides consistit in assensu, ex obedientia Dei, quam Christus plenissimè habuit, 3ª.q.7.3.2ᵐ.

59 Christus non habuit spei virtutem, licet sperauerit aliqua sibi & aliis, 12ᴱ.q.65.5.3ᵐ.& 22ᴱ.q.18.2.1ᵐ.& 3ª.q.7. 4.o.& 6.1ᵐ.& 8.2ᵐ.& 9.1ᵐ.

60 Voluntas animæ Christi, informabatur charitate, & aliis virtutibus, 3ª.q.49.6.2ᵐ.

61 Christus habuit plenissimè septem dona Spiritus sancti, 3ª.q.7.5.o.

62 Christus dat dona, inquantum Deus, & recipit ea, inquantum homo 3ª.q.7.5.2ᵐ.

63 Christus meruit secundum humanitatem, non autem secundum diuinitatem, 3ª.q.53.4.2ᵐ.

64 Christus meruit sibi gloriam corporis, scilicet immortalitatem, impassibilitatem, & huiusmodi, & ea quæ pertinent ad excellentiam eius exteriorem, sicut est ascensio, & veneratio eius, non autem gloriam animæ, nec scientiam, nec gratiam, nec deitatem, nec virtutes: quia cum meritum nõ sit nisi eius quod nondum habetur: oportet quod Christus aliquãdo istis caruisset, quibus carere, magis diminuit dignitatem Christi quàm augeat meritum, 3ª.q.19.3.o.& q.22.4.2ᵐ.& q.34.4.1ᵐ.& q.45. 1.c.& q.46.1.c.& q.48.1.o.& q.49.3.3ᵐ.& 6.o.& q.54.2.c.& q. 59.3.c.

65 Christus meruit aliis, scilicet omnibus membris eius, id est solis regeneratis spiritualiter, id est per baptismum, 3ª.q.19.4o.& q. 48.1.c.& 6.o.& q.49.1.c.

66 Christus meruit aliis præmium essentiale, quod nullus alius potest, 12ᴱ.q.114.6.c.& 3ª.q.19.4.o.& q.46.3.c.& q.48.1.o.& 6.3ᵐ.& q. 61.1.2ᵐ.

67 Christus nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipse excellentius non impleret, 3ª.q.7.3.2ᵐ.

68 In Christo fuit aliqua scientia creata, præter scientiam increatam, 3ª.q.9.1.o.

69 Scientia diuina Christi non offuscabat scientiam humanam, sed magis claram reddebat, 3ª.q.9.1.2ᵐ.

70 Scientia animæ Christi, est nobilior secundum quid, quàm anima eius: non autem simpliciter, 3ª.q.11.5.3ᵐ.

71 Anima Christi poterat intelligere per scientiam inditam, conuertendo se ad phantasmata, & etiam sine eis, 3.q.11.2.o.& 4.fi.& q.54.2.3ᵐ.

72 In Christus habuit omnium rerum scientiam speculatiuam & practicam: non quidem practicè, id est, non qua ipse faceret res, sed qua sciret, qualiter res factæ sunt à Deo, 3ª.q.13.1.3ᵐ.

73 In Christo fuit plenitudo gratię, & omnis virtutis, & omnis scientiæ, 3ª.q.25.2.c.q.3.c.1ᵐ.

74 In sexta synodo damnata est positio negantium in Christo duas scientias vel sapientias, scilicet creatam scientiam, & increatam, 3ª.q.9.1.c.fi.

75 Scientia beatorum fuit in Christo, 3ª.q.9.2.o.& 5.2.c.

76 Anima Christi in verbo non comprehendit verbum seu diuinam essentiam 1ª.q.10.1.o. & 2.c.3.1ᵐ.& 2ᵐ.

77 Anima Christi in verbo cognoscit omnia quæ quandoque sunt, & cogitatus, non autem omnia quæ sunt in potentia Dei, 3ª.q. 10.2.o.& q.59.2.3ᵐ.

78 Anima Christi in verbo co gnoscit omnia quæ Deus nouit scientia visionis non autẽ omnia quæ Deus nouit simplici intelligẽtia, 3ª.q.10.2.2ᵐ.& q.13.1.2ᵐ.

79 Scientia animæ Christi in verbo, pariticatur scientiæ visionis Dei, quo ad numerum scibilium, non autem quo ad claritateni, 3ª.q. 10.2.3ᵐ.q.13.1.2ᵐ..

80 Anima Christi in verbo scit infinita in potentia, quasi scientia simplicis intelligẽtia: non autem scit infinita in actu, id est scientia visionis, quia entia in actu secundum omne tempus, non sunt infinita, quia generatio non est æterna, 1ª.q.10.3.o.

81 Anima Christi in verbo, comprehendit omnis creaturæ essentiam: & per consequens comprehendit eius potentiam, & virtutem, & omnia quæ sunt in potentia creaturæ, 3ª.q.10.2.c.

82 Scientia beata animæ Christi, est perfectissima simpliciter, non autem eius scientia indita, sed est perfectissima in genere humanæ cognitionis, 12ᴱ.q.1.1.2ᵐ.fi.& 3ª.q.9.2.c.& q.11.5.1ᵐ.

83 Scientia indita animæ Christi fuit habitualis: non autem scientia eius beata, 3ª.q.11.5.o.

84 In Christo fuit scientia infusa à verbo, per species omniũ rerum, ad quas intellectus possibilis est in potentia, 3ᴱ.q.9.3. o.& 4.c. 2ᵐ.& q.12.1.c.

85 *Scientia Christi infusa, fuit distincta in multos habitus, 3ª.q.11. 6.o.

86 Anima Christi, per scientiam infusam cognoscebat omne cognoscibile ab homine, per virtutem intellectus agẽtis, id est omne pertinens ad scientias humanas, & omne notum homini per reuelationem, & omne pertinens ad prophetiam, vel ad quodcunque donum spiritus sancti, non autem essentiam Dei, 3ª.c. 11.1.o.& q.12.1.c.

87 Et per eam poterat cognoscere substantias separatas, sicut potest anima separata, 3ª.q.11.1.2ᵐ & q.12.1.3ᵐ

88 Et per eam cognoscebat omnia singularia, præsentia, præterita, & futura, 3ª.q.11.1. 3ᵐ.& q.12.1.3ᵐ.

89 In Christo fuit scientia acquisita, seu experimẽtalis, per species acquisitas per operationem intellectus agentis eius, 3ª.q.9.4.o. & q.12.o.& q.15.8.8.

90 Anima Christi per scientiam acquisitam, sciuit omne quod scire potest per actionem intellectus agentis, non autem essentias substantiarum separatarum: nec singularia præterita vel futura. 3ª.q.12.1.o.

91 Christus profecit in scientia acquisita: quia scientia illa augebatur essentialiter: non autem aliæ scientiæ eius, scilicet tantum secundum effectus, & secundum experientiam, & secũdum apparentiam, 3ª.q.7.12.3ᵐ.q.12.2.o.& 3.3ᵐ.& q.15.8.o.

92 Christus nihil didicit ab homine, quia non conuenit dignitati Christi docteri à quocunque hominum, 3ª.q.13.3.o.

93 Voluntas duplex est in Christo, scilicet voluntas diuina, & volũtas humana, contra hæresim Macarij patriarchæ Antiocheni, Cypri Alexandrini, & Sergij Constantinopolitani, 3ª.q.18.1.o.

94 Voluntas humana in Christo dicitur, tripliciter, scilicet potentia naturalis, motus, naturalis, & motus rationalis, 3ª.q.18.1.3ᵐ.

95 In Christo est duplex voluntas humana, scilicet voluntas rationis, & voluntas sensualitatis, id est appetitus sensitiuus, 3ª.q.18. 2.o.5.c.

96 In Christo fuit tantum vna volũtas humana rationalis per essentiam vt potentia, sed duplex actus scilicet vt natura, & vt ratio. Telthelesis, id est simplex voluntas. & Bulisis, id est cõsiliatiua, secũ

secundum Damascenum, 3ª.q.18.2.2ᵐ.& 3.o.& 4.5.c.

97 Christus voluit aliud quàm Deus, volũtate sensualitatis, & vt natura, nõ autem vt ratio. Sed semper voluit idem, & semper fuit conformis ei, 3ª.q.18.5.o.& 6.c.1ᵐ.& q.21.3.4.o.

98 Voluntas pietatis in Christo, est voluntas vt natura, inquantum absolute refugit nociua sibi & aliis, 3ª.q.18.3.3ᵐ.

99 Nulla repugnantia seu contrarietas fuit in Christo inter voluntatem eius vt ratio, & voluntatem eius vt natura, vel voluntatem sensualitatis.

* Qui ad hoc quod sit contrarietas voluntatum in aliquo, requiritur primo quidem, quod secundum idem attendatur diuersitas voluntatum. Si enim vnius voluntas velit aliquid secundum quãdam rationem vniuersalem, & alterius voluntas sit de eodem non fiendo secundum quandam rationem particularem, non est omnino contrarietas voluntatum. Vt si Rex velit latronem suspẽdi propter bonum publicum, alter nolit, quia sit cognatus eius, niti fortè ex hoc intenderet bonum publicum impedire. Tunc enim illæ voluntates essent circa idem, & contrarię. Licet ergo volũtas naturalis, & sensualitatis in Christo, aliquid aliud voluerit quàm voluntas diuina, & voluntas rationis ipsius: non tamen fuit aliqua contrarietas voluntatum, cum voluntas naturalis nunquam eam rationem repudiauerit, qua Deus humanum genus decreuit eo modo saluare. Et quia nec voluntas rationis, nec diuinitatis in Christo, per motum voluntatis naturalis retardabatur, vel impediebatur. Placebat enim Christo secundum voluntatem diuinam, & secundum voluntatem rationis, vt voluntas naturalis in ipso, secundum ordinem suæ naturæ mouererur. Et ideo nullo modo fuit in illo contrarietas voluntatum, 3ª.q.18.6.o.

100 Voluntas & quicquid aliud fuit naturę humanæ in Christo semper mouebatur secundum nutum volũtatis diuinæ, 3ª.q.18.1ᵐ. & 4ᵐ.

101 Operationes sensitiuæ, & vegetatiuæ, & naturales in Christo, aliqualiter pertinebant ad voluntatem eius humanam. Ideo erãt magis humanę, quàm in aliis hominibus, & magis vna operatio: quia omnes sensitiuæ ordinabantur à ratione eius, aliæ verò sunt volitæ, 3ª.q.19.2.c.fi.& 1ᵐ & q.27.3.c.

102 In Christo est liberum arbitrium, 3ª.q.18.4.o.

103 * Omnis potentia communicabilis cuicunque creaturæ, multo abundantius communicata fuit animæ Christi, scilicet vt materia elementaris magis obediat ei ad motum quàm qualitatibus actiuis & virtuti cælesti. Et magis potuisset mouere cælum quàm angelus quicunque, 3ª.q.13.2.1ᵐ.

104 Christus vt homo poterat conferre effectum sacramentorum sine sacramentis, vt institutor eorum: & non alius homo, 3ª.q.64. 3.c.& q.72.2.1ᵐ.& q.84.5.3ᵐ.

105 Christus secundum diuinitatem habet potestatem dimittendi peccata per auctoritatem, sed instrumentaliter & per ministerium secundum humanitatem, 3ª.q.16.11.2ᵐ.

Ad inuocationem nominis Christi, dabatur remissio peccatorum, in primitiua ecclesia: & nõ alterius hominis, 3ª.q.7.1.2ᵐ.& q.64.3.c.

106 Christus in sua infantia & pueritia, in nullo differebat ab aliis pueris, quo ad exteriorem conuersationem, 3ª.q.29.1.3ᵐ.

107 Conueniẽs fuit quod corpus Christi subiaceret defectibus & infirmitatibus nostris, ad satisfactionem, exemplum & fidem, 3ª. q.14.1.o.& 3.1ᵐ.& 4.c.2ᵐ.

108 Christus secundum corpulentam substantiam tantum, & non secundum rationem seminalem, fuit in patribus: & ideo non fuit decimatus in lumbis Abrahæ, 3ª.q.31.8.c.3ᵐ.& 4ᵐ.

109 * Sacerdotium Christi, est maius sacerdotio Leuitico. Est enim sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cui Abraham decimas dedit, Leui adhuc existente in lumbis illius, ad quem pertinet legale sacerdotium, si ergo Christus in Abraham decimatus esset, sacerdotium eius non esset secundum ordinem Melchisedech, sed minus eo, 3ª.q.31.8.c.

110 Persona Christi, secũdum se est simplex, sed vt in duabus naturis subsistit, potest dici composita, licet impropriè, 3ª.q.2.4.o.

111 Omne quod pertinet ad rationem personæ, vel tantum ad vnam naturam in Christo, est vnum tantùm: si verò pertinet ad vtranque naturam, est multa, 3ª.q.17.2.c.& q.35.5.c.

112 In Christo est tantum vna persona, 3ª.q.16.1.c. & q.17.1.c.& q.25. 1.c.

113 Hæresis Nestoris, quòd in Christo sunt duæ personæ: ideo non ponit communicationem idiomatum, 3ª.q.2.6.c.& q.17.1.c. fi.& q.20.2.c.& q.35.4.c.

114 In Christo est tãtum vnum suppositum, seu vna hypostasis, 3ª.q. 2.3.o.& 6.11.c.& q.4.3.c.& q.16.1.3.4.5.9.c.& q.17.1.2.c.& q. 20.2.c. & q.23.4.c.& q.25.1.c.& q.50.3.4ᵐ.

115 Christus est vnum, & vnus, sed non duo, 3ª.q.17.1.o.

116 In Christo est tantum vnum esse simpliciter, & duo esse secundum quid 3ª.q.17.2.o.

117 In Christo sunt duæ operationes, contra ac Marium, 3ª.q.19.1.o.

118 In Christo est vna tantum operatio humana ratione principij, sed multæ ratione obiectorum & potentiarum, & multæ non humanæ, sicut etiam in aliis, 3ª.q.19.2.o.

119 Christus ea quæ ab aliis obseruanda instituit, primo ipse obseruauit, 3.q.81.1.c.

120 Christus figurabatur, per propitiatorium, arcam, candelabrum, mensam & per duplex altare, 12ᴱ.q.102.4.6ᵐ.col.3.

121 Christus erat sicut in spica, in fide patrum legis naturæ, sicut in farina, in doctrina legis & prophetarum, sicut panis, in incarnatione coactus igne, id est formatus Spiritu sancto, in clibano vteri Virginis, in sartagine per labores in mundo, in craticula, id est in cruce, 12ᴱ.q.10.3.12ᵐ.

122 Spiritus sanctus non potest dici pater Christi secundum humanitatem, quia non produxit eum de substantia, 1ª.q.32.3.o.

123 Nec tota Trinitas potest dici pater Christi, secundum humanitatem, nec secundum diuinitatem: quia Christus non habet esse ab aliqua persona diuina, nisi à patre, 3ª.q.32.3.o.

124 Christus est aliquid, quod est pater, & aliquid quod est mater, 3ª. q.171.4ᵐ.

125 Christum Deus pater plus omnibus dilexit: quia Deus semper diligit meliora, & quia ei maius bonum voluit & fecit, voluntas enim Dei, est causa bonitatis in rebus, 1ª.q.20.1.c.

126 Deus Christum diligit, non solùm plusquam totum humanum genus, sed etiam magis quàm vniuersitatem creaturarum. Et enim maius bonum voluit, quia dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt verus Deus esset, 1ª.q.20.1.1ᵐ.

127 Deus plus amat naturam humanam assumptam à Dei verbo in persona Christi, quàm omnes angelos, & melior est maximè ratione vnionis, 1ª.q.20.1.2ᵐ.

1 CIBVS quem Christus assumpsit post resurrectionem, cõuersus fuit in materiam spiritualem id est, aëream, non autem in corpus Christi, 1ª.q.51.3.3ᵐ.

2 Cibus est necessarius dupliciter, scilicet ad restaurationem deperditi, & vt impediat totalem consumptionem caloris naturalis, qui est causa vitæ, 1ª.q-78.2.4ᵐ.& q.97.4.c.

3 Vsus ciborum ordinatur ad tria, scilicet ad restaurandum deperditum, ad generationem, & ad augmentum, 1ª.q.97.4.o.& q.119. 1.4ᵐ.

4 Nullus cibus est in quo non sit aliquid impuritatis, quia in principio est dissimilis, 1ª.q.97.3.4ᵐ.

5 Nullius cibi vsus, de se est peccatum, sed aliquis prohibetur propter obedientiam, votum, cõtinentiam, sanitatem vel figuram, 12ᴱ.q.102.6.1ᵐ.& 12ᴱ.q.149.3.o.& 3ª.q.40.4.2ᵐ.

6 Cibus non necessarius, debet dimitti propter scandalum, donec veritas declaretur, 22ᴱ.q.43.8.3ᵐ.

7 Ratio multiplex de cibis mundis, & immundis secundum legem veterem, 12ᴱ.q.102.6.1ᵐ.& 2ᵐ

1 CICATRICES apparebunt in corpore Christi in iudicio, 3ª.q.54. 4.c.

2 Christus resurrexit cum cicatricibus, quæ semper erũt in corpore eius fulgentes, 3ª.q.54.4.c.

3 Cicatrices semper erunt in corporibus gloriosis martyrũ, 3ª.q.54. 4.c.

CICONIA est idem quod Ibis, scilicet auis Africa, & immunda. Et significat inuidos, 12ᴱ.q.102.6.1ᵐ.& col.3.

CIGNVS est auis immunda, significans hypocritas, 12ᴱ.q.102. 6.1ᵐ. col.3.

CIMINILIS est qui ciminum vendit, id est, de paruis magnam vim facit in dando, 22ᴱ q.118.8.4ᵐ.

CIMITERIVM consecratum vendi potest ratione terræ, & in necessitate ecclesiæ, nõ autem vt res sacra, quia esset simonia, 22ᴱ. q.100.4.3ᵐ.

In operationibus affectus, est quidam circulus, sicut etiam in operationibus intellectus, 12ᴱ.q.26.2.c.

1 CIRCVNCISIO erat sacramentũ præparatorium ad baptismum licet minus expressè figuràs eum quo ad exteriora, quàm columna nubis, & transitus maris rubri, quæ tamen non erant sacramẽta, quia non fiebat aliqua professio fidei per ea, sicut per circumcisionem, 3ª.q.70.1.2ᵐ.

2 Circũcisio erat præparatoria baptismi, quo ad professionem fidei, sed baptismus Ioannis quo ad exercitium actus, 3ª.q.70.1.3ᵐ.

3 Circumcisio non continetur inter sacramenta veteris legis, quia non erat ex Moyse, sed ex patribus, 12ᴱ.q.103.1.3ᵐ.

4 Circumcisio erat quædam professio fidei Christi, aggregans collegio fidelium, præparatoria & figura baptismi, 12ᴱ.q.102.5.c.& 1ᵐ. & 3ᵐ.& 3ª.c.q.68.1.1ᵐ.& q.70.1.2.o.

5 Circumcisio est quædam professio legis obseruãdæ, 3ª.q.37.in princip.& q.40.4.c.& q.70.4.c.fi.

6 Circumcisio significat tria, scilicet castitatem, depositionem peccatorum, & immortalitatem, 12ᴱ.q.102.6.1ᵐ.

7 Circumcisio habet quadrupliciter expressam similitudinem abo-

litionis peccati originalis, scilicet ratione membri pellis circularis, pœnæ & sanguinis, 3ª.q.37.1.c.
8 Circuncisio erat necessaria ad distinctionem, & significationem. 12ᴱ.q.102.5.1ᵐ.& 3ª.q.70.1.o.
9 Circuncisio datur in fœdus æternum, quo ad significatum, & quod succedit ei, vel capitur pro seculo, quod habet finem, sed nō determinatum nobis, 12ᴱ.q.102.5.1ᵐ.
10 Ratio literalis triplex circūcisionis. Prima & principalis est protestatio fidei vnius Dei, secunda debilitatio concupiscentiæ in illo membro, tertia sugillatio sacrorū Veneris & Priapi, in quibus illa pars honorabatur. Sed ratio figuralis, est figura ablationis corruptionis per Christum completè in octaua ætate, scilicet resurrectionis, 12ᴱ.q.102.5.1ᵐ.
11 Circuncisio debuit differri vsque ad tempus Abrahæ, 12ᴱ. q.102.5.1ᵐ,& 3ª.q.70.2.o.
12 Circuncisio debuit dari ante legem Moysi, 12ᴱ. q. 103.1.3ᵐ. & 3ª. q. 70.2.2ᵐ.
13 Circuncisio cessare debuit diuulgato Euangelio, 12ᴱ.q.103.1.3.4ᵐ.
14 Circuncisio necessario fiebat octauo die, non autem prius etiam imminente morte, 12ᴱ.q.102.5.1ᵐ.& 3ª.q.70.3.3ᵐ.
15 Idem iudicium est de pueris mortuis ante octo dies, vel mortuis incircuncisis in deserto, sicut de pueris mortuis ante institutionem circuncisionis, 3ª.q.70.4.3ᵐ.
16 Dispensatum fuit à Deo, ne circuncliderentur in deserto, duplici ratione, scilicet ex ignorantia motus castrorum, & ex non indigentia signi, sed peccabant si ex negligentia, 3ª.q.70.4.3ᵐ.
17 Circuncisio non fit nunc, nec antiquitus cum cultro lapideo, nisi in quibusdam famosis, 3ª.q.70.3.2ᵐ.
18 Circuncisio necessario fiebat in membro generationis, 12ᴱ. q.102.5.1ᵐ.& 3ª.q.66.7.3ᵐ.& q.70.3.1ᵐ.
19 Circuncisio data fuit conuenienter soli populo Israel, 3ª.q.70.2.3ᵐ.
20 Mulieres non circuncidebantur, quia circuncisionis institutio est in signū fidei Abrahæ, qui credidit se patrem futurū Christi sibi repromissi. Et ideo conuenienter solis maribus competebat. Et etiam peccatum originale contra quod specialiter circuncisio ordinabatur, à patre trahitur, & non à matre, 3ª.q.70.2.4ᵐ.
21 Christus voluit circuncidi septuplici ratione, scilicet, vt ostenderet veritatem carnis humanæ, vt approbaret circūcisionem quam olim Deus instituerat, vt approbaret se esse de genere Abrahæ, qui circuncisionis mādatum acceperat, vt Iudæis excusationem tolleret, ne eum reciperent si esset incircuncisus, vt obedientiæ virtutem nobis sno commendaret exemplo, vt qui in similitudine carnis peccati aduenerat, remedium quo caro peccati cōsueuerat mundari, non respueret, & vt legis onus in se subsistēs, alios à legis onere liberaret, 3ª.q.37.1.o.& q.40.4.c.
22 Per circuncisionem homines instituebantur, generaliter in statu colēdi Deum. Et sine ea, nullus admittebatur ad esum agni paschalis, nec ad aliquid legalium, 12ᴱ.q.102.5.c.
23 *Circuncisio cōferebat gratiam quo ad omnes effectus positiuos & priuatiuos, 3ª.q.62.6.3ᵐ.& q.70.4.o.
24 *Circuncisio conferebat gratiam, & erat meritoria, ex opere operante tantùm, id est inquantum erat fidei signum, de passione Christi futurā, non autem ex opere operato, id est, ex virtute circuncisionis, 3ª. q.62.6.3ᵐ.& q.70.4.1ᵐ.
25 Circuncisio non imprimebat characterem, 3ª.q.63.1.3ᵐ.& q.70.4.c fi.& q.72.5.3ᵐ.
26 Circuncisio non aperiebat cœlum per accidens, scilicet quia nondum erat solutum pretium, 3ª.q.70.4.4ᵐ.
27 Ante circūcisionem sola fides saluabat & tollebat, peccatum originale, 3ª.q.68.1.1ᵐ.& q.70.4.2ᵐ.
28 Circuncisio principaliter tollebat peccatum originale, & consequēter quodlibet aliud, 3ᴱ.q.3ª.q.38.3.3ᵐ.& q.62.6.3ᵐ.& q.70.4.o.
CIRCVNSCRIBI localiter est proprium corporum, secundum essentiam verò circunscribi conuenit omni creaturæ, secundum Ambrosium, 1ª.q.50.1.3ᵐ.
CIRCVNSPECTIO attendit circunstātias in negocio morali, 22ᴱ. q.48.c.& q.49 7.o.
1 CIRCVNSTANTIA est accidens actus humani attingēs eum extrinsecè, 12ᴱ.q.7.1.o.& 3.c.& q.18.3.o.& q.88.5 c.
2 Illa conditio ex qua dependet substantia actus, non est circunstantia, 12ᴱ.q.7.3.3ᵐ.& 22ᴱ.q.154.1.c.4ᵐ.
3 Circunstantia actus moralis dicitur duplicirer, scilicet proportio eius ad aliquid, & res cui proportionatur, 12ᴱ.q.18.4.2ᵐ.
4 Circunstantiæ actus moralis sunt septem, scilicet quis, quid, vbi per quæ, cur, quomodo, quando, 12ᴱ.q.7.3.o.
5 Principalior circunstātia, est finis, secunda, quid: aliæ verò secundum quod sunt propinquiores his, 12ᴱ.q.7.3.o.
6 Finis proximus operantis, & non operis, nec vltimus, est circunstantia, 12ᴱ.q.7.3 3ᵐ.
7 Tempus sacrum est circunstantia peccati quod fit in eo, 22ᴱ.q.122.4.3ᵐ.
8 *Nulla circunstantia aggrauat peccatum in infinitum, 22ᴱ. q.110.4.5ᵐ.
9 Circunstantia non potest facere de peccato veniali mortale, nisi transferat in aliam speciem vt differentia, & nō vt circunstantia 12ᴱ.q.88.5.o.& 22ᴱ.q.110.4.5ᵐ.
10 Eadem conditio respectu diuersarum specierum est circūstantia, & de substantia actus, 12ᴱ.q.18.10. o.& q.88.5.c.
11 Diuersæ circunstantiæ diuersi motiui, semper mutant speciem, eiusdem autem nunquam, 12ᴱ.q.72.9.o.& 22ᴱ.q.53.2.3ᵐ.& q. 92. 2. c.& q.148.4.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ᵐ.
12 Omnis circunstantia respiciens specialem ordinem rationis, pro vel cōtra, dat speciem actui morali, 12ᴱ.q.18.5.4ᵐ.& 10. c. & 11.c. & q.73.7.c.1ᵐ.
13 Nulla circunstantia non habens rationem moralis boni vel mali, nisi præsuppositā aliā vt quantitas, variat speciem, 12ᴱ. q.18.11. o.& q.73.4.c.
14 *Nulla circunstantia præter intentionem peccantis, dat speciem peccato, 12ᴱ.q.72.1.8.c.& 22ᴱ.q.43.1.c.& 3ª.q.88.4.1ᵐ.
15 Circunstantia tripliciter aggrauat peccatū, scilicet mutando speciem, multiplicando rationem peccati, & augēdo priorem circunstantiam, 12ᴱ.q.73.7. o.
16 De circunstantiis considerat theologus triplici ratione, scilicet secundum quod per actus humanos homo ad beatitudinem ordinatur, secundum quod in eis inuenitur bonum & malum, melius & peius: & secundum quod sunt meritorij vel demeritorij, sed considerat aliter quàm moralis, vel politicus, vel rhetor, 12ᴱ.q.7.2.o.
Finis scientiæ militatis ordinatur ad finem ciuis, 1ª.q.1.5.c.
1 CIVIS dicitur dupliciter, scilicet secundum quid, id est habitator ciuitatis, & simpliciter, scilicet, qui potest agere vt ciuis, id est, consilio, & iudicio, 12ᴱ.q.105.3 2ᵐ.
2 Virtuosi ciuis est exponere se mortis periculo, pro totius reipublicæ conseruatione, 1ª.q.60.5.c.& 22ᴱ.q.26.3.c.& q.31.3.2ᵐ.
3 Mulieribus non conuenit simpliciter esse ciues, 12ᴱ.q.105.3.1ᵐ.
1 CIVITAS est communitas perfecta, 12ᴱ.q.90.2.c.& 3.3ᵐ.
2 Impossibile est quòd bonum commune ciuitatis bene se habeat, nisi ciues sint virtuosi, saltem principantes, 12 .q.92.3.3ᵐ.
3 Serui non sunt pars populi, ciuitatis, 12ᴱ.q.98.6.2ᵐ.
1 CLAMOR ponitur filia iræ secundum quod ita est in ore, per quem clamorem intelligitur inordinata, & cōfusa locutio, 22ᴱ. q.158.c.
2 Clamor Christi in cruce fuit miraculosus, 3ª.q.47.1.2ᵐ.
3 Animal dolens clamat, quia calor, & spiritus multiplicati per dolorem emittuntur, 12ᴱ.q.44.1.2ᵐ.
1 CLARITAS corporis glorioſi, erit à gloria animæ, 3ª.q.45.2.c.& q.54.2.1ᵐ.& 2ᵐ.
2 Claritas nō erit æqualiter in omni corpore glorioso, nec in omni parte eiusdem corporis, 3ª.q.45.2.3ᵐ.
3 In potestate beatorum erit ostendere, & occultare se & claritatem sui corporis, 3ª.q.54.1.2ᵐ.
4 Claritas Christi transfigurati erat vera, sed gloriosa, non autem claritas corporis glorioſi, sed est miraculosa, 3ª.q.45.2.o.
5 Claritas Christi transfigurati non erat à corpore eius, sed tantùm à Deo, 3ª.q.45.2.o.
6 Claritas vestimentorum Christi, significat claritatem sanctorum, quæ superabitur à claritate Christi, sicut candor niuis à splendore solis, 3ᴱ.q.45.2.3ᵐ.
7 Transfiguratio Christi fuit secundum claritatem tantùm, & non secundum aliam dotem, 3ª.q.45.1.3ᵐ.
Schismatici, hæretici, suspensi, degradati & excommunicati, nō habent vsum clauium, 3ª.q.64.9.2ᵐ.& 3ᵐ.
CLAVSIO paradisi duplex, scilicet quo ad totam naturam, per peccatum originale, & quo ad personam, per peccatum actuale, 3ª. q.49.5.c.& q.52.5.c.
1 CLEMENTIA est virtus humana, ideo directè ei opponitur crudelitas, nō autem feritas, vel seueritas sub bestialitate, sed virtuti hæroicæ, vel dono pietatis, 22ᴱ.q.159.2.1ᵐ.
2 Clementia & mansuetudo sunt virtutes, nec opponuntur seueritati, 22ᴱ.q.157.2.o.
3 Clementia est leuitas superioris ad inferiorem, sed mansuetudo est cuiuslibet ad quemlibet, 22ᴱ.q.157.1.c.
4 Clementia est moderatiua pœnarum, sed mansuetudo est moderatiua iræ, 22ᴱ.q.157.1.2.o.& 3.c & 4.3ᵐ.q.160.2.c.
5 Clementia & mansuetudo conueniunt cum temperantia in modo, non autem in materia, 22ᴱ.q.157.3.2ᵐ.
6 Clementia moderatur affectum in pœnis infligendis secundum legem communem ex dulcedine affectus, sed epieichia secundum intentionem legis, 22ᴱ.q.157.2.2ᵐ.& 3.1ᵐ.& 4.c.4ᵐ. & q.159.1.c.1ᵐ.
7 *Clementia & mansuetudo, non sunt maximæ virtutes, nisi secundum quid, 22ᴱ.q.157.4.o.
8 Mansuetudo & clementia reddunt hominem Deo, & hominibus acceptum, vt concurrunt in effectu charitatis, remouendo mala à proximis, 22ᴱ.q.157.4.1ᵐ.
9 Clementia, mansuetudo, misericordia, & pietas, concurrunt in eodem effectu secundum diuersa motiua, 22ᴱ. q.157.4. 3ᵐ.& q. 159.1.2ᵐ.
10 Crudelitas, sæuitia, & feritas, opponuntur clementiæ & mansuetudini, 22ᴱ.q.157.1.3ᵐ.& q.159.o.
11 Clementia comparatur ad seueritatē, sicut epieichia ad iustitiam legalem, cuius pars est seueritas, q.157.2.2ᵐ.

1 COACTIO duplex, scilicet absoluta, id est violenta, & conditionata, id est timor seu metus, 12ᴱ.q.6.6.o.
2 *Voluntas non potest cogi, 1ª.q.82.1.c.1ᵐ.& q.165.4.1ᵐ.& 12ᴱ.q. 6. 4.o.& q.9.4.2ᵐ.
3 Voluntas potest cogi respectu actus imperati, nō autem respectu actus eliciti, 12ᴱ.q.6.4.o.& 5.1ᵐ.
1 COAEQVALE & coæternum, prædicatur solùm in plurali de pluribus personis diuinis, sed æternum & æqualæ, etiam in singulari, 1ª.q.2.2.o.
Filius Dei est coæqualis & coæternus patri, 1ª.q.42.2.o.
2 COAEVVM est quadruplex, scilicet angeli, cæli, materia prima, & tempus, 1ª.q.46.3.c.& q.66.4.o.
1 COGITATIO, & quid & secundum Ricardum de sancto Victore, est inquisitio veritatis per discursum ex multis, licet secundum Augustinum quandoque sumatur pro quacunque operatione intellectus, 1ª.q.34.1.2ᵐ.& 22ᴱ.q.180.3.1ᵐ.
2 Cogitatio est respectus animi ad euagationem pronus. Meditatio est intuitus occupatus in inquisitione veritatis. Contemplatio, est liber animi contuitus in res. Sed consideratio, est omnis operatio intellectus, vel processus rationis ex principalis pertingentibus ad contemplationem veritatis, sicut meditatio, 22ᴱ.q.180.3.1ᵐ.
3 Cogitare dicitur tripliciter, scilicet actualis consideratio intellectus: discursus eius, & operatio potentiæ cogitatiuæ, 22ᴱ. q.2. 1.c.
4 Cogitatio est volubilis dupliciter, scilicet per discursum, & successionem. Secunda est in patria in propriis naturis, non autem prima, neutra verò in verbi visione, 1ª.q.10.3.c.& q.58.2.c.
5 Duplex impedimentum cognoscendi cogitationes alterius, scilicet grossities, corporis, & voluntas, & tantum secundum erit in patria, 1ª.q.57.4.1ᵐ.& q.107.1.1ᵐ.
6 Solus Deus cognoscit cogitationes alterius per se, dæmones autem & alij per signa, 1ª.q.57.4.o.& 5.c.& q.114.2.2ᵐ.& q.117. c.2ᵐ. & 12ᴱ.q.111.4.c.& 22ᴱ.q.106.5.3ᵐ.
7 Dæmones immittunt cogitationes, quo ad phantasmata solùm, 1ª.q.111.2.2ᵐ.
8 Cogitatio de actu peccati, quandoque est purè speculatiua, quandoque autem cum aliqua affectione, & hoc dupliciter, scilicet vel concupiscentiæ, vel horroris, 22ᴱ.quæst.154.5.c. & quæst.162. 3. 1ᵐ.
9 Cogitatio de opere illicito, nō est semper peccatum. Nec est semper de necessitate confessionis, nisi quando ex nimia mora facta in cogitatione illa homo sentiret inclinari ad faciendum vel perficiendum cogitatum, si oportunitatem haberet quàm vellet, vel si polluretur ex illa vehementi cogitatione morosa, aut si inordinatè afficeretur ad aliquam personam, & de ipsa multum molestaretur in cogitatione, habendo motus carnis, & imaginando habere aliquos actus impudicos cum ipsa persona, cum aliqua affectione concupiscentiæ, 22ᴱ.q.154.5.c.& q.162. 3. 1ᵐ.
1 COGITATIVA potentia est ratio particularis, collatiua intentionum individualium, 1ᵃ.q.78.4.c.& q.81.3.c.& 12ᴱ.q.30.3.3ᵐ.
2 Potentia cogitatiua aliquando dicitur intellectus, vt habet absolutum iudicium de singularibus. Et est in confinio intellectus, & supra omnes alias potentias sensitiuę partis. Et est tantum in homine, 12ᴱ.q.74.3.1ᵐ.
3 Organum potentiæ cogitatiuæ, est media cellula cerebri, 1ª.q.78. 4.c.
1 COGNITIO rei triplex, scilicet per essētiam, per speciem propriam & per speciem alterius, 1ª.q.56.3.c.
2 Cognitio duplex, scilicet naturalis, & per gratiam. Et vtraque duplex, scilicet vna pute speculatiua tantùm, & alia effectiua, siue experimētalis, 1ª.q.64.1.o.& 22ᴱ.q.97.2.2ᵐ.& q.154.5.c.& q.162. 3.1ᵐ.& 3ᵐ.& q.55.1.c.
3 Cognitio triplex, scilicet per reuelationem, per se certitudinaliter, & per coniecturas signorum, 12ᴱ.q.112.5.c.
4 Cognitio duplex, scilicet approbationis, & apprehensionis, 22ᴱ.q. 188.5.1ᵐ.
5 Cognitio duplex, scilicet directa & indirecta, 1.q.86.3.c.
6 In omni cognitione modus est duplex, scilicet cognoscentis, & cogniti, 1ª.q.12.6.o.& 7.3ᵐ.& 12.3ᵐ.& q.14.6.1ᵐ.
7 Cognoscere aliquid sicut est in cognoscente, potest intelligi dupliciter, scilicet, secundum modum cogniti, vel cognoscentis Primum est falsum, secundum verum, 1ª.q.14.6.1ᵐ.
8 Aliquid cognoscitur dupliciter, scilicet in se, & in suo effectu, 1ª.q. 6.1.2ᵐ.& 12ᴱ.q.93.2.c.
9 Cognoscere per aliud, contingit dupliciter, scilicet eadem cognitione, vel diuersis, 1ª.q.14.7.o.
10 Cognoscere per aliud, contingit dupliciter, scilicet per instrumētum, & per formam. Primum oportet esse præcognitum, non autem secundum. Si enim accipiamus, duo, quorum vtrūque sit per se, in ordine obiectorum cognitionis, illud propter quod aliud cognoscitur, erit magis notum sicut principia conclusionibus. Sed habitus non est de ordine obiectorum, in quantum est habitus, nec propter habitum aliqua cognoscūtur, sicut propter obiectum cognitum, sed sicut propter dispositionem vel formam qua cognoscens cognoscit, 1ª.q.87.2.3.
11 Primum cognitum à nobis sumitur dupliciter, scilicet respectu diuersarum potentiarum, vel respectu diuersorum obiectorum eiusdem potentiæ, 1ª.q.85.3.o.
12 Aliquid cognoscitur in aliquo dupliciter, scilicet sicut in obiecto cognito: & sicut in principio cognitionis, 1ª.q.84.5.c.
13 In nobis habitualis cognitio causatur ex actuali consideratione. Intelligendo enim actu, efficimur scientes, secundum philosophum: sed cognitio perfecta ab habitu aliquo progreditur, 1ª. q.86.2.c.fi.& q.87.2.2ᵐ.
14 Cognitio alicuius vitij vel peccati, dependet ex cognitione oppositæ virtutis. Erit igitur compendiosior & expeditior considerationis via, si simul sub eodem tractatu, consideratio procedat de virtute, & de dono sibi correspondente, & de vitiis sibi oppositis, & de præceptis affirmatiuis & negatiuis. Erit autem huiusmodi considerationis motus conueniens ipsis vitiis, secūdum propriam speciem, 22ᴱ.prol.
15 Medium cognitionis triplex, scilicet in quo, vt speculum, sub quo, vt lumen: per quod vt in demonstratione, 1ª. q.12.5. 2ᵐ.& q.94. 1.3ᵐ.
16 Ad cognitionem requiruntur duo scilicet apprehensio, & iudicium, 22ᴱ.q.173.2.c.
17 Natura hominis dependet à superiori natura, ad cuius perfectionem non sufficit cognitio naturalis, sed requiritur quædam cognitio supernaturalis, 22ᴱ.q.1.3.1ᵐ.
18 Certitudo cognitionis, in diuersis naturis inuenitur diuersimodè, secundum diuersam conditionem vniuscuiusque naturę, 22ᴱ.q. 9.1.1ᵐ.
19 Proficere in cognitione, contingit dupliciter, scilicet ex parte docentis, qui proficit, vt in scientiis humanis, vel ex parte discētis, vt in fide. 22ᴱ.q.1.7.2ᵐ.
20 Perfectio cognitionis duplex, scilicet ex parte cogniti, & ex parte cognoscentis. Primum attenditur ratione medij, secundum verò ratione potentiæ & habitus, 3ª.q.10.4.1.
21 Cognitio quam per rationem naturalem habemus, duo requirit, scilicet phantasmata, & lumen naturale intelligibile, 1ª. q.12. 13.c.
22 Cognitio est imperfecta tripliciter, scilicet ratione obiecti, vt verspertina: ratione medij, vt opinio & ratione subiecti, vt fides. prima & secunda potest esse simul cum perfecta, nō autem tertia. 1ª.q.58.7.3ᵐ.& 12ᴱ.q.62.7.1ᵐ.& q.67.1.o.
23 *Cognoscere aliquid in vniuersali, est imperfectius, quàm cognoscere in speciali, 1ª.q.55.3.2ᵐ.
24 Cognitio singularium, pertinet ad perfectionem animæ intellectiuæ, secundum cognitionem practicam, nō autem secundum speculatiuam, 3ª.q.11.1.3ᵐ.
25 In carentibus cognitione, est potentia pertingens ad finem, per modum exequentis, non autem per modum imperantis, 12ᴱ.q 11.2.c.
26 Cognitio pertinet ad perfectionem rei in se, sed volūtas, in ordine ad alia. 1ª.q.60.2.c.
27 Secundum gradus cognitionis, sunt gradus appetitus, 1ª.q.80.1.c.
28 Res participes sunt cognitionis & voluntatis, secundum gradus suæ immaterialitatis, 1ª.q.14.1.c.
29 Cognitio quælibet, fit per aliquam abstractionem à materia, 1ª.q. 74.2.c.
30 Nihil cognoscitur secundum quòd est in potentia, sed secundum quòd est in actu, 1ª.q.12.1.c.& q.14.3.c.& q.84.2.c.& quæst. 87.1.2. 3.c.
31 Cognoscens distinguitur à nō cognoscente, per hoc quòd potest habere formam alterius, 1ª.q.14.1.c.& q.80.1.c.
32 Omnis cognitio naturalis est vera. Sed veritas eius est alia à veritate cognitionis infusæ, vel acquisitæ, 1ª.60.1.3ᵐ.
33 Impossibile est aliquam cognitionem esse totaliter falsam, sine aliqua veritate, 22ᴱ.q.172.6.c.
34 Mutata re cognitio nostra variatur, vel de veritate in falsitatem, vel econuerso, si duret eadem opinio, vel de vna opinione in aliam. 1ª.q.14.15.3ᵐ.
35 Nullus obliuiscitur cognitorum naturaliter, 1ª.q.84.3.c.

Universidad de Deusto Biblioteca

36 Quælibet virtus cognoscitur per cognitionem eorum in quæ potest,3ª.q.10.2.c.fi.
37 Priuatio non cognoscitur, nisi per habitum sibi oppositum,1ª.q. 14.10.2.12ᵉ.q.100.6.2ᵐ.
38 Cognitio discursiua est, quando ex prius notis, in ignotum deuenitur,1ª.q.58.3.1ᵐ.
39 Cognitio sensitiua ordinatur ad duo, scilicet ad sustentationem corporis,vitando nociua,& acquirendo necessaria, secundo ad cognitionem intellectiuam, practicam & speculatiuam, primum cõuenit omni animali,secundum autem soli homini,22ᵉ. q.167.2.c.
1 In coitu absorbetur vsus rationis, propter vehementiam delectationis,12ᵉ.q.34.1ᵉ.1.&1ᵐ.& q.37.1.2ᵐ.& q.72.2.4ᵐ.
2 Coitus vagus non est in animalibus,nisi fœmina sufficiat ad educationem prolis,22ᵉ.q.154.2.c.
Cholera citius cæteris humoribus mouetur: ideo choleticus facilius mouetur ad iram quam alij ad suas passiones, 12ᵉ. q. 46. 5.c.
Colere dicimur homines, quos honore, vel recordatione, vel præsentia frequentamus,& alia nobis subiecta, vt agros, 22ᵉ.q. 81.1.4ᵐ.
Collecta, & In aliquibus terris ex antiqua consuetudine Domini suis subditis certas collectas imponunt, quæ si non sunt immoderatæ absque peccato exigi possunt, 22ᵉ. quæst. 118.4ᵐ.
1 *Collectivvm significat duo,scilicet multitudinem suppositorum & vnitatem ordinis,1ª.q.31.1.2ᵐ.
1 Coloratvm est proprium obiectum visus, 1ª.q.17.c.& q.45. 4.1ᵐ.
2 *Color est obiectum materiale visus:formale verò est lumẽ, 22ᵉ. q.1.3.c.& q.25.1.c.
3 *Color non est coloratus,sed clarus. Similiter albedo, 12ᵉ.q.55.4. & 1.1ᵐ.
4 *Lumen facit quòd color qui est visibills in potentia,fiat visibilis in actu,1ª.67.3.3ᵐ.& q.79.3.2ᵐ.
1 Colvmba, habet septem proprietates,ad designãdum septem dona Spiritus sancti,scilicet quia columba secus flucta habitat, meliora grauia eligit, alienos pullos nutrit, non lacerat rostro, felle caret,in cauernis petræ nidificat, & gemitum pro cantu habet,3ª.q.39.6.4ᵐ.
2 Columba quæ apparuit supra Christum baptizatum,conuenit soli spiritui sancto,vt signum. Sed vt res,& effectus conuenit toti Trinitati. Vnde & instinctus eius quo mouebatur ad motum naturæ,sicut ex causa spirituali causabatur ex Deo, 1ª.q.43.7.3ᵐ. & 22ᵉ.q.95.7.c.& 3ª.q.39.8.2ᵐ.
3 Columba illa fuit verum animal,3ª.q.39.7.o.
4 Illa columba peracto ministerio, conuersa est in pristinam materiam,1ª.q.43.7.4ᵐ.&3.q.39.6.2ᵐ.
1 Comedere est sumere cibum, per potentiam naturalem sumentis conuertibilem in naturam eius,1ª.q.51.3.5ᵐ.
2 Christus post resurrectionem eius,verè comedit:angeli verò, nũquam,1ª.q.51.3.5ᵐ.& 3ª.q.54.2.3ᵐ.& q.55.3.c.& 6.c.1ᵐ.
3 Comestio potest esse inconueniens dupliciter. Primò totaliter impediendo finem principalem,id est, salutem corporis,vel finem secundarium,id est,bonam habitudinẽ, in negotiis exercendis,per nimiam superfluitatem vel per defectum ciborum. Secundò reddendo difficilem, vel minus decentem peruentionem ad finem,per comestionem extra tempus debitum, 22ᵉ.q. 141.6.2ᵐ.
4 Qui vult comedere nociua,quodammodo dicimus eum velle infirmari,22ᵉ.q.30.1.c.
5 Dauid comedens panes sanctos cum sociis excusatur,propter necessitatem famis,3ª.q.40.4.2ᵐ.
1 Commvtatio duplex,scilicet naturalis,id est,rei ad rem, vel ad denarios,pertinens ad œconomos vel politicos,alia propter luerum,pertinens ad negociatores, 22ᵉ.q.77.4.o.
2 Commutatio duplex, scilicet inuoluntaria, vt in nocumentis, & voluntaria,vt in contractibus,22ᵉ.q.61.3.o.
3 Commutatio sicut est in beneficiis, rependendo gratiam, sic & in offensis,puniendo,3ª.q.85.3.3ᵐ.
1 Qvæ sunt vnius generis, possunt comparari rei,quæ non est in genere,scilicet Deo:non autem rei,quæ est in alio genere,1ª.q. 4.3.2ᵐ.& q.4.2.3.
2 Comparatio duplex, scilicet absoluta,& respectiua, 22ᵉ. q. 188. 6. c.in princip.
3 Comparatio duplex, scilicet æqualitatis, & similitudinis, 22ᵉ.q. 105.2.1ᵐ.
Complacentia peccati venialis,nõ est peccatum mortale,nisi ponatur in eo finis,id est,supra Deum,& in contemptum Dei, 12ᵉ.q.88.2.3.4.
1 Omne compositum est posterius suis componentibus. Et habet causam,& actum & potentiam,1ª.q.3.7.c.
2 Omne compositum ex materia & forma, est compositum ex quo est,& quod est.1ª.q.50.2.3ᵐ.
3 Apud nos composita sunt meliora simplicibus, nõ autem in Deo, 1ª.q.3.7.2ᵐ.
4 Omne compositum est aliquid,quod nõ conuenit alicui partium eius,& in eo est aliquid quod non est ipsum,1ª.q.3.7.c.
1 Comprehendere propriè est attingere rem,secundum omnem modum & omnem rationem, qua cognoscibilis est, 1ª.q. 12.7.o.& q.14.3.o.& 12ᵉ.q.4.3.3ᵐ.& 22ᵉ.q.28.3.3ᵐ.
2 Comprehẽsio non est alia operatio, à visione sed est habitudo ad finem habitum, cuius obiectum est visio, vel res visa, 12ᵉ.q.4. 3ᵐ.
3 De ratione comprehensionis sunt duo,scilicet continere fines rei, & nihil eius esse extra. Secundum conuenit infinito,non autem primum,1ª.q.14.3.1ᵐ.
4 Comprehensio Dei dupliciter dicitur,scilicet attingentia vel tentio Dei,& apprehensio adæquata Dei. Prima cõuenit omnibus beatis non autem secunda,1ª.q.12.7.1ᵐ.& 1ª.q.4.3.1ᵐ.
5 Deus perfectissimè comprehendit seipsum,1.q.14.3.o.& q.62.9.c.& 12ᵉ.q.28.2ᵐ.
6 Nullus intellectus creatus comprehendere potest essentiam Dei, 1ª.q.12.1.1ᵐ.& 7.o.& 8.c.&q.56.3.1ᵐ.& 2ᵐ.& q.75.5.2ᵐ.& q.62. 9.c. & q.86.2.1ᵐ.& q.107.3.c.& 12ᵉ.q.4.3.1ᵐ.& q.93.2.2ᵐ.& q.102.4.6ᵐ. & 3 .q.10.1.o.& 3.1ᵐ.
7 Comprehensio pertinet ad voluntatem, sicut & delectatio, quia eiusdem est habere aliquid,& quiescere in eo,12ᵉ.q.4.3.2ᵐ.
8 Christus fuit simul viator & compræhensor, 1ª.q.113.4.1ᵐ.& 22ᵉ.q. 18.2.1ᵐ.& q.174.5.3ᵐ.& q.175.4.2ᵐ.& 3ª. q.7.8. c.& 3.1ᵐ.& q. 8. 4. 2ᵐ.& q.11.1.2ᵐ.& 2.c.2ᵐ.& q.15.10.o.q.18.5.3ᵐ.& q.19.3.1ᵐ.& q. 30. 2.1ᵐ.
1 Commvne duplex,scilicet secũdum rem & secundum rationem.Primum est in diuinis tantùm,secundũ in omni natura,1.q.29.4.3ᵐ.
2 Commune triplex,scilicet vniuocum,& æquiuocum,& analogum, 1 .q.13.5.10 c.
3 Commune absolutum, est prius secundum intellectum proprio, commune respectiuum & diuinum, est posterius proprio, 1ª.q. 33.3.1ᵐ.& 3ª.q.7.1.3ᵐ.
4 Quanto aliquid est communius, tanto est prius via generationis, 1 .q.20.1.c.& q.85.3.1ᵐ.
5 Commune semper est in prius proprio eiusdem generis: non autem si sint diuersorum generum,3 .q.7.13.3ᵐ.
6 Communius prædicatione,est imperfectius minus communi,sed communius causalitate,est nobilius,12ᵉ.q.90.2.2ᵐ.
7 Bonum commune,est melius bono priuato eiusdem generis,non autem semper si sint diuersorum generum,22ᵉ.q.152.4.3ᵐ.
1 Nomen ttipliciter communicabile, vel incommunicabile,scilicet secundum rem & rationem,vt homo secundum similitudinem,vt leo,secundum rationem vel opinionem, vt Deus, 1ª.q. 13.9.o.
2 Hoc nomen Deus, est incommunicabile propriè secundum rem, sed est communicabile secundum rationem, secũdum opinionem,& secundum similitudinem,1ª.q.13.9.c.
1 Commvnicatio hominum adinuicem duplex, scilicet auctoritate principum,vt iudicia, pœnæ & huiusmodi, & propria volũtate ptiuatarum personarum,vt emptio,donatio, & huiusmodi,12ᵉ.q.105.2.c.
2 Communicatio prohiberur duplici de causa,scilicet, propter periculum,sicut cum infidelibus, vel in pœnam, sicut cum excommunicatis, hæreticis,schismaticis,& apostatis,22ᵉ.q.10.9.o.
1 Conceptio Christi habuit tria priuilegia à spiritu sancto, scilicet esse sine peccato originali, esse Dei & hominis, & esse à virgine,3ª.q.27.2.2ᵐ.& q.32.4.1ᵐ.
2 Conceptio Christi specialiter attribuitur spiritui sancto,licet sit à tota trinitate,& à singulis personis, 3ª.q.32.1.o.& q.39. 8.2ᵐ.& q. 46.6.c.
3 Conceptio Christi est de Spiritu sancto efficiente, ratione corporis,& consubstantialiter,ratione verbi, 3ª.q.32.2.o.& quæst.54.1. 3ᵐ
4 Corpus Christi non dicitur propriè conceptum de Spiritu sancto, sed ex Spiritu sancto,3ª.q.32.2.1ᵐ.
5 Conceptio Christi fuit in instanti,3ª.q.6.4.1ᵐ.& q.33.1.2.3.o.& q.36. 5.4.c.
6 Christus in primo instanti suæ conceptionis, fuit perfectus secundum animam,& figuram corporis,non autem secundum quantitatem,3ª.q.33.2.o.
7 Christus in primo instanti suæ conceptionis, fuit sanctificatus quo ad animam,& quo ad corpus,2ª.2ª.q.34.1.o. & 2.2ᵐ.& 3.c.
8 Christus in primo instanti suæ cõceptionis,habuit operationem tractus,3ª.q.34.2.3ᵐ.
9 Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij,3ª.q.34.2.o.

10 Christus in primo instãti suæ conceptionis habuit plenitudinem gratiæ,& cognitionis, 3ª.q.7.3. 4.c.& q.34. 2.2ᵐ.&q.69.3.c. & q. 72.1.4ᵐ.
11 Christus in primo instanti suæ cõceptionis,habuit maiorem gratiam omnibus comprehensoribus,3ª.q.34.4.c.
12 Christus in primo instanti suæ cõceptionis meruit, & in eo plenè comprehensor fuit, 12ᵉ.q.56.2ᵐ.& 3ª.q.7.3.4.12.c.& q.34.3.4.o. & q.45.1.c.& q.48.1.2ᵐ.& q.49.6.3ᵐ.& q.54.2.c.
13 Christus gloriam immortalitatis suæ, quam in primo instãti suæ conceptionis meruit,potuit etiam mereri per actus sequentes, nõ vt magis esset eius,sed vt pluribus causis debeatur ei,q.3ª.34. 3.3ᵐ.& q.49.6.2ᵐ.& q.59.3.c.
14 Christus conceptus est miraculosè perpetua virgine, non ex virili semine,3ª.q.28.o.& q.31.1.3ᵐ.& 5.o.& 3ᵐ.& q.34.1.2ᵐ. & quæst. 55. 6.c.
15 Conceptio Christi cum dicitur fuisse facta ex muliere,sicut glosa dicit,mulierem pro fœmina posuit scriptura, more locutionis Hebræorum.Vsus enim Hebræorum dicit mulieres,non virginitate corruptas,sed fœminas,3ª.q.28.1.3ᵐ.
16 Beata virgo habuit fidem de conceptione Christi,3ª.q.30.1.c.2ᵐ.
17 Beata virgo se habuit actiuè in præparatione materiæ,non autem in conceptione Christi,3ª.q.32.4.o.& q.33.4.2ᵐ.
18 Beata virgo fuit concepta ex semine viri,ideo fuit in Adam, & in aliis patribus,secũdum rationem seminalem,3ª.q.27.2.4ᵐ.& q. 31.6.2ᵐ.& 8.2ᵐ.
19 Virgo Maria mater Christi fuit cõcepta in peccato originali, 12ᵉ. q.81.4.o.& 3ª.q.14.3.1ᵐ.& q.27.1.3ᵐ.& 2.c. 2ᵐ. & 4ᵐ.& q.31.1. 3ᵐ.& 6.2ᵐ.& 7.2ᵐ.& 8.c.2ᵐ.
20 Festum conceptionis Beatæ Mariæ,fit in quibusdam ecclesiis,pro sanctificatione eius,3ª.q.27.2.3ᵐ.
21 Licet Romana ecclesia nõ celebret cõceptionem beatæ virginis, tolerat tamen cõsuetudinem quarundam ecclesiarum celebrãtium illud festum.Ideo non est totaliter reprobanda. Nec pec hoc datur intelligi,quòd in sua conceptione fuerit sancta. Sed quia quando sanctificata sit,ignoratur,ideo sit festum sanctificationis eius potius quàm conceptionis in die conceptionis eius 3ª.q.27.2.3ᵐ.
Conceptvs mentis, & Significare conceptus suos, est homini naturale,sed determinatio signorum, est ad placitũ humanum 22ᵉ.q.85.1.3ᵐ.
1 Consilivm est in quo iudices inter se conferunt de agendis, sicut quo supplicio aliquis damnari oporteat,22ᵉ.q.158.5.3ᵐ.
2 Prohibitio vel sententia synodi vel concilij,se extendit tantum ad personas priuatas,quarum non est determinare de fide,22ᵉ.q.1. 10.2ᵐ.
3 Consilium solus Papa congregare potest,à quo non potest appellari ad concilium,sed econuerso,1ª.q.36.2.2ᵐ.& 22ᵉ.q.1. 10. c. fi. & 2ᵐ.
1 Conclvsio inquisitionis practicæ,est duplex, scilicet sententia vel iudicium in ratione,vel electio in volũtate, 1ª.q.83.3.2ᵐ. & 12ᵉ.q.13.1.2ᵐ.& 3.c.& q.76.1.c.
2 Conclusio tunc solùm sequitur ex principio,quando sine illa principium non potest esse verum,12ᵉ.q.13.6.1ᵐ.
3 Conclusio syllogismi operatiui est singularis,ideo non coneluditur,nisi mediante propositione singulari, 1ª.q.86.1.2ᵐ.& 12ᵉ.q. 76.1.c.& 22ᵉ.q.49.2.1ᵐ.
1 Concordia dupliciter aufertur per discordiam, scilicet per se,id est scienter,& per accidens,id est præter intentionem,22ᵉ. q.37.1.c.
2 Concordia res erescunt discordia verò dilabuntur,22ᵉ.q.37.2.3ᵐ.
1 Concvbinatvs & quilibet coitus extra matrimonium est contra legem naturæ, & est peccatum mortale, 22ᵉ. quæst.154. 2.o.
1 Concvpiscentia est appetitus delectationis sensitiuæ.Et est subiectiuæ in appetitu sensitiuo.Et est tantùm in concupiscibili,12ᵉ.q.30.1.o.& q.32.3.3ᵐ.
2 Concupiscentia est passio distincta ab aliis passionibus concupiscibilis,scilicet amore,& delectatione:quia est de bono sensibili absente,12ᵉ.q.3ᵐ.2.o.
3 Passio opposita cocupiscẽtiæ,est innominata, ideo timor ponitur pro ea,12ᵉ.q.50.2.3ᵐ.
4 Concupiscentiarum aliquæ bonæ sunt,& aliquæ malæ, 12ᵉ.q.34.1. c.fi.
5 Concupiscentia duplex, scilicet naturalis, id est de bono conuenienti secundum naturam animalis,& non naturalis, id est,secundum apprehensionem. Prima cõuenit omni animali,secunda verò soli homini, 12ᵉ.q.30.3.o.& q.31.3.o.& q.41.3. c.& q.77.5. c.& 22ᵉ.q.117.5.2ᵐ.
6 Concupiscentia naturalis est finita in actu, & infinita tantùm in potentia,non naturalis autem,est infinita actu. Et cõcupiscentia finis est infinita,sed eorum quæ sunt ad finem est finita, 12ᵉ. q.30.4.o.
7 Concupiscentia dupliciter est naturalis,scilicet secundum genus & secundum speciem,22ᵉ.q.142.2.2ᵐ.
8 Concupiscentia est naturalis homini, tantum vt recta secundum rationem,12ᵉ.q.81.3.1ᵐ.& q.85.3.3ᵐ.& 3ᵐ.q.15.2.2ᵐ.
9 Concupiscẽtia est naturalior quam ira,ratione obiecti & subiecti, secũdum naturam generis & corporis, sed econuerso secũdum naturam speciei & indiuidui,& animæ,1ª.q.63.4.2ᵐ.& 12ᵉ.q.46. 5.o.& 22ᵉ.q.156.4.c.
10 Concupiscẽtia præcedens actum rationis & voluntatis, diminuit peccatum,sequens verò auget,12ᵉ.q.73.6.2ᵐ.
11 Concupiscentia carnis contra spiritum quando ratio ei resistit, non est peccatum,sed est materia exercendæ virtutis 12ᵉ. q. 80. 3.3ᵐ.
12 *Concupiscentia non ligat totaliter rationem,22ᵉ.q.150.4.3ᵐ.
13 Concupiscentia dicitur esse sine ratione, non quidem quia totaliter auferat iudicium rationis,sed quia in nullo procedit secundum iudicium rationis,nisi sit tanta quod faciat insanire, tunc enim ligat totaliter rationem,22ᵉ.q.150.4.3ᵐ. & q.156.4.2ᵐ.& q. 157.3.3ᵐ.& q.175.2.2ᵐ.
14 Debilitas concupiscentiæ,ex charitate vel temperãtia,auget metum,sed ex pronitate vel commoditare,diminuit,22ᵉ.quæst.155. 4.2ᵐ.
15 Concupiscentia accensa minuit iram,& econuerso,1ª.q.81.2.c.
16 Intemperantia & cõcupiscenta tripliciter sunt pueriles,non quia sint in pueris,sed quia assimilantur, eis scilicet appetendo turpia, id est,contra rationem,crescendo,& refrenando,22ᵉ.q.142. 2.o.&.q.151.2.2ᵐ.
1 Concvpiscibilis est de bono secundum sensum absolutè: sed irascibilis,vt est arduum, 1ª.q.59.4.3ᵐ. & q.81.2.o. & q.82.4.c. & 12ᵉ.q.23.1.o.& 2.c.& q.25.1.c.1ᵐ.& q.26.1.c.fi & q.30.2.c.& 22ᵉ.q. 128.1ᵐ.& q.129.1.1ᵐ.
2 Concupiscibilis denominatur à concupiscentia,qua inter omnes, passiones eius est notior & sensibilior,nõ autem prior,12ᵉ.q.25. 2.1ᵐ.&q.82.3.2ᵐ.
3 Irascibilis est propugnatrix concupiscibilis, 1ª.q.81.2.c. & 12ᵉ.q.23.1.1ᵐ.& 22ᵉ.q.50.4.c.& q.108.2.c.
4 Motus concupiscibilis in appetẽdo, est velocior motu irascibilis, sed in exequendo,est econuerso,22ᵉ.q.156.4.c.
5 Motus concupiscibilis vt hominis, est cõtra naturam & pœnam, si sit cõtra rationem,non autem secundum genus,12ᵉ.q.82.3.1ᵐ. & q. 85.3.3ᵐ.& q.94.2.2ᵐ.& 4.3ᵐ.
6 *Omnia mala pertinent ad concupiscibilem, sicut ad primam radicem,non autem sicut ad proximum principium, 12ᵉ. q. 82. 3. 3ᵐ.
7 Omnis motus concupiscibilis causatus ex apprehensione, semper est peccatum,non autem si sit ex qualitate organi,12ᵉ.quæst.17. 7.o.
8 Peccata cõcupiscibilis sunt turpiora,& minus grauia peccatis irascibilis.12ᵉ.73.5.3ᵐ.& 22ᵉ.q.22.2.3.4.o.& q.156.4.c.
Condemnatvs iustè ad mortem potest fugere, non autem se defendere.Si verò iniustè,potest vtrumque,si nõ sit scandalum, 22ᵉ.q.69.4.o.
Conditionalis cuius antecedẽs & consequens sunt,impossibilia,potest esse vera, vt si dicatur: Si homo est asinus, habet quatuor pedes,1ª.q.25.3.2ᵐ.& q.44.1.2ᵐ.
1 Confessio triplex scilicet actus exterior fidei vel iustitiæ,actus latriæ, scilicet gratiarũ actio & laudatio Dei, & actus pœnitentiæ, scilicet confessio peccatorum, 22ᵉ.q.3.1.o. q.12.1.2.ᵐ.
2 Confiteri fidem in periculo mortis,non est tantum fidei,sed indiget auxilio virtutis fortitudinis, & gratia sacramentali confirmationis,22ᵉ.q.3.1.2ᵐ.
3 Actus omnium virtutum,sunt à fide fotmata imperatiuè,sed confessio fidei elicitiuè,22ᵉ.q.3.1.3ᵐ.
4 Confessio fidei est de necessitate salutis, tunc solùm, quando periclitatur honor Dei,vel vtilitatis,proximi,22ᵉ.q.3.2.o.
5 Blasphemia opponitur confessioni fidei, 22ᵉ.quæst.13.1.o.& 2.2ᵐ. & 3.c.
6 Confessio peccatorum duplex, scilicet interior Deo, & exterior sacerdoti,3ª.q.68.6.c.2ᵐ.
7 Confessio præsupponit actualem cõtritionem delentem culpam, ideo directè ordinatur ad dimissionem pœnæ,3ª.q.87.1.c.
8 Quilibet tenetur confiteri de peccato mortali, cum proposito nõ peccandi,& tenetur cõfiteri peccatum suum, quod dubitat esse mortale, & causas vel occasiones sufficientes peccati mortalis, siue circunstantias aggrauantes in infinitum,3ª.q.87.1.1ᵐ.
9 Quilibet tenetur cõfiteri numerum suorum peccatorum,sicut potest,quia peccatum in specie non est vnum peccatum numero, sed multa. Contirio etiam est in cõspectu Dei qui vno intuitu omnia videt. Sed confessio sit homini cui sigillarim oportet omnia exponi. Et præterea oportet de omni peccato mortali quod memoriæ occurrit,singulariter dolere,3ª.q.87.1.c.

10 Non confitens aliquod peccatum, propter ignorantiam facti, aut quia oblitus est, excusatur à fictione, nõ autem si propter ignorantiam iuris, 22ᴱ.q.53.2.2ᵐ.
11 Concessum est prælatis à iure, quòd possint sibi eligere confessores, quia prælati habent dispensare sacramenta, & interior perfectio ad hoc requiritur quòd aliquis dignè huiusmodi actus exerceat qui etiam confessiones, quantum ad hoc sunt superiores, 22ᴱ q.184.6.c.
12 Sacerdos in nullo casu debet reuelare cõfessionem, 22ᴱ.q.70.1.2ᵐ.
13 De quolibet confessore dicitur, Non est inuentus similis illi, 12ᴱ. q.66.2.2ᵐ.

1 CONFIRMATIO est sacramentũ, 3ª.q.65.ª.0.& q.72.1.0.
2 Confirmatio est nobilius sacramẽtum baptismo, quo ad ministrum, & gratiam, & simpliciter, sed quo ad remissionem peccatorum, est econuerso, 3ª.q.72.11.2ᵐ.
3 Chrisma, id est oleum oliuarum cum balsamo, est propria materia eius, 3ª.q.72.2.0.& q.84.1.1ᵐ.
4 Hoc sacramentum habet determinatam formam, scilicet consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis: in nomine patris, & filij, & Spiritusan. Amen, 3ª.q.72.4.0.& q.84.3.c.
5 Confirmatio est spirituale augmentum promouens hominem in spiritualem ætatem perfectam, 3ª.q.72.1.5.6.c.&.7.1ᵐ.& 8.10.c. & 11.2ᵐ.& q.73.1.c.& q.84.1.c.
6 Confirmatio non est de necessitate salutis, sed est sacramentum necessitatis, quo ad bene esse spiritualis vitæ. Et tamen contemptus huius sacramenti, est periculosus, 3ª.q.65.4.c.
7 Confirmatio fuit immediatè instituta à Christo, quãdo imposuit manus super pueros, non exhibendo, sed promittendo, 3ª.q.72. 1.1ᵐ.
8 Hoc sacramentum confertur tantum ab episcopis, 3ª.q.65.3.2ᵐ.& q.72.4.3ᵐ.& 11.0.&12.1ᵐ.
9 *Confirmatio conferri potest à simplici sacerdote, ex commissione solius Papæ: non autem à diacono, 3ª.q.72.11.1ᵐ.
10 Confirmans & confirmandus debent esse in gratia. Et debent esse confessi, & ieiuni de consilio, non autem de præcepto, 3ª.q.72.7. 1ᵐ.& 12.1ᵐ.
11 Confirmandus debet teneri ab alio confirmato, cuiuscunque ætatis, vel sexus, 3ª.q.72.10.0.
12 Confirmandus debet dari cuilibet baptizato cuiuscunque ætatis, sexus, & conditionis etiam morienti, 3ª.q.72.7.0.
13 Confirmatio datur tantum in fronte, ad liberam cõfessionem nominis Christi, & ad fortiter defendẽdum dignitatem acceptam 3ª.q.72.9.0.& 11.3ᵐ.
14 Confirmati confirmãtur Christo, & configurantur ei per signum crucis quasi duci, 3ª.q.72.1.4ᵐ.& q.3ᵐ.& 9.0.
15 Christus non debuit sumere sacramẽtum confirmationis, nec ordinis: quia ab initio ipse fuit gratia plenissimus, 3ª.q.72.1.4ᵐ.& 3.c.
16 In confirmatione cõfertur plenitudo gratię, & Spiritus sancti, 12ᴱ. q.102.5.3ᵐ.& 3ª.q.77.1.0.& 2.c.2ᵐ.& 4.c.& 7.0. & 11.3ᵐ. & q.84.1. 1ᵐ.& 4.c.
17 Gratia collata in confirmatione, distinguitur à gratia collata in baptismo, & perficit eam, 3ª.q.72.7.c.3ᵐ.
18 Impositio manus fit in sacramento confirmationis, & ordinis, ad significandum copiosum effectum gratiæ, 3ª.q.84.4.c.2ᵐ.
19 In confirmatione datur nobis robur ad pugnam spiritualem, 3ª. q.65.1.c.4ᵐ.& q.72.1.2.c.& 4.c.3ᵐ.& 5.0.& 6.5ᵐ.& 7.c. & 9.c.1ᵐ.& 10.c.
20 Confirmatio perficit per modum formæ, seu eucharistia, vt finis, 3ª.q.73.1.1ᵐ.
21 Eucharistia roborat hominem in se quo ad charitatem, cõfirmatio verò contra alios in pugna, quo ad fidem, 3ª.q.72.9.2ᵐ.& q. 79.1.1ᵐ.
22 Cõfirmatio perficit effectum pœnitẽtiæ, & baptismi, 3ª.q.72.7.2ᵐ.
23 Confirmatio confert excellentiam hominis ad se, non autem ad alium, sicut ordo, 3ª.q.72.8.1ᵐ.
24 Confirmario facit hominem nitidum, & feruentem in conscientia, & famosum per confessionem, 3ª.q.72.2.1ᵐ.
25 Nullus consequitur effectum confirmationis, sinę voto eius, 3ª.q. 72.6.1ᵐ.
26 Existẽs in peccato mortali, cuius conscientia non habet, vel cuius non est plenè contritus, dummodo non sit fictus, per hoc sacramentum consequitur remissionem peccatorum, 3ª.q.72.7.2ᵐ.
27 Quidam ad prædicationem Petri accepersũt miraculosè effectum huius sacramenti, sine sacramento, antequam baptizarentur, 3ª. q.72.2.1ᵐ.& q.4.1ᵐ.& 6.1ᵐ.
28 In confirmatione sit plena peccatorum remissio, 3ª.q.72.7.2ᵐ.
29 Confirmati habent maiorem gloriam in cœlo, quam non confirmati, 3ª.q.72.8.4ᵐ.
30 Confirmatio nun habuit aliquid correspondens in lege veteri, propter perfectionem eius, 22ᴱ.q.102.5.3ᵐ.& 3ª.q.65.1.4ᵐ.& q. 72.1.2ᵐ.
31 Confirmatio quo ad solennitatem datur tãtum in Pascha, & Pentecoste, sicut baptismus, sed quo ad communem vsum datur etiam alio tempore, 3ª.q.72.12.1ᵐ.& 2ᵐ.
32 Beata virgo per secundum sanctificationem fuit simpliciter confirmata in bono per gratiam habitualem, ita quòd non posset per liberum arbitrium flecti in contrarium, 3ª.q.27.5.2ᵐ.

CONIECTARE bonum, id est, intẽdere bonum in dationibus, communiter pertinet ad liberalitatem, 22ᴱ.q.31.1.3ᵐ.& q.117.5.3ᵐ.
1 CONIECTVRA, & Coniecturaliter cognoscitur aliquid per aliqua signa, 12ᴱ.q.112.5.c.
2 Coniecturaliter cognscere aliquid, est cognitio imperfecta, 12ᴱ.q. 112.5.c.
1 DOMVS sine triplici coniunctione, scilicet viri & vxoris, patris & filij, domini & serui, non est perfecta, 12ᴱ. q.15.4.c.& 22ᴱ.q.58. 7.3ᵐ.
2 Coniunctio masculi & fœminæ, determinatur diuersimodè in diuersis animalibus, 12ᴱ.q.92.1.2.c.& 22ᴱ.q.154.2.c.
1 CONSANGVINITAS impedit matrimonium tripliciter, scilicet lege naturæ, id est cum patre, & magis cum matre, propter reuerentiam, vel lege diuina, propter concupiscentiã refrenandam, vel lege canonica & ciuili, propter amicitiã, 22.q.154.9.0.
1 CONSCIENTIA non est potẽtia, nec habitus: sed est actus, scilicet applicatio scientiæ, 1ª.q.79.13. 0.& 12ᴱ.quæst. 19.5 c.
2 Conscientia est actus synderesis, ideo quandoque ponitur pro ea, 1ª.q.79.13.c.3ᵐ.
3 Conscientia dicitur spiritus corrector, & pædagogus animæ, id est, dictamen rationis, 1ª.q.79.13.1ᵐ.
4 Lex naturalis nominat principia iuris, synderesis, habitũ eorum, sed conscientia, applicationem legis naturalis ad facienda, 12ᴱ. q.94.1.0.
5 Conscientia dicitur accusare vel excusare, inquantum cognoscimus nos bene vel male fecisse, 1ª.q.97.15.c.
6 Conscientia dicitur testificari, inquantum cognoscimus nos aliquid fecisse, vel non, 1ª.q.79.13.c.
7 Conscientia dicitur instigare, vel ligare, inquantum iudicamus aliquid esse agendum, vel non, 1ª.q.97.13.c.
8 *Conscientia errans ligat, 22ᴱ.q.19.5.6.0.
9 Coinquinatio & munditia sunt in conscientia, vt in cognitione, non autem vt in subiecto, 1ª.q.79.13.2ᵐ.
1 CONSECRATIO templi, altaris, & vestium, & huiusmodi, non sunt sacramenta, sed sacramentalia, quia ordinantur ad eucharistiam, 3ª.q.65.1.6ᵐ.
2 Altare & ecclesia consecrantur multiplici ratione, scilicet, tum ad repræsentandum sanctificationem quam ecclesia consecuta est per passionem Christi, tum etiam ad significãdum sanctitatem quę requiritur in iis, qui sacramentum altaris suscipere debent, 3ª.q.83.3.0.
3 Altare quandoque sine ecclesia consecratur, sed non econuerso, 3ª.q.83.3.2ᵐ.
4 Altare non debet consecrari sine reliquiis martyrum, 3ª.quæst.83. 3.2ᵐ.
5 Res inanimatæ sunt susceptiuæ gratiæ, sed ex consecratione adipiscuntur quãdam spiritualem virtutem, qua sint apræ ad diuina, 3ª.q.83.3.3ᵐ.& 4.
6 Consecratio ecclesiæ non debet reiterari, nisi exustæ, vel pollutæ sanguine, vel semine, q.3ª.q.83.3.3ᵐ.
7 Ecclesiæ pollutæ sanguine, vel semine, debent reconciliari, quia per illud peccatum apparet ibi aliqua operatio dæmonum, 3ª. q.83.3.3ᵐ.& 4ᵐ.
8 Ecclesiæ vel altaria dubia de consecratione, debent consecrari, 3ª. q.83.3.3ᵐ.
9 Ligna ecclesiæ consecratæ non debent cędere ad vsus laicorum, sed monasterij, vel comburi, 3ª.q.83.3.3ᵐ.
10 Pallæ, Pallia, Cathedra, Candelabra, & velum, vetusta debent comburi, & cineres reponi honestè, propter consecrationes, 3ª. q.83.3.3ᵐ.
11 Consecratio quælibet est indelibilis, manente subiecto, 22ᴱ.q.39. 3.c.& q.88.11.c.& 3ª.q.63.5.c.& q.76.6.2ᵐ.& q.82.8.c.& quæst.83.3. 3ᵐ.
12 Soli episcopi consecrant omnia, præter eucharistiam, 3ª. q. 82.1. 4ᵐ.& 3.3ᵐ.
13 De ritu consecrandi ministros veteris legis, 12ᴱ.q.102.5.5ᵐ.
14 In consecratione Aaron, & filiorum eius figurabatur ordo ecclesiæ, 12ᴱ.q.102.5.3ᵐ.
1 CONSENSVS importat iudicium, de eo in quod consentitur, 12ᴱ.q.74.7.c.
2 *Consensus potest attribui voluntati, & rationi, 12ᴱ.q.74.7.1ᵐ.
3 Consensus in actum pertinet ad rationem superiorem, secundum quod in ratione voluntas includitur, 12ᴱ.q.15.4.0.& q.74. 7.1ᵐ.
4 Electio addit supra consensum relationem respectu eius quod minus

minus placet, vel non placet, & tunc differunt tantùm ratione, 12ᴱ.q.15.3.3.
5 Consensus deliberatus in peccatum, non pertinet ad contemptum legis diuinæ, nisi repugnet ei, 12ᴱ.q.74.9.1ᵐ.
6 Consensus non conuenit brutis, nec aliis respectu finis, sed tantùm respectu eorum quæ sunt ad finem, 12ᴱ.q.15.2.3.0.& q.16.2.c.
1 AB vniuersali ad particulare non valet consequentia, nisi media nte particulari, 22ᴱ.q.20.2.c.
1 CONSERVATIO in esse, est influentia vniuoci esse prius influxi, 1ª.q.9.2.c.
2 Quælibet res naturaliter conseruat se in esse, & resistit corrumpentibus quantùm potest, 22ᴱ.q.64.5.7.c.
3 Aliquid conseruat rem dupliciter, scilicet per se, id est, influendo, & per accidens, id est, remouendo, 1ª.q.104.1.2.c.
4 Vna creatura conseruat aliam per se & per accidens. Et tanto magis, quanto est altior, & primæ causæ proximior, quæ principaliter conseruat, 1ª.q.104.2.0.
5 Omnis creatura indiget conseruari per se à Deo, sed corruptibiles indigent conseruari ab eo etiam per accidens, 1ª.q.104.1.0. & 12ᴱ.q.109.2.2ᵐ.& 8.c.& 9.1ᵐ.
6 Deus conseruat aliquas creaturas in esse vtroque modo mediantibus aliquibus aliis causis, 1ª.q.104.2.0.
7 Deus dat formas omnibus, & conseruat eas, & applicat eas ad agẽdum, & est finis omnium actionum, 1ª.q.105.5.c.fi.
8 Deus eadem virtute, & eadem operatione, producit rem & conseruat, 1ª.q.105.1.4ᵐ.
9 Nulli creaturæ communicari potest, vt conseruetur in esse, sine Deo, 1ª.q.14.1.1ᵐ.& 2.2ᵐ.
10 Solus Deus conseruat res, ne in nihilum decidant, 3ª.q.13.2.c.
11 In iis quæ pertinent ad conseruationem naturæ, magis tenemur parentibus, à quibus naturam accepimus, quàm aliis, & consequenter consanguineis: sed in aliis beneficiis, potest esse econuerso, 22ᴱ.q.31.3.0.
1 CONSIDERATIO importat actum intellectus, intuentis veritatem. Et pertinet maximè ad iudicium, 22ᴱ.q.53.4.c.
2 Quælibet res potest quadruplicitet considerari, scilicet vt ens, vt vna secundum virtutem, & respectu aliorum, 1ª.q.39.8.c.
1 CONSILIVM quid, & est ipsa quæstio, quæ vertitur inter consiliantes, & consilium habens, 1ª.q.22ᶜ.1.1ᵐ.& 12ᴱ.q. 14.1.2ᵐ.& 22ᴱ.52.2.3ᵐ.
2 Consilium est inquisitio eorum tantum quæ sunt ad finem operabilium à nobis, non minimorum, nec determinatorum, 12ᴱ. q.14.0.& 22ᴱ.q.33.1.2ᵐ.& q.47.1.2ᵐ.& 2.c.3ᵐ.& q.49.5.c.
3 Inquisitio cõsilij est resolutoria, scilicet à posteriori in esse, id est, à fine, ad prius, scilicet ad media, 12ᴱ.q.14.5.0.
4 Inquisitio consilij est infinita in potentia, sed finita in actu tripliciter, scilicet ex parte termini, id est, conclusionis, & principij proprij scilicet finis, & communis, scilicet cognitionis sensus, & scientiarum, 12ᴱ.q.14.6.0.
5 Nullus consiliatur de iis de quibus desperat, nec de impossibilibus 12ᴱ.q.44.2.3ᵐ.
6 Ad bonitatem consilij tria requiruntur, scilicet debitus finis, bonum medium, & tempus oportunum, 22ᴱ.q.51.1.1ᵐ.& 3ª.q.14.6.0.
7 Aliquid facit cõciliatiuum dupliciter, scilicet quo ad facultatem, vt prudentia, & quo ad solitudinem tantùm, vt spes, & amplius timor, 12ᴱ.q.44.2.0.& 22ᴱ.q.47.9.3ᵐ.& q.54.2.4ᵐ.& q.129.7.c.
8 Consilium est in Deo quo ad certitudinem iudicij nõ autem quo ad inquisitionem dubiam, 1ª.q.22.1.1ᵐ.& 12ᴱ.q.14.1.2ᵐ.& 22ᴱ.q. 52.3.3ᵐ.
9 Deus derelinquit hominem in manu consilij sui, quo ad liberum arbitrium, non cogendo: non autem quo ad prouidentiam, 1ª. q. 22.2ᵐ.& 22ᴱ.q.104.1.1ᵐ.
10 Consilium sine dubitatione conuenit Christo, 3ª.q.11.3.1ᵐ.
11 Consilia Christi magis parant viam ad præcepta Dei quàm econuerso, quia præcepta sunt finis consiliorum, 22ᴱ.q.189.1.5ᵐ.
12 Multa consilia Christi sunt de præcepto, quo ad præparationem animi tantùm. Quandoque tamen cõsiliorum obseruatio est de necessitate salutis, quod pater in iis qui iam vouerunt consilia, 12ᴱ. q.108.3.2ᵐ.& q.4.4ᵐ.& 22ᴱ.q.40.1.2ᵐ.& q.434 7.4ᵐ.& 8. 4ᵐ.& q.72.3.c.& q.124.1.3ᵐ.& 3.1ᵐ.& q.128.1.4ᵐ.& q.140.2.2ᵐ.& q.152.3.2ᵐ.& q.186.2.c.
13 Consilia Christi reducuntur ad tria, scilicet ad paupertatem, continentiam, & obedientiam, 12ᴱ.q.108.4.0.
14 Consilia tria euangelica secundum se omnibus expediunt, nisi ex indispositione aliquorum, quorum affectus ad hæc non inclinatur, 12ᴱ.q.108.4.1ᵐ.
15 Præcepta sunt de necessariis ad salutem, cõsilia verò, ad bene esse 12ᴱ.q.108.4.0.
16 Nullus actus perfectionis cadit sub consilio, qui in aliquo casu non cadat sub præcepto, 22ᴱ.q.124.3.1ᵐ.
17 Cõsilium nunquam obligat, nisi per hoc quod in præceptum transit, ex aliquo accidenti, 22ᴱ.q.124.3.1ᵐ.
18 Consilium conuenienter ponitur vnum de septem donis Spiritus sancti, 22ᴱ.q.52.1.0.
19 Donum consilij dirigit nos in omnibus ordinatis ad finem vitæ æternæ, siue necessariis, id est, præcepti:, siue non, scilicet consiliis, 22ᴱ.q.52.4.2ᵐ.
20 Consilium actiuum est gratia gratis data quibusdam, sed consilium passiuum, est donum omnium existentium in gratia, 22ᴱ. q.47.1.4.2ᵐ.& q.51.1.3ᵐ.& q.52.1.2ᵐ.
21 Donum cõsilij facit certitudinem à Spiritusancto de iis de quibus eubolia inquirit, & coniecturat, 12ᴱ.q.108.4. 1ᵐ.& 22ᴱ.q.52.1.1ᵐ. & 2.0.
22 Vna tantùm virtus est ad bene consiliandum, sed duæ, ad bene iudicandũ, quia distinctio est in proprijs, ex quibus est iudicium, non autem in communibus, ex quibus est inquisitio, 12ᴱ.q.57.6. 3ᵐ.& 22ᴱ.q.51.4.2ᵐ.
23 Donum consilij correspondet prudentiæ, & eubuliæ, vt adiuuans, & perficiens eas, 12ᴱ.q.57.6.1ᵐ.& 22ᴱ.q.52.1.1ᵐ.& 2.0.
24 Donum Consilij & scientiæ, manent in beatis, inquantum retinẽt cognitionem scitorum, & illuminantur de ignotis, 22ᴱ.q.52.3.0.

1 CONSTANTIA pertinet ad continentiam, 22ᴱ.q. 153.5.2ᵐ.
2 Constantia & perseuerantia conueniunt in fine, scilicet in persistendo firmiter in bono, 22ᴱ.q.137.3.0.
3 Constantia magis cõuenit cum perseuerantia quàm cum patientia, quia cum prima conuenit in fine, cum secunda verò in iis quæ faciunt impedimentum boni, 22ᴱ.q.137.3.1ᵐ.
4 Perseuerantia est principalior quàm constantia, quia est circa difficile, propter diuturnitatem, quod est eſpecialius virtuti, quàm propter impedimenta, circa quæ est constantia, 22ᴱ.q.128.6ᵐ.& q.137.3.c.
5 Constantia conuenit cũ magnificentia, & perseuerantia, quia sunt circa difficile, 22ᴱ.q.137.3.2ᵐ.
6 Constans cogitur ad aliqua corporalia, non tamen ad culpam, propter metum stupri, status, necis, vel verberis, in se ved amicis, non autem propter infamiam, 22ᴱ.q.19.3.3ᵐ.& q.125.4.c.
1 CONSVETVDO habet vim legis. Et interpretatur & abrogat legem humanam, nõ autem legem naturalem, nec diuinam, 12ᴱ. q.97.3.0.& 22ᴱ.q.79.2.2ᵐ.& q.100.2.c.
2 Manente ratione legis, lex vincit consuetudinem, nisi sit impossibilis secundum consuetudinem patriæ, 12ᴱ.q.97.3.2ᵐ.
3 Naturalia non possunt consuescere, nec diffuescere, 12ᴱ.q.51.2.c.
4 Consuetudo ecclesiæ præualet auctoritati cuiuscunque doctoris, 22ᴱ.q.10.12.c.
1 CONTEMPLATIO essentialiter cõsistit in intellectu, sed principium habet in affectu, 22ᴱ.q.180.7.1ᵐ.
2 Contemplatio diuinorum est operatio maximè propria homini, & maximè delectabilis, 12ᴱ.q.3.5.c.
3 Contemplatio est delectabilis dupliciter. Primò vt est operatio conueniens homini secundum naturam eius, vt animal rationale, & magis habenti habitum sapientiæ, secundò verò ex obiecto, scilicet Deo, 12ᴱ.q.3.5.c.& 22ᴱ.q.180.7.0.
4 Partes contemplationis sunt tres scilicet lectio, meditatio, & oratio, 22ᴱ.q.180.3.4ᵐ.
5 Species contemplationis sunt sex, sumptæ secundum sex gradus ascensus in Deum sperceptio ipsorũ sensibilium, progressus à sensibus ad intelligibilia, diiudicatio sensibilium secũdum intelligibilia, absoluta consideratio intelligibiliũ, in quæ per sensibilia peruenitur, contemplatio intelligibilium, quæ per sensibilia inueniri non possunt, sed per rationem capi possunt, & cõsideratio intelligibilium, quę ratio nec inuenire nec capere potest, quæ: s. pertinent ad sublimem cõtemplationem diuinæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur, 22ᴱ.q.180.4.3ᵐ.
6 Ad contemplationem tria requiruntur, scilicet sanitas corporis, quies à passionibus, & ab exterioribus. Et ei seruiunt omnia humana officia, 22ᴱ.q.180.2.0.
7 Tres sunt conditiones bene contemplandi diuina, scilicet reuerentia casta, firmitas indeclinabilis, & amor, 22ᴱ.q.180.7.1ᵐ.
8 Ad contemplationem pertinent quatuor quodam ordine. s. virtutes morales, alij actus à contemplatione, contemplatio diuinorum effectuum, & contemplatio diuinæ veritatis, 22ᴱ.q.180.4.c.
9 Ad contẽplationem principaliter pertinet meditatio Dei, sed dispositiuè, pertinet cõsideratio cuiuslibet veritatis, 22ᴱ.q.180.4.c.
10 Contemplatio quo ad nos est diuturna dupliciter, scilicet quia competit nobis secundum incorruptibilem partem animæ, id est, secundum intellectum, & quia in operibus contemplatiuè, corporaliter non laboramus, 22ᴱ.q.180.8.c.fi.
11 Aliquis ex charitate, ad Dei cõtemplationem incitatur, 22ᴱ.q.180. 7.1ᵐ.
12 Vitrutes morales pertinent ad contemplationem, & ad vitam contemplatiuam, non quidem essentialiter, sed dispositiuè, scilicet remouendo impedimenta, 22ᴱ.q.180.2.0.& q.181.1.3ᵐ.& 2. c.& 4.1ᵐ.& q.182.3.c.

13 Ad contemplationem virtus castitatis maximè reddit hominem aptum inquantum delectationes venereæ maximè deprimunt mentem ad sensibilia,secundum Augustinum,22ᴱ.q.180.2.3ᵐ.fi.
14 Contemplatio requirit locum secundum congruitatem tantum, 1ª.q.66.3.3ᵐ.
15 Contemplatio est mala per accidens,& bona per se,12ᴱ.q.35.5.3ᵐ.
16 Certamen & contentio fit in contemplatione, propter defectum intellectus, & grauitatē corruptibilis corporis quod nos ad inferiora retrahit,non autem ex cōtrarietate veritatis quam contemplamur,22ᴱ.q.180.7.2ᵐ.
17 Contemplatio habet quietem ab exterioribus motibus.Et est motus intellectus,id est operatio,22ᴱ.q.179.1.3ᵐ.& q.180.6.c.
18 Contemplatio terminatur in effectu, scilicet ad delectationem, q.180.1.c.& 3.3ᵐ.& 7.1ᵐ.

CONTEMPLATIVI dicuntur non qui cōtemplantur,sed qui contemplationi totam vitam suam deputant,22ᴱ.q.81.1.5ᵐ.

1 CONTEMPTVS est transgressio legis,ex hoc quòd voluntas renuit subiici legi,vel regulæ,22ᴱ.q.186.9.3ᵐ.
2 Frequentia peccati non facit peccatum ex contemptu, sed dispōnit ad hoc,22ᴱ.q.186.9.3ᵐ.
3 Quanto quis Deum per peccatum magis contemnit,tanto maiorem reatum incurrit,3ª.q.88.3.c.1ᵐ.

1 CONTENTIO quadruplex,scilicet color rhetoricus, impugnatio veritatis scitæ,vel falsitatis sine modo,& moderatæ. Prima & quarta est bona.Secunda est peccatum mortale. Tertia * verò non semper est mortale,sicut si accipiatur contentio in iudicio vel disputatione secundum imperfectam rationem, scilicet secundum quòd importat quandam acrimoniam locutionis,& sic nō semper est mortale,sed est peccatum veniale,nisi sit cum scandalo,22ᴱ.q.38.1.o.
2 Contentio importat contrarietatem in locutione, sicut discordia contrarietatem in voluntate, quo ad intentionem, vel quo ad modum,22ᴱ.q.38.1.c.
3 Contentio est filia inanis gloriæ,22ᴱ.q.38.2.o.& q.132.5.o.
4 Contētio & discordia oriuntur ex inuidia, ratione termini à quo, sed ex inani gloria,ratione termini ad quem,22ᴱ.q.37.2.2ᵐ.& q. 38.2.2ᵐ.

1 CONTINENTIA vt est abstinentia ab omni delectatione venerea, est virtus, nō autem quæ est cum prauis concupiscentiis,quibus resistit,12ᴱ.q.57.3.2ᵐ.& 22ᴱ.q.143.3.1ᵐ. & q.155.1.o.& 4.c.& 3ª.q.7.2.3ᵐ.fi.
2 Continens propriè est qui persistit in ratione recta à prauis concupiscentiis abstinēs,non autem qui persistit in ratione peruersa,abstinens à bonis,sed est obstinatus,22ᴱ.q.155.1.2ᵐ.
3 Castus propriè dicitur ante experientiam delectationis venereæ, continens autem,post eam,22ᴱ.q.151.2.o.
4 Continentia & incontinentia propriè sunt circa delectationes, quæ possunt esse naturales homini,non autē circa eas quæ sunt contra naturam,22ᴱ.q.155.2.4ᵐ.
5 Continentia & incontinentia magis est circa delectationes venereas,quàm ciborum,22ᴱ.q.155.2.o.
6 Continentia propriè est tantùm circa concupiscentias tactus,22ᴱ. q.143.1ᵐ.& 22ᴱ.q.55.2.o.& q.156.2.c.
7 Continentia secunda, est potior quàm temperantia, prima verò econuerso,12ᴱ.q.55.4.o.
8 Constantia in arduis & terribilibus, est pars fortitudinis, quæ autem est circa delectabilia,est pars continētiæ,quæ est pars temperantiæ,22ᴱ.q.153.5.2ᵐ.
9 *Continentia & perseuerantia,sunt partes constātiæ firmiter persistentes,prima est contra concupiscentias, secunda contra tristitias,12ᴱ.q.58.3.2ᵐ.& 22ᴱ.q.53.5.3ᵐ.
10 *Continentia est tantùm in voluntate subiectiuè,22ᴱ.q.155.3.o.
11 Continentia potest attribui rationi,sicut primo mouenti,& incōtinentia concupiscibili,licet vtraque sit in voluntate,vt in proprio subiecto,22ᴱ.q.155.3.1ᵐ.
12 Ad continentiam efficacius operatur maceratio carnis per abstinentiam cibi & potus, quàm per substractionem vestium , vel per laborem corporalem,22ᴱ.q.188.6.3ᵐ.

1 CONTINGENS & necessarium,sunt de transcendentibus , 1ª.q. 115.6.c.
2 Vnumquodque contingens, est ex parte materiæ: necessitas verò consequitur rationem formæ, quia quæ sequuntur ad formam, necessariò insunt,1ª.q.86.3.c.
3 Nihil est contingens quod non habeat aliquid necessarium , 1ª.q. 84.1.3ᵐ.& q.86.3.c.
4 Contingens potest sumi dupliciter, scilicet contingens vt contingens,id est in particulari,& contingens in vniuersali , id est secundum quòd in eo inuenitur ratio necessarij,1ª.q.86.3.c.
5 Contingens ad vtrumlibet , est in potentia. Ideo non exit in actum nisi prius per aliquid determinetur ad vnum. 1ª. quæst. 19.3.5ᵐ.
6 * Contingens, vt contingens, cognoscitur directè à sensu, sed indirectè ab intellectu,1ª.q.86.3.c.

1 CONTRACTIO duplex,scilicet ad quidditatem,& ad rationem, 1ª.q.5.3.1ᵐ.
2 Contrahere est aliquid causa,de necessitate incurrere,3ª.qnæst.14. 3.c.

1 CONTRA PASSVM idem est quod iustum commutatiuum tātum,22ᴱ.q.61.4.c.
2 Contra passum primò inuenitur in passionibus iniuriosis, secundò in ablatione rerum per vim,tertiò in commutationibus voluntaris,22ᴱ.q.61.4.c.

1 CONTRARIVM magis distat à suo contrario, quàm simplex negatio,22ᴱ.q.79.4.c.2ᵐ.
2 Nomen distantiæ detiuatum est à loco,ad omnia contraria, 1ª.q. 67.2.3ᵐ.& 12ᴱ.q.7.1.c.
3 Idem est causa contrariorum communis,non autem particularis, 1ª.q.29.3.c.fi.4ᵐ.
4 Idem est causa contrariorum , secundum diuersa, 12ᴱ.q.32.3.2ᵐ.& 22ᴱ.q.7.1.2ᵐ.
5 Vnum contrariorum est causa alterius cōtrarij, per accidens tantum,1ª.q.49.1.o.& 12ᴱ.q.32.4.o.& q.35.3.1ᵐ.& 22ᴱ.q.38.2.3ᵐ.& q. 16.2.5.3ᵐ.& 3ª.q.50.1.3ᵐ.
6 Idem est contrarium diuersis secundum diuersa,nō autem secundum idem , 12ᴱ.q.31.8.2ᵐ.& q. 45.2.2ᵐ.& q.78. 4.2ᵐ.& quæst.79. 1.2ᵐ.
7 Idem potest tolli ex causis contrariis,per modum superabundantiæ,& defectus,22ᴱ.q.89.10.3ᵐ.
8 Contraria in re non sunt contraria in mente,12ᴱ.q.35.5.c.2ᵐ.& q.53. .c.& q.54.2.1ᵐ.& q.64.3.3ᵐ.
9 Obiecta contraria causant contrarias passiones in potentiis appetitiuis,non autem in cognitiuis,12ᴱ.q.54.2.1ᵐ.
10 Contrariorum potest esse vnus habitus , secundum quòd conueniunt in vna ratione communi,12ᴱ.q.54.2.1ᵐ.& 3.1ᵐ.
11 Aliqua dicuntur contraria dupliciter, scilicet secundum formam generis,vel secundum formam speciei,12ᴱ.q.35.4.c.
12 Species contrariorum constituræ per respectum ad aliquid extra, possunt habere conuenientiam inter se, non autem species absolutæ,12ᴱ.q.35.4.c.
13 Motus habet cōtrarietatem terminorum,sed mutatio, secundum accessum & recessum,ab eodem termino,12ᴱ.q.23.2.c.
14 Nullus motus est contrarius motui circulari,1ª.q.66.2.c.
15 Quietes contrariæ sunt,quæ sunt in terminis contrariis , 12ᴱ.q.31. 8.c.
16 Sicut quieti naturali contrariatur & quies violenta eiusdem corporis , & quies naturalis alterius corporis : ita in affectibus animæ , delectationi , opponitur & delectatio & tristitia , 12ᴱ.q.31. 8.2ᵐ.
17 Omne quod generatur,generatur ex contrario , 1ª.q.46.1.3ᵐ.& q. 75.3.c.
18 Omne compositum ex contrariis necesse est corrumpi,1ª.q.82.1.c. 18.3ª.q.14.2.c.
19 Contraria possunt inesse,eidem,nō secundum idem,3ª.quæst.46. 8.1ᵐ.
20 Contraria sunt circa idem,quando subiectum æqualiter se habet ad ea,22ᴱ.q.24.10.1ᵐ.
21 Contraria contrariis curantur,12ᴱ.q.87.6.3ᵐ.

1 CONTRITIO secundum essentiam est in corde , & pertinet ad pœnitentiam interiorem , virtualiter verò ad exteriorem , inquantum implicat propositum confitendi,& satisfaciendi,3ª.q. 90.3.3ᵐ.
2 Dolor contritionis duplex,scilicet sensitiuus,& intellectiuus,scilicet displicentia voluntatis.Primus est tantùm effectus eius , secundus autem est ipsa contritio,3ª.q.84.8.9.o.& q.85.1.c.
3 Vterque dolor debet durare vsque ad mortem. Et primus debet continuari quantùm possibile est seruatis actibus aliarum virtutum,& sanitate,non autem secundus,3ª.q.84.8.o.
4 Contritio & singularis dolor debet esse de singulis peccatis mortalibus in principio quæ memoriæ occurrunt: vt scilicet homo actualiter singula detestetur,quantū in ipso est : sed postea sufficit vna communis de omnibus,12ᴱ.q.113.5.3ᵐ.& 3ª.q.87.1.c.
5 De peccato mortali totaliter abolito sufficit generalis contritio de omniquo Deum offendit. Si autem recordetur tantùm in generali,recogitet.Et si in speciali recordetur,debet specialiter conteri, & de oblitione dolere , quæ ex negligentia contigit, 12ᴱ.q.113.5.3ᵐ.& 3ª.q.84.5.3ᵐ.& q.87.1.c.
6 *Ad contritionem de venialibus non requiritur propositum non peccandi, sicut de mortali , sed sufficit displicentia eius , & fuæ causæ,3ª.q.87.1.1ᵐ.
7 Peccatum veniale non remittitur hic per contritionē habitualem quæ habetur per habitum charitatis, vel per habitum pœnitentiæ virtutis, quia sic charitas non compateretur peccatū veniale,quod patet esse falsum: sed requiritur virtualis cōtritio, puta cum aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deum , & in res

in res diuinas , vt quicquid sibi occurreret , quod eum ab hoc motu retardaret:displiceret ei,& doleret se commisisse , etiam si actu de illo non cogitaret,non autem requiritur actualis , 3ª. q.87.1.o.

1 CONTVMELIA est deducere id quod est contra honorem alicuius in notitiam eius,& aliorum,quod fit principaliter per verba,secundo per alia,22ᴱ.q.72.1.o.
2 Contumelia est tantùm de culpa,conuitium etiam de pœna , sed improperium est de indigentia , tamen quandoque vnum ponitur pro alio,22ᴱ.q.72.1.3ᵐ.
3 Contumelia est contra honorem , & palam , sed detractio contra famam,& occultè:susurratio verò cōtra amicitiam , derisio autem erubescere facit, 22ª.q.73.1.o.& 2.c.& 4.1ᵐ.& q.75.1.o.
4 Contumelia, & conuitium ex intentione dehonorandi notabiliter sunt peccata mortalia:si autem ad correctionem,seruato debito modo,non sunt peccata,22ᴱ.q.72.2.o.& q.158.5.3ᵐ.
5 Adulterium est grauius peccatum,quàm cōtumelia,& hæc quàm detractio secundum se:& hæc quàm furtum & rapina, 22ᴱ.q.73. 3.o.
6 Contumeliæ & detractiones debēt reprimi, ad correptionem audacium:& ad vitandum scandala,22ᴱ.q.72.3.o.& q.73.4.1ᵐ.
7 Contumelia principaliter oritur ex ira, secundo ex stultitia , quia conuenit cum ira.Non autem ex superbia directè , sed dispositiuè,22ᴱ.q.72.4.o.& q.73.3.3ᵐ.& q.158.7.c.

1 *CONVERSIO in Deum triplex, scilicet gloriam, meritum,& præparationem , quæ requirit triplicem gratiam , scilicet consummatam,habitualem,& operationem Dei,1ª.q.61.2.3ᵐ.
2 Conuerti ad beatitudinem est homini difficile dupliciter , scilicet quia est supra naturam eius, & propter impedimentum corporis,& peccati,sed angelo tantùm primo modo , 1ª.q.62.2. 2ᵐ.& 4.1ᵐ.
3 Aliquis dum est in proposito & intentione peccandi:potest subito voluntas sua conuerti ad Deum ab exteriori , sicut in Paulo: vel ab interiori,12ᴱ.q.112.2.2ᵐ.
4 Aliquid dicitur cooperari alicui dupliciter , scilicet sicut secundarium agens principali agenti,& sicut adiuuans ad præsuppositum finem,12ᴱ.q.111.2.3ᵐ.

1 COR primò generatur,22ᴱ.q.122.2.c.
2 Cor est primum principium mēbrorum, & virium vitālium, quantum ad esse , sed caput est principium sensuum & motus, 3ª.q.90.3.3ᵐ.
3 Cor est principiū motus,in animali , 1ª. q.20.1.1ᵐ.& 12ᴱ.q.17.9.2ᵐ.
4 Motus cordis & genitalium,non subiacet,nec obedit imperio rationis,quia est naturalis,12ᴱ.q.17.9.2ᵐ.& 3ᵐ.& 22ᴱ.q.151.4.c.
5 Omnis bona dispositio corporis redundat ad cor , sicut ad principium & finem corporalium motionum,12ᴱ.q.38.5.3ᵐ.
6 Cordis est duplex infirmitas,scilicet in substantia eius,mutans naturalem complexionem eius & inordinatio motus eius,vel aliquius eorum quæ circumstant cor. Prima est mortalis,non autem semper secunda,12ᴱ.q.74.9.2.
7 Cor vnius hominis tēdit ad diuersa dupliciter, scilicet secundum diuersas potētias appetitiuas,vel secundum diuersa appetibilia, 22ᴱ.q.29.1.c.
8 Animalia habentia magnum cor sunt timida,12ᴱ.q.45.1.c.

1 CORNELIVS & similes ante baptismum, habuerunt gratiam, & virtutes,per fidem, & desiderium baptismi implicitè,vel explicitè,3ª.q.69.4.2ᵐ.

CORNEVLA frequēter crocitans significat pluuiam cito esse futuram,22ᴱ.q.95.7.2ᵐ.

1 CORPORALIA & pallæ altaris debent esse alba & linea , 3ª.q. 82.3ᵐ.& q.83.3.7ᵐ.
2 Spiritualia per corporalia consueuerunt ostendi,1ª.q.1.9.o.& q.50. 3.3ᵐ.& 12ᴱ.q.4.7.1ᵐ.
3 Creatura corporalis est à Deo , propter bonitatem Dei , 1ª. q. 65.1 2.o.
4 Omnia corporalia quantò magis considerantur,tantò minora videntur:spiritualia verò econuerso,12ᴱ.q.42.5.c.3ᵐ.
5 Non omnium corporalium est eadem materia,nisi æquiuocè, 1ª. 66.2.o.
6 Forma corporeitatis non est vna in omnibus corporibus,quia non est alia à formis quibus corpora distinguuntur , 1ª. quæst. 66. 2. c.3ᵐ.

1 CORPVS, Nullum naturale nec mathematicum potest esse infinitum in actu,1ª.q.7.3.o.
2 Si esset corpus infinitum,non posset moueri,1ª.q.7.3.c.
3 Corpus tripliciter simitur,scilicet pro genere animalis,pro parte eius,& vt est species quantitatis,1ª.q.18.2.c.
4 Omne corpus est in potentia,1ª.q.3.1.c.
5 Corpus habens duos colores est continuum , non tamen secundum eos,12ᴱ.q.20.6.c.
6 Duo corpora possunt simul esse in eodem loco , virtute Dei , non autem naturaliter,1.q.67.2.c.& 3ª.q.54.2.1ᵐ.& q.57.4.2ᵐ.
7 Omne corpus habet motum naturalem determinatum , 1ª.q.67. 2.c.
8 Nullum corpus mouet,non motum, 1ª.q.3.1. c. principio & q.110. 2.1ᵐ.
9 Nullum corpus agit,nisi tangendo & mouendo,1ª.q.45.5.c.fi.
10 Nullum corpus potest esse principium vitæ,1ª.q.3.1.c.& q.75.1.c.
11 Corpus viuum est nobilius corpore non viuo,1ª.q.3.1.c.fi.
12 Corpus prius viuum,& postea mortuum,non est idem corpus numero,3ª.q.25.6.3ᵐ.& q.50.5.c.1ᵐ.
13 Corpora inquantum sunt in actu, possunt agere:licet hoc negent Auicebron,Plato,& Democritus,1ª.q.115.1.o.
14 Corpus hominis oportet habere multa organa , quia anima eius est multiplex in potētia & operatione , propter perfectionem eius,1ª.q.76.5.3ᵐ.
15 Corpus hominis fuit optimè dispositum , in ordine ad suum finem,scilicet animam,1ª.q.91.3.o.& 22ᴱ.q.164.1.1ᵐ.
16 Corpus hominis componitur ex contrariis,propter tactum, 1ª.q. 76.5.c.& q.91.1.2ᵐ.& 12ᴱ.q.85.6.fi.& 21ᴱ.q.16.4.1.1ᵐ.
17 In corpore hominis , ignis & aēr prædominantur secundum virtutem , sed aqua & terra secundum substantiam. Sed corpora inferiora non sunt de natura quinti corporis,id est cœli,quam aliqui ponunt venire in compositionem humani corporis , 1ª. q.91.1.o.
18 Proximus motor corporis in nobis, est appetitus sensitiuus , 1ª.q. 20.1.1ᵐ.
19 Corpus hominis regitur à ratione despoticè, id est seruiliter , appetitus autem sensitiuus,politicè,id est ciuiliter, 1ª.q.81.3.2ᵐ.& q.83.1.1ᵐ.& 12ᴱ.q.9.2.3ᵐ.& q.17.7.c.fi. & q.56.4.3ᵐ. & q.58.2.c. & q. 74.3.1ᵐ.
20 Corpus est gloriosum ex totali subiectione eius ad animā , cuius gloria redundat in ipsum, 12ᴱ. q.4.5.4ᵐ. & 3ª.q.11.2.c. & q.54.1.c. 1ᵐ.& 2ᵐ.& q.57.3.c.
21 Corpus gloriosum erit in eodem loco cum alio corpore , non ex dote subtilitatis,sed sola virtute Dei,3ª.quæst.54. 1.1ᵐ. & quæst. 57. 4.2ᵐ.
22 Subtilitas corporis glorioſi est plena participatio esse specifici,ex plena subiectione eius ad animam,3ª.q.54.3.c.
23 Et erunt palpabilia, sicut & corpus Christi post resurrectionem suam,3ª.q.54.2.2ᵐ.
24 Et habebunt qualitates tangibiles.3ª.q.q.54.2.2ᵐ.
25 Et erunt collorata colore debito,secundum naturam suarum partium,3ª.q.54.2.1ᵐ.
26 Corpus Christi fuit in Adam,& in aliis patribus,secundum originem,non autem secundum aliquid signatum : sicut etiam corpora aliorum,1ª.q.31.6.o.& 7.c.
27 Corpus Christi secundum Apollinarem hæreticum , est consubstantiale deitati,3ª.q.37.1.c.
28 Corpus Christi est à solo Deo formatum, 3ª.q.31.5. c. 3ᵐ. & quæst. 46.6.c.
29 Corpus Christi fuit optimè complexionatum , ideo in eo maximè viguit sensus tactus,3ª.q.46.6.c.
30 Corpus Christi debuit augeri , sicut corpora aliorum hominum, 3ª.q.33.1.4ᵐ.
31 Quantitas corporis in principio animationis , proportionatur ei quantitati,ad quam per augmentum venit : quia maiorum in fine est maior quantitas in principio , præterquam in Christo, in quo fuit minor,3ª.q.33.2.2ᵐ.
32 Corpus Christi in perfecta ætate, habuit decētem, & mediocrem quantitatem , proportionatum quantitati habitæ tempore quo aliorum corpora animātur,minorem autem in principio .3ª.q. 33.2.2ᵐ.
33 Corpus Christi viuum & mortuum erat idem numero , 3ª. quæst. 50.3.o.
34 Corpus Christi fuit subiectum impressionis corporū cœlestium, 3ª.q.12 4.3ᵐ.
35 Corpus Christi fuit verum corpus , & non phantasticum , contra Manichæum,& Valentinum,3ª.q.5.1.o.& 2.c.
36 Christus post resurrectionem habuit verum corpus sicut prius ante mortem,3ª.q.54.1.o.& 3.c.
37 Corpora mystica sunt duo in hoc mundo , scilicet Christi & diaboli,sed corpus Christi mysticum,est tota ecclesia, 3ª.q.8.1. 3.c. & q.48.1.c.q.49.1.c.
38 Corpus Christi verum , habet simul omnia membra , non autem corpus mysticum,3ª.q.8.3.c.

1 CORRECTIO fraterna est admonitio fratris , de emendatione delictorum,à fraterna charitate procedens, 22ᴱ.q.33.1.o.
2 Correctio duplex.s.coactiua,& ostensiua tantum. Prima pertinet ad prælatos tantum,secunda verò ad omnes,22ᴱ.q.33.1.3.6.o.
3 Vtraque est in præcepto , sed secunda solùm , quando delinquens occurrit cum commoditate corripiendi , & spe emendationis, & superior deest,22ᴱ.q.33.2.o.& q.43.7.3ᵐ.

4 Correctio fraterna est actus charitatis, coactiua verò, est actus iustitiæ, 22ᵉ.q.32.2.3ᵐ.& q.33.1.0.& 3.4.c.
5 Admonitio in correctione fraterna, est principaliter actus charitatis, quasi imperantis: prudentiæ verò secundariò, quasi exequentis & diligentis, 22ᵉ.q.33.1.2ᵐ.
6 *Existens in peccato mortali, etiam occulto, corrigens ex officio peccat non autem corrigens vt frater, nisi propter scandalum, 22ᵉ.q.33.5.0.
7 Peccatum præcedens impedit, ne aliquis corripiat aliũ tripliciter, scilicet ratione indignitatis, scandali, & superbiæ, 22ᵉ.q.33.5.c.
8 Prælatus est corripiendus à subditis, sed in secreto tantum *, non cùm proteruia & duritia, sed cum mansuetudine, & reuerenter: nisi propter periculum fidei, fiat publicum: sicut Paulus publicè corripuit Petrum, 22ᵉ.q.33.4 0.
9 Ordo correctionis, est de præcepto, scilicet præuia admonitione secreta, 22ᵉ.q.33.7.0.
10 Testes debent adhiberi, in correctione fraterna, si non est emendatus per admonitionem secretam, 22ᵉ.q.33.8.0.
11 In correctione fraterna, primò debet admoneri secretè: secundò debet dici prælato secretè: tertio testes adhiberi, quartò publicari, 22ᵉ.q.8.1ᵐ.& 4ᵐ.& q.70.1.0.& 3.3ᵐ.
12 Ordo fraternæ correctionis, seruandus est in peccatis occultis tantum, 22ᵉ.q.33.7.0.
13 Christus non corripuit Iudam secreto, nec Petrus Ananiam, & Saphirã, nec Paulus Petrum, multiplici de causa, scilicet quia Dominus peccatum Iudæ tanquam Deus, sicut publicum habebat. Vnde statim poterat ad publicandũ procedere. Tamen ipse non publicauit: sed obscuris verbis eum de peccato suo admonuit. Petrus autẽ publicauit peccatum occultum Ananiæ & Saphiræ, tanquam executor Dei, cuius reuelatione peccatum cognouit. Sed Paulus Petrum non reprehendisset: nisi aliquo modo pat esset, quantum ad fidei defensionem, Vel Paulus qui erat subditus Petro propter imminens periculum scandali circa fidem, Petrum publicè arguit. De Ioseph autem credendum est, quòd fratres suos aliquando admonuerit, licet non sit scriptum. Vel potest dici, quòd peccatum publicum erat inter fratres. Vnde dicitur pluraliter, accusauit fratres suos, 22ᵉ.q.33.4.2ᵐ.& 7.2ᵐ.
14 Dimittens admonitionem vel prohibitionem, quia non sperat correctionem, sed timet sequi peius, nõ peccat, 22ᵉ.q.33.2.3ᵐ.& 6 0.& q. 43.7.3ᵐ.& q.150.1.4ᵐ.
15 Peccatum infectiuum aliorum, vt hæresis, & fornicatio, vel cedes in damnum aliorum, vt furtum, & homicidium, debet denunciari, sine admonitione, 22ᵉ.q.33.2.c.3ᵐ.
16 Correctio est vtilis ad emendationem, ad quam tamen non sufficit sine auxilio Dei, 12ᵉ.q.109.8.1ᵐ.& 22ᵉ.q.33.2.1ᵐ.& q.83.7.3ᵐ.
17 Scãdalum directè opponitur correctioni fraternæ, 22ᵉ.q.34.principio, & q.43.3.c.

CORRVPTIBILE & incorruptibile differunt genere phisyco, non autem genere logico, 1ª.q.66.2.2ᵐ.& q.88.2.4ᵐ.

NIHIL corrumpitur, nisi per hoc quòd forma separatur à materia, 1ª.q.9.2.c.& q.50.5.c.& q.75.6.c.
2 Corruptio non potest esse, nisi vbi est contrarietas: quia omnis generatio & corruptio est ex contrario in contrarium, 1ª.q.75.6.c.
3 Aliquid corrumpitur dupliciter, scilicet per se, & per accidens, 1ª. q.75.6.c.& q.89.5.c.& 12ᵉ.q.5.3.1.c.
4 Corruptio duplex scilicet separatio formæ à materia, & resolutio in elementa, 3ª.q.50.5.c.
5 Corruptio non intenditur à natura, nisi per accidens, 1ª.q.19.9.c.& q.49.1.c.2ᵐ.& 2.c.
6 In omni mutatione est aliqua corruptio, 1ª.q.50.5.1ᵐ.
7 Impossibile est, aliquod subsistens corrumpi per accidens: vel generari per accidens, sed tantum per se, 1ª.q.75.6.c.
8 Mors, corruptio, & omnis defectus, est contra naturam particularis formæ, sed aliquando est naturalis, ratione materiæ, & naturæ communis, 1ª.q.22.2.2ᵐ.& 12ᵉ.q.42.2.c.3ᵐ.& q.85.6.0.& 22ᵉ. q.65.1.1ᵐ.& q.164.1.1ᵐ.
9 Materia subiecta priuationi, est principium & causa omnis corruptionis, 1ª.q.50.5.3ᵐ.& q.75.6.c.

CORVVS significat voluptatibus denigratos, vel expertes bonæ affectionis, quia non est reuersus ad arcam, 12ᵉ.q.102. 6.1ᵐ.col. 2. fi.

COSTA fuit præcisa ab Adam sine dolore, sed cum delectatione, 1ª.q.92.3.2ᵐ.& q.97.2.3ᵐ.
2 Costa hæc non erat de perfectione individuali Adæ, sed de specifica, 1ª.q.92.3.2ᵐ.& q.97.2.3ᵐ.& 3ª.q.31.5.2ᵐ.
3 Mulier conuenienter fuit formata de costa Adæ, 1ª.q.92.2.3.o.
4 Mulier facta est de costa Adæ, vt socia eius; non de capite, vt domina, nec de pede, vt ancilla, 1ª.q.92.3.o.
5 Conuersio costæ in mulierem, fuit supernaturalis, & obedientialis, 1ª.q.92.4.3ᵐ.
6 Multiplicatio costæ, fuit per additionem materiæ nouiter creatæ, vel verius per conuersionem alterius materiæ præiacentis, contra Vgonem & Magistrum sententiarum, 1ª.q.92.3.1ᵐ.
7 Illud additum, non venit in corpus Euæ, nisi mediante costa. Ideo Eua non dicitur facta ex eo, licet esset quid ampilius in quantitate quàm costa, 1ª.q.92.3.1ᵐ.

CREATIO magis respicit esse quàm naturam, vel rationem, 3ª.q.2.7.3ᵐ.
2 Creatio passiua, secũdum esse vt inhæret, est naturaliter posterior creatura, & est subiectiuè in ea, sed secundum rationem eius, vt causatur ex actione Dei est prior, 1ª.q.45.3.2ᵐ.& 3ᵐ.
3 Creationem esse, ratio demonstrat, 1ª.q.45.2.0.
4 *Philosophi conecdunt creationem esse, sed ab æterno, 1ª.q.46.2. 1ᵐ.& 2ᵐ.

CREATIO QVID. & non est mutatio propriè, 1ª.q.45.2.2ᵐ.& 3. 0.& q.46.1.5ᵐ.
6 Creatio non est motus nec terminus motus, 1ª.q.45.2.3ᵐ.& 3.c.& q. 46.3.2ᵐ.
7 Creatio est emanatio vniuersalis entis, ex nihilo, 1ª. q. 45. 1. 0. & 4. 1ᵐ.
8 De ratione creationis est nihil præsupponere in re, cui naturaliter prius conuenit non esse quàm esse, 1ª q.65.3.c.
9 Creatio non admittetur in operibus naturæ, nec artis, sed præsupponitur, 1ª.q.45.8.0.
10 Creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem, cum quadam nouitate, siue inceptione, 1ª.q.45.3.3ᵐ.
11 Creare nihil aliud est quàm absque materia præiacenti, aliquid producere, 1ª.q.65.3.c.
12 Creatio est productio, rei secundum totam substãtiam suam, nullo præsupposito, 1ª.q.65.3.c.
13 Creatio actiua, est essentia Dei, cum relatione rationis ad creaturas. Passiua verò, est in creatura, & est accidens eius de prædicamento relationis scilicet habitudo habentis esse ab alio, & cõsequens operationem Dei, 1ª.q. 45.3.o.
14 Creatio passiuè sumpta, est aliquid in re creata, qa creatio actiua, est actio transiens, relinquens effectum exteriorem, 1ª.q.45.3.o.
15 Nullum corpus potest creare, 1ª.q.45.5.c.
16 Solus Deus creat, 1ª.q.45.5.o.& q.47.1.c.& q.65.3.c.& q.90.3.c. & q. 104.5.1ᵐ.& 3ᵐ.
17 *Creare requirit potentiam agentis infinitam, 1ª.q.32.1.2ᵐ.& q.45. 5.3ᵐ.& q.65.3.3ᵐ.
18 *Deus non potest communicare creaturæ potentiam creandi aliquid virtute propria & principaliter, nec instrumentaliter, 1 .q. 45.5.c.3ᵐ.
19 Creare, est commune toti trinitati, 1ª.q.45.6.0.
20 Philosophi dixerũt, quòd intelligẽtia superior creat inferiorem, & animam, & corpus cœli moti ab ea, 1ª.q.8.3.c.& q. 45. 5.c.& q. 65.3.c.
21 Omne ens præter Deum, est creatum à Deo, 1ª.q.44.0. & q.45.2.c. & q. 65. 0.& 12ᵉ.q.79.2.c.
22 Res simplex non potest fieri, nisi per creationem, 1ª.q.18.1.c.
23 Prima indiuidua cuiuslibet speciei, producta sunt per creationem tantum, 1ª.q.45.5.1ᵐ.& q.65.4.c.& 12ᵉ.q.5.7.2.
24 Sola suppositа, propriè dicuntur creari, 1ª.q.45.4.o.& 7.2ᵐ.& 8.o.
45 *Creatio passiua creatur, non quidem alia creatione, sed seipsa, 1ª.q.45.3.2ᵐ.
26 Creatio facta est in principio temporis mensurantis motum primi mobilis, sicut in adiacente creationi, non autem sicut in mẽsurante eam, quia simul fuerunt, 1ª.q.46.3.c.1ᵐ.
27 Creatio est in instanti, 1ª.q.65.5.c.& q 74.1.1ᵐ.
28 *Immo principium temporis, non est mẽsura creationis, 1ª.q.46, 3.1ᵐ.
29 Creatio est prima actio, quia nullam præsupponit, sed præsupponitur à qualibet alia, 1ª.q.45.1.2ᵐ.
30 Creatio aliqua, præsupponit materiam in qua, non autem materiam ex qua, 1ª.q.45.1.1ᵐ.
1 Creatura. In productione cuiuslibet creaturæ etiam minimæ, manifestatur infinita potentia, sapientia, & bonitas Dei, 1ª.q. 32.1. 2ᵐ.& q.45.5.1ᵐ.
2 *In omnibus creaturis, differunt suppositum & natura, 3ª.q.17.1.c.
3 Omnis creatura potest deficere à bono, in non esse, secundum seipsam, nisi à Deo cõseruetur secundum Gregorium, 12ᵉ.q.109. 2. 2ᵐ.& q.11 2.3.2ᵐ.
4 Omnis creatura est mutabilis, 1ª.q.9. 2. 0. & q.10.3.c.& q. 16. 8. o. & q.65.1.1ᵐ.& 12ᵉ.q.109.2.2ᵐ. & q.112.3.2ᵐ.& 3ª.q. 10. 4.c. & q.13. 2.3. c.
5 Creaturæ secundum se, sunt tenebræ, falsitas, & nihil, 22ᵉ.q.5.1.2ᵐ.
6 In creaturis inueniuntur quatuor per ordinem scilicet esse, vnitas, virtus, & respectus ad effectus, 1ª.q.39.8.c.
7 Creatura dignior, facta est propter viliorem, in ordine ad totum vniuersum, non autem secundum se, 1ª.q.70.2.4ᵐ.
8 Commune est omni creaturæ, vt per omnes motus & operationes eius, tẽdat sicut in finem suum, assimilationem diuinæ bonitatis. conseruando suum esse, & communicando illud, 1ª.q.63.3.c.

9 Creatura corporalis ordinatur ad spiritualem, & tendit in assimilationem eius, 1ª.q.65.2.c.2ᵐ.
10 Creatura irrationalis ordinatur ad rationalem tripliciter, scilicet auxiliando, significando, & continendo, 22ᵉ.q.76.2.c.

CREDERE QVID, & est cum assensu cogitare, 22ᵉ.q. 2.1.0.
2 Credere est proprius, & interior actus fidei, 22ᵉ.q.2.principio, & 2. 0.& q.4.1.c.& 2.c.& 2.c.1ᵐ.
3 Credere est actus intellectus assentientis diuinæ veritati, ex imperio voluntatis motæ à Deo per gratiam, 22ᵉ.q.2.9.c.& q.1.c.& 2.c.1ᵐ.& q.5.2.c.
4 Actus fidei triplex, scilicet credere Deo, credere Deum, & credere in Deum, 22ᵉ.q.2.2.o.
5 Credere Deum, Deo, & in Deum, est vnus actus fidei, respectu diuersorum, 22ᵉ.q.2.2.o.
6 Scientia de credendis est duplex, scilicet, donum, quo discernuntur credenda à non credẽdis: & gratia, qua hoc docetur. Prima conuenit omni sancto, non autem secunda, 22ᵉ.q.9.1.2ᵐ.
7 Credere aliqua supra rationem naturalem, est de necessitate salutis, similiter & fides, 22ᵉ.q.1.6.3ᵐ.& q.2.3.o.& q.16.1.1ᵐ.
8 Credere aliqua quæ ratione naturali demonstrantur, est necessarium, 12ᵉ.q.99.2.2ᵐ.& 22ᵉ.q.1.6.3ᵐ.& q.2.4.o.
9 *Quilibet tenetur explicitè credere articulos fidei, alia verò implicite, 12ᵉ.q.76.2.c.& 22ᵉ.q.2.5.o.
10 Quilibet Christianus tenetur explicite credere mysteria Christi, præcipuè, quæ publicè in ecclesia solennizantur, 22ᵉ.q.2.7.o.
11 Quilibet christianus tenetur explicite credere mysterium trinitatis, 22ᵉ.q.2.8.o.
12 Mysteria Christi, & Trinitatis, fuerunt explicite credita à maioribus ante Christũ: sed à minoribus implicitè, 22ᵉ.q.2.7.c.& 8.c.2ᵐ.
13 Primum & principale inter omnia credibilia, est Deum esse, 22ᵉ. q.16.1.c.
14 Quilibet homo, omni tempore, & omni statu, tenetur credere explicite Deum esse & prouidentiam eius, 22ᵉ.q.2.8.1ᵐ.
15 Mysterium incarnationis Christi, oportet aliqualiter esse creditum apud omnes, sed diuersimode secundum diuersitatem temporum & personarum, 22ᵉ.q.2.7.c.
16 Maiores tenentur magis explicite credere, quam minores, 22ᵉ.q. 2.7.8.o.
17 Credere ea quę sunt supra rationem, non est leuitatis, cum habeat sufficiens inductiuum ad credendum, 22ᵉ q.2.9.3ᵐ.

CRIMEN. &, Processus contra crimina triplex, scilicet per viam denuntiationis, inquisitionis, & accusationis. In primo intenditur emendatio peccantis, in secundo & tertio pœna eius, propter bonum multitudinis. Ideo in primo requiritur ordo correctionis fraternæ, in secundo infamia, in tertio autem inscriptio, 22ᵉ.q.67.3.2ᵐ.& q.68.1.c.

CRIMINATOR est, qui aliis publicè crimina imponit accusando, vel conuertendo, 22ᵉ.q.74.1.2ᵐ.

CRVCIFICI. & Christus crucifixus est hora tertia linguis Iudæorum, & hora sexta, manibus militum, 3ª.q.46.9. 2ᵐ. & q.83. 2. 3ᵐ.

CRVDELITAS est vitium humanum, excedens modum puniendi culpas, sed feritas siue sæuitia, est bestialis, 22ᵉ.q. 157. 1. 3ᵐ.& q. 159.0.

CRVX, conueniens fuit, Christum mori in Cruce, septuplici ratione: scilicet. Primò propter exẽplum virtutis. Secundò quia hoc genus mortis maximè conueniẽs erat satisfactioni pro peccato primi parẽtis, qui pomum ligni vetiti sumpsit. Tertiò passus fuit in excelso ligno, vt etiam ipsius aëris natura mundetur. Quartò quia per hoc ascensum nobis parat in cœlum. Quintò quia hoc competebat vniuersali saluationi totius mundi, propter virtutẽ passionis vbiq. diffusam. Sextò quia per hoc genus mortis, diuersæ virtutes designantur. Septimò quia hoc genus mortis plurimis figuris tesponder, 3ª.q.46.4.o.
2 Signum Crucis multiplex in missa significat passionem Christi, secundum diuersas partes, 3ª.q.83.5.3ᵐ.& 4ᵐ.
3 Mors Crucis, est pœna acerbissima, 3ª.q.46.4.6.c.
4 Crux temporalis Christi designat mysticè vitam Christianam propter exemplum virtutis, 3ª q.46.4.c.principio.

CVLPA est voluntaria inordinatio vel priuatio boni, 1ª.q. 48. 5. 6.c.& 12ᵉ.q.21.2.o.& q.87.2.c.& 22.& q.34.2.c.
2 Remissio culpæ fit per coniunctionem hominis ad Deum, à quo stparat omnis culpa mortalis perfectè, & venialis imperfectè, 3ª.q.86.4.c.fi.& q.87.1.c.
3 Manente culpa, Deus non potest non imputare ad pœnam. 3ª. q. 22.art.2.q.2.c.
4 Absolutio vniuersalis à culpa & à pœna, fit in perceptione baptismi, & in martyrio, 3ª.q.68.2.2ᵐ.& q.87.1.2ᵐ.

CVLTVS Dei, consistit in recipiendo diuina, vel in tradendo ea aliis, 3ª.q.63.2.3.4.6.c.
2 Cultus diuinus, triplex secundum triplicem statum scilicet veteris legis nouæ, & secundum statum gloriæ, 12ᵉ.q.101.2.c.& q.103, 3.c.
3 In statu naturæ, homines nulla lege mouebantur ad cultum Dei, sed solo interiori instinctu, 3ª.q.60.5.3ᵐ.
4 Specialis cultus & honor, qui græcè dicitur theosebia vel eusebia, debetur Deo, vt omnium primo principio, 22ᵉ.quæst.81.1.4ᵐ.& 4. 0.
5 Finis diuini cultus est, vt homo det gloriam Deo, & ei se subiiciat mente & corpore, 22ᵉ.q.93.2.c.
6 Cor & corpus, sunt applicanda cultui Dei, 12ᵉ. q.49.3.c. & q.101.2. 0.& 22ᵉ.q.19.1.0.& q.81.7.0.& q.83.12.c.fi.& q.84.2.c.& quæst. 93. 2. c.
7 Aliquid pertinet ad cultum Dei dupliciter, scilicet vt offerẽdum, vel vt assumendum, 22ᵉ.q.81.3.2ᵐ.& q.95.2.c.
8 Sacramentum pertinet ad cultum Dei dupliciter, scilicet per modum actionis, vt Eucharistia, in qua principaliter cultus Dei consistit, inquantum est ecclesiæ sacrificium, vel per modum agẽtis, scilicet ordo, vel per modum recipienitis, vt baptismus, & confirmatio, 3ª.q.63.6.c.
9 Cultus Dei, primò ordinatur ad reuerentiam Dei, secundò ad institutionem hominis à Deo, tertiò ad directionem actuum humanorum, secundum institutа Dei, 22ᵉ.q.92.2.c.
10 Cultus Dei duplex, scilicet interior, in coniunctione ad Deum, per intellectum & affectum, id est in deuotione mentis, & exterior, in sacrificiis, oblationibus, & huiusmodi, 12ᵉ.q.99.3.c.& q. 101.2.c.3ᵐ.& q.102.5.4ᵐ.& q.103.3.c.& 22ᵉ.q.81.7.c.& q.84.2.c.& q. 122.4.c.
11 Cultus secundus, ordinatur ad primum, ideo secundum quòd primus diuersificatur in diuersis statibus, sic & secundus, 12ᵉ.q.101. 2.c.3ᵐ.& q.103.3.c.
12 Cultus primus impeditur per peccata, secundus verò per immũditias corporales, 12ᵉ.q.102.5.4ᵐ.
13 Omnis cultus Dei exterior, præcipuè ad hoc ordinatur, vt homines habeant Deum in reuerentiam, 12ᵉ.q.102.4.c.& 3ª.quæst. 63. 4. 3ᵐ.
14 Cultus Dei exterior, præcipitur tertio præcepto decalogi, 22ᵉ.q. 122.4.c.
15 In cultu Dei, potest aliquid esse pernitiosum id est falsitas, dupliciter scilicet ex parte rei signatæ, vel ex parte colentium, contra morem ecclesiæ, 22ᵉ.q.93.1.o.
16 In cultu Dei, potest esse aliquid superfluum, non secundum quantitatem absolutam, sed quia non proportionatur fini, 22ᵉ.q.81.5. 3ᵐ.& q.92.1.c.3ᵐ.& q.93.2.o.& q.104.2.2ᵐ.
17 Antiquitus, quidam colebant falsos Deos cum imaginibus, quidam verò sine eis, 22ᵉ.q.122.2.2ᵐ.

CVPIDITAS duplex scilicet moitalis, & venialis. Prima ponit finem in creatura, non autem secunda: sed est cum charitate, 22ᵉ. q.24.10.2ᵐ.

CVRAM animarum habentes presbyteri vel diacones, non sunt in statu perfectionis, ex parte ordinis, nec ex parte curę, quia nõ obligantur per ordinem ad ea quæ sunt perfectionis, quamuis interior perfectio, requiratur ad actum ordinis. Et possunt curam animarum deserere. Vnde non omnes prælati ecclesiastici, sunt in statu perfectionis, sed soli episcopi, 22ᵉ.q.184.6.o.
2 Ad curam pertinent duo scilicet ratio ordinis, id est, prouidẽtia, vel dispositio, & executio ordinis, id est, gubernatio, 1ª.q.22.2.2ᵐ.
3 Æqualis cura est Deo de omnibus, ex parte Dei, nõ autem ex parte effectus, 1ª.q.20.3.1ᵐ.& 12ᵉ.q.112.4.1ᵐ.
4 Prouisor particularis excludit defectũ ab eo, quod eius curæ subditur, non autem prouisor vniuersalis, 1ª.q.22.2.2ᵐ.& q.103.5.c.

CVRIOSITAS est vitium circa cognitionem intellectus & sensuum, ad peccandum, & circa inspectionem ludorum, & mulierum ad concupiscendum, & spectaculorum, 22ᵉ.q.167.o.
2 Curiositas oritur ex accidia, 22ᵉ.q.35.4.3ᵐ.

D

DAMNATIONE propter peccatum Adæ, nullus potest liberari, nisi per Christum, qui solus fuit ab ea immunis, à qua liberatur aliquis tripliciter scilicet per baptismum, martyrium, fidem & dilectionem, 3ª.q.27.3.c.fi.& q.49.2.2ᵐ.& q. 52.7.2ᵐ.
2 Homines damnati, non sunt deputati ad exercitium aliorum quia non habent ordinẽ naturæ inter se, sicut dæmones, 1ª.q.64.4.2ᵐ.
3 Damnati non possunt velle bonum actualiter, & tamen voluntas eorum naturaliter inclinatur ad bonum, 1ª.q. 64. 2. 0. & 12ᵉ.q. 85.2.3ᵐ.
4 *Damnati blasphemant Deum mente & voce, & in hoc peccant, 22ᵉ.q.13.4.o.
5 Damnati liberum arbitrium habebunt, & voluntatem in malo obstinatam, 3ª.q.18.4.3ᵐ.
6 Damnati non pœnitent de malis quæ fecerunt, ratione culpæ, sed

Universidad de Deusto Biblioteca

ratione pœnæ,22ᵉ.q.12.4.c.&3ª.q.86.1.c.

7 Damnati non amant eos: quos prius inordinatè dilexerunt, sed causas dilectionis,22ᵉ.q.13.5.c.

8 Pœna damnatorum,nunquam finietur contra Originem,1ª.q.10.3ª.2ᵐ.& q.64.2.c.

9 *Obstinatio in damnatis,est perpetua culpa & pœna. Sed non demerentur,quia non sunt in via,sed ad terminos pœnæ deuenerunt,22ᵉ.q.23.4.2ᵐ.

10 In damnatis erit varietas pœnarum, non refrigerans, sed magis affligens,1ª.q.10.3.2ᵐ.& 12ᵉ.q.67.4.2ᵐ.

11 *Bona quæ damnati fecerunt hic, prosunt eis in inferno, 3ª.q.89.6.3ᵐ.

12 Bona quæ damnati fecerunt hic, prosunt eis in inferno, ad mitigationem pœnæ,impediendo ne incurratur, nō autem subtrahendo,nec fortificando subiectum, nec minuendo remorsum conscientiæ,3 .q.89.6.3ᵐ.

13 Quælibet pœna damni vel sensus in damnatis, excedit omnem pœnam & dolorem cuiusçunque viatoris, etiam Christi,3ª.q.46.6.3ᵐ.

1 DAMNVM est ex hoc,quòd aliquis minus habet, quàm debet habere,22ᵉ.q.62.4.c.

2 Dare alicui occasionem damni,vel periculi,semper est illicitum, 22ᵉ.q.77.3.c.

3 Omnes qui sunt quocunque modo causa damni, qui in his versibus sunt scilicet,Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus Participans mutus,non obstans,non manifestans. Tenentur ad restitutionem totius,22ᵉ.62.7.o.

4 Damnificatio duplex,scilicet in re habita,& in re habenda. In prima tenetur quis restituere totum, in secunda verò aliquid, secūdum æstimationem & arbitriū sapiētis,22ᵉ.q.62.2.4ᵐ.& 4.o.

5 DANIEL fuit simul accusator & iudex senum, instinctu Dei. Et iudicauit non subditos,ex commissione,22ᵉ.q.67.1.1ᵐ.& 3.3ᵐ.

6 DE ratione dationis nihil est,nisi quòd datum liberè habeatur à dante,1ª.q.38.1.c.

7 Inter dantem & datum non requiritur distinctio, nisi rationis,1ª, q.38.1.1ᵐ.

8 Dans semper distinguitur realiter,ab eo cui datur,1ª.q.38.1.1ᵐ.

9 Datio duplex,scilicet ex debito & ex amore. In prima potest esse vitium acceptionis personarum,non autem in secunda, 1ª.q.23.5.3ᵐ.& fi.& 22ᵉ.q.63.1.1ᵐ.

10 Aliquis dupliciter aliquid dat illicitè,scilicet vel quia ipsa datio est illicita & contra legem:sicut patet in eo qui simoniacè aliquid dedit.vel quia propter rem illicitam dat, licet ipsa datio non sit illicita,sicut cum quis dat meretrici propter fornicationem,12ᵉ.q.73.8.c.3ᵐ.& 22ᵉ.q.62.5.2ᵐ.

11 Datio & missio,dicuntur tantum temporaliter in diuinis,sed donum æternaliter,1ª.q.38.1.4ᵐ.& q.43.2.o.

12 Dario, datum & donum,in diuinis dicuntur notionaliter, vt important auctoritatem respectu dati.Sed sine illa,dicuntur essentialiter,1ª.q.38.1.o.

13 Donum quadrupliciter differt à dato in diuinis, quia non consignificat tempus,est æternum,significat aptitudinem,& liberalitatem,1ª.q.38.1.4ᵐ.& 2.3ᵐ.

14 Diuinæ personæ dantur nobis inuisibiliter missæ, tantum secundum dona gratum facientia, 1ª.q.43.3.o.& 3ª.q.72.7.c.

15 Dari conuenit essentiæ,& cuilibet personæ diuinæ,& à seipsa, 1ª, q.43.4.1ᵐ.

16 Spiritus sanctus potest dici datum nostrum, non autem donum nostrum,1ª.q.38.2.3ᵐ.

17 *Nulla creatura potest dare spiritum sanctum,1ª.q.43.8.c.fi.

18 Nulla creatura potest dare spiritum sanctum, licet aliquis possit esse minister collationis eius,1ª.q.43.8.fi.& 3ª.q.11.1ᵐ.

19 Dare spiritum sanctum,dicitur dupliciter,scilicet auctoritare, & sic est tantum Dei,& ministerio, & sic homines, & Christus secundum quod homo dicuntur eum dare;3 .q.1.1ᵐ.

20 PECCANTE Dauid,populus punitur,primò propter bonum vnitatis,secundò propter demerita populi in sequendo Absalon: tertiò quia populus erat possessio eius,22ᵉ.q.108.4.1ᵐ.

21 *Dauid propheta secundum glosam, dicit se seruasse ordinem doctrinæ,prout transeundum est à facilioribus ad difficiliora, constringens se maledicto,si eum non seruasset,22.q.189.1.4ᵐ, & 6.2ᵐ.

22 DE & ex denotant habitudinem causæ efficientis,vel materialis non autem formalis vel finalis,1ª.q.39.2.5ᵐ.& 8.c.

23 Quicquid est de aliquo,est ex aliquo,non autem econuerso,quia, de dicit principium,& consubstantialitatē,ex, verò,dicit principium tantum,3ª.q.75.8.c

24 De,dicit principium consubstantiale efficiens, vel formale subsistens,vel materiale,1ª.q.41.3.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ª.q.3ª.q.32.2.c.& quæst. 75.8 c.

25 DEBITVM & In communi importat ordinem exigentiæ, vel necessitatem alicuius ad quod ordinatur,1ª.q.21.1.3ᵐ.

2 Aliquid dicitur debitum dupliciter, scilicet secundum se vt finis, vel propter aliud vt ea quæ sunt ad finem,22ᵉ.q.44.1.c.

3 Debitum duplex,scilicet naturæ,& meriti,12ᵉ.q.111.1.2.

4 Debitum duplex,scilicet legale,& morale,12ᵉ.q.99.5.o.& 22ᵉ.q.23.3.1ᵐ.& q.31.3.3ᵐ.& q.78.2.2ᵐ.& q.80.1.c.& q. 102 ,22ᵐ.&q.106.1.2ᵐ.& 4.1ᵐ.& q.114.2.c.& q.117.5.1ᵐ.& q.118.3.2ᵐ.

5 Debitum duplex,scilicet necessitatis,& congruitatis vel vtilitatis, 12ᵉ.q.99.5.c.& 3ª.q.64.5.3ᵐ.

6 Aliquid est alicui debitum dupliciter,scilicet ratione necessitatis, vel quia dat aliquid,22ᵉ.q.187.4.c.

7 Debitum non minuit meritum,nisi minuat voluntarium,1ª.q.21.1.3ᵐ.& 12ᵉ.q.114.1.1ᵐ.& 22ᵉ.q. 50.3.2ᵐ. & quæst. 104.1.3ᵐ. & q. 186.5.3ᵐ.

8 *Deus nulli est debitor,1ª.q.21.1.4ᵐ.& 12ᵉ.q.99.5.c.& q. 111.1. 2ᵐ. & q.114.1.3ᵐ.

9 Deus reddit duplex debitum,scilicet respectu suæ sapientiæ & voluntatis,& respectu creaturæ.Sed primum præsupponitur in secundo, 1ª.q.21.1.3ᵐ.& 4.c.& 12ᵉ.q.114.1.3ᵐ.

10 In Deo est principaliter ratio,& causa debiti,22ᵉ.q 106.1.c.

11 Coniuges in petendo debitum,& in aliis, sunt æquales secundum proportionem, non autem secundum quantitatem, 22ᵉ. q. 32. 8. 2ᵐ.

12 Petere debitum à coniuge in festo,non licet,quia est incongruū, tamen non est peccatum mortale, si sine contemptu fiat,22ᵉ.q. 186. 9. 3ᵐ.

1 DECIMÆ &, In communi & soluebantur ex præcepto ante legem: quia non erant determinati ministri,22ᵉ.q. 87.1.2ᵐ.

2 Oblationes & decimæ in veteri lege erant sacramenta,non autem nunc,quia tunc erant vt figurales,nunc autem vt morales,3ª.q. 65.1.7ᵐ.

3 Decimæ non erāt oblationes,nec sacrificia, quia non offertebantur Deo immediate,sed ministris eius, 22ᵉ.q.85.3.3ᵐ.

4 Decimatio est actus moralis,inquantum offertur ad cultum Dei, & ad sustentationem ministrorum eius: sed est figuralis, inquantum significat imperfectionem dantis decimas,3ª.q.31.8. c. & q.65.1.7ᵐ.

5 Præceptum de solutione decimarum quo ad substātationem ministrorum Dei,est morale,& iuris naturalis,sed quo ad certum numerum,est iudiciale,sed quo ad significationem eius est ceremoniale:& quo ad Christianos,est præceptum ecclesiæ positiuum, 22ᵉ.q.87.1.o.

6 In doctrina Christi & apostolorum,continetur præceptum de decimis quantum ad id quod est morale tantum, 22ᵉ. quæst. 87.1.2ᵐ.

7 Ecclesia potest determinate aliam partem ad soluendum, quàm decimam,22ᵉ.q. 87.1.c.

8 Ius percipiendi decimas,potest vendi ecclesiæ, non autem laicis, licet fructus quandoque eis concedantur, 22ᵉ.q. 87. 3.c.3ᵐ. & q. 100.4.3ᵐ.

9 Decimæ possunt dari in feudum,22ᵉ.q.87.3.5ᵐ.

10 Non soluens decimas, vbi non est consuetudo, non peccat,si est paratus soluere,ad mandatum ecclesiæ, 22ᵉ.q.87.1.5ᵐ.

11 Decimatio non conuenit Christo,sed cuilibet alij,quia significat liberationem à peccato originali, 3ª.q.31.8.o.

21 Iudæi dabant decimas prædiales,non autem personales,22ᵉ.q.87. 2.1ᵐ.

13 Iudæi dabant tres decimas ex præcepto Dei,primas ministris, sicut & nunc,secundas in sacrificia,quæ cessauerunt, tertias pauperibus,quæ nunc plus debentur,22ᵉ.q.87.1.4ᵐ.

14 Pauper tenetur dare decimas sacerdoti,licet sit dives , 22ᵉ. q.87.3. 1ᵐ.& 4.4ᵐ.

15 Omnes clerici tenentur dare decimas Papæ , si petat,22ᵉ.q.87. 4.3ᵐ.

16 Clerici tenentur dare decimas de prædiis propriis,non autem de prædiis ecclesiæ,22ᵉ.q.87.4.c.1ᵐ.

17 Religiosi curati possunt exigere decimas,nec tamen tenentur dare,non curati verò econuerso,habent tamen aliquam immunitatem , secundum diuersas cōcessiones eis à sede apostolica factas,22ᵉ.q.87.3.3ᵐ.& 4.2ᵐ.

18 Petens decimas , vbi non est consuetudo, peccat, 22ᵉ. quæst. 87. 1.5ᵐ.

19 Ecclesia abstinet à decimis exigendis in terris in quibus non est consuetum decimas soluere,22ᵉ.q.45.8.5ᵐ.

20 Ecclesia potest petere decimas ab emente rem non decimatam, & etiam à vendente, 22ᵉ.q.87.2.4.

21 Decimæ debent dari iis quibus solent dari secundum consuetudinem , licet personales magis conueniant ecclesiæ parochiali, prædiales verò ecclesiæ vbi est ager,22ᵉ.q.87.3.2ᵐ.

22 Decimæ debent in vsus pauperum per clericos dispensari , 22ᵉ.q. 87.1.4ᵐ.& 3.1ᵐ.& 4.4ᵐ.

23 Decimæ debent dari de omni re possessa, secundum consuetudinem

dinem, scilicet de omni lucro prædiali,vel personali,& de meretricio, & histrionatu, & huiusmodi , sed Ecclesia non debet recipere, quandiu sunt in peccato, 22ᵉ.q.87.2.o.

24 Decimæ non debent dari de rapina, furto,vel vsura,nec de aliis obnoxiis restitutioni, sed de fructibus rei emptæ ex vsuris, 22ᵉ. q.87.2.2ᵐ.

25 Nullus tenetur dare decimas, de re sibi ablata furto,vel rapina: nisi ob culpam scilicet negligentiæ, 22ᵉ.q.87.2.4ᵐ.

26 Decimæ de herbis,& aliis minimis dantur de cōsilio, non autem de præcepto, sicut nec in veteri lege, nisi de consuetudine patriæ, 22ᵉ.q.87.2.5ᵐ.

27 Decimæ debent dari non deductis expensis,nec tributis,nec mercede operationum, 22ᵉ.q.87.2.4ᵐ.

DECOR faciei est periculosus,& tamen non fuit causa principalis matrimonij Iacob cum Rachel,sed fuit causa secunda, & hoc bene potest esse sine peccato,vel quandoque est cum peccato veniali,si autem esset principalis causa,libido pulchritudinis, tunc non excusaretur à peccato mortali , si esset effrenata libido, 22ᵉ.q.167.2.c.fi.

1 DEFECTVS sumitur dupliciter, scilicet priuatiuè, & negatiuè : secundus est in omni creatura, primus autem non est in angelis,1ª.q.12.4.2ᵐ.

2 Defectus in effectu contingit dupliciter, scilicet defectu agentis & defectu patientis,1ᵉ.q.49.1.c.

3 Defectus in effectu naturæ & artis, contingit quadrupliciter, scilicet ex defectu agentis, materiæ, formæ & effectus,sed in moribus, tantum ex primo, 1ª.q.49.1.1.c.3ᵐ.

4 Malum in defectu actionis semper causatur ex defectu agentis, 1ª.q.49.1.2.c.

5 Id quod sequitur defectum actionis , non attribuitur agenti, nisi cum potest,& debet agere, 1ª.q.49.1.3ᵐ.& 2.3ᵐ.& 12ᵉ.q.6.3.c. & q.79.1.c.

6 Defectus naturæ humanæ contingit dupliciter, scilicet vel quia nondum peruenit ad vltimam perfectionem naturæ,vt in pueris,vel quia recedit ab ea, vt in senibus, 1ª.q.99.1.4ᵐ.

7 Defectus duplex sequitur ex peccato , scilicet vt pœna à iudice vel consequens pœnam, primus debet esse æqualis in peccato æquali:non autem secundus, 22ᵉ.q.164.1.4ᵐ.

8 Christus curans corporaliatem, & passibilitatem corporis nostri, curauit omnes alios defectus nostros, quia omnes causantur ex ea, superadditis quibusdam particularibus causis, 3ª.q. 14. 4.1ᵐ.

9 Nullus defectus potest esse in Deo, 1ª.q.49.2.c.& 22ᵉ.q.161.1.4ᵐ.

10 *Nullus defectus reducitur in Deum, sicut in causam, 22ᵉ.q.24. 10. cap.

11 Intellectus angeli non habet defectum , si defectus accipiatur priuatiuè, vt scilicet careat eo quod habere debet, si vero accipiatur negatiuè, sic quælibet creatura inuenitur deficiens Deo comparata, dum non habet illam excellentiam quæ inuenitur in Deo, 1ª.q.12.4.2ᵐ.

DEGRADATIO aufert ordinis executionem, quasi in perpetuum, sed excommunicatio, solum vsque ad emendationem , 3ª.q. 82. 8.3ᵐ.

DEIFICATVS prædicatur de humanitate Christi, non autem de homine Christo, 3ª.q.16.3.c.2ᵐ.& 5.2ᵐ.

1 DEITAS inquantum vna in pluribus personis, conuenit eum forma nominis collectiui, 1ª.q.39.5.6ᵐ.

2 *Deitas non potest supponere pro persona, 1ª.q.39.5.o.

1 DELECTATIO non est generatio, sed generatum esse, 12ᵉ.q.31.1.c.& q.3.5.5.c.

2 Delectatio secundum Aristotelem, est quidam motus animæ, & constitutio simul tota, & sensibilis in naturam existentem, 12ᵉ. q.3.1.1.c.

3 Delectatio est motus, qui est actus perfecti,non autem est motus, qui est actus existentis in potentia, 12.q.31.2.1ᵐ.

4 Delectatio est motus in appetitu animali,consequens apprehensionem boni naturalis præsentis per sensum, 12ᵉ.q.11.1.3ᵐ. & q. 31.1.c.2ᵐ.& q.35.1.c.

5 Delectatio est operatio causaliter, non autem formaliter, nec essentialiter, 12ᵉ.q.31.1.1ᵐ.

6 Delectatio est passio animæ, 12ᵉ.q.31.1.1.o.& 4.2ᵐ.& 5.c.fi. & 2ᵐ. & q.35.1.c.

7 Nulla delectatio est quid optimum, 12ᵉ.q.2.6.o.

8 Obiectum delectationis est bonum apparens, conueniens coniunctum, 12ᵉ.q.43.1.o.

9 Delectatio est quietatio cognita in re conuenienti , 12ᵉ.q.11.1.3ᵐ. & q.34.1.c.& q.43.1.c.

10 Delectatio est quies appetitus tendentis in finem , propter præsentiam eius, sed est motus appetitus ab appetibili præsenti, immutante appetitum, 12ᵉ.q.31.1.2ᵐ. & q.33.3.1ᵐ.& q.34.2.2ᵐ.& 3ᵐ.& 3.3ᵐ.& 4.c.2ᵐ.& q.38.1.c.

11 Delectatio est sicut quies naturalis , sed tristitia est sicut quies violenta, 12ᵉ.q.31.8.c.1ᵐ.

12 Delectari de Deo in via plenè non possumus , sicut nec Deum cognoscere, 22ᵉ.q.44.6.o.

13 Nulla delectatio est in carentibus omni cognitione, 12ᵉ.q.11.2.c. & q.31.1.c.& q.32.1.c.& q.35.1.c.& q.41.3.c.

14 Delectatio propriè dicta in Deo, 12ᵉ.q.31.4.2ᵐ.

15 Delectatio diuersimodè est in Deo, angelis, hominibus, & brutis, 12ᵉ.q.31.4.2ᵐ.

16 Delectatio est in appetitu sensitiuo, & in appetitu intellectiuo, 12ᵉ.q.30.1.c.& q.31.3.4.o.& q.35.1.c.

17 Omnis delectatio est proprium accidens beatitudinis, vel partis eius, 12ᵉ.q.2.6.c. & q.3.4.c.

18 Causa proxima delectationis est operatio , cuius obiectum est causa remota, 12ᵉ.q.32.1.o.

19 Oportet quòd omnis delectatio , aliquam operationem consequatur, 12ᵉ.q.31.1.o.

20 Omnis operatio procedens ex habitu perficiente naturam, causat delectationem, 12ᵉ.q.100.9.c.3ᵐ.

21 Operatio non est propter delectationem, sed econuerso, 12ᵉ.q.4. 2.o.

22 Delectatio est maior in principio operationis quàm in processu eius continuitate,quamuis forte in processu operatio sit intensior, & hoc triplici ratione, scilicet primo, quia cum operatio sit delectationis causa, quanto aliquid attentius operatur,tanto maior delectatio ex operatione consurgit, homo autē in principio operationis attentior est ad operationem, quàm in progressu,& ideo in progressu operationis quando aliquis negligentius intendit operationi, non sentit tantam in operatione delectationem: secundo quia oportet in nobis delectationem esse secundum modum nostræ naturæ:vnde cum nostra natura sit mutabilis, non est nobis semper idem delectabile, quia iam mutati sumus à pristina dispositione,& sic post pauca non est nobis conueniens, quod prius cōueniens erat,& ideo quod prius erat delectabile, postea sit minus delectabile , vel etiam triste, & hæc est etiam ratio , quare continuitas vnius rei , in nobis fastidium parit:alternatio verò delectat:tertio quia cum ad delectationem requiratur conuenientis perceptio , quanto aliquid minus sentitur , minus est delectabile:res autem in sui nouitate magis sentiuntur, quia postmodum earum dispositio fit quasi qualitas quædam inhærens sentientibus, 12ᵉ.q.32.1.3ᵐ.

23 Operatio vnius potest esse causa delectationis in alio tripliciter, scilicet benefaciendo , faciendo æstimationem boni eius, & propter amorem vel odium, 22ᵉ.q.32.5.o.

24 Ad delectationem requiruntur duo, scilicet adeptio,vel coniunctio,vel præsentia boni conuenientis,& cognitio huius, 12ᵉ.q. 32.o.& q.33.1.c.& q.35.1.7.c. & q.43.1.c.

25 Motus est causa delectationis tripliciter, primo quia mutamur, secundo quia obiectum excedit,tertio ratione cognitionis,12ᵉ. q.32.2.o.

26 Consuetæ delectant, quia fiunt connaturalia , 12ᵉ.quæst.23. 2.3ᵐ. & 8.3ᵐ.

27 Raro contingentia delectant, ratione admirationis, & desiderij, 12ᵉ.q.32. 8.3ᵐ.

28 Benefacere aliis, est causa delectationis tripliciter , scilicet propter spem, vel amorem, ratione excellentiæ, & ratione libertatis, 12ᵉ.q.32. 6.o.

29 Amor & concupiscentia causant delectationem, sed magis spes, 12ᵉ.q.32.3.3ᵐ.& q.35.3.2ᵐ.& q.100.9.3ᵐ.

30 Spes ratione præsentis æstimationis delectat, sed ratione absentiæ, affligit, 12ᵉ.q.32.3.2ᵐ. & q.40.8.2ᵐ.

31 Sensus magis delectat quàm spes, & hæc magis quàm memoria, quia delectatio est de re præsenti, 12ᵉ.quæst.32.3.o. & 22ᵉ.q.30. 1.3ᵐ.

32 Vincere delectat inquantum demonstrat propriam excellētiam, ideo omnes ludi & pugnæ delectant , propter spem victoriæ, 12ᵉ.q.32. 6.3ᵐ.

33 Ocium, ludus, & omnia quæ ad requiem pertinent, sunt delectabilia, inquantum auferunt tristitiam, quæ est ex labore, 12ᵉ.q. 32.1.3ᵐ.

34 Omne simile ratione vnitatis delectat, sed contristat, per excessum corrumpendo, vel vt impedit proprium bonum, 12ᵉ.q.32. 7.o.

35 Redarguere & punire delectant, ratione propriæ excellentiæ, vel amoris, non autem propter malum alterius, 12ᵉ.q.32.6.3ᵐ.

36 Dare aliis, delectat, inquantum indicat proprium bonum , sed contristat inquantum euacuat illud, 12ᵉ.q.32.6.1ᵐ.

37 Tristitia est causa per accidens delectationis , inquantum facit magis eam appeti, & propter eam fertur, 12ᵉ.quæst.35.3.1ᵐ. & q.48.1.c.

38 Tristitia in præsenti causat delectationem , inquantum repræsentat in memoria rem dilectam, sed in præterito, quia euasit ab aliquibus tristibus & dolorosis, 12ᵉ.q.32.4.o.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

59 Dilatio Metaphoricè sumpta, est effectus delectationis, amoris, & desiderij, 12ᵉ.q.33.1.o.& q.37.2.c.
60 Qui delectatur, constringit rem delectantem, dum ei fortiter inhæret, sed cor suum ampliat, vt perfectè fruatur, 12ᵉ.quæst. 33.1.3ᵐ.
61 Delectatio perficit operationem tripliciter, scilicet vt finis, vt forma, & augendo, 12ᵉ.q.4.1.3ᵐ.& q.33.3.4.o. & q.34.4.3ᵐ. & q. 40.8.c.
62 Quælibet delectatio mitigat quamlibet tristitiam, 12ᵉ.quæst.35. 4.2ᵐ. & 3ᵐ. & q.38.1.o. & 3. 4.c. & 5.o. & q.48. 1.o. & 3ª. quæst. 46.8.2ᵐ.
63 Delectatio contemplationis adiuuat vsum rationis, corporales autem impediunt tripliciter, scilicet per distrationem, contrarietatem, & ligationem, 12ᵉ.q.4.1.3ᵐ.& q.33.3.o.& 4.1ᵐ.& q.34. 1ᵐ.& 22ᵉ.q.15.3.o.& q.53.6.o.
64 *Delectatio maximè corrumpit æstimationem prudentiæ, & præcipuè in venereis, quia totam animam absorbet, 22ᵉ.q.53. 6.c.& q.55.8.1ᵐ.& q.153.5.1ᵐ.
65 Delectationes spirituales causant desiderium sui sine fastidio, nisi per accidens, ratione corporis, 12ᵉ.q.33.2.o.
66 Delectationes corporales ratione habiti excedentis, causant fastidium, sed ratione non habiti, causant desiderium, 12ᵉ.q.33. 2. 8.o.
67 Delectationes corporales sunt medicinales, & contra fastidium vel sunt ægritudinales, id est inordinatè amatæ, 12ᵉ.q.31.5. c.fi. 1ᵐ.& q.48. 1.c.
68 Omnis tristitia impedit omnem delectationem per redundantiam, sed per se impedit tantum contraria, 12ᵉ.q.35.4.2ᵐ. & 3ᵐ. & 6.c.fi.& 3ª.q.46.8.4ᵐ.
69 Omnis tristitia impedit aliquam operationem, inquantum est contraria operanti, sed non omnis delectatio coadiuuat ad operandum. Immo extranea impedit auertendo intentionem, 12ᵉ.q.33.3.4.c.
70 Operatio secundum se est delectabilis, sed per accidens est pœnosa,& contristans, scilicet ratione motus fatigantis, ideo quia est delectabilis per accidens, id est remouendo contristans, scilicet morum, 12ᵉ.q.32.1.3ᵐ.
71 Quælibet delectatio contrariatur cuilibet tristitiæ secundum dispositionem subiecti, & secundum effectus, quia per primum natura confortatur,& per secundum molestatur, 12ᵉ.q.35.4.2ᵐ. & 3ᵐ.& q.38.1.1ᵐ.
72 Delectationi considerationis intellectus, nulla tristitia contrariatur ratione sui, sed tantum ratione obiecti, 12ᵉ.q.31.5.c.fi. & q.32.7.2ᵐ.& q.35.5.o.& 22ᵉ.q.9.4.2ᵐ. & q.180.8.c. & 3ª.quæst.46. 7.4ᵐ.
73 Dolor & tristitia, contrariatur cuilibet delectationi secundum genus, non autem secundum speciem, 12ᵉ.q.35.3.4.o. & quæst. 38.1.1ᵐ.
74 Delectatio potest esse integra & perfecta, non autem tristitia,sed semper est secundum partem, 12ᵉ.q.35.6.c.
75 Delectatio & tristitia de eodem cõtrariantur secundum speciem, sed do oppositis habent conuenientiam, & de disparatis, sunt disparatæ, 12ᵉ.q.35.4.o.& 5.c.& q.36.1.2ᵐ.
76 Omnes fugiunt quamliber tristitiam, non autem omnes appetunt quamlibet delectationem, 12ᵉ.q.39.1.2ᵐ.& 3.c.
77 Appetitus delectationis est maior quàm fuga tristitiæ secundum se, sed per accidens, est econuerso tripliciter, scilicet primo, quia tristitia magis sentitur, secundo'ex causa,tertio ex effectu, 12ᵉ.q.35.6.o. & 22ᵉ.q.138.1.c.
78 Delectatio magis afficit quàm tristitia, quæ magis sentitur, 12ᵉ. q.29.3.o.
79 Omne animal appetit delectationes naturaliter,vt medicina contra labores sensuum, & motuum, 12ᵉ.quæst.32.7.2ᵐ. & 22ᵉ.q. 4.6.c.
80 Delectatio appetitus naturalis dicitur tantum delectatio, & opposita passio, dicitur dolor. Sed delectatio appetitus animalis, dicitur etiam gaudium:& opposita passio, dicitur tristitia. Primæ sunt in qualiber potentia, secunda vero in concupiscibili tantum, 12ᵉ.q.31.3.o.& q.35.2.7.c.& q.41.3.c.
81 Iuuenes & melancholici, vehementer appetunt delectationes sensuum propter laborem suæ naturæ, 12ᵉ.q.32.7.2ᵐ.
82 Delectatio naturaliter appetitur propter se finaliter, non autem formaliter, nec effectiuè, 12ᵉ.q.2.6.1ᵐ.& 3ᵐ.& q.34.2.2ᵐ.
83 Delectatio corporalis plus apperitur, quàm spiritualis per accidens, quia quidam abundant sensu, & deficiunt intellectu: & quia pluribus est nota quàm spiritualis, 12ᵉ.q.2.6.c.1ᵐ.& 2ᵐ. & q.31.5.c.& q.12.7.2ᵐ.
84 Non omnis delectatio est bona, nec omnis est mala, sed aliqua est bona,& aliqua mala, 12ᵉ.q.34.1.2.c.
85 Omnis tristitia per se est mala, licet per accidens possit esse bona:sed omnis delectatio est bona per se, 3ª.q.15.6.2ᵐ.& 3ᵐ.
86 Delectatio de apparenti bono,& vero malo,& tristitia de apparenti malo & vero bono, sunt mala moraliter, 22ᵉ.q.35.1.c.
87 Tristitia est materia delectationis & gaudij, per accidés tantum, & econuerso, inquantum tristitiæ accidit esse bonum & illis malum, 12ᵉ.q.35.3.2ᵐ.& 3ᵐ.
88 Delectatio non dicitur morosa, nisi sit cum consensu rationis deliberatæ, 12ᵉ.q.74.6.3ᵐ.& q.88.4.2ᵐ.
89 Consensus rationis in delectationem cogitationis prauæ, ratione obiecti est peccatum mortale, sed ratione cogitationis tantum est veniale, vel nullum, puta cum aliquis causa disputationis,vel confessionis,& huiusmodi, cogitat de peccatis carnalibus, 12ᵉ.q.31.5.c. & q.74.8.o. & q.88.5.2ᵐ. & 22ᵉ.q.154.4.c. & q.180.7.o.
90 Delectatio actus coniugalis de se non est peccatum mortale, nec veniale, 12ᵉ.q.34.1.1ᵐ.
91 Actus matrimonij propter delectationem tantum, intra limites matrimonij, est peccatum veniale, sed extra limites matrimonij, vel excludendo ordinem finis vltimi, est peccatum mortale, quia quando est peccatum luxuriæ, propter solam inordinationem concupiscentiæ, sicut cum aliquis libidinosè accedit ad suam vxorem, tunc est distinguendum,quia quandoque est talis inordinatio, quæ excludit ordinem finis vltimi, puta cum aliquis in tantum concupiscit delectationem veneream, quòd ab ea non abstineret propter præceptum Dei. & quòd illam mulierem cognoscere vellet, vel etiam aliam, præter matrimonij legem,& sic est peccatum mortale:quia concupiscentia non refrænatur intra limites matrimonij, aliquando vero inordinatio concupiscentiæ non tollit ordinem vltimi finis, quando scilicet aliquis, etsi superabunder in concupiscentia delectationis venereæ, tamen potius ab ea abstineret quàm contra Dei præceptum ageret, nec istam mulierem, aut aliam cognosceret, si sua vxor non esset:& tunc concupiscentia sistit intra limites matrimonij,& est peccatum veniale. Manifestum est enim quòd in quibusdam peccatis est quidem aliqua inordinatio, non tamen per contrarietatem ad vltimum finem,sed solum circa ea quæ sunt ad finem: inquantum plus vel minus debitè eis intenditur, saluato tamen ordine ad vltimum finem, puta cum homo,& si nimis ad aliquam rem temporalem afficiatur,non tamen pro ea vellet Deum offendere, aliquid contra præceptum eius faciendo, 12ᵉ.q.87.5.c.& 22ᵉ.q.68.7.c.
92 Delectatio duplex, scilicet carnalis, id est quæ completur sensu carnis,scilicet ciborum & venereorum:& spiritualis.id est quæ completur sola apprehensione animæ,22ᵉ.q.118.6.c.& q.123.8.c.
93 Delectatio corporalis,id est secundum sensum, est vehementior quo ad nos, sed delectatio spiritualis est simpliciter maior, firmior,& dignior, 12ᵉ.q.2.6.c.& q.31.5.o. & q.38.4.c.& 22ᵉ.q.141.4. 4ᵐ.& q.180.7.c.
94 Delectatio corporalis vocatur voluptas, quia pluribus est nota quàm spiritualis, 12ᵉ.q.2.6.c.
95 Delectationes corporales indigent temperari, & refrænari per rationem, non autem spirituales:quia non sunt secundũ mentem, quæ est regula, ideo secundum se sunt sobriæ & moderatæ, 12ᵉ.q.31.5.3ᵐ.& 22ᵉ.q.141.4.4ᵐ.
96 Nullus diu potest esse sine delectatione, ideo carens delectationibus spiritualibus, transit ad carnales, 22ᵉ.quæst.35. 4.2ᵐ. & q. 119. 1.3.
97 Delectatio spiritualis est tota simul, non autem corporalis, 12ᵉ. q.31.2.o. & 5.c.fi.
98 Delectatio secundum tactum est maior vtilitate,& simpliciter,& naturalior, quàm secundum alios sensus, sed delectatio secundum visum, est maior, ratione cognitionis, 12ᵉ.q.31.6.o.& 22ᵉ. q.15.3.c.& q.141.4.c.3ᵐ.& 7.c.
99 Delectatio contemplationis excedit omnem delectationem humanam, 12ᵉ.q.3.5.c.fi.& q.38.4.c.& 22ᵉ.q.180.7.o.
100 Delectatio vitæ contemplatiuæ est nobilior, conuenientior nobis, purior & perfectior,quàm vitæ actiuæ, 22ᵉ.q.182.1.c.
101 Delectatio contemplationis in via, est imperfecta respectu contemplationis in patria, 22ᵉ.q.180.7.1ᵐ.
102 Contemplatio diuinorum in via, est maioris delectationis quàlibet contemplatione alterius rei, 22ᵉ.q.180.7.3ᵐ.
103 Delectatio secundum voluntatem est mensura & regula omnis actus moralis, non autem delectatio secundum sensum, 12ᵉ.q. 34. 4.o.
104 Delectatio sensibilis, fuisset maior & purior ante peccatũ, quàm post:sicut delectatio temperati,quàm intemperati, 1ª.q.98.2.3ᵐ.
105 Delectatio est prior amore,& ille desiderio,secundum rationem finis, sed ordine generationis, est econuerso, 12ᵉ.q.25.2.c.3ᵐ.& q.34. 4.1ᵐ.
106 Delectatio contrariatur delectationi, de obiecto contrario, 12ᵉ. q.31. 8.o.
107 Differentia inter delectationem, gaudium, exultationem, lætitiam, hilaritatem,& iocunditatem, 12ᵉ.q.31.3.o.& q.35.2.c.
108 Delectatio est in tempore per accidens tantum, scilicet ratione transmutationis adiunctæ, 12ᵉ.q.31.2.o.
109 Delectationes dupliciter sunt innaturales, scilicet quæ sunt contra ratio

tra rationem,& quæ sunt contra naturam communem, 12ᵉ.q. 31.3.c. & 7.o.
90 Delectari propter se formaliter, licitum est in omni delectabili, secundum suam formam,non autem finaliter, 12ᵉ.q.70.1.2ᵐ.
91 Delectatio non est finis charitatis, sed magis visio,cui consequitur, 12ᵉ.q.4.2.3ᵐ.
DELITIOSI dicuntur qui non possunt sustinere aliquos labores, nec aliquid minuens delectationem, 22ᵉ.q.138.1.2ᵐ.
1 DELICTVM communiter significat quantamcunque omissionem, sed strictè, omissionem pertinentiũ ad Deum, vel quando scienter & cum contemptu omittit homo id quod facere debet, 22ᵉ.q.79.4.1ᵐ.

1 DÆMONES, secundum Apuleium, sunt corpora aërea, animo passiua, mente rationalia, tempore æterna, 1ª.q.51.1. 1ᵐ.& q.115.5.c.
2 Dæmones secundum Prophyrium sunt natura fallaces,& sensitiui, 1ª.q.63.4.1ᵐ.
3 In dæmonibus est ordo, 1ª.q.109.1.o.
4 Nomina aliquorum ordinum sunt in dæmonibus, non tamen seraphin, nec throni nec dominationes, 1ª.q.63.7.1ᵐ.& 9.3ᵐ.& q.109. 1.3ᵐ.
5 Ordinatio dæmonum est sacra ex parte Dei, non autem ex parte ipsorum, 1ª.q.109.1.1ᵐ.
6 *Dæmones vigent acumine scientiæ, & lumen intellectuale in eis est perspicuum, 1ª.q.64.1.o.
7 Error est in intellectu dæmonum solum respectu supernaturalium, 2ª.q.58.5.o.
8 Dæmones cognoscunt veritatem tripliciter, scilicet per naturam, reuelationem, & experientiam, 1ª.q.64.1.5ᵐ. & 22ᵉ.q.172. 5.1ᵐ. & 6.o.
9 Cognitio veritatis per naturam & per gratiam, tantum speculatiua, est in dæmonibus, non autem producens amorem Dei, 1ª.q.64.1.o.
10 Boni angeli reuelant aliqua dæmonibus, 1ª.q.64.1.c.5ᵐ. & q.109. 4.1ᵐ.& 22ᵉ.q.172.6.1ᵐ.& 3ᵐ.
11 Reuelationes à bonis angelis factæ dæmonibus, sunt illuminationes ex parte angelorum, quia ordinant eas ad Deum, non autem ex parte dæmonum, 1ª.q.109.4.1ᵐ.
12 Reuelatio beatorum angelorum facta dæmonibus, non est per modum illuminationis, sed locutionis, 22ᵉ.q.172.5.2ᵐ.
13 * Dæmones cognoscunt futura contingentia, 1ª.q.57.3.c. & q.86. 4.2ᵐ.
14 Illuminatio non est in dæmonibus, sed conceptus suos manifestant per modum locutionis, 1ª.q.109.3.o.& 22ᵉ.q.172.5.2ᵐ.
15 Dæmon non habet cognitionem matutinam, nec vespertinam, sed nocturnam, 1ª.q.64.1.3ᵐ.
16 Dæmones cognoscebant Christum esse Messiam promissum in lege, non autem diuinitatem eius nisi per coniecturas, 1ª.q.64. 1.4ᵐ.& 3ª.q.41.1.1ᵐ.& q.44.1.2ᵐ.& q.47.q.5.c.
17 Dæmon prohibebatur virtute diuina ab inuestigatione beatæ Mariæ, nec nouerat diuinitatem Christi, sed confitebatur suspicando, 3ª.q.29.1.3ᵐ.& q.41.1.1ᵐ.& q.44.1.2ᵐ.& q.47.5.c.
18 Dæmones sciunt se damnatos in perpetuum, 22ᵉ.q.18.3.c.
19 Liberum arbitrium dæmonum est obstinatum in malum principaliter ex iustitia Dei non dantis gratiam, secundo ex indiuisibili appetitu eorum, tertio ex cognitione intellectiua, quia non possunt facere æstimationem semel habitam, 1ª.quæst. 64.2.o.
20 Omnis motus liberi arbitrij dæmonum est inordinatus, nec possunt se præparare ad gratiam, 1ª.q.64.2.5ᵐ.
21 Dæmones possunt facere actum bonum ex genere, sed nullo modo ex bona voluntate, 1ª.q.64.2.5ᵐ.
22 Dæmones non sunt naturaliter mali, sed propria voluntate, 1ª. q.63.4.o.& q.67.4.4ᵐ.
23 Natura dæmonum est bona, sed voluntas eorum est mala, cuius malitiæ ipsi sunt causa, 1ª.q.64.3.3ᵐ.
24 Omnis actus naturæ dæmonum est bonus, & actus voluntatis eius est malus, 1ª.q.64.2.5ᵐ.
25 Dæmones non diligunt se mutuo, licet concordiam habeant in malo, 1 .q.109.2.2ᵐ.
26 Nulla passio sensitiua est in dæmonibus, sed timor & dolor voluntatis est in eis, 1ª.q.63.2.2ᵐ.& q.64.3.o.
27 Furor, phantasia, & concupiscentia, non sunt in dæmonibus, nisi metaphoricè, id est velle inordinatè, 1ª.q.54.5.3ᵐ. & q.58.5.c.fi. & q.59. 4.1ᵐ.
28 Dæmon est caput omnium malorum, non influxu interiori, sed gubernatione exteriori, inquantum auertuntur à Deo, 3ª.q.8. 7.8.o.
29 Dæmon & Antichristus sunt tantum vnum caput malorum,quia Antichristus dicitur caput, quia in eo erit plenissimè malitia diaboli, 3ª.q.8.8.1ᵐ.
30 Dæmones meruerunt beatitudinem, sed statim præbuerunt impedimentum eius, 1ª.q.63.5.4ᵐ. & 6.o.
31 Omnes dæmones simul peccauerunt, & tanto grauius, quanto superiores, 1ª.q.63.8.1ᵐ.& 3ᵐ.& 22ᵉ.q.24.2.3ᵐ.
32 In omnibus quæ agunt dæmones propria voluntate, peccãt mortaliter, 1ª.q.64.2.5ᵐ. & 12ᵉ.q.89.4.o.
33 Peccatum dæmonis durat adhuc secundum appetitum, non autem secundum æstimationem, 1ª.q.64.2.3ᵐ.
34 Primum peccatum Adæ,vel dæmonum,non fuit blasphemia in spiritum sanctum, licet potuerit esse, 22ᵉ.q.63.4.3ᵐ.
35 Omnia peccata sunt in dæmonibus secundum reatum,sed tantum spiritualia, secundum effectum, 1ª.q.63.2.o.
36 In dæmonibus non fuit labor, nec tædium, nec accidiæ peccatum, 1ª.q.63.2.2ᵐ.
37 In dæmonibus non sunt propriè nisi duo peccata, scilicet superbia,& inuidia, 1ª.q.63.2.o.
38 Dæmones non afficiuntur peccato carnali, sed tentant ex inuidia, 1ª.q.63.2.1ᵐ.& 2.
39 Dæmon tentauit primos parentes ex inuidia, 1ª.q.63.2.o.
40 Dæmon non potuisset tentare hominem in statu innocentiæ, suggestione interiori, quia per hanc immutatur phantasia, 22ᵉ. q.165.2.2ᵐ.
41 Dæmon tentans primos parentes, promiserat Adæ, quod sciret bonum & malum,sed non soluit promissum, 22ᵉ.q.163.2.o.
42 Dæmon tentans primos parentes, non potuit soluere formam quam voluit, sed tantum serpentis, 22ᵉ.q.165.2.3ᵐ.
43 Tentare ad nocendum est proprium dæmonum, sed mundus, & caro, tentant instrumentaliter. Deus autem tentat, faciendo sciri virtutem tentati, 1ª.q.114.2.o.& 22ᵉ.q.97.2.c.
45 Impugnatio dæmonum est ex malitia eorum, scilicet ex superbia & inuidia, sed ordinatio eius, est à Deo, 1ª.q.64.4.c. & q. 114. 1.o.
46 Dæmones dupliciter impugnant homines, scilicet instigando ad peccatum, & puniendo, secundo modo mittuntur à Deo, non autem primo modo, 1 .q.114.1.1ᵐ.
47 * Tentatio dæmonum non semper est peccatum, quia vitari non potest, sicut vitari potest tentatio carnis, ideo tentatio carnis sine peccato esse non potest, vt patet per glossam, 12ᵉ.q.80.3.3ᵐ. & 3ª.q.4.1.3ᵐ.
48 Dæmones maximè gaudent de peccato luxuriæ, propter difficultatem euadendi, 12ᵉ.q.73.5.2ᵐ.
49 Omnia peccata sunt ex suggestione dæmonum indirectè, non autem directè, 1ª.q.63.2.c.& q.114.3.o.& 12ᵉ.q.80.4.o.& 3ª.quæst. 8.7.2ᵐ.
50 Dæmones non sunt causa peccatorum nostrorum, nisi indirectè, scilicet persuadendo,vel proponendo aliquod appetibile, 12ᵉ. q.75.3.o.& q.80.1.o. & 3ª.q.8.7.o.
51 Dæmon potest impedire vsum rationis, si permittatur, ideo potest sufficienter impellere in actum peccati, non autem in peccatum, 12ᵉ.q.80.3.o.
52 Dæmones inducunt ad peccatum interius operando, scilicet in phantasiam,& in appetitum sensitiuum tantum, 12ᵉ.q.80.2.o.
53 Dæmon non statim tentat hominem spiritualem, de grauibus peccatis, 3ª.q.1.4.c.
54 Dæmones victi non cessant à tentatione aliorum, nec eiusdem semper, sed ad tempus, 1ª.q.114.5.o.
55 Remedium semper est paratum hominibus contra dæmones, ex passione Christi, etiam tempore Antichristi, 3ª.quæst.49.2.2ᵐ. & 3ᵐ.
56 Dæmones fingunt se esse animas defunctorum, vt inducant in errorem,vel etiam diuina dispensatione apparent animæ defunctorum:nam secundum Augustinum,non est absurdum credere, aliqua dispensatione permissum fuisse, vt non dominante arte magica vel potentia, sed dispensatione occulta, quæ phitonissam & Saulem larebatur se ostenderet spiritus iusti aspectibus regis, diuina eum sensentia percussurus,vel non vere spiritus Samuelis à requie sua excitatus est, sed alioquod phantasma & illusio imaginaria, diaboli machinationibus facta,quàm scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines, rerum suarum nominibus appellari, 1ª.q.89.8.2ᵐ.& q.117.4.2ᵐ. & 22ᵉ. q.95.4.2 . & q.174.5.4 .
57 Non licet habere familiaritatem cum dæmone,nec requirere veritatem ab eo, ad cognitionem occultorum,scilicet de iis quæ excedunt facultatem & cognitionem humanam, nec à dæmonibus auxilium implorare,quia est apostasia à fide (secundum Augustinum,) 1.q.114.4.c.2ᵐ.& 22ᵉ.q.90.2.3.o.& q.95.o.& q.66.o.
58 Dæmon veritatem dicit, vt decipiat, 1ª.q 64.2.5ᵐ.
59 Dæmones faciunt aliquas leuitates,vt sint familiares hominibus, quos conantur decipere, 1ª.q.89.4.3ᵐ.& 12ᵉ.q.89.4.3ᵐ.
60 Quærere aliquid à dæmone,sponte occurrente licet,propter vtilitatem aliorum, maximè quando virtute diuina compelli potest ad dicendum vera, sicut Christus fecit. Nam & Beda dicit, Non velut inscius dominus inquirit,sed vt confessa pestequam tolerabat virtus curantis gratius emicaret, & sicut Iacobus, &

Simon,& Iudas fecerunt,non autem licet dæmonem inuocare ad auxilium vel cognitionem occultorum, inquitēdo ab ipso, 22ᵉ.q.90.2.c.fi.& 3.c.& q.95.4.1ᵐ.& 3ᵐ.& q.96.2.3ᵐ.fi.

60 Inuocantes dæmonem, peccant mortaliter, & sunt apostatæ à fide (secundum Augustinum) propter pactum initum cum dæmone, tacitè vel expresè, vel verbotenus si inuocatio interfit, vel facto aliquo, etiam si sacrificia desint, 22ᵉ.quæst.96. 2.3ᵐ. fin.

61 Dæmones alliciuntur diuersis generibus herbarum, animalium, carminum & rituum, vt signis, non autem vt rebus, 1ª.q.115.5.3ᵐ. & 22ᵉ.q.85.2.2ᵐ.& q.96.2.o.

62 Dæmones vocati sub certa constellatione veniūt, licet non subsint cælis, nec alicui virtuti corporali, vt ducant in errorem, vel quia coguntur à superioribus dæmonibus, 1ª.q.115.5.o.

63 Dæmones vocati sub certa constellatione, veniunt quia sciunt illius virtutem iuuare ad affectum requisitum, 1ª.q.115.5.2ᵐ.

64 Dæmones plus vexant lunaticos in augmento lunæ, vt eam infamentur:& quia tunc cerebrum est sic dispositum per lunam, 1ª. q.115.5.1ᵐ.

65 Dæmones maximè anhelant ad hoc:vt eis exhibeatur cultus diuinus, 22ᵉ.q.85.2.3ᵐ.

66 Deus non est in dæmone, nec in peccatore simpliciter:sed vt est creatura: vel addendo per essentiam, præsentiam & potentiam, 1ª.q.8.1.4ᵐ.

67 Dæmon habet potentiam aliquam in homine:ex hoc quod subditur peccato originali, vel actuali, 3ª.q.71.2.c.3ᵐ.

68 Nullus ante passionem Christi potuit euadere manus dæmonū: quin descenderet ad infernum, 3ª.q.49.2.2ᵐ.& 5.1ᵐ.& q.52.5. 2ᵐ & 6.2ᵐ.

69 Dæmon etiam nunc potest Deo permittente homines tentare quantum ad animam:& vexare quantum ad corpus, 3ª.quæst. 49.1.2.

70 Idem dæmon potest recipere semen viri,& transfundere in mulierem,& generabitur homo qui erit filius viri,& non dæmonis, sicut & aliarum rerum semen assumunt, secundum Augustinum, 1ª.q.51.3.6ᵐ.

71 * Dæmones non permittuntur facere omnia quæ possunt naturaliter nec datur eis potestas faciendi aliquid supernaturaliter, 1ª.q.114.4.2ᵐ.& 3ª.q.29.1.3ᵐ.& q.75.4.c.3ᵐ.

72 Etsi dæmones animam alicuius sancti euocare non possint, neque cogere ad aliquid agendum, potest tamen hoc fieri diuina virtute: vt dum dæmon consulitur, ipse Deus per suum nuntium, veritatem enunciet: sicut per Heliam respondit, 22ᵉ.q. 174.5 4ᵐ.

73 Dæmones frequenter apparent in figuris bestiarū: quæ designent conditiones eorum, ex prouidentia & permissione Dei sicut in figura serpentis, cum esset tamen in dæmone decipiendi cupiditas (secundum Augustinum) 22ᵉ.q.165.2.3ᵐ.

74 Potestas duplex dæmonis, scilicet quæ sufficienter impellit in actum peccati, sed non in peccatum: & quæ trahit ad supplicium, 12ᵉ.q.80.3.o.

75 Dæmones non possunt producere effectus qui non sunt in potestate alicuius virtutis naturalis actiuè, vt suscitare mortuos, & huiusmodi nisi in præstigio, 1ª.q.91.2.1ᵐ.& 3ᵐ. & quæst.114.4. c.2ᵐ.

76 Dæmones possunt verè naturales effectus producere, sed mediantibus agentibus naturalibus, 1ª.q.114.4. c.2ᵐ.& q.115.5.1ᵐ. & q.117.3.c.

77 Dæmones nullam formam possunt influere in materiam, nisi mediante agente naturali. sed solus Deus, 1ª.q.91.2.c. & q.105. 1.1ᵐ. & q.114.4.c.2ᵐ.

78 Dæmon potest dupliciter facere aliquid apparere aliud quàm sit, scilicet immutando alicuius phantasiam interius, & alios corporeos sensus: vel exterius aliquod corpus formando, 1ª.q. 114.4.2ᵐ.

79 Pluuia & venti, & quæcunque solo motu locali fiunt: possunt causari à dæmonibus, 12ᵉ.q.80.2.c.

80 Christus sufficienter probauit quadrupliciter quòd expelleret dæmones per virtutem Dei, & non per virtutem dæmonum: primo per hoc quod sathanas contra seipsum non diuiditur: secundo exemplo aliorum, qui dæmonia eijciebant per spiritum Dei:tertio quia dæmonum expellere nō posset, nisi ipsum vicisset virtute diuina, quarto quia nulla conuenientia in operibus nec in effectu erat sibi & sathanæ, cum sathanas dispergeret, quos Christus colligebat, 3ª.q.43.2.3ᵐ.

81 Christus permisit dæmones intrare porcos,& affligere illum quē liberauit, triplici ratione: scilicet vt instruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur: vt omnes discerent, quod nec aduersus porcos audent aliquid facere, nisi ipse concesserit:& vt ostenderet quàm grauiora in illos homines operati essent, quàm in illos porcos, nisi essent diuina prouidentia adiuti, 3ª.q.44.1.4ᵐ.

82 Dæmones superiores expellunt inferiores corporaliter, non autem à dominio animæ: sed Christus vtroque modo expellit vtrosque, 3ª.q.43.2.3ᵐ.

83 Locus duplex debetur dæmonibus: scilicet aër caliginosus, causa exercitandi homines vsque ad diem iudicij: & infernus, ratione pœnæ, 1ª.q.64.4.o.

84 Dæmones vbicunque sint, habent semper secum infernum: nec diminuitur pœna eorum ex recessu, 1ª.q.64.4.3ᵐ.

85 Pœna dæmonum in nullo mitigatur per potestatem puniendi alios, 1ª.q.109.2.3ᵐ.

DÆMONIACI nesciunt quid loquantur quando dæmon loquitur in eis, sicut nec serpens quo diabolus tentauit Euam: nec asina qua Angelus locutus est ad Balaam, 22ᵉ.q.165.2.4ᵐ.

1 DEMONSTRATIO duplex, scilicet propter quid, id est, per causam,& signi, id est, per effectum, 1ª.q.2.2.c.

2 Demonstratio duplex, scilicet ad sensum, & ad intellectum, 1ª. q.13.1.3ᵐ.

3 Ex quolibet effectu notiori potest demonstrari propriā eius causam esse, 1ª.q.2.2.c.3ᵐ.

4 Vnius conclusionis est tantum vnum medium demonstratiuum: sed multa probabilia, 1ª.q.47.1.3ᵐ.

1 DENOMINATIO quælibet sit ab aliquo habente se per modum formæ: non autem semper à forma, 1ª.q.13.11.c. & q.37.2.c.

2 Transcendentia denominant seipsa, non autem formæ speciales, 12ᵉ.q.55.4.1ᵐ.

3 Agens denominatur ab actione, non autem ab effectu, nisi sit de intellectu actionis, 1ª.q.37.2.c.2ᵐ.

4 * In respectiuis fit denominatio ab extrinseco, non autem in absolutis, 1ª.q.6.4.c.& q.37.2.c.& 12ᵉ.q.7.2.1ᵐ.

5 Omnia quæ habent ordinem ad aliquid vnum, licet diuersimodè, denominati possunt ab eo, 3ª.q.60.1.c.

1 DENVNCIATIO semper debet fieri in peccatis occultis præcedente secreta admonitione, nisi mora sit periculosa, 22ᵉ.q.33. 7.o.

2 In denunciatione, non requiritur scriptura: quia denuncians non obligat se ad probandum: nec punitur non probans, 22ᵉ.q.68. 2.3ᵐ.

1 DEPOSITVM datur ad vtilitatem dantis: sed mutuum, ad vtilitatem accipientis, 12ᵉ.q.105.2.5ᵐ.& 22ᵉ.q.62.6.c.

2 Lex vetus benè ordinauit de mutuis,& de depositis, 1ª.q.105.2.4ᵐ. & 5ᵐ.

3 Depositus gladius non debet restitui furioso, 22ᵉ.q.51.4.c.& q.57. 2.1ᵐ.& q.62.5.1ᵐ. & q.120.1.c.

4 Furans suum depositum peccat: & tenetur releuare grauamen depositarij, 22ᵉ.q.66.3.3ᵐ. & q.5.3ᵐ.

5 Depositum amittens sine culpa, non tenetur restituere, 12ᵉ.q.105. 2.5ᵐ. & 22ᵉ.q.62.6.c.

1 DERISIO de re notabili est peccatum mortale, & est grauius quàm contumelia: sed grauissimum derisio Dei: secundo parentum: tertio iustorum, 22ᵉ.q.75.2.o.

2 Derisio secundum rationem suam est minus grauè peccatum detractatione, & contumelia: licet quandoque sit econuerso, 22ᵉ.q.75.2.3ᵐ.

3 Recidiuans, & simulans, id est, fictus, non deridet Deum expresè, sed interpretatiuè, 22ᵉ.q.75.2.2ᵐ.

1 DESCENDERE Christum ad inferos, fuit conueniens, 3ª.q.52.1.o.& 4.c.

2 Christus per suum effectum descendit vsque ad infernum damnatorum, 3ª.q.15.2.c.

3 Christus per essentiam descendit tantum ad limbum patrum, sed per suum effectum descendit ad quemlibet infernum, 3ª.quæst. 53.2.o.

4 Christus descendens illuminauit limbum patrum, quo ad eos tantum, 3ª.q.52.2.1ᵐ.

5 Christus post mortem statim descendit, & statim liberauit iustos qui erant in limbo, 3ª.q.52.4.1ᵐ.& 5.3ᵐ.

6 Christus descendens nullum damnatum liberauit de inferno, nec de limbo puerorum, nec de purgatorio: sed tantum omnes iustos, 3ª.q.52.5.6.7.8.o.

7 Christus descendens in infernum damnandos confutauit de eorum incredulitate: sed purgandis dedit spem gloriæ, 3ª.q.52. 2.c.3ᵐ. & 6.1ᵐ.

8 Christus descendens ad inferos liberauit à purgatorio sufficienter purgatos, vel qui dum hic viuerent, hoc meruerunt per fidem & dilectionem & deuotionem ad mortem Christi, 3ª.q. 52.4.2ᵐ.

9 Christus descendens ad inferos operatus est in virtute passionis suæ, confringendo vectes, id est impedimenta impedientia patres exire, 3ª.q.52.4.2ᵐ.& 5.6.7.c.& 8.c.2ᵐ.

10 Descensus duplex conuenit Christo, scilicet de cælo, secundum deitatem, non quidem motu locali: sed incarnatione secundum exinanitionem: & ad inferos, secundum animam qui est motus localis: & conuenit Christo secundum conditionem humanæ naturæ, 3ª.q.57.2.2ᵐ.

11 Christus secundum animam tandiu fuit in inferno, ad quem descendit, quandiu corpus eius fuit mortuum, 3ª.q.52.4.o.

12 In mysterio incarnationis non consideratur ascensus, quasi alicuius præexistentis, & proficientis: sed descensus verbi, ad imperfectionem nostræ naturæ, 3ª.q.33.3.3ᵐ.& q.34.1.1ᵐ.

13 Christus postquam ascendit, aliquando descendit de cælis ad terram, 3ª.q.57.6.3ᵐ.

Describuntur aliqua in libris materialibus, ad succurrendum memoriæ, 1ª.q.24.1.c.

DESERERE gregem sibi commissum procedit vel ex timore malè humiliante: vel ex amore malè inflammante: vel ex amore salutis propriæ, vt si prælatus solus quæratur, 12ᵉ.quæstio.72. 3.cap.

DESERTVM, & nullus de filiis Israel natus in deserto, mortuus est ibi, 3ª.q.70.4.3ᵐ.

1 DESIDERIVM dicitur dupliciter, scilicet appetitus rei non habitæ & intensio affectus tollens fastidium, 12ᵉ.q.33.2.c.

2 Desiderium est de bono non habito: sed amor est de bono absolutè, 1ª.q.20.1.c.2ᵐ.

3 Desiderium, spes, amor, & odium, sunt aliquo modo in carentibus cognitione: non autem timor, nec desperatio, 12ᵉ.quæst. 41.3.c.

4 Desiderium propriè est in appetitu sensitiuo: & in appetitu rationali, 12ᵉ.q.30.1.2ᵐ.

5 Desiderium est in concupiscibili, 12ᵉ.q.23.2.c.& q.40.1.c.

6 * Desiderium naturale rationalis creaturæ, est ad cognoscendum genera, species, & rationem omnium rerum: non autem omnia individua vel futura contingentia, quæ solus Deus in sua æternitate cognouit, 1ª.q.12.8.4ᵗᵘ.& q.14.13.o.

7 Omne quod naturaliter desideratur ab homine, naturaliter cognoscitur ab eo, 1ª.q.2.1.1ᵐ.& q.63.3.c.

8 * Desiderium animæ beatæ, quiescit ex parte appetibilis, non autem ex parte appetentis, 12ᵉ.q.4.5.1ᵐ.

9 Inest vnicuique rei naturale desiderium, ad conseruandum suum esse, 1ª.q.5.2.3ᵐ.& 4ᵐ.& q.63.3.c. & q.104.2.3.o.

10 Desiderium quodammodo facit desiderātem aptum & paratum ad susceptionem desiderati, 1ª.q.12.6.c.fi.

1 DESPERATIO non importat solam priuationem spei: sed recessum à re desiderata, propter impossibilitatem æstimatam, 12ᵉ.q.40.4.3ᵐ.

2 Desperatio non respicit malum, sub ratione mali: sed per accidēs quandoque inquantum facit impossibilitatem adipiscendi: sed potest esse ex solo excessu boni, 12ᵉ.q.40.4.1ᵐ.

3 Desperatio est peccatum in appetitu, 22ᵉ.q.20.1.o.& 2.c.

4 Desperatio est minus graue peccatum infidelitate, & odio Dei, sed periculosius, 22ᵉ.q.20.3.o.

5 Desperatio potest esse sine infidelitate, 22ᵉ.q.20.2.o.

6 Desperatio principaliter causatur ex accidia, seu tristitia, & negligentia: secundo ex luxuria, 22ᵉ.q.24.4.o.

7 * Desperatio est prior timore, sicut ratio & causa eius, ideo timor consequitur desperationem vincendi, 12ᵉ.q.25.3.c.

8 Desperatio oritur occasionaliter ex timore Dei & horrore peccatorum, non autem directè, 22ᵉ.q.20.1.2ᵐ.

9 Desperatio in damnatis non est culpa, sed pars damnationis: sicut nec in viatore, de re non nata haberi, 22ᵉ.q.21.3ᵐ.

1 DESPONSATIO beatæ Mariæ, fuit facta duodecim rationibus, scilicet ne Christus ab infidelibus tanquam illegitimè natus abijceretur, vt consueto modo, eius genealogia per virum describeretur:& ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procurasset. Et vt à Ioseph nutriretur: & per hoc beata virgo redditur immunis à pœna, ne, scilicet lapidaretur à Iudæis, tanquam adultera: & vt per hoc ab infamia liberaretur:& vt ei Ioseph ministerium exhiberet: & testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex virgine natum: & verba virginis matris, magis credibilia redduntur, suam virginitatem asserentis:& vt tolleretur excusatio virginibus, quæ propter suam incautelam, non vitant infamiam: & per hoc significatur vniuersalis Ecclesia: quæ cùm virgo sit, desponsata tamen est vni viro Christo:& quod mater domini fuit desponsata & virgo:in persona ipsius, & virginitas & matrimonium honoratur, contra hæreticos, alteri eorum detrahentes, 3ª.q.29.1.o.

DESTINARE est dirigere aliquid in aliquid: vel mente proponere, 1ª.q.23.1.c.& 2.2ᵃᵉ.

1 DETRACTIO quæ est occulta maledictio, ad denigrationem famæ per impositionem falsi, per adauctionem mali, per reuelationem mali occulti, & per deprauationem intentionis, de se est peccatum mortale: ex leuitate vero est venniale, nisi sit de graui: sed propter bonum cum debitis circunstantiis, nullum est peccatum, 22ᵉ.q.73.1.2.o.& q.74.1.o.& q.75.1.c.

2 Detractio non est filia iræ, sed inuidiæ, 22ᵉ.q.73.3.3ᵐ.

3 Detractio contrariatur adulationi, quod ea quæ dicuntur, licet vtrunque sit malum, non autem quo ad finem: quia prima intendit infamiam: secunda vero delectationem, 12ᵉ.quæst.115. 1.3ᵐ.

4 Diligens & insidiosa inquisitio eorum quæ ab aliis fiunt, ordinatur ad aliquod noxium, scilicet ad detrahendum proximo, 22ᵉ.q.167.2.c.3ᵐ.fi.

1 DEVOTIO est spiritualis actus voluntatis, promptè tradendi se ad famulatum Dei, 22ᵉ.q.82.1.o. & 2.c.& q.83.3.1ᵐ.

2 Deuotio est principalis actus religionis virtutis, 22ᵉ.q.82.22.2.o. & q.83.3.1ᵐ.& 15.c.& q.104.3.1ᵐ.

3 Deuotio est pinguedo animæ causata à charitate:& conseruans eam, 22ᵉ.q.82.2.2ᵐ.& 3.c.

4 Causa deuotionis triplex, scilicet extrinseca & principalis, id est Deus:& intrinseca duplex, scilicet contemplatio bonitatis Dei: & beneficiorum eius, & consideratio propriorum defectuum excludens præsumptionem, 22ᵉ.q.82.3.o.& 4.c.

5 Consideratio eorum quæ sunt apta excitare dilectionem Dei, causat deuotionem: sed consideratio distrahentium mentem à diuinis: impedit eam, 22ᵉ.q.82.3.2ᵐ.

6 Ea quæ pertinent ad humanitatem Christi maximè excitant deuotionem manuducendo: licet deuotio sit circa ea quæ sunt diuinitatis, vel etiam vtrunque, 22ᵉ.q.82.3.1ᵐ.

7 Deuotio primo & per se causat delectationem & lætitiam: secundario autem & per accidens, causat tristitiam, 22ᵉ.q.82.4.o.

8 Qui semel orat deuotè, remanet deuotio per plures dies, 22ᵉ.q. 83.14.4ᵐ. & q.171.2.2ᵐ.

9 Mens semel ad deuotionem excitata, facilius postea ad deuotionem pristinam reuocatur: ideo ad hoc orationes crebræ sunt necessariæ, 22ᵉ.q.171.2.2ᵐ.

10 Deuotio ad sanctos non terminatur ad eos, sed transit in Deum: deuotio vero ad dominos temporales, est alterius rationis, 22ᵉ. q.82.2.3ᵐ.

11 Deuotio abūdat in simplicibus mulieribus propter humilitatem elationem comprimendo: sed scientia, & quælibet perfectio subiecta Deo, auget deuotionem, 22ᵉ.q.82.3.3ᵐ.

1 DEVS, esse propriè conuenit Deo, 1ª.q.13.11.o.

2 Deum esse demonstratur multipliciter, 1ª.q.2.3.o.

3 Deum esse est demonstrabile per effectus ab inferiori tantum, 1ª. q.2.1.c.fi. & 2.o.

4 * Dei non est demonstratio, nisi per effectum, 1ª.q.3.5.c.fi.

5 * Deum esse non per se notum: sed est primum inter omnia credibilia, 1ª.q.2.1.1ᵐ.& 22ᵉ.q.16.1.c.

6 * Deum esse non est nobis naturaliter notum secundum se: sed secundum similitudinem & participationem eius, 1ª.q.2.1.1ᵐ.

7 De Deo scimus an est, id est hanc propositionem esse veram ex effectibus eius: non autem actum essendi eius, sicut nec essentia eius, 1ª.q.3.4.2ᵐ.

8 Esse Dei est esse cuiuslibet creaturæ exemplariter vel causaliter: non autem formaliter seu essentialiter, 1ª.q.3.8.o.

9 Esse Dei est proprium, & determinatum, & distinctum, à quolibet esse creaturæ, per hoc quod ei non potest aliquid addi, 1ª. q.3.2.3ᵐ.& 4.1ᵐ.& q.7.1.3ᵐ.

10 Esse Dei, per hoc quod est subsistens, non receptum in aliquo, distinguitur à quolibet alio, 1ª.q.3.2.3ᵐ.& 4.1ᵐ.& q.7.1.3ᵐ.& q. 44.1.c.

11 * In solo Deo, esse & essentia sunt idem realiter, 1ª.q.2.1.c.& q.3. 4.o.& q.5.6.c.& q.6.3.c.& q.12.2.c.3ᵐ.& 4.c.& q.13.11.c.& q.14.4. c.& q.14.2ᵐ.& q.25.1.2ᵐ.& q.44.1.c.& q.45.1.5ᵐ.& q.50.2.3ᵐ.& q.54.1.c.& 3.c.& q.61.1.o.& q.75.5.4ᵐ.& q.104.1.c.fi.& 12ᵉ.q.3.7.c. & 3ª.q.13.1.c.

12 Essentia diuina, est actus purus, angelica verò est intelligibilis in actu, sed intellectus noster, est intellectus in potentiam tantum, 1ª.q.25.1.c. & q.87.1.c.2ᵐ.

13 Deus est sua essentia, 1ª.q.3.3.o.& q.11.3.c.2ᵐ.& q.29.4.c.1ᵐ.

14 De Deo non possumus scire quid est, 1ª.q.1.7.1ᵐ.& q.2.2.2ᵐ.& q.3. princip.& q.12.12.c.1ᵐ.& 13.1ᵐ. & q.13.8.2ᵐ.

15 Essentia diuina, est omne quod est in ea, 1ª.q.40.1.1ᵐ.

16 Deus tripliciter dicitur, scilicet essentialiter, participatiuè, & nuncupatiuè, 1ª.q.13.9.10.o.& 22ᵉ.q.85.2.1ᵐ.

17 Deus essentialiter est extra ordinem totius creaturæ, 1ª.quæst. 28.1.3ᵐ.

18 Deus est forma, 1ª.q.3.2.c.fi.& 3ᵐ.& 7.8.c. & 3ª.q.2.1.c.

19 Vna tantum forma est in diuinis, 1ª.q.31.2.1ᵐ.

20 Deus non est forma inhærens, 3ª.q.3.8.o.

21 Deus non est forma corporis, 1ª.q.3.8.o.& 3ª.q.2.1.c.2ᵐ.& quæst.5. 1.2ᵐ.& q.50.2.3ᵐ.

22 Deus non est anima mundi, contra quosdam. Nec anima cæli,

Universidad de Deusto Biblioteca

contra Almarianos. Nec materia prima, contra Dauid de Dinando, 1ª.q.3.8.c.& q.51.1.1ᵐ.& q.90.1.c.

23 * Anima attribuitur Deo, secundum similitudinem actus, 1ª.q.3.2.1ᵐ. & q.19.11.c.

24 Deus non est corpus, 1ª.q.3.1.o.

25 Deus non habet diffinitionem, 1ª.quæst.1.7.1ᵐ. & quæst.. 2.2ᵐ. & q.3.5. c.fi.

26 * Deus non est genus nec species, 1ª.q.3.5.c.& q.30.4.3ᵐ.

27 * Deus non est in genere, nec in prædicamento per se, nec reductiuè vt principium, 1ª.q.3.5.o.& q.4.3.1ᵐ.& q.6.2.3ᵐ. & q.88. 2. 4ᵐ.

28 Substantia secundum quod significat per sé existere, id est, non in alio conuenit Deo, non autem propriè nec vniuocè, 1ª.q. 29.3.4ᵐ.

29 Solus Deus est omnino simplex, 1ª.q.3.o. & q.9.1.c. & q.25.1.c. & q.28.2.c.

30 In Deo nulla est compositio. Sed hanc plurálitatem quæ est secundum rationem, repræsentat in propositione pluralitas prædicati & subiecti, vnitatem vero repræsentat per compositionem. Quandoque enim intellectus noster enunciationem de Deo format, cum aliqua diuersitatis nota, præpositionem interponendo, vt cum dicitur, bonitas est in Deo: quare & hic designatur aliqua diuersitas, quæ competit intellectui: & aliqua vnitas, quam oportet ad rem referre, 1ª.q.13.12.c.fi.

31 * In solo Deo sunt idem suppositum & natura,& in omnibus creaturis differunt, 3ª.q.27.1.c.

32 In Deo non est materia, nec potentia, sed est purus actus, 1ª.q.3. 1.2.c.& q.7.1.c.& q.9.1.c. & q.12.1.c. & quæst.14.2.3ᵐ. & 3.c.2ᵐ.& q.25.1.c.& q.49.3.2ᵘᵐ.& q.50.2.3ᵐ.& q.54.1.c.& q.75.5.4ᵐ.& quæst. 87.1.c.& q.89.2.3ᵐ.& q.90.1.c.& q.115.1.2ᵐ.& 12ᵉ.quæst.49.4.c.& quæst.50.5.c.

33 Deus est perfectissimus, 1ª.quæst.4.1.o.& quæst.25.1.c.& 22ᵉ.q.161. 1.4ᵐ.

34 * Quicquid entitatis, bonitatis, & perfectionis est in creatura quacunque, totum eminentius est in Deo, 1ª.q.4.2.o. & q.6.1. 2ᵐ. & 2.3.4.c. & q.9.1.c.& q.11.3.c.& q.12.2.c.& quæst.13. 2.3.4.5.c. & quæst.14.6.11.c.& quæst.25.1.c.3ᵐ. & 3.c. & quæst.26. 1.c.1ᵐ. & 4.o. & quæst.28.2.3ᵐ. & quæst.29.3.c. & quæst.49.3.c. & quæst. 75.1.5ᵐ. & q.91.1.c.

35 Quicquid est in Deo, est Deus, 1ª.q.3.3.c.& q.27.3.2ᵐ.& 4.1ᵐ. & q. 28.2.c.& q.40.1.c.

36 Deus & creatura non est aliquid melius, nec maius, quàm solus Deus, 1ª.q.4.2.o.& q.103.3.3ᵐ.& 12ᵉ.q.34.3.2ᵐ.

37 In Deo est magnitudo virtutis & perfectionis, non autem magnitudo molis, 1ª.q.42.1.1ᵐ.& 4.2ᵐ.& 3ª.q.58.3.o.

38 Magnitudo Dei, est perfectio naturæ eius, 1ª.q.42.4.c.2ᵐ. & q.1. 1.o. & q.3.1.o.

39 * In Deo non est quantitas, 1ª.q.28.4.c.

40 * In Deo est similitudo omnium rerum, secundum formam, & secundum materiam, 1ª.q.57.2.2ᵐ.

41 Deus dicitur esse finitus sibi, secundum similitudinem proportionis tantum, 1ª.q.14.3.2ᵐ.

42 Deus est infinitus negatiuè, non autem priuatiuè: formaliter, non autem materialiter, 1ª.quæst.7.1.o.& q.11.1.2ᵐ. & 7.c. & q. 25.2.o.& 3.c.& q.52.2.c. & q.55.1.c.& q.75.5.4ᵐ.& q.86.2.1ᵐ. & 3ª. q.10.3.1ᵐ.& 2ᵐ.

43 Solus Deus est omnino immutabilis, 1ª.q.9.1.2.o. & q.10.2.3.c. & q.14.1.o.& q.19.7.o.& q.30.1.3ᵐ. & q.65.1.1ᵐ. & 3ª.q.2.1.c. & q.5. 7.1.1ᵐ.

44 Deus mouetur metaphoricè dupliciter, scilicet operando in se, & secundum emanationem in alia, 1ª.quæst.9.1.1ᵐ.& 2ᵐ.& q. 73. 3. c.

45 Nulla passio est in Deo, 1ª.q.20.1.o.& q.21.1.1ᵐ.& q.41.1.3ᵐ.

46 Cognitio Dei per essentiam, est naturalis soli Deo, angelo autem per similitudinem, nobis vero per speculum, id est per speciem aliorum, 1ª.q.56.3.o.& q.62.4.c.& 3ª.q.9.4.c.

47 Deum esse intelligentem, probatur multipliciter, 1ª.q.14.1.o. & q.26.1.c.

48 Intelligere Dei, est suum esse,& sua essentia, 1ª.q.14.4.o.& 8.9.c. & q.16.5.c.& q.18.3.c.2ᵐ.& 4.c.& q.19.1.c.& 4.c.2ᵐ.& q.26.1.c. & q.27.2.3ᵐ. & q.34.2.1ᵐ. & q.41.3.4ᵐ. & q.54.2.c. & q.79.1.c. & q. 87.3.c. & 3ª.q.9.1.1ᵐ.

49 Solus Deus, est suus intellectus,& suum intelligere, 1ª.quæst.14. 4.o. & quæst.18.3.c.2ᵐ. & 4.c.& quæst.27.2.c.fi. & 2ᵐ. & q.28.4. 1ᵐ. & quæst.34.2.1ᵐ. & q.41.4.3ᵐ. & q.54.2.c. & q.79.1. 2.c. & q. 87. 3.c.

50 Essentia Dei, se habet vt intelligens, vt intellecta,& vt quo intelligitur, 1ª.q.14.2.4.c.

51 Deus nihil intelligit per speciem aliam ab essentia sua, 1ª.q.14.2. 4.c.& 5.o.& q.55.1.c.3ᵐ. & q.57.1.c.& q.79.1.c.& q.84.2.c. & q.85. 4.c. & q.87.1.c. & q.89.1.c.

52 Nihil pertinens ad intellectum in diuinis, dicitur personaliter, præter verbum, 1ª.q.34.1.2ᵐ. & q.37.2.1ᵐ.

53 Impossibile est, quòd primum & per se intellectũ à Deo sit aliud, quàm essentia eius, 1ª.q.14.2.5.o.

54 Deus intelligit tantum in actu, nihil autem in potentia, 1ª.q.14. 2.c.2ᵐ. & q.79.2.c.

55 Deus intelligendo non componit, nec diuidit, 1ª.q.14.5.3ᵐ. & 14. o. & q.85.5.c.

56 Deus intelligit se, 1ª.q 14.2.3.o. & 5.c.

57 Deus intelligit omnia, 1ª.q.14.5.o. & 7.o.& 12.c. & q.79.2.c. & q. 87.1.c. & q.89.1.c.

58 Deus intelligit omnia simul, 1ª.q.14.7.o.& 12.1ᵐ.& 13.c.& q.22.3. 3ᵐ.& q.27.5.3ᵐ.& q.85.4.c.

59 Deus cognoscit omnia, vnica cognitione, 1ª.q.19.2.4ᵐ. & 5.c. & q.22.3.3ᵐ.& q.17.3.3ᵐ.& q.28.4.2ᵘᵐ.& q.34.3.c. & q.41.6.c.

60 * Deus cognoscit omnia singularia distinctissimè, 1ª.quæst.14. 6.11.o. & 12.c.fi.& quæst.22.2.3.c.& quæst.55.1.3ᵘᵐ.& q.57.2.c.fi. & quæst.89.4.c.

61 Deus intelligit enunciabilia, 1ª.q.14.14.o. & q.16.5.1ᵐ.

62 Videre Dei, est approbare, vt maneret quod fecerat, non quòd alio modo cognosceret, vt placeret ei creatura, antequam faceret, 1ª.q.32.1.3ᵐ.& q.73.3.3ᵘᵐ.& q.74.3ᵐ.

63 Deus intelligens vilia, non vilescit, 1ª.q.22.3.3ᵐ.

64 Intellectus Dei cognoscens mala, non impeditur à consideratione meliorum, sicut fit in nobis:& eius voluntas ad malum flecti potest, 1ª.q.22.3.3ᵐ.

65 Deus cognoscit se & creaturas, eadem ratione ex parte cognoscentis:sed diuersa ratione, ex parte cogniti, 1ª.q.85.3.4ᵐ.

66 Deus ab æterno cognouit creaturas,& non entia quæ aliquando erunt, non solùm vt sunt in Deo, vel in eius intellectu, sed etiá in propriis naturis, 1ª.q.20.2.2ᵐ.

67 Deus per ideam cognoscit omnes conditiones particulares rerum, 1ª.q.14.11.o.& 12.c.& q.15.3.4ᵐ.

68 Scientia est in Deo perfectissimè, 1ª.q.14.1.o.

69 * Scientia dicitur analogicè de Deo,& de creatura, 1ª.q.13.5.c.

70 * Scientia Dei non est habitus, nec æqualitas, nec effectus demonstrationis, vel principiorum, vel habens causalitatem, 1ª. q.14.1.1ᵐ.& q.19.5.c.& 22ᵉ.q.9.1.1ᵐ.

71 * Scientia Dei non est vniuersalis, nec particularis, nec in potentia, vel habitu:sed semper in actu, 1ª.q.14.1.3ᵐ.

72 Scientia Dei, non est inquisitiua vel discursiua, 1ª.q.14.7.o. & q. 85.5.c.& 12ᵉ.q.14.1.2ᵐ.& 22ᵉ.q.9.1.1ᵐ.& q.49.5.2ᵐ.& 3ᵐ.

73 Scientia Dei est vniformis,& inuariabilis, 1ª.quæst.14.15.o. & q. 19. 7.c.

74 Scientia Dei de seipso, est tantum speculatiua, sed de aliis, est speculatiua & practica simul, 1ª.q.14.16.o.& q.34.3.c. & 12ᵉ.q.3. 5.1ᵐ.

75 Scientia Dei duplex, scilicet visionis, & simplicis intelligentiæ. Prima est tantum entium, secunda est etiam non entium,quæ possunt esse, 1ª.q.14.9.12.o.& q.34.3.3ᵐ.& 3ª.quæst.10.2.2ᵐ.& 3.c. & q.13.1.2ᵐ.

76 * Deus scit infinita, etiam scientia visionis, 1ª.q.14.12.o. & 3ª.q. 10.3.o.

77 Solus Deus habet scientiam de futuris contingentibus in se, 1ª. q.14.13.o. & q.86.3.4.o.

78 Necesse est quod scientia Dei, vsque ad singularia se extendat, quæ per materiam indiuiduantur, 3ª.q.14.11.c.fi.

79 * Deus sciuit aliqua,quæ nescit:& econuerso, 1ª.q.14.15.3ᵐ.

80 Mala sciuntur à Deo, 1ª.q.14.10.o.& q.15.1.1ᵐ.& q.18.4.4ᵐ.

81 * Mala pertinent ad scientiam eius practicam, 1ª.q.14.16.c.fi.

82 Scientia Dei duplex, scilicet simplicis notitiæ,& approbationis. Secunda est tantum bonorum, sed prima est etiam malorum, 1ª.q.14.8.c.fi.

83 Deus eadem scientia cognoscit se, & ea quæ facit, 1ª.q.1.4.c.& q. 14.16. c.

84 Scientia Dei est causa rerum, adiuncta voluntate, 1ª.quæst 14.8. o. & 9.3ᵐ. & 16.1ᵐ. & q.19.4. c.4ᵐ. & 11.1ᵐ. & quæst.27.1.3ᵐ. & quæst.45. 6.c.

85 Scientia Dei comparatur ad creaturas, vt ars ad artificiata, 1ª.q. 14.8.o.& q.17.1.c.& q.21.2.c.& q.22.2.c.fi.& q.74.3.1ᵐ.& q.91.3.c. 12ᵉ.q.13.2.3ᵐ. & q.93.2.c.

86 Scientia Dei, causat res:nostra verò causatur à rebus & dependet ab eis: sed angelica,nec causat,nec causatur à rebus, 1ª.q.14.8. 3ᵐ.& 11.c.fi.& q.21.2.c.& 12ᵉ.q.2.3.c. & q.35.1ᵐ.

87 Deus est cognoscibilis ab omni intellectu creato,1ª.q.12.1.o.& 12ᵉ. q.93. 2.o.

88 Intellectus creatus potest videre Deum per essentiam, 1ª.q.12.1.o. & q.4.3ᵐ.& 12ᵉ.q.5.1.c.

89 Deus non potest videri per essentiam naturaliter ab aliqua creatura, 1ª.q.12.4.o.& q.23.1.c.& q.56.3.c.2ᵐ. & q.62.1.2.9.c.& q.64. 1.2ᵐ.& q.94.2.c.fi.& q.108.4.c.& 12ᵉ.q.5.5.7.c.& 3ª.q.10.4.2ᵐ.

90 Qui impurus est, non potest intrare in templum Dei: quanto magis nec Deum videre, 12ᵉ.q.109.1.o.

91 Iacob vidit Dominum facie ad faciem,& salua facta est anima eius, 1ª.q.12.11.1ᵐ.2ᵐ.;

93 * Deus non potest videri per essentiam, in hac vita mortali, 1ª. q.12.11.o. & q.13. 1.c. & 2.3ᵐ. & 12ᵉ. q.5.3.c. & q.93.2.o. & 22ᵉ.q. 180.5.o.

94 Cognitio diuinæ veritatis & bonitatis duplex, scilicet cognitio purè speculatiua, & cognitio affectiua seu experimentalis, 1ª. 64.1.3ᵘᵐ. & 12ᵉ.q.112.5.c.1ᵐ.& 3ᵐ.& 22ᵉ.q.97. 2.2ᵐ. & q.154.5.c.& q.162.3.1ᵐ.& q.180.5.2ᵐ.

95 Per illustrationem diuini luminis:de facili possunt quæcunque videri, 22ᵉ.q.180,6.3ᵐ.

96 Cognoscimus essentiam Dei in hac vita, secundum quod repræsentatur in creaturis:non autem vt est in se, 1ª.q.1.7.1ᵐ.& q. 2.1.o.& 12.12.c.& q.13.2.3ᵐ.& q.32.1.c.& q.86.2.1ᵘᵐ.

97 Solus homo viator, cognoscit Deum per creaturas, 1ª.quæst.12. 12. o.

98 Creatura venit in cognitionem Dei tripliciter, scilicet per viam causalitatis, eminentiæ & remotionis, 1ª.q.12.12.c. & q.13.1.c. & 8.2ᵐ.& 10.5ᵐ.& q.84.7.3ᵐ.

99 Deum esse, possumus cognoscere, per rationem naturalem, 1ª. q.12.12.o.

100 Similitudo intellectus nostri, non sufficienter probat aliquid de Deo, propter hoc quod intellectus non vniuocè inuenitur in Deo & in nobis. Et deinde quod Augustinus dicit:quod per fidem venitur ad cognitionem, & non econuerso, 1ª.quæst.32. 1.2ᵐ.fi.

101 Intellectus noster intelligit totum Deum, non autem totaliter, 1ª.q.12.7.3ᵐ. & 3ª.q.10.1.2ᵐ.

102 * Deus non est primum cognitum ab intellectu nostro, 1ª.q. 88.3.o.

103 Quilibet intellectus etiam infimus, potest per gratiam Dei videre Deum per essentiam, 12ᵉ.q.109.10.

104 Deus perfectius cognoscitur per gratiam, quàm per naturam à nobis, 1ª.q.12.13.o.

105 Intellectus noster indiget noua illuminatione, respectu supernaturalium, non autem respectu naturalium, 1ª.quæst.1.1.c. 1ᵐ. & 2ᵐ.

106 Solus Deus format mentem per gratiam, & per lumen connaturale, non autem per aliud lumen immediatè, 1ª.quæst.106. 1.3ᵐ.

107 Inter Deum & mentem nostram, datur medium quo ad gradum naturæ, non autem vt est obiectum beatitudinis, 12ᵉ.q. 5.1.3ᵐ.

108 Non est possibile videre rationes rerum in diuina essentia, nisi ipsa videatur, 22ᵉ.q.173.1.c.

109 Dei non est demonstratio, nisi per effectum, 1ª.q.3.5.c.fi.

110 Illud verbum Iob: Semel loquitur Deus, referendum est ad æternam Dei locutionem, qua Deus pater verbum vnicum protulit sibi coæternum. Et tamen potest dici, quod licet idem corporali voce Deus protulerit:non tamen propter idem, sed ad ostendendum diuersum modum quo homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ. Vnde filius Dei non habetur ex qualicunque cognitione Dei:sed tantum ex ea quæ est cum amore, 1ª.q.27.5.3ᵐ.& q.43.5.2ᵐ.& 3ª.q.45.4.1ᵐ.

111 Cognitio Dei acquiritur per alia. Sed postquam iam cognoscitur, non per alia cognoscitur sed per se, 1ª.q.2.2.o. & 22ᵉ.q.27. 3.2ᵐ.& q.34.1.c. & q.171.2.3ᵐ.

112 * Videre Deum facie ad faciem, est videre eum per essentiam immediatè, 1ª.q.12.11.2.1ᵐ.

113 Essentia Dei videtur mediatè,& semper, à quolibet beato, 1ª.q. 12.2.o. & q.58.1.c.& 62.9.c. & q.106.1.1ᵐ. & q.112.3.c. & 12ᵉ.q.5.q. 3ᵐ.& 3ª.q.9.3.3ᵐ. & q.104.1ᵐ.

114 Essentia Dei, est in intellectu beatorum, vt forma,quo ad operationem, non autem quo ad esse, 1ª.q.12.2.3ᵐ. & 5.c. & 3ª.q.9.2.c. & 3.3ᵐ.

115 Essentia Dei per nullam speciem creatam repræsentari potest, 1ª. quæst.12.2.o.& 6.11.c. & quæst.56.3.c. & 22ᵉ.quæst.175.4.o. & 3ª. quæst.9.3.3ᵐ.

116 * Essentia Dei non potest videri ab aliquo intellectu creato sine lumine supernaturali, id est gloriæ, 1ª.quæst.12.2.o.1ᵐ. & 5.o. & 22ᵉ. quæst.174. 5.1ᵐ. & quæst.170.3.2ᵐ. & 3ª.quæst. 15. 4.c. & quæst.45. 2.c.

117 Quidam clarius aliis videbunt essentiam Dei, 1ª.q.12.6.o. & 7.8. c.& q.62.9.c.

118 Deus solo intellectu videri potest, quia quælibet potentia sensitiua se extendit tantum ad corporalia, 1ª.quæst.12.3.c.3ᵐ.& 22ᵉ. q.175.4.c.

119 Deus à nullo oculo corporali, potest videri, 1ª.q.12.3.o.& 4.1ᵐ.& 22ᵉ.q.175.4.c.

120 Beati vident essentiam Dei, oculis corporalibus per accidens, non autem per se, 1ª.q.12.3.2ᵐ.

121 Naturale est homini, quod aliquando videat essentiam Dei, 1ª. q.12.1.c. & 3ª.q.9.2.3ᵐ.

122 Deus videri non potest per essentiam, nisi videatur trinitas personarum, 22ᵉ.q.2.8.3ᵐ.

123 Visio Dei per essentiam, vt est species rerum, est perfectior visione eius, vt est obiectum beatitudinis, 1ª.q.12.8.3ᵐ.

124 * Quicunque videt Deum per essentiam, impossibile est quin diligat ipsum, 1ª.q.60.5.3ᵐ.

125 * Omnes qui vidēt ipsam Dei essentiam, eodem motu dilectionis,mouentur in ipsam Dei essentiam, prout ab aliis distincta: & secundum quod est quoddam bonum commune, 1ª.quæst. 60.5.3ᵐ.

126 Beati vident in essentia Dei simul omnia, quæ aliquando vident, 1ª.q.12.10.o.& q.58.1.c.& 2.o.

127 Videntes essentiam Dei non vident omnia quæ Deus facit, vel facere potest, 1ª.q.12.8.o. & q.57.5.2ᵐ. & q.106.1.1ᵐ. & 3ª.quæst. 10.2.c.

128 Beati vident res in essentia Dei, non per similitudines earum, sed per essentiam Dei, 1ª.q.10.9.o.& 10.c.& 3ª.q.9.3.3ᵐ.

129 Quanto quis limpidius videt essentiam Dei, tanto plura in eo videre potest, 1ª.quæst.12.8.c. & q.106.1.1ᵐ. & 22ᵉ.quæst.180.5. 3ᵐ. & 3ª.q.10.2.c.

130 Quilibet videns Deum,videt omnia quæ pertinent ad perfectionem intellectus, scilicet species, & genera,& rationes rerum, 1ª.q.12.8.4ᵐ.

131 Res videntur in essentia Dei, seu in verbo, sicut effectus in causa, & conclusio in principio, scilicet vnite, non autem sicut in speculo, 1ª.q.12.8.c.& 22ᵉ.q.173.1.c.fi.

132 Per visionem Dei non solum ratio glorificatur, sed totus homo, 12ᵉ.q.3.3.3ᵐ.

133 Voluntas est in Deo, 1ª.q.19.1.o.& 3ª.q.18.1.c.

134 Voluntas Dei, est suum esse: sed differt ab eo secundum rationem, 1ª.quæst.19.1.c. & 2.1ᵐ. & quæst.54. 2.cap. & quæstio.61. 2.1ᵐ.

135 Voluntas Dei, est sua essentia, 1ª.quæst.19.1.3ᵐ. & quæst.20.3.2ᵐ. & q.59. 2.c.

136 Voluntas Dei, est tantum vna numero, licet sit multorum volitorum, 1ª.q.19.2.4ᵐ.& 5.c.& q.27.5.3ᵐ.& q.41.6.c.

137 Deus communicat naturam suam, per actum voluntatis, non autem creatura, quia in solo Deo idem est intellectus, voluntas, & natura, 1ª.q.27.3.2ᵐ.& 3ᵐ.& 4.c.& q.59.2.c.

138 Voluntas Dei, respectu suæ bonitatis est necessaria, sed respectu creaturarum, est ad vtrumlibet, & ex necessitate suppositionis, 1ª.q.19.3.o.& 7.4ᵐ.& 10.c.& q.23.6.3ᵐ. & q.41.2.3ᵐ. & q.46.1.2.c. & 3ª.q.46.1.2.c.

139 Voluntas Dei est perfecta per se, non autem per aliud, 1ª.q.14.2. 3ᵐ. & 4.o.

140 Primum obiectum voluntatis Dei, est eius essentia, 1ª.q.19.1.3ᵐ. & 2.o.& 3.c.& 4.3ᵐ.

141 Finis naturalis voluntatis Dei, est bonitas eius, quam non potest non velle, 1ª.q.19.1.1ᵐ.& 3ᵐ.

142 Error reducentium omnia in simplicem Dei voluntatem, 1ª.q. 19.5.2ᵐ.& 3ᵐ.& q.23.5.c.

143 Deus non vult omne bonum, licet necessariò sciat omne verum, 1ª.q.19.3.6ᵐ.& 6.2ᵐ.

144 Voluntas Dei, est causa rerum, 1ª.q.19.4.o.& q.20.2. c.& q.25.5.c. & q.45.6.c.& 46.1.c.& 12ᵉ.q.110.1.c. & 3ª.q.86.2.c.

145 Voluntas Dei non aufert contingentiam à rebus, sed eam quibusdam imponit, & quibusdam necessitatem, 1ª.q.19.8.o.& 12ᵉ. q.10. 4.o.

146 * Ratio aliqua est voluntatis Dei, 1ª.q.19.5.o.

147 Nihil est causa voluntatis Dei, nisi sua bonitas, 1ª.q.19.5.o.

148 Ratio aliqua est voluntatis Dei, non ex parte eius, sed ex parte voliti propter aliud, 1ª.q.19.5.o. & q.23.5.c.

149 * Voluntas Dei,est omnino immutabilis, licet effectus eius mutentur, 1ª.q.19.3.7.o.& q.23.8.c.& 3ª.q.46.2.c.

150 Voluntas Dei, non mouetur propriè, sed metaphoricè, à sola bonitate sua, 1ª.q.19.1.3ᵐ.& 2.2ᵐ.& q.105.2.2ᵐ.

151 Voluntas Dei duplex, scilicet antecedens, id est, respectu voliti absolutè:& consequens, id est, respectu voliti cum conditionibus eius, 1ª.q.19.6.1ᵐ.& q.23.4.3ᵐ.

152 Nihil fit contra voluntatem Dei consequentem, sed præter eam, & contra voluntatem eius antecedentem, 1ª.q.19.6.o.

153 Omne quod est præter, vel contra voluntatem Dei antecedentem, obsequitur & seruit voluntati eius consequenti, 1ª.quæst. 19. 6.o.

154 Voluntas Dei duplex, scilicet beneplaciti, & signi. Quæ signa sunt quinque, scilicet prohibitio, præceptum, consilium, operatio,& permissio, 1ª.q.19.11.12.o. & q.23.5.c.

155 Voluntas signi in Deo, dicitur tantum metaphoricè, sed voluntas beneplaciti, dicitur propriè, 1ª.q.19.11.c.

156 Voluntas Dei, semper & infallibiliter impletur, 1ª.q.19.6.c.

157 Impossibile est, præscientiam Dei falli, & eius voluntatem & dispositionem cassari, 3ª.q.46.2.c.

158 Deus vult alia à se, 1ª.q.19.2.o.

159 Solus Deus nihil extra se vult, nisi ratione suæ bonitatis, 1ª.q. 59.2.c.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

160 Deus vno actu vult se, & omnia alia quæ vult, 1ª.q.19.2.4m.& 5. c. & q.27.5.3m. & q.41.6.c.

161 Quicquid Deus vult, vult sub ratione boni communis, quod est sua bonitas, quæ est bonum totius vniuersi, 12ᵉ. quæstio. 19. 10. c.

162 Multitudo volitorum non repugnat simplicitati Dei, 1ª.quæst. 29.2.4m.

163 Deus tripliciter vult omnes homines saluos fieri, scilicet vel vt sit ibi distributio accommoda, vel vt fiat distributio pro generibus singulorum & non pro singulis generum, vel voluntate antecedente, & non voluntate consequente, 1ª.q.19.6.1m. & q. 23. 4.3m.

164 Deus non potest velle malum culpæ, sed malum pœnæ, per accidens tantum, 1ª.q.19.9.0.& 10.1m. & 2m. & q.22.3.3m.& 48.6.c. & 12ᵉ.q.32.9.3m. & q.79.4.2m.

165 Mala culpæ fiunt Deo non volente, nec nolente, sed permittente, 1ª.q.19.9.3m. & 12ᵉ.q.39.2.3m.

166 Voluntas creaturæ mouetur à solo Deo, vt à principio intrinseco, 1ª.q.57.4.c.fi.& q.105.4.0. & q.106.2.c. & q.111.2.0. & 12ᵉ.q. 6 4.1m.& q.9.6.0.& q.80.1.0.& 3.c.fi.& quæst.111.4.c.& 3ª.quæst. 18.1.1m.

167 Omnis motus tam voluntatis quàm naturæ procedit à Deo, sicut à primo mouente, 12ᵉ.q.6.1.3m.& q.9.4.1m.& 6.c.& q.55.4.6m. & q.80.1.3m.& q.109.1.3.c. & 22ᵉ.q.104.4.c.

168 Deus mouet hominem ad agendum tripliciter, scilicet proponendo appetibile, & mutando corpus, & mouendo voluntatem, 12ᵉ.q.6.1.3m.

169 Motus voluntatis hominis, disponuntur immediatè à Deo, intellectus autem mediantibus angelis, corporalia vero interiora & exteriora eius, mediantibus angelis & cælis, vt multiformia, mutabilia, & defectibilia ab oppositis, 1ª.q.79.4.c. & q.113. 1.c. & q.115.3.c.& 4.2m.& 12ᵉ.q.9.5.1m.

170 Solus Deus imprimere in voluntatem potest, 1ª.q.105.4.c. & q. 106.2.c.& q.115.4.0. & q.116.1.c.fi.& 12ᵉ.q.75.3.c.& q.80.1.0. & 3. 1m. & 22ᵉ.q.172.2.1m.

171 Solus Deus implet voluntatem, quia solus Deus mouet eam sufficienter, vt obiectum, 1ª.q.105.4.c. & q.106.2.c. & q.111.2.c. & 12ᵉ.q.2.78.c. & q.3.1.c.

172 Voluntas creaturæ potest conformari voluntati Dei quadrupliciter, scilicet materialiter, formaliter, effectiuè, & finaliter, 12ᵉ. q.19.10.c.col.2.

173 Voluntas, scientia, & actio creaturæ, potest & debet conformari voluntati, scientiæ, & actioni Dei secundum imitationem, non autem secundum æquiparentiam, 12ᵉ.q.19.9.1m.

174 Virtus & rectitudo voluntatis humanæ, principaliter consistit in hoc, quod diuinæ voluntati conformetur, & eius sequatur imperium, 22ᵉ.q.104.4.2m.

175 Conformitas voluntatis humanæ ad diuinum, attenditur secundum voluntatem rationis, 3ª.q.18.2.c.2m.

176 Ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur, quod conformetur voluntati Dei, 12ᵉ.q.19.9.0.

178 Quiliber homo tenetur conformare voluntatem suam voluntati Dei, in volito formaliter, id est, secundum rationem communem boni & in modo, scilicet ex charitate, & effectiuè, id est, quod velit id quod Deus vult eum velle, non autem materialiter, id est, in quolibet particulari, 12ᵉ.q.19.10.0.& q.39.2.3m. & 22ᵉ.q.104.4.3m.

179 Voluntas beatorum conformatur voluntati Dei, in quolibet volito, 12ᵉ.q.19.10.1.

180 Potentia propriè conuenit Deo, 1ª.q.25.1.0.

181 * Potentia secundum propriam rationem principij conuenit Deo respectu actionum notionalium secundum quas aliqua procedunt secundum rem, non autem respectu aliarum, 1ª.q. 41.4.3m.

182 * Potentia actiua propriè conuenit Deo, non autem passiua, 1ª. q.25.1.0. & 3.1m.& q.41.4.2m.

183 Potentia Dei est principium suæ actionis secundum rationem tantum: sed est principium realiter suorum effectuum, 1ª.q.25. 2.3m. & q.41.3.4m.

184 Potentia Dei, est eius essentia, 1ª.q.25.1.2m.

185 Potentia Dei est infinita, 1ª.q.25.2.0.

186 Potentia Dei duplex, scilicet absoluta, id est secundum se, & ordinata, id est, cum præscientia & voluntate, 1ª.q.25.5.1m.

187 Potentia Dei non est ad malum, quia est sua bonitas, 12ᵉ.q.2. 4.1m.

188 Circa potentiam Dei fuit duplex error, scilicet quod Deus agit ex necessitate naturæ, & quod diuina sapientia limitatur ad hunc ordinem rerum qui nunc est, 1ª.q.25.5.c.

189 Potentia generandi est in Deo, 1ª.q.41.4.0.

190 Potentia generandi in Deo, est medium inter absolutum & relatiuum, 3ª.q.41.5.0.

191 Potentia generandi in Deo, significat essentiam in recto, & relationem in obliquo, 1ª.q.41.5.0.

192 Potentia generandi in diuinis, non continetur sub omnipotentia Dei, 1ª.q.42.6.3m.

193 Potentia generandi in diuinis, sumitur tripliciter, scilicet actiuè, & passiuè, & impersonaliter. Prima conuenit soli patri: secunda tantum filio: sed tertia cuilibet personæ, 1ª.q.41.6.1m.

194 * Cum pater sit principium generationis, & pater & filius sint principium spirationis, in patre fuit potentia generandi: & in patre & filio potentia spirandi, 1ª.q.14.4.3m.

195 Eadem numero potentia generandi, est in patre vt generet, & in filio vt generetur, 1ª.q.41.6.1m. & q.42.6.3m.

196 Deus est omnipotens, 1ª.q.25.3.0. & 3ª.q.13.1.c.

197 Deus potest facere, quicquid non implicat contradictionem, 1ª. q.7.2.1m.& q.25.3.4.0. & 3.q.13.1.c.

198 * Deus dispensare non potest, vt homini liceat non subdi, ordini eius, etiam in iis, secundum quæ homines adinuicem ordinantur, 12ᵉ.q.100.8.2m.

199 Deus potest disponere, agendo præter ordinem suæ prouidentiæ, quo ad res subiectas ordini, non autem quo ad rationem ordinis quæ est in Deo, 1ª.q.105.6.c.

200 Diuina potentia, non est ita ordini eius alligata, quin possit quandoque præter ordinem causarum secundarum aliquid agere, cum sibi placuerit: vt pater in operibus miraculosis, 1ª.q. 25.5.c.

201 Deus non potest facere duo contraria, vel priuationem & habitum: vel alia opposita esse simul in eodem, 1ª.quæst.105.2.6. & 12ᵉ.q.51.4.c.

202 Deus non potest aliquid facere, quod non sit cõueniens sapientiæ & bonitati eius, 1ª.q.21.4.c.

203 Deus potest facere quicquid olim fecit, nisi sit impossibile, ratione præteriti, 1ª.q.25.4.2m.

204 * Deus potest reparare virginitatem perditam, 1ª.q.25.4.3m.

205 Deus potest facere quæ non facit, & dimittere quæ facit, 1ª.q. 25.5.0. & 3ª.q.1.3m.

206 Solus Deus potest mutare formam in formam, & materiam in materiam, & totum in totum, 3ª.q.75.4.c.3m.

207 Deus potest transmutare omnem materiam, in quamcunque formam, 3ª.q.28.1.5m.

208 Deus potest immediatè mouere materiam ad formam, & omne corpus ad locum, & intellectum, & voluntarem, interius eam inclinando, 1ª.q.105.1.2.3.4.0. & q.110.2.c.

209 Deus non potest facere, materiam esse sine forma, 1ª. quæst. 66.1.0.

210 Deus potest facere raritatem & densitatem esse sine materia, 3ª. q.77.2.3m.& 7.1m. & 2m.

211 Deus potest facere, angelum non esse, 1ª.q.9.2.c. & q.10.5.c.3m. & q.2ª.1.1.7m.

212 Deus potest immediatè mouere quodliber corpus, quacunque mutatione possibili cuicunque creaturæ, 1ª.q.105.1.6.c.

213 Deus potest immediatè facere omnem effectum cuiuscunque agentis, sine eo, 1ª.quæst.105.2. 6.c. & 12ᵉ.quæst.51. 4.c. & 3ª.q. 77.1.c.

214 Nullius rei virtus posset aliquid, nisi per virtutem Dei, à quo est omnis virtus, & virtutis conseruatio, & ordo ad effectum, 12ᵉ. q.109.1.c.

215 Hoc quod Deus in omnibus operatur secũdum modum eorum, non excludit quin Deus quædam operetur, quæ natura operari non potest, 12ᵉ.q.51.4.2m.

216 * Nihil prohibet esse aliquid in potentia diuina, quod non vult: & quod non continetur sub ordine quem statuit rebus, 1ª.q. 25.5.1m.

217 Solus Deus potest facere præter ordinem & cursum totius naturæ, 1ª.q.105.6.0.& q.106.3.c.& 3ª.q.43.2.c.

218 Quicquid potest intelligi esse sine alio, Deus potest facere esse sine eo, non autem si posset intelligi, alio non intellecto, vt ens sine bono, 12ᵉ.q.110.4.4m.

219 * Deus potest facere vniuersum, & quamlibet creaturam meliorem, quàm fecerit, 1ª.q.25.3m.& 6.0.

220 Qualiber re creata, Deus potest facere aliam meliorem, bonitate essentiali & accidentali, 1ª.q.25.5.3m.& 6.0.

221 Deus potest facere aliquid melius humanitate Christi, matre eius, beatitudine, & gratia, secundum se, non autem vt relata ad Deum, 1ª.q.25.6.4m.& 3ª.q.7.12.2m.& q.10.4.3m.

222 Deus non potest peccare, 1ª.quæst.25.3.2m. & q.63.1.c. & 22ᵉ.q. 6.2.c.2m.

223 Deus si vellet, posset prauа agere, & peccare. Et istius conditionalis, Socrates potest currere, si vult: antecedens est possibile: & ideo sequitur possibilitas consequentis. Sed in hac conditionali, Deus potest peccare, si vult, antecedens est impossibile. Non enim potest Deus velle malum. Et ideo non est simile, 1ª.q.25.3.2m.

224 * Deus est causa peccati, 12ᵉ.q.79.0. & q.80.1.c.

225 Deus est causa mali pœnæ per accidens tantum, mali autem culpæ, nullo modo est causa, 1ª.quæst.48.6.c. & q.49.2.0. & q.63. 5.c.fi.

5.c.fi.& 12ᵉ.q.87.1.2m.& 22ᵉ.q.19.1.3m.& q.24.10.c.

226 Deus est causa excæcationis & obdurationis per accidens tantum, scilicet subtrahendo gratiam, 1ª.q.23.3.2m.& 12ᵉ.q.79.3. 0. & 22ᵉ.q.15.1.0.

227 Deus per se inclinat ad bonum, dando gratiam & virtutes, & directe ordinando ad bonum, sed inclinat ad malum per accidens tantum, scilicet non dando gratiam, 12ᵉ. quæstio. 79. 1. 1m.

228 Deus est causa productiua cuiuslibet rei, 1ª. q.22.2.c.& q. 44.0.& q.45.2.c.& q.55.1.3m.& q.57.2.c.fi.& q.61.1.0.& q.65. 1. 0. & 3. c. & q.75.5.1m.& q.79.2.c.& q.103.5.7.c.& 12ᵉ.q. 79. 2. c. & quæstio. 93. 1.c.

229 Deus est causa omnium efficiens exemplaris, & finalis, 1ª.q.44. 1. 2.3.0.& q.65.2.0.& q.103.2.0.& 5.c.& quæst.105.5.c. & q. 12. q. 79. 2.c.

230 Deus est causa omnis motus, tam voluntatis quàm naturæ, 12ᵉ.q. 6.1.3m.

231 Deus immediate producit omnia, 1ª.q.65.3.0.& 3.q.6.1.1m.

232 Deus agit mediantibus aliis causis, nõ ex insufficientia eius, sed vt dignitatem causandi communicet creaturis, 1ª.q.22.3. c. & 8. 2m.& q.103.6.c.2m.& q.106.4.c.

233 Bonitas, liberalitas, iustitia', & misericordia Dei differenter producunt res, 1ª.q.21.3.c.

234 Deus producit creaturas, non ex necessitate, 1ª.q.19.4.0.& q. 25. 5. 0.& q.28.1.3m.& q.32.1.3m.& q.45.6.c.& q.50.1.c.& quæst.61.2.1m. & q.104.3.0.& q.105.1.2.& 12ᵉ.q.66.1.3m.& q.109.1. c. & 3ª. quæst. 50.2.3m.

235 Deus productione rerum, & finem aliquam intendit, scilicet diuinam bonitatem, 1ª.q.25.5.c.

2 DEXTRVM & sinistrum, & aliæ differentiæ situs, sunt in inanimatis quo ad nos tantum: in animatis verò sunt secundum se, 1ª.q.13.7.c.

* DIABOLVS dicitur esse Deus huius seculi non creatione, sed quia seculariter viuentes, ei seruiunt: eo modo loquendi quo Apostolus loquitur dicens, quorum Deus venter est, 1ª.q.65.1. c. fi.& q.114.3.2m.& 12ᵉ.q.1.5.c.

2 DIACONVS non est proprius minister alicuius sacramenti, 3ª.q. 67.1.0.

2 Diaconus est proprius dispensator sanguinis Christi, non autem corporis Christi, nisi de licentia episcopi, vel presbyteri, vel in necessitate. 3ª.q.82.3.0.

3 Diacono non licet tangere corpus Christi, quia non habet manus consecratas, 3ª.q.82.3.0.

4 Ad diaconum pertinet assistere & ministrare maioribus sacerdotibus, in omnibus agendis, circa sacramenta ecclesiæ, 3ª.q. 67.1. c.& q.71.4.c.

5 Ad diaconum pertinet purgare tantum, id est, eiicere immundos, & disponere fideles per admonitiones. Sed ad sacerdotes pertinet etiam illuminare, id est, tradere sacramenta, ad episcopos verò perficere. 3ª.q.64.1.1m.& q.67.1.1m.& 2m.& q.82.3.3m.

2 DIALECTICA scientia est tantum vna in speculabilibus: demonstratiuè verò sunt plures. 12ᵉ.q.57.6. 3m. & 22ᵉ. q. 51. 4.2m.

2 DICERE propriè importat principaliter respectu ad verbum, secundario autem ad rem intellectam, ideo in diuinis conuenit tantum patri, 1ª.q.34.1.3m.& 3ª.q.39.8.2m.

2 Dicere se habet tripliciter ad illud, quod dicitur. s. enuntiatiuè, causatiuè seu imperatiuè, & optatiuè, 22ᵉ.q.76.1.c.

3 Dicere Dei sumitur dupliciter. s. pro formatione verbi: & pro expressione eius, primum est æternum: non autem secundum, 1ª. q.32.1.3m.& q.47.1.c.fi.& q.65.4.c.fi.& q.67.4.c.2m.& q.74.3.1m.& 3m.& 5m.

4 Per hoc quod dicitur in scriptura, dixit Deus, importatur diuinũ imperium, secundum Basilium, prius autem oportuit produci creaturam quæ obediret, quàm fieri mentionem de diuino imperio, 1ª.q.74.4.1m.

2 DICI vt verbum conuenit tantum filio in diuinis: sed dici vt res, conuenit singulis personis, toti trinitati, essentiæ Dei, & omni creaturæ. 1ª.q.34.1.3m.

2 DIES dicitur dupliciter. s. naturalis continens viginti quatuor horas: & artificialis, scilicet à claritate solis, 3ª. q. 53. 2.3m.

2 Dies naturalis secundum ecclesiam incipit in media nocte, non autem dies artificialis, 3ª.q.80.8.5m.

3 Dies naturalis non terminatur in vesperè: sed in mane secundum Chrysostomum, 1ª.q.74.3.6m.

4 De operibus septem dierũ, in principio bibliæ, 1ª.q.67. vsque 75.0.

5 Septem dies fuerunt vnum instans secundum cognitionem septem operum Dei in mente Angeli, secundum Augustinum: licet secundum alios, fuerint verè septem dies successiuè, 1ª.q.58. 6.c.& 7.1m.& q.68.1.c.& q.69.1.c.& q.70.1.1m.& q.64.1.2.0.

6 Diuersæ res diuersimode præfuerunt in operibus septem dierum, 1ª.q.73.1. 3m.& q.90.4.0.& q.91.2.4m. & q.92.4.3m. & quæst. 118. 3. 1m.

7 Dies primi, scilicet creationis, à luce in noctem computantur propter futurũ hominis lapsum, sed econuerso triduum Christi in sepulchro: propter reparationem hominis, 3ª.q.51.4.1m. & q.53.2.3m.

8 PRIMA dies dicitur habuisse vespere: & non mane, 1ª. q. 63.6. 4m.

9 Dies dominicus succedit sabbato ex statuto ecclesiæ, & consuetudine Christianorum tantum: ideo obseruatio eius non est sic acta, nec figuralis, sicut sabbatum: quia veritas etiam in modico prætermitti non debet, 12ᵉ. quæst. 103.3.4m.& 22ᵉ.quæst.122. 4.4m.

10 Dies in qua res creatæ sunt, scilicet prima, non debuit benedici, seu sanctificari, 1ª.q.73.3.2m.

11 De secunda die non dicitur, vidit Deus, pluribus rationibus. s. vel quia quod ponitur in tertia die, refertur etiam ad secundam: vel quia est de iis quæ non sunt manifesta populo: vel quia per firmamentum simpliciter, intelligitur aër nebulosus qui non est de partibus principalibus mundi: vel esset mystice ex parte numeri quia dualitas ab vnitate recedit, 1ª.q.74.3.3m.

12 In tertia die informitas terræ remouetur secundum Augustinum, 1ª.q.69.1.2.c.principio.

13 Die quarta producuntur luminaria quæ mouentur in cælo, ad ornatum ipsius, 1ª.q.70.1.c.

14 Die quinta producuntur aues & pisces, ad ornatum medij elementi: qui habent motum in aëre & aqua, quæ pro vno elemento accipiuntur, 1ª.q.70.1.c.& q.71.0.

15 Die sexta producuntur animalia, quæ habent motum in terra, ad ornatum ipsius, 1ª.q.70.1.c.& q.72.0.

16 Dies septima debuit benedici, & sanctificari, 1ª.q.73.3.0.

17 Diei septimæ conuenit completio operum Dei, & requies eius, 1ª. q.73.1.2.0.

3 DIFFERENTIA est nobilior genere: sicut determinatum indeterminato, & proprium communi: non autem sicut alia natura, 1ª.q.50.4.1m.& q.75.7.2m.

2 *Differentia complet essentiam generis, 12ᵉ.q.67.3 c.

3 Differentia & genus secundum considerationem realem & metaphysicalem, fundantur super diuersas naturas necessatio, non autem logice, 1ª.q.50.2.1m.

4 Id à quo sumitur differentia, se habet ad illud à quo sumitur genus, vt actus ad potentiam, 1ª.q.3.5.c.& q.50.2.1m.& q.85.3.4m.& 5.3m.& 12ᵉ.q.67.5.c.

5 Differentia completiua speciei, sumitur à forma: genus à materia communi, sed particulare, à materia indiuiduali, 1ª.quæ.85. 5.3m.

6 Differentia significat totum compositum, sicut & species: licet sumatur à parte formali, & genus à parte materiali: licet genus significet totum, 1ª.q.85.5.3m.& 12ᵉ.q.67.5.c.

7 Differentia est in genere tantum in potentia: ideo non participat genus, nec est de intellectu eius, nec econuerso, prima quæstio. 3.5.c.

8 Differentia importat distinctionem formæ, 1ª.q.31.2.2m.

9 Differentia est forma generis, inquantum facit ipsum esse actu, sed genus est formalius specie, inquantum est vniuersalius, 12ᵉ. quæ.18.7.2m.

10 Remota differentia non remanet genus idem numero. 12ᵉ.quæst. 67.5.c.

11 Differentia formæ prouenientes ex sola dispositione materiæ, non facit diuersitatem secundum speciem, sed tantum secundum numerum, 1ª.q.85.6.3m.

12 Differentia secundum speciem est propter finem: sed differentia secundum numerum, est propter materiam, 1ª. quæstio. 62.6. 3m.

13 Differentiæ essentiales sunt nobis ignotæ, 1ª.q.29.1.3m.

14 Differentiæ essentiales, sæpè nominantur ex accidentibus, 1ª.q. 29.1.3m.& q.77.1.7m.& 12ᵉ.q.49.2.3m.fi.

15 Differentiæ per se. s. contentæ virtualiter in genere, constituunt veras species eius: non autem differentiæ extraneæ, nisi impropriè, 12ᵉ.q.18.7.c.& q.35.8.c.

16 Differentiæ quæ consequuntur diuersitatem specierum, possunt esse in rebus eiusdem speciei: non autem differentiæ quæ constituunt species, 12ᵉ.q.72.5.c.

17 Diuisio generis in species: non est semper per veras differentias, 12ᵉ.q.49.2.3m.

18 Differentia triplex inter homines, secundum habitus & actus animæ rationalis. s. secundum diuersas gratias gratis datas: secundum duplicem vitam, contemplatiuam & actiuam: & secundum diuersos status & officia, 22ᵉ. quæstio. 171. principio.

19 Differentia informis esse non potest, nisi secundum quod vna est perfectior alia, 1ª.q.31.2.2m.

1 DIFFERRE proprie, est semper per aliud: & est relatum: sed diuersum, est absolutum, & seipso, vel alio, ideo omne differ. ens est diuersum: & non econuerso, 1ª.q.3.8.3ᵐ.& quæstio. 90.1.3ᵐ.

2 Simplicia seu prima non propriè differunt, scilicet per aliud sicut composita seu secunda: sed sunt diuersa, scilicet seipsis tantum, 1ª.q.38.3ᵐ.& q.90.1.3ᵐ.

3 * Differre specie, contingit dupliciter, scilicet in diuersis speciebus completis, vel secundum diuersos gradus in generatione eiusdem speciei, 12ª.q.72.7.c.

4 Propter diuinam simplicitatem, consideratur duplex realis identitas in diuinis, eorum quæ differunt in rebus creatis, 1ª.q. 40. 1.1ᵐ.

1 DIFFICILE est, id quod transcendit potentiam secundum naturam vel propter impedimentum, 1ª.q.62.2.2ᵐ.& 4.1ᵐ.

2 Difficultas operandi duplex, scilicet ex magnitudine operis, vel ex defectu voluntatis prima auget meritum, secunda verò minuit illud, 12ᵉ.q.114.4.2ᵐ.& 12ᵉ.q.255.4.2ᵐ.

3 Ratio virtutis magis consistit in bono, quàm in difficili: ideo magnitudo eius magis mensuranda est secundum rationé boni quàm secundum rationem difficilis, 22ᵉ.q.122.12.2ᵐ.& q. 137. 1. 1ᵐ.fi. & q.141.8.2ᵐ.

4 * Opera virtutum sunt difficilia. 12ᵉ.q.107.4.c.

5 Opus virtutis habet duplicem difficultatem. s.ex specie actus, vt in fortitudine & temperantia: & ex diuturnitate, vt in perseuerantia. 22ᵉ.q.137.1.c.

6 Difficultas in actibus virtutum duplex, scilicet in inueniendo medium rationis, & in refrenando passiones: tantum prima est in virtutibus intellectualibus & in iustitia: secunda verò in alijs, 12ᵉ.q.129.2.c.

7 Vbi est specialis difficultas, ibi requiritur specialis virtus, 22ᵉ. q. 137.2.c.

8 Difficultas duplex circa actus virtutum habentium materiam exteriorem, scilicet propter excessum passionũ principaliter, vel principaliter propter magnitudinem obiecti: in prima sufficit vna virtus: sed in secunda requiruntur duæ, 22ᵉ. q. 129. 2. c. & q. 134.3.1ᵐ.

9 Difficultas vitandi peccatum duplex, scilicet propter vehementiã passionis, vt ira, vel propter latentiam, vt superbia, 22ᵉ. q. 162. 6. 1ᵐ.

1 DIFFINITIO non potest esse falsa nisi per accidés, scilicet ratione duplicis cõpositionis, 1ª.q.17.3.c.& q.58.5.c. & q.85.6.c.

2 Doctores & philosophi negligunt modum diffinitionis & tangẽres principia prætermittunt formam syllogismi, ponentes ea, ex quibus syllogismus formari potest. 22ᵉ.q.4.1.c.

3 * Cum demonstratur causa per effectum, necesse est vti effectu, loco diffinitionis causæ. 1ª.q.1.7.1ᵐ.& q.2.2.2ᵐ.

4 Vnius rei est tantum vna diffinitio perfectissima, scilicet per omnes causas: sed sunt plures per diuersas causas, vel proprietates, 12ᵉ.q.55.4.c.

5 Vnumquodque diffinitur & denominatur secũdum illud quod cõuenit ei primo & per se: non autem per illud quod conuenit ei per aliud, 3ª.q.60.4.1ᵐ.

6 Materia communis ponitur in diffinitione speciei, nõ autem materia indiuidualis, 1ª.q.29.2.3ᵐ.& q.75.4.c.& q.85.1.2ᵐ.

7 Diffinitio naturalium significat formam & materiã. 1ª.q.29. 2. 3ᵐ. & q.75.4.c.& q.85.1.2ᵐ.

8 Nomina intentionum quandoque ponuntur in diffinitione rerũ: quando nomina non sunt imposita rebus: vt in diffinitione personæ, 1ª.q.29.1.3ᵐ.

9 Singulare non diffinitur, 1ª.q.29.1.1ᵐ.

10 Nomen pertinens ad communem rationem singularitatis, diffiniri potest vt persona & huiusmodi. 1ª. q.29.2.1.1ᵐ.

11 Diffinitio & scientia sunt tantum entium, nõ secundum modum rei, sed secundum modum intellectus. 1ª.q.44.3.3ᵐ.

12 Partes rei vel diffinitionis sunt prius notæ quàm totum vel diffinitum: sed vt partes, & econuerso. 1ª.q.85.2.2ᵐ.& 3ᵐ.

1 DIGESTIO est completio à calore naturali. 3ª.q.74.5.3ᵐ.

2 Dignitas est de absolutis: ideo est eadem in patre & filio. 1ª.q. 42. 4.2ᵐ.

1 DILIGENTIA idem est quod solicitudo, ideo requiritur in omni virtute: sicut etiam solicitudo, 22ᵉ.q.54.1.1ᵐ.

2 Diluculum potest dici pars diei, & noctis. 3ª.q.51.4.3ᵐ.

1 SITVS est de ratione quantitatis dimensiuæ. 3ª.q.77.2.c.

2 Additio quantitatis non tollit essentiam dimensionis. 3ª.quæst.76. 8.4ᵐ.

3 * Dimensio corrumpitur triplicirer, scilicet per additionem, diuisionem, & diminutionem. 3ª.q.77.4.0.

4 Quantitas dimensiua est aliquorum duplicirer. s. per se: & per accidens vel propriè & similitudinarie: primo modo conuenit coporibus: sed secundo modo conuenit etiam aliis. 1ª.quæstio.3.r. 1ᵐ.& 3ᵐ.

DIONYSIVS dicit in quadam epistola super Ioannem, quod Christus operabatur diuinitus ea quæ sunt hominis: & hoc mõstrat virgo supernaturaliter concipiens: & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem, 3ª.q.28.2.3ᵐ. fi. & quæst. 4.5.2.c.

DISCIPLINA est pars potentialis iustitiæ, contenta sub humanitate. 22ᵉ.q.80.3ᵐ.

1 DISCORDIA importat disgregationem quandam voluntatũ, in diuersa, 22ᵉ.q.37.1.c.3ᵐ.

2 Discordia per se. i. ex intentione deliberata dissentiendi à bono Dei vel proximi, est peccatum mortale: non autem si per accidens. 22ᵉ.q.37.1.0.& q.42.2.2ᵐ.

3 Discordia principaliter oritur ex inani gloria: secundario autem ex inuidia. 22ᵉ.q.37.2.0.& q.38.2.c.& q.132.5.0.

1 DISPENSATIO importat commensuratam distributionem, vel applicationem alicuius communis ad singula. 12ᵉ. q.97.4.c.& 22ᵉ.q.88.10.c.

2 Nunquam dispensandum est in præiudicium boni communis. 12ᵉ.q.97.4.1ᵐ.& q.100.8.c.

3 Omnis dispensatio à prælato, debet fieri ad honorem Christi: vel ad vtilitatem ecclesiæ. 22ᵉ.q.88.12.c.

4 Infidelis est, qui dispensat non habens intentionem ad bonum cõmune: imprudens autem, nõ habens rationem dispensandi. 12ᵉ. q.97.4.c.

5 Dispensatio non potest fieri contra præcepta iuris naturalis communia: sed tantum contra ea quæ sunt quasi conclusiones eorũ. 12ᵉ.q.97.4.3ᵐ.& 22ᵉ.q.147.4.1ᵐ.

6 Solus Deus potest dispensare in præceptis diuinis, non autem papa, 12ᵉ.q.94.5.2ᵐ.& q.97.3.3.1ᵐ.& 4.3ᵐ.& quæst. 100.8.0.& 22ᵉ. q. 89.9.1ᵐ.

7 * Omnia præcepta decalogi sunt omnino indispensabilia, etiam à Deo, 12ᵉ.q.99.5.c.& q.100.8.2ᵐ.

8 Præcepta continentia intentionem legislatoris. s. conseruationem boni communis, vel ordinem iustitiæ & virtutis, vt omnia præcepta decalogi: sunt omnino indispensabilia, 12ᵉ. quæstio. 100. 8.0.

9 Cum dispensatur in aliqua lege humana, non fit vt legi humanæ non obediatur, quod esset contra legem naturæ & mandatum diuinum: sed fit vt hoc quod erat lex, nõ sit lex in hoc casu. 22ᵉ. q.88.10.2ᵐ.

10 Facilius dispensatur in gradibus prohibitis consanguinitatis & affinitatis, circa personas excellentes, sine acceptione personarum: propter pacem communem, 12ᵉ.q.97.4.2ᵐ.& 22ᵉ.quæst.63. 2.2ᵐ.

11 In publica lege humana nullus potest dispensare: nisi ille à quo lex habet auctoritatem, vel cui ille commiserit, 12ᵉ.quæstio. 87. 4.3ᵐ.

12 Inferior potest dispensare in præceptis superioris, quãdo sibi permittitur à superiori: non autem aliter, 12ᵉ.q.97.4.3ᵐ.

13 Rectores multitudinis possunt dispensare in legibus humanis quando deficiunt in aliquo casu, vel necessitas imminet: vel quando non expediunt alicui personæ, 12ᵉ.q.96.6.c.& quæstio. 97.4.0.& q.100.8.c.& 22ᵉ.q.88.10.c.2ᵐ. & quæst.89.9.0.& q. 147. 4.c.1ᵐ.

1 DISPOSITIO semper importat ordinem habentis partes, 12ᵉ.q.49.1.3ᵐ.& 2.1ᵐ.

2 Dispositio potest dici tam ratio ordinis rerum in finem, quàm ratio ordinis partium in totum: prouidentia verò, primum tantum, 1ª.q.22.1.c.fi.

3 Dispositio sumitur dupliciter. s. pro genere habitus, & vt diuiditur contra habitum & hoc dupliciter. s. vel vt diuersæ species: vel vt imperfectum contra perfectum, in eadem specie, 12ᵉ. q. 49. 2.3ᵐ.

4 Dispositio triplex. s. vel secundum locum. i. prædicamentum situs: vel secundum potentiam, id est, præparatio ad habitum: vel secundum speciem, id est habitus, sed dispositio tertio modo fit habitus, non autem secundo modo, 12ᵉ.q.49.1.3ᵐ.& 2.3ᵐ. & q. c. & q.48.4.4ᵐ.

5 Dispositio duplex. s. dispositio remouens: & dispositio perficiens, 12ᵉ.q.88.3.c.

6 Dispositio duplex. s. materiæ, & agentis: prima est tantum entium: secunda verò est etiam non entium, vt prædestinatio, 1ª.q.23.2. 3ᵐ.

7 Dispositio dupliciter se habet ad id ad quod disponit. s. vt via ad perfectionem, & vt effectus secundo modo manet cum perfectione non autem primo modo, 3ª.q.9.3.2ᵐ.

8 Dispositio tripliciter se habet ad id ad quod disponit. s. vt idem in eodem: vt non idem: & vt nec idem nec in eodem, 12ᵉ. quæstio. 74.4.3ᵐ.

9 Dispositio quæ diuiditur contra habitum, vt imperfectum contra perfectum in eadem specie, sit habitus: non autem quæ diuiditur contra habitum, vt diuersa species, 12ᵉ.quæstio.49.2.3ᵐ.& q.88.4.

q.88.4.4ᵐ.

10 Omne subiectum dispositionis vel habitus, requirit tria, scilicet compositionem subiecti, ex actu & potentia: indeterminationem ad multa: & concursum plurium accidentium. 12ᵉ.quæ.49. 4.0.

11 Nulla dispositio vel habitus ad operationes est principaliter in corpore, sed tantum dispositio ad formam: non autem habitus propriè. 12ᵉ.q.50.1.0.& 2.c.

11 Difficile mobile diuersificat habitum à dispositione: non autem ab aliis speciebus qualitatis. 12ᵉ.q.49.2.3ᵐ.

13 * Habitus vel dispositio non est in Deo nec in angelis, nec in cælis, nec in elementis. 12ᵉ.q.49.4.c.

14 Eiusdem est disponere ad finem: & ad finem perducere, vel per se, vel per suos subditos. 12ᵉ.q.98.2.3.c.

15 Dispositio eorum quæ sunt ad finem: attenditur secundum rationem finis. 12ᵉ.principio, & q.95.3.c.& q.102.1.c.& 22ᵉ. quæ. 33. 2. 6. c.

16 Omne quod eleuatur ad formam altiorem sua natura: requirit dispositionem supra naturam suam. 1ª.q.12.5.c.

17 Quilibet artifex etiam artifex diuinus, intendit operi suo inducere dispositionem optimam respectu sui finis: nõ autem optimam simpliciter. 1ª.q.47.2.1ᵐ.& q.91.3.c.

18 Dispositio patientis est in eodem subiecto cum forma ad quam disponit: non autem dispositio agentis. 12ᵉ.q.74.4.3ᵐ.

19 Forma non necessario consequitur dispositionem: nisi per virtutem agentis, quod causat dispositionem. 12ᵉ.q.112.3.3ᵐ.

20 Dispositio sequitur naturaliter formam & perfectionem, ad quam disponit: licet præcedat eam via generationis, 3ª.q.7.13. 2ᵐ.

21 Prima dispositio materiæ, est quantitatis dimensiua. 3ª.q.77.2.c.

22 Dispositio materialis non est causa simpliciter, sed secundum quid. 22ᵉ.q.27.3.c.

23 Forma semper est in materia disposita, non quidem respectu primi effectus formæ, scilicet esse actu: sed respectu effectuum posteriorum. 1ª.q.76.6.1ᵐ.

24 Dispositio est in eodem subiecto cum eo ad quod disponit propinque, 3ª.q.63.4.1ᵐ.

25 Dispositio subiecti est prior naturaliter susceptione formæ: sed est posterior actione agentis. 12ᵉ.q.113.8.2ᵐ.

26 Omnis dispositio inordinata habet vnitatem specificam à sua causa: sed vnitatem numeralem habet à suo subiecto. 12ᵉ. quæ. 82.2.c.

1 CONTENTIO in disputatione importat quandam acrimoniam locutionis. 22ᵉ.q.38.1.c.

2 Disputatio cum infideli intentione confutandi errores, vel causa exercitij, est laudabilis: sed absint rudes: nisi ab infidelibus tententur. 22ᵉ.q.10.7.0.

1 DISSENTIO duplex, scilicet ad se: & ad alterum, & vtraque opponitur paci: sed tantum secunda opponitur concordiæ, 22ᵉ. q.29.1.3ᵐ.

1 DISTANTIA & propinquitas creaturæ ad Deum, est similitudo vel dissimilitudo: non autem secundum locum. 1ª.q. 8. 1. 3ᵐ.

2 Corruptibilia plus distant à Deo, quàm incorruptibilia: ideo debilius esse recipiunt. 1ª.q.65.1.1ᵐ.

1 DISTINCTIO duplex. s. formalis, id est, specifica, & materialis, id est, numeralis. 1ª.q.30.3.c.& q.47.1.2.c.

2 Distinctio numeralis est propter specificam: quia specifica est nobilior. 1ª.q.47.2.c.

3 Distinctio formalis, semper requirit inæqualitatem, 1ª. quæstio. 46.2.c.

4 Omnia quæ dicuntur secundum ordinem ad aliquid: distinguuntur secundum distinctionem eorum ad quæ dicuntur, 12ᵉ.quæst. 54.2.c.

5 Prima distinctio rerum à principio fuit solum à Deo, ad perfectionem vniuersi, 1ª.q.47.1.0.& 2.c.& q.65.3.2ᵐ.

6 Distinctio potentiarum non est secundum materialem, sed secũdum formalem distinctionem obiectorum: quæ est secundum rationem, 1ª.q.59.2.2ᵐ.& q.77.3.3ᵐ.& q.80.1.2ᵐ.& 22ᵉ.q.17.6.1ᵐ. & q.47.5.c.

7 Ea quæ non conueniunt in vna potentia, vt differentiæ, generalissima, & materiæ à se ipsis distinguuntur, 1ª.q.85.1.2ᵐ.

8 Omnis distinctio formalis: est per aliquam oppositionem. 1ª.q.36. 2.c.

9 In diuinis nulla est distinctio realis, nisi per oppositas relationes originis, 1ª.q.27.principio & quæst.28.3.c.& q.29.4.c.& q.30.2. c. & quæst.32.3.c.3ᵐ.& quæst.36.2.c.1ᵐ.& quæst.40.2. 3.0. & quæst. 39.5.c.

10 Distinctio realis in personis diuinis, stat cum identitate essentiæ, 1ª.q.39.1.0.

11 Distinctio in diuinis personis non est per diuisionem alicuius cõmunis: quia essentia communis remanet indiuisa: sed oportet distinguentia constituere personas, 1ª.q.40.2.3.c.

12 Distinctio diuinarum personarum est minima secundum quantitatem: & est maxima secundum dignitatem & causalitatem, 1ª.q.40.2.3ᵐ.

13 Proprietates in diuinis determinant & distinguunt personas, non autem essentiam, 1ª.q.40.1.2ᵐ.

14 Personæ diuinæ constituuntur & distinguuntur per origines: sed primo & principalius per relationes, 1ª.q.40.2.c.fi.

15 Relatio vt relatio non constituit, nec distinguit personas diuinas: sed vt diuina, 1ª.q.40.2.0.

16 Remotis relationibus, personæ diuinæ non distinguerentur, 1ª.q. 40.3.0.& 3ª.q.3.3.3ᵐ.

17 Relationes diuinæ distinguuntur ab inuicem realiter, re relatiua: non autem re absoluta, 1ª.q.28.3.0.& q.30.1.c.& 2.c.

1 DIVERSITAS. & In Deo nulla est diuersitas, 1ª.q. 31. 2. 1. c.1ᵐ.

2 Diuersitas speciei, sumitur à forma, 12ᵉ. quæstio. 23. 1.c.& q. 54.1. 1ᵐ.

3 Materia secundum se, diuersificat genus: sed distinctio materiæ per quantitatem, diuersificat tantum indiuidua, 1ª. q.50.4. c. & 12ᵉ.q.23.1.c.& q.54.1.1ᵐ.

4 Diuersitas materiæ diuersificãs formam: diuersificat speciem, 22ᵉ. q.154.2.1ᵐ.

1 DIVINATIO non dicitur si quis prænunciet ea quæ ex necessitate oueniunt, vel vt in pluribus, quę humana ratione prænosci possunt ex causis: neque etiam si quis futura aliqua contingentia, Deo reuelante cognoscat: tunc enim non ipse diuinat. j. quod diuinum est facit: sed magis quod diuinum est suscipit, 22ᵉ.q.95.1.c.fi.

2 Considerare huiusmodi effectus cõtingentes in seipsis antequam fiant, non est alicuius diuini, sed est Dei proprium, qui solus in sua æternitate videt ea quæ futura sunt quasi præsentia, 22ᵉ. q. 95.1.c.

3 Siquis huiusmodi futura prænunciare, aut prænoscere quocunque modo præsumpserit, nisi Deo reuelante: manifestè vsurpat sibi quod Dei est, & ex hoc aliqui diuini dicuntur, 22ᵉ.q. 95. 1.c.

4 Diuini enim dicti sunt, secundum Isidorum, quasi Deo pleni: diuinitate enim se plenos simulant, & alturia quadam fraudulẽtiæ, hominibus futura coniectant, 22ᵉ.q.95.1.c.

5 Homo habet naturalem inclinationem, ad cognoscendum futura, secundum modum humanum: non autem secundum indebitum diuinationis modum, 22ᵉ.q.95.1.3ᵐ.

6 Diuinatio non dicitur ab ordinata participatione alicuius diuini, sed ab indebita vsurpatione eius quod Dei est, 22ᵉ.quæstio. 95.1.c.1ᵐ.

7 Si huiusmodi diuinatio causetur ex reuelatione dæmonum, cum quibus pacta habentur, vel expressa, quia ad hoc inuocãtur, vel tacita, quia huiusmodi diuinatio extenditur ad id, ad quod se non potest extendere: erit diuinatio illicita & superstitiosa, 22ᵉ. q.95.6.fi.

8 Diuinatio igitur est indebita vsurpatio prænũciandi futuros euẽtus, 22ᵉ.q.95.1.0.

9 Diuinatio semper est peccatum: quia semper in malam partem accipitur, secundum Hieronymum, 22ᵉ.q.95.1.c.fi.

10 Omnis diuinatio prouenit ex operatione dæmonum: ideo est species superstitionis, 22ᵉ.q.95.2.0.& 3.c.principio.

11 Diuinatio est species curiositatis, ratione finis: sed quo ad modũ operis, e st species superstitionis, 22ᵉ.q.95.2.1ᵐ.

12 Genus diuinationis triplex. scilicet nicromantia, augurium, & sortilegium: quorum quodlibet multas habet species, 22ᵉ. quæst. 95.3.0.

13 Diuinatio facta per inuocationem dæmonum, per astra, omnia, auguria, vel sortes, non est licita, sed superstitiosa, 22ᵉ.q.95.0.& 5.q.96.1.0.

14 Dæmones possunt diuinari verum tripliciter, scilicet subtilitate naræ, reuelatione, & experientia, 1ª.quæst.64.1.3ᵐ.& 22ᵉ.q. 172. 1ᵐ.& 6.0.

DIVINVM prædicatur de essentia: & de personis diuinis, 3ª.q.16. 3.3ᵐ.

1 DIVISIO duplex, scilicet secundum quantitatem, & secundum formam: prima est posterior vno: secũda verò prior: ideo diffinit vnitatem, 1ª.q.30.3.c.

2 Continuum mathematicè diuiditur in infinitum, secundum eandem proportionem: non autem secundum eandem quantitatẽ, sed per minorem, 1ª.q.48.4.3ᵐ.& 12ᵉ.q.85.2.c.

3 Vnum quodque potest per se diuidi, secundum illud quod in eius ratione continetur: non autem per alia, 12ᵉ.q.95.4.c.

4 Res diuiditur per se per id solum quod conuenit ei secundum genus, 12ᵉ.q.18.7.c.

Partes

Universidad de Deusto Biblioteca

5 Partes diuisionis vniuocæ, sunt coæquæ secundum rationem generis, licet altera earum sit prior secundum rem: sed in analogis, vna earum semper est prior re & ratione. 12ᵉ.quæstio. 61. 1.1ᵐ.
6 Omnis pluralitas sequitur aliquam diuisionem, 1ª.q.30.3.c.
7 Diuisorum ex opposito aliqua sunt simul secundum rem, & secũdũ rationem, vt species animalis, & coloris: aliqua simul secundum rationem: sed vnum est prius secundum rem, vt species numeri, figuræ, & morus: aliqua quorum vnum est prius alio secundum rem & secundum rationem, vt substantia accidente, 1ª.q.77.4.1ᵐ.& 12ᵉ.q.29.2.1ᵐ.

1 DIVITIAE duplices, scilicet corporales, & spirituales, secũdæ sunt veræ, non autem primæ. 22ᵉ.q.126.1.3ᵐ.
2 Diuitiæ duplices, scilicet naturales, & artificiales: primæ appetuntur finitè: secundæ dum habentur, appetuntur finitè: sed dum non habentur, infinitè. 12ᵉ.q.2.1.c.3ᵐ.& q.30.40.
3 Diuitiæ causant tria mala: quæ vitantur per paupertatem. s. solicitudinem, elationem, & amorem earum. 22ᵉ.q.188.7.c.
4 Diuitiæ non sunt finis œconomicæ: sed bene viuere. 22ᵉ.quæst.50. 3.1ᵐ.
5 Diuitiæ inquantum prosunt ad virtutes, sunt bonæ: sed sunt malæ inquantum impediunt: similiter & paupertas. 22ᵉ.quæst.126. 1.3ᵐ.
6 Deus dat aliquibus abundantiam diuitiarum, vt meritum bonæ dispensationis acquirant. 22ᵉ.q.117.1.1ᵐ.& q.126.1.3ᵐ.
7 Difficile inter diuitias, charitatem seruare: quia impediunt eam principaliter alliciendo animum, & distrahendo. 22ᵉ.q.186.3.4ᵐ.& q.188.7.c.
8 Diuitiæ sunt viles, vanæ, & mutabiles: & ideo debent contemni. 22ᵉ.q.126.1.3ᵐ.
9 Diuitiæ de consilio abdicantur per perpetuam paupertatem, delitiæ carnis per perpetuã castitatem: & superbia vitæ, per obediẽtiæ seruitutem. 12ᵉ.q.108.4.c.fi.& 22ᵉ.q.186.6.o.

DIVTVRNITAS auget amorem amici præsentis, absentis autem diminuit. 22ᵉ.q.49.2.2ᵐ.

1 DOCERE est actus vitæ actiuæ, quo ad actum exteriorem, & interiorem, vt dirigit ad opus: sed est actus contemplatiuè, secundum actum interiorem absolute. 22ᵉ.q.191.3.o.
2 Docere dicitur dupliciter, scilicet principaliter infundendo lumen, & instrumentaliter dirigendo. Secundum conuenit angelis illuminando alios de reuelatis, & homini exterius administrando, proponendo exempla, vel applicando principia conclusioni: primum autem soli Deo, 1ª.q.107.1.o.& q.117.1.o.& 22ᵉ.q.173.2.c.& 3ª.q.69.5.2ᵐ.
3 Christus conuenienter multa docuit in parabolis propter tria, scilicet tum quia connaturale est homini, per sensibilia deuenire in cognitionem intelligibilium: tum propter simplicitatem quorundam audientium, tum etiam vt indignis diuina mysteria occultarentur. 3ª.q.42.3.o.
4 Docere per modum exhortationis priuate, conuenit mulieri, non autem publice prędicare, 12ᵉ.q.177.2.o.& 3ª.q.55.1.3ᵐ.& quæ.67. 4.2ᵐ.
5 Nullus potest seipsum propriè docere, 1ª.q.117.1.4ᵐ.
6 Docere habet duplicem materiam. s. scientiam, & disciplinam: ideo constituitur cum duplici accusatiuo, 22ᵉ.q.181.3.c.
7 Ad docendum alios in diuinis tria requiruntur, scilicet plenitudo cognitionis, vis probandi, & pronunciatio, 22ᵉ. quæst. 111. 4.c.
8 Prædicator docendo debet facere tria, scilicet instruere, delectare. & flectere, 22ᵉ.q.177.1.c.

1 DOCILITAS est aptitudo bene acquirendi rectam opinionem ab alio, sicut solertia à seipso, 22ᵉ. q. 48. c. & q. 49. 3. o. & 4. c.
2 Docilitas secundum aptitudinem, est à natura. Sed ad eius cõsummationem, plurimum valet studium, scilicet, frequenter & reuerenter. animum applicando documentis maiorum, non negligendo ea per ignauiam, nec contemnendo per superbiam, 22ᵉ.q.49.3.2ᵐ.

1 DOCTOR primus & principalis doctrinæ spiritualis & fidei, fuit Christus, 3ª.q.7.7.c.
2 Christus fuit verissime doctor, martyr, & virgo, 22ᵉ.q.152.4. c.
3 Quia Catholicæ veritatis doctor, non solum prouectos debet instruere, sed ad eum pertinet etiam incipientes erudire: propositum nostrum in hoc opere est, ea quæ ad Christianam religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit eruditioni incipientium, 12. Prolo. principio & 22ę.q.189. 1.4ᵐ.
4 Auctoritas sactæ scripturæ, auctoritati cuiuscunque doctoris præfertur, 1ª.q.1.8.2ᵐ.

1 DOCTRINA tripliciter est occulta, scilicet ex intentione docentis, propter inuidiam vel turpitudinem rei: secundo quia paucis ostenditur: tertio ex modo, scilicet figuraliter. Sed doctrina Christi fuit occulta, tertio modo tantum, 3ª.q. 42. 3. c.
2 In doctrina sacra, multa occultantur, maximè infidelibus, ne irrideantur, 1ª.q.1.9.3ᵐ.fi.& 22ᵉ.q.40.3.c.
3 Christus noluit scribere doctrinam suam, triplici ratione, scilicet propter dignitatem Christi, propter excellentiam doctrinæ, & propter spiritualitatem eius, 3ª.q.42.4.o.
4 Diuina doctrina dicitur, lac triplici ratione, scilicet propter pulchritudinem, propter dulcedinem, & propter sumendi facilitatem, 22ᵉ.q.189.1.4ᵐ.
5 Doctrina ostenditur esse vera, per hoc quod consonat rationi. Et similiter lex, 12ᵉ.q.98.1.c.
6 Homo adiuuatur & impeditur interius à doctrina dupliciter, scilicet propter virtutem & culpam doctorum, vel auditorum, 22ᵉ.q.177.1.3ᵐ.& q.189.1.4ᵐ.& 10.o.
7 Nomen doctrinæ & disciplinæ, ad inquisitionem cognitionis pertinet. Nam doctrina est actio eius, qui aliquid cognoscere facit. Disciplina autem est receptio cognitionis ab aliquo. Et debet esse à facilioribus, 22ᵉ.q.189.1.4ᵐ.

1 DOLOR est passio animæ in appetitu sensitiuo vel intellectiuo, 12ᵉ.q.35.1.o.& 3ª.q.84.8.9.o.& q.85.1.c.
2 Dolor interior, est simpliciter maior dolore exteriori, 12ᵉ.q.35.7.o. & q.37.1.3ᵐ.
3 Dolor magis fugitur, quo amatur voluptas: quia minor est amor voluptatis, quàm amor conseruationis sui, cui correspondet doloris fuga, 12ᵉ.q.29.3.1ᵐ.& q.35.6.o.& c.fi.& 22ᵉ.q.123.11.c.& q. 138.1.c.& q.142.3.2ᵐ.
4 Sicut dolor minuitur ex diuturnitate, sic timor ex præmeditatione, 12ᵉ.q.42.5.c.
5 Innocentia patientis minuit dolorem, quo ad numerum, quia nõ dolet de tot. Sed auget intensiue per se, quia magis indigne, 3ª. q.46.6.5ᵐ.
6 Dolor & tristitia, sunt tantum de contrariantibus voluntati, 1ª. q. 103.7.c.
7 Tristitia est species doloris, consequens interiorem apprehensionem tantum. Sed dolor consequitur ad omnem apprehensionem, 12ᵉ.q.35.2.o.& 7.c.& 3ª.q.15.6.c.
8 Omnis dolor & tristitia, secundum se sunt mala. Sed præsuppositа præsentia mali, sunt bona, 12ᵉ.quæst.39.1.o. & q.59.3.o. & 3. 4.15.5 6.o.
9 Dolor & tristitia, possunt esse bona, honesta, & vtilia, ratione fugæ mali, 12ᵉ.q.39.2.3.o.& 3ª.q.15.6.2ᵐ.& 3ᵐ.& q.46.6.2ᵐ.
10 *Impossibile est aliquam tristitiam vel dolorem, esse summum malum, 12ᵉ.q.39.4.o.
11 Dolor & gaudium sensitiui, nullo modo possunt esse simul, quia semper contrariatur, saltem secundum motum cordis, secundum dilationem & constrictionem, 3ª.q 84.9.2ᵐ.
12 Ad dolorem requiruntur duo. s. cõiunctio mali, & perceptio eius, 12ᵉ.q.35.1.7.c.& q.41.3.c.& 3ª.q.15.6.o.
13 Malum coniunctum, est magis causa doloris & tristitiæ, quàm bonum amissum, 12ᵉ.q.36.1.o.
14 Malum coniunctum, causat dolorem vt finis, sed amor vt vnde principium primum, & aliquando concupiscentia, sed odium, vt principium secundum, 12ᵉ.q.36.2.o.& 4.c.
15 Appetitus vnitatis, non cuiusliber, sed eius quæ est de perfectione naturæ, causat dolorem, 12ᵉ.q.36.3.o.
16 Potestas maior non tollens inclinationem, sed repugnans ei, causat dolorem, inquantum infert malum, 12ᵉ.q.36.4.o.
17 Passio Christi, ratione defectus humani causat in nobis dolorem & tristitiam, sed ratione benignitatis Dei causat lætitiam, 22ᵉ. q.82.4.1ᵐ.
18 In Christo fuit verus dolor sensibilis, 3ª.q.15.5.o.& q.46.6.c.
19 Dolor Christi in passione peruenit vsque ad rationem superiorem, 3ª.q.46.8.o.
20 Dolor Christi nõ impediebat delectationem fruitionis eius, nec econuerso, 3ª.q.15.5.3ᵐ.& 6.c.& 9.3ᵐ.& q.46.6.c.fi.& 2ᵐ.& 8.o.
21 Dolor Christi interior & exterior fuit maximus, 3ª.q.46.7.o. & q. 48.2.c.
22 Christus doluit pro omnibus peccatis simul, 3ª.q.46.6.4ᵐ.
23 Christus magis dolebat de miseriis nostris, quàm de passione sua, 3ª.q.46.6.4ᵐ.
24 Dolor Christi fuit maior dolore cuiuscunque contriti, 3ª.q.46.6. 3ᵐ.& 4ᵐ.
25 Dolor Christi fuit maior dolore Adæ, si passus fuisset in innocentia. 2ª.q.46.6.3ᵐ.
26 Dolor & tristitia, nullo modo sunt in Deo. 1ª.q.20.1.2ᵐ.
27 Mater Christi peperit sine dolore, & cum maxima iocunditate. 22ᵉ.q.164.2.3ᵐ.& 3ª.q.35.6.o.
28 Beati non dolent de malis quæ fecerunt. 12ᵉ.quæst.59.3.1ᵐ. & 3ª.q. 84.8.c.

DOLVS proprie accipitur tantum in malo, sed abusiue in bono. 22ᵉ.q.55

22ᵉ.q.55.4.1ᵐ.
2 Dolus principaliter est in verbis. 22ᵉ.q.55.4.2ᵐ.& 5.c.
3 Dolus fit tripliciter, scilicet, corde, ore, & opere. Sed fraus propriè est tantum in factis, 22ᵉ.q.55.4.2ᵐ.& 5.c.& q.111.3.2ᵐ.quæst.118.8. c.2ᵐ.

1 DOMINATIO significat tria, scilicet libertatem rigidam, & inflexibilem gubernationem, & appetitum & participationem veri dominij. 1ª.q.108.5.2ᵐ.
2 Dominationes præcipiunt, potestates ordinant, & principatus dirigunt, 1ª.q.108.5.3ᵐ.
1 DOMINICVS potest prædicari de qualibet re Christi, non autem de homine Christo, 3ª.q.16.3.o.
1 DEVS est principium & finis, & est realiter Dominus omnium, quia creatura subiicitur ei realiter. 1ª.q.13.7.5ᵐ.& 3.q.35.5.c.
2 Dominiũ conuenit Deo realiter ab æterno, quo ad potestatem, non autem quo ad relationem. Sed fundamentum relationis dominij est potestas. 1ª.q.11.7.1ᵐ.& 6ᵐ.& 8.1ᵐ.
3 Sola creatura rationalis habet dominium sui actus. 12ᵉ.q.1.1.2.c. & q.6.2.2ᵐ.& q.15.2.c.
4 Homo est dominus suarum operationum, per intellectum & voluntatem. 12ᵉ.q.1.1.c.& q.6.2.2ᵐ.& q.21.2.c.& q.109.2.1ᵐ. & 22ᵉ.q. 158.2.3ᵐ.
5 Sumus Domini nostrorum actuum, secundum quod possumus hoc vel illud eligere. Ideo non sumus domini appetitus vltimi finis. 1ª.q.82.1.3ᵐ.
6 Homo in statu innocentiæ habuisset dominium super alia animalia imperando, & vtendo liberè, non autem super angelos. 1ª.q.96.1.2.o.
7 Nec habuisset dominium seruile super homines, sed dominium libertorum, 1ª.q.92.1.2ᵐ.& q.96.4.o.& 22ᵉ.q.164.2.c.1ᵐ. & q.189. 6.2ᵐ.
8 Dominium & prælatio, introducta sunt ex iure humano, 22ᵉ.q. 10 c.& q.12.2.c.
9 In simonia transfertur dominium, non autem in furto, nec in rapina, nec in vsuris, 22ᵉ.q.78.3.c.3ᵐ.
1 DOMVS non est vnum simpliciter, sed aggregatione. Nec forma eius quæ est compositio vel ordo dat esse & speciem toti, & cui libet parti eius. 1ª.q.76.8.c.
DONATVS hæreticus rebaptizans, est condemnatus in concilio Toletano, 3ª.q.66.8.c.
DONEC quandoque significat tempus certum, quandoque verò tempus infinitum, 3ª.q.28.3.3ᵐ.

1 DONVM est proprium nomen spiritus sancti. 1ª.q.38.2.o.
2 Donum est nomen personale in diuinis, 1ª.q.38.1.o.
3 In nomine doni importatur proprietas originis spiritus sancti, quæ est processio, 1ª.q.38.2.2ᵐ.
4 Donum importat distinctionem personalem, secundum quod est alicuius, secundum originem. Sed spiritus sanctus dat secundum quòd est suipsius. 1ª.q.38.1.1ᵐ.
5 Donum dicitur tripliciter, scilicet, per identitatem, secundum originem, & secundum subiectionem. Primo modo conuenit essentia Dei. secundo personis. tertio creaturis tantum, 1ª.q.38.1. 1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ᵐ.
6 Spiritus sanctus est ratio omnium donorum Dei, quorum principium est voluntas Dei, 1ª.q.38.2.o.& q.43.5.1ᵐ.
7 Omnia dona sub ratione doni, manifestant spiritum sanctum. Sed secundum speciem doni, aliqua dona manifestant filium, vt sapientia, & scientia, 1ª.q.43.5.1ᵐ.
8 Dona spiritus sancti sunt tantum septem, scilicet, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, & timor domini. 12ᵉ.q.68.4.o.& 22ᵉ.q.8.6.o.& q.45.2.3ᵐ.
9 Et numerantur partim secundum dignitatem eorum, & partim secundum materias, 12ᵉ.q.68.7.o.
10 Circa materias omnium virtutũ, oportet esse aliquod de septem donis. 12ᵉ.q 68.4.7.c.& q.69.1.3ᵐ.
11 Septem dona perficiunt hominem, vt sequatur motum Dei, virtutes autem perficiunt, vt sequatur motum rationis, 12ᵉ.q.68.o. & q.69.1.c. & 22ᵉ.q.8.5.c.& q.19.9.c. & q.52.1.3.c. & q.121.1.c. & q. 139.1.c.& 3ª.q.7.5.c.1ᵐ.
12 Omnia septem dona, sunt priora virtutibus intellectualibus & moralibus, ordine perfectionis & dignitatis: sed econuerso ordine generationis & dispositionis, 12ᵉ.q.68.8.3ᵐ.
13 Et sunt dona spiritus sancti, secundum quòd charitate informantur. Ideo eis nullus male vtitur, 12ᵉ.q.68.8.3ᵐ.
14 Septem dona excellunt omnes virtutes morales & intellectuales, sed excelluntur à virtutibus theologicis, 12ᵉ.q.68.8.1.o.& q. 69.1.1ᵐ.& 22ᵉ.q.9.1.3ᵐ.& q.19.9.4ᵐ.& q.81.2.1ᵐ.
15 Omnia septem dona, præsupponunt tres virtutes theologicas, sicut quasdam radices, ad quas pertinent, sicut & earum detiuationes, 12ᵉ.q.68.4.3ᵐ.& 8.c.3ᵐ.& 22ᵉ.q.19.9.4ᵐ.& q.139.2.2ᵐ.
16 Dona sunt principia virtutum intellectualium, & moralium, 22ᵉ.q.19.9.4ᵐ.
17 Omnia septem dona sunt connexa, quia habens vnum, habet omnia, & charitatem, & econuerso, 12ᵉ.q.68.5.o.& 22ᵉ.q.19.9.c. & q.139.1.2ᵐ.& 3ª.q.7.5.3ᵐ.
18 Dona sunt in omnibus viribus hominis, in quibus sunt virtutes, 12 .q.68.4.5.7.c.
19 Donorum tria sunt in parte appetitiua, scilicet donum fortitudinis, pietatis, & timoris, reliqua verò in parte cognoscitiua, 22ᵉ. q.8.6.c.
20 Dona quorum vnum dirigit alterum, combinantur simul, 12ᵉ.q. 68.7.4ᵐ.
21 Septem dona sunt habitus in anima. 12ᵉ.q.68.3.o.
22 Septem dona sunt necessaria ad finem supernaturalem, non autem ad finem naturalem, 12ᵉ.q.68.2.o.& q.3.1ᵐ.& 3ᵐ.
Septem dona habent duplices actus, vnum in via, & alium in patria, 12ᵉ.q.68.6.2ᵐ.
23 Omnia septem dona, in patria habebunt actus suos circa ea quæ pertinent ad vitam contemplatiuam, non autem circa ea quæ pertinent ad vitam actiuam, 12ᵉ.q.68.6.3ᵐ.
24 Omnia septem dona manent in beatis secundum essentiam, non circa idem, nec cum eodem actu, 12ᵉ.q.68.6.o.& 22ᵉ.q.8.7.o.& q. 139.1.2ᵐ.& 3ª.q.7.3ᵐ.
25 Dona Dei secundum diuersas rationes emanant à bonitate, misericordia, liberalitate, & iustitia, 1ª.q.21.3.c.& 22ᵉ.q.31.1 2ᵐ. & 3ᵐ.
26 Præcipuum omnium donorum Dei, fuit filius eius, 12ᵉ.q.102.3.c.
27 Remissio peccatorum est maius donum Dei, quàm innocentia ex parte recipientis, sed econuerso ex parte dati. Ideo pœnitens magis tenetur ad gratiarum actiones, quàm innocens. 1ª.q.20. 4.4ᵐ.& 22ᵉ.q.106.2.o.& 3ª.q.88.2.3ᵐ.& q.89.2.3ᵐ.

1 DORMIENS quandoque syllogizat, licet semper cum aliquo errore. 1ª.q.84.8.2ᵐ.& 22ᵉ.q.154.5.2ᵐ.
2 *Interdum similitudinibus rerum in hæremus, sicut rebus ipsis, vt patet in dormientibus. 1ª.q.55.5.3ᵐ.fi.& 22ᵉ.q.154.5.c.

1 DOTES animæ sunt tres, scilicet, visio, fruitio, & comprehensio. Et dotes corporis sunt quatuor, scilicet subtilitas, agilitas, claritas, & impassibilitas, 1ª.q.12.7.1ᵐ.& 3ª.q.45.1.3ᵐ.
2 Dotes corporis procedunt ex virtute animæ glorificatæ, secũdum quòd anima causat quatuor in corpore, scilicet, esse substantiale, vires, formas secundarias. s. accidentales, & motum expeditum. 3ª.q.28.2.3ᵐ.& q.45.2.c.
3 Christus ante resurrectionem non habuit dotes corporis secundum habitum, sed tantum actus supernaturaliter, contra Vgonem de sancto Victore, 3ª.q.28.2.3ᵐ. & q.45.1. 3ᵐ.& 2.o.& q.81. 3.c.

1 DVBITATIO dicitur dupliciter, scilicet, motus rationis supra vtranque partem condictionis, cum formidine determinandi alteram partem eius, & formido affectus ad aliquod terribile sustinendum. Prima non fuit in Christo, sed secunda non secundum rationem, sed secundum sensualitatem, 3ª.q.18.4.1ᵐ. & 2ᵐ.
2 Dubitatio non potest esse in Deo, nec in angelis, 3ª.q.18.4.1ᵐ.
3 Dubitatio duplex, scilicet infidelitatis, & admirationis. Secunda fuit in matre Christi, non autem prima, 3ª.quæst.27.4.2ᵐ.& q. 30.4.2ᵐ.
4 Dubia de personis, debent in meliorem partem interpretari determinando, de rebus autem in partem veriorem, supponendo. 22ᵉ.q.60.4.o.

1 DVELLVM est illicitum. Et magis conuenit ei ratio fortium, quàm iudicio cum ferro candenti. Iudicia tamen huiusmodi sunt prohibita, quia sunt de occultis, quæ diuino iudicio reseruantur. 22ᵉ.q.95.8.3ᵐ.
2 Deus quandoque abscondit dulcedinem suam à bonis, vt eam ardentius quærant, 12ᵉ.q.112.5.c.

1 DVLIA est honor & seruitus debita creaturæ, sed latria est honor & seruitus debita soli Deo: ideo differunt specie. 22ᵉ.quæ. 103.3.o.
2 Dulia sumitur dupliciter, scilicet communiter, vt exhibet reuerentiam omni homini, ratione cuiuscunque excellentiæ vel propriæ, scilicet, tantum vt reuerentiam exhibent serui domino. Prima habet diuersas species secundum diuersitatem excellentiæ, vt pietatem, obseruantiam & huiusmodi: non autem secunda, sed est species obseruantiæ, quæ est ad omnes dignitate excellentes. 22ᵉ.q.103.3.c.& 4.o.

1 DVO dicitur, quasi habens dualitatem non in alio, sed in ipso de quo prædicatur duo. 3ª.q.17.1.6ᵐ.
2 Duo aliquando pro vno accipiuntur, 1ª.q.70.1.c.
3 Vnum aliquando habet vim duorum. 1ª.q.39.2.c.4ᵐ.

1 DVPLICITAS cordis, est aliud ostendere, & aliud intendere, 22ᵉ.q.109.2.4ᵐ.& q.111.3.2ᵐ.
2 Duplicitas vt est vertibilitas animi ad diuersa, est aliquid consequens ad luxuriam, sicut & inconstantia. 22ᵉ.q.53.6.2ᵐ.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 PROTENTIO durationis videtur attendi secundum operationē magis quàm secundum esse, sicut & tempus est numerus motus, 1ª.q.10.1.2ᵐ.fi.
2 Duratio pœnæ respondet culpæ ex parte maculæ, & non ex parte actus. 12ᴱ.q.87.4.3ᵐ.
3 Duratio pœnæ non respondet durationi culpæ, nec in iudicio diuino, nec humano, 12ᴱ.q.87.3.1ᵐ.
4 Duratio Dei, æternitas, & essentia eius, sunt eadem res. 1ª. q.10. 2. o.
1 DVRITIES est in sacramento Eucharistiæ, sine materia, 3ª.q. 77. 7. 2ᵐ.

E

EADEM eidem, sunt eadem inter se, tunc solum, quando in tertio sunt eadem re & ratione, 1ª.q.28.3.1ᵐ.

1 EBRIETAS dicitur dupliciter, scilicet, defectus rationis, ex nimio potu vini, & actus causans eum. Secunda est peccatum, non autem prima, 22ª.q.150.1.o.
2 Ebrietas nescientis potentiam vini, non est peccatum: scientis autem, sed non credentis inebriari, est peccatum veniale. Aliter verò est peccatum mortale, 12ᴱ.q.88.5.1ᵘⁿ.& 22ᴱ.q.150.1.2.o.
3 Dans vinum prono ad ebrietatem, scienter peccat. 22ᴱ. quæst. 150. 1.2ᵐ.
4 Ebrietas est species gulę, diuisa eōtra comessationes, 22ᴱ.q.150.1.c.
5 Ebrietas non est grauissimum peccatorum. 22ᴱ.q.150.3.o.
6 Ebrietas voluntaria in sua causa, non excusatur totaliter à peccato, nec totaliter excusat sequens peccatum. 12ᴱ.q.77.7.c.3ᵐ.
7 *Ebrietas sine peccato, tollit totam culpam actus sequentis, sicut forte accidit de Loth. & Noc. 22ᴱ.q.150.1.4.c.
8 Loth culpandus est, non quantū ille incestus, sed quantum ebrietas meruit, 22ᴱ.q.150.4.c.fi.
9 Ebrietas cum peccato, diminuit culpam actus sequentis, inquantū diminuit voluntarium, 12ᴱ.quæst.76.4.2ᵐ.& 4ᵐ.& 22ᴱ.quæ.150. 4.o.
10 Vitium contrarium ebrietati, est peccatum, scilicet, abstinere à vino in magnum grauamen naturæ scienter. Et caret nomine, 22ᴱ.q.150.1.3ᵐ.
11 *Ebrius homicida, meretur duplices maledictiones, propter duplex peccatum. Vel secundum legem Pitæaci. * qui id sua lege sanciuit, non respiciendo ebrios veniam, sed vtilitatem contra quam ebrius peccat. 12ᴱ.q.76.4.4ᵐ.& 22ᴱ.q.150.4.1ᵐ.
1 ECCLESIA dicitur dupliciter, scilicet militans, & triumphans. 3ª.q.68.9.o.
2 Corpus ecclesiæ mysticum, consistit ex hominibus, & Angelis, ex viatoribus & beatis, 3ª.q.8.4.c.2ᵐ.
3 Vna est ecclesia omnium fidelium, noui & veteris testamēti. Nec synagoga fuit concubina, sed vera sponsa, & vxor Christi. 3ª.q. 8.3.3ᵐ.
4 Decor ecclesiæ, principaliter consistit in notioribus, ad quem etiā actus exteriores pertinent, inquantum ab interiori decore prodeiuntur, vel ipsum conseruant, 12ᴱ.101.2.c.3ᵐ.
5 Ecclesia potest condere legem, in pertinentibus ad cultum Dei, & ad subiectionem infidelium, & rerum suarum, 22ᴱ.q.10.10.c. & q.66.8.2ᵐ.
6 Solus Christus fundauit ecclesiam, cuius ministerium commisit Petro & successoribus eius, in ædificationem, & non in destructionem, 22ᴱ.q.88.12.2ᵐ.
7 Nullus prohibetur ingredi ecclesiā, & audire verbum Dei vsque ad missam catechuminorum, 3ª.q.83.4.4ᵐ.
8 In casu necessitatis, licet vendere, aut emere terram, vbi quōdam fuit ecclesia, 22ᴱ.q.100.4.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ᵐ.

1 ECCLESIASTICVS liber pertinet ad legem veterem, 22ᴱ.q.16.1.art.5.
2 Ecclesiasticus liber non computatur inter canonicas scripturas, apud Hebræos, 1ª.q.89.8.2ᵐ.
ECLIPSIS apparens in passione Christi, fuit quintupliciter miraculosa: scilicet primo, quia secundum Dionys. & astrologos naturalis eclipsis solis, per interpositionem lunæ, nunquam accidit, nisi tempore coniunctionis solis & lunæ, quæ tunc nō fuit. Secundo, quia cum circa horam sextam luna fuisset simul cum sole in medio cæli, in vesperis apparuit in suo loco, id est, in oriente oppositā soli. Tertio, quia tunc luna iam pertransierat solem, & distabat quasi per medietatem circuli, in oppositione existens. Quarto quia tunc luna mirabiliter ab oriente versus occidentem rediens, non pertransiuit solem, vt esset eo occidentalior: sed postquam peruenit ad terminum solis, reuersa est versus orientem. Quinto, quia secundum Chrysostomum, tribus horis tunc tenebræ remanserunt, cum eclipsis solis in momento pertranseat, 3ª.q.44.2.2ᵐ.
EDVCI de potentia, est fieri in actu, quod prius erat in potentia: & dependet à materia, & fit per agens naturale, 1ª.q.90.2.2ᵐ.
1 QVILIBET effectus Dei, est æqualiter à tota trinitate, 1ª. q. 32. 1.c.& 3ª.q.23.2.c.
2 Omnis effectus repræsentat æqualiter causam suam. 1ª.q.45.7.c.
3 *Nullus effectus, est de specie suæ causæ, 22ᴱ.q.110.1.c.fi.& 3ᵐ.
4 Omne signum corporale, est effectus signati, vel procedit ab eadem causa, 22ᴱ.q.95.5.c.
5 Effectus positiuus, prior est effectu priuatiuo, ordine formæ: sed ordine materiæ est econuerso, 3ª.q.62.6.3ᵐ.& q.70.4.c.
6 Impossibile est quòd illud quod est per accidens. sit effectus per se alicuius virtutis cælestis vel alterius agentis naturalis, 1ª.q.116. 1.c.& 22ᴱ.q.95.5.c.
1 AEGRITVDO non est pura priuatio. Sed dicit humores inordinate dispositos, 12ᴱ.q.82.1.1ᵐ.
2 Aegritudo non est æqualiter in omnibus, sicut nec causa eius, 12ᴱ. 82.4.2ᵐ.

1 ELECTIO pertinet determinatè ad vnam potentiam, scilicet, ad voluntatem, 1ª.q.83.3.c.
2 Electionem rectam agit sola virtus, quæ est in parte appetitiua. 12ᴱ.q.58.1.2ᵐ.& 4.c.
3 Electio sequitur inquisitionem, in hominibus tātum, 1ª.q.22.1.1ᵐ. & q.59.3.1ᵐ.& q.62.2.1ᵐ.& 3ª.q.18.4.2ᵐ.& q.34.2.2ᵐ.
4 Electio est tantum de possibili, 12ᴱ.q.13.5.o.
5 Electio non est de vltimo fine, sed tantum de iis quæ sunt ad finē, 1ª.q.82.1.3ᵐ.& 12ᴱ.q.13.3.o.& 4.6.c.& 22ᴱ.q.24.1.3ᵐ.& q.33.1.2ᵐ.& q.47.1.1.2ᵐ.& 3ª.q.18.4.c.
6 Electio est tantum de actibus humanis, vel de alia re cum actu humano, 12ᴱ.q.13.4.o.& 5.c.
7 Ad bonam electionem requiruntur duo, scilicet intentio debiti finis per virtutes morales, & recta præceptio eorum quę sunt ad finem per prudentiam. 12ᴱ.q.56.4.4ᵐ.& q.57.5.c.& q.58.4.c.& 22ᴱ.q.47.1.2ᵐ.& q.54.2.c.
8 Intentio & electio differunt, quia prima est respectu finis, secunda verò, est eorum quæ sunt ad finem. 12ᴱ.q.13.4.c.
9 Iudicium liberi arbitrij, est actus electionis. 1ª.q.83.3.2ᵐ.
10 Homo nihil eligit de necessitate, sed liberè, 1ª.q.115.4.c.& 12ᴱ.q.13. 6.c.& 22ᴱ.q.104.1.c.
11 Homo est liberi arbitrij in eligendo, non autem in prosequendo respectu omnium. 1ª.q.83.1.4ᵐ.
12 Electio conuenit Christo. 3ª.q 11.3.1ᵐ.& q.18.4.o.& q.34.2.2ᵐ.
13 Electio conuenit Deo, respectu creaturarum, non autem respectu sui. 3ª.q.18.4.1ᵐ.& 2ᵐ.
14 Electio Dei est etiam non ens: ium, non autem nostra. 1ª.q.23.4.2ᵐ.
15 Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & disponit, vt idonei sint ad illud. 3ª.q.27.4.c.
16 Dilectio Dei, est prior electione, sed in creaturis est econuerso. 1ª. q.23.4.c.2ᵐ.
17 Omnes prædestinati sunt electi à Deo, & dilecti. 1ª.q.23.4.o. & q. 24.1.c.
18 Electio Dei præcedit prædestinationem, quia prædestinatio Dei est actus voluntatis absolutæ, consequens ordinem electionis. 1ª.q.23.4.c.2ᵐ.
19 Electio ad prælationē sufficit quod nihil inueniat in se, per quod ei fiat illicitum illud officium. 22ᴱ.q.185.3.c.
20 In foro contentioso, sufficit quòd electus sit bonus. Sed in foro conscientiæ, requiritur quòd sit optimus, vel simpliciter, vel ad regimen, 22ᴱ.q.63.2.c.3ᵐ.& q.185.3.o.
21 Electus de gremio ecclesiæ, vt in pluribus consueuit esse vtilior ad bonum commune, quia magis diligit ecclesiam, in qua nutritus est. 22ᴱ.q.63.2.4ᵐ.
22 Prælatus non eligitur, quasi in hæreditatem, sed vt dispensator. Ideo non oportet eligi propinquior. 22ᴱ.q.63.1.c.2.1ᵐ.
1 IN omni misto, oportet aliquod elementum prædominari, 22ᴱ.q. 49.6.1ᵐ.& q.179.2.2ᵐ.
2 Elementa subtiliora prædominantur in misto, secundum virtutē, sed grossiora secundum quantitatem. 1ª.q.71.2ᵐ.& q.91.1.c.3ᵐ.
3 Formæ elementorum sunt in misto, virtute, non autem actu. 1ª.q. 76.4.4ᵐ.
4 Primæ quatuor qualitates non sunt habitus elementorum. 12ᴱ.q. 49.4.c.
5 Diuersæ opiniones de creatione & distinctione elementorum. 1ª. q.66.1.o.
6 Elementum in diffinitione sacramenti ponitur pro quocunque sensibili. 3ª.q.84.1.1ᵐ.
1 ELEEMOSYNA est opus, in quo datur aliquid indigenti, ex compassione, propter Deum. 22ᴱ.q.32.1.c.
2 Omne obsequium impensum proximo propter Deum, est eleemosyna. 22ᴱ.q.32.1.c.
3 Eleemosyna est propriè actus misericordiæ. Sed est actus charitatis ex consequenti, & mediate: latria verò imperatiue. 22ᴱ.q. 32. 1.o.& 9.3ᵐ.
4 Eleemosyna est actus liberalitatis, inquantū auferт impedimentū eius, scilicet superfluum amorem diuitiarum. 22ᴱ. quæst. 32. 1. 4ᵐ.

Dare

5 Dare eleemosynam de superfluo, vel in extrema necessitate, est de præcepto, in aliis est tantum de consilio, 22ᴱ.quæst.32.5.6.o. & q.66.7.c.& q.71.1.c.& q.87.1.4ᵐ.& quæst.118.4.2ᵐ.quæst.185.7. 1ᵐ.
6 Eleemosyna quæ est de consilio, est pars satisfactionis, non autē illa quæ est de præcepto, sed est præambulum eius, 22ᴱ. q. 3.2. 1.2ᵐ.
7 Eleemosyna non est facienda de necessariis sibi, & familiæ, & statui, nisi velit mutare statum, vel necessitas aliqua præponderet, scilicet extrema alicuius personæ, vel ecclesiæ vel reipublicæ. 22ᴱ.q.32.6.o.& q.117.1.2ᵐ.
8 Non est expectanda extrema necessitas in danda eleemosyna. Nec oportet prætendere futuram, præter probabile. 22ᴱ.q.32. 5. 3ᵐ.
9 *Eleemosynæ non sunt recipiendæ à peccatoribus. 22ᴱ.q.154. 4. c. princip.
10 Ille qui dat eleemosynam quando dat vt foueatur in peccatis, vel quando dat vt aliquem inducat ad hæresim, mortaliter peccat, propter intentionem corruptam. Et talis eleemosyna non est recipienda. 12ᴱ.q.19.7.2ᵐ.& 3ᵘᵐ.& 22ᴱ.q.154.4.c.princip.
11 Quilibet tenetur dare eleemosynam, quicquid habet per simoniam. 22ᴱ.q.23.7.c.2ᵐ.& q.62.5.2ᵐ.q.110.6.1ᵐ.
12 Quilibet etiam non habens dominium rei, potest facere eleemosynam cuicunque existenti in extrema necessitate. 22ᴱ.q.32.6.3ᵐ. & 8.1ᵐ.& 2ᵐ.
13 Filijfamilias, & serui non possunt dare eleemosynas, sine consensu dominorum, nisi de paruis, vel suis. 12ᴱ.q.32.8.3ᵐ.
14 Lucia poterat de consensu solius martis dare eleemosynas. 22ᴱ.q. 32.8.3ᵐ.
15 Vxori non licet dare eleemosynas, nisi communes, & modicas, sine consensu viri vel nisi moderatas, viro ignorāte & non prohibente, vel nisi habeat aliqua præter dotem, vel nisi lucretur, 22ᴱ.q.23. 8.2ᵐ.
16 Religiosis non licet dare eleemosynas sine licentia, nisi de modicis, sub rari habitione, 22ᴱ.q.32.8.c.1ᵐ.
17 Quilibet potest sibi facere eleemosynas, non quidem dando sibi aliquid, sed exercēdo in se actum corporalem, vel spiritualem. 22ᴱ.q.10.1.2ᵐ.& q.32.9.3ᵐ.& q.106.3.1ᵘⁿ.
18 Eleemosyna cæteris paribus, debet dari magis indigentibus, melioribus, propinquioribus, benefactoribus, & dantibus spiritualia. 22ᴱ.q.32.3.1ᵐ.& 9.o.& q.71.1.c.& q.81.6.2ᵘⁿ.
19 Efficacia eleemosynæ, pensatur principaliter ex affectu ex parte dantis, respectu præmij essentialis, sed respectu præmij accidētalis, & ex parte recipientis, magis pensatur ex magnitudine dati, nisi affectus eius multum excedat. 22ᴱ.q.32.9.2ᵐ.
20 Nullus mortiens in peccato mortali, potest liberari ab inferno, per eleemosynas suas, vel aliorum, 22ᴱ.q.154.2.5ᵐ.
21 Eleemosyna dupliciter liberat viuos à peccato mortali, scilicet, præseruando & disponendo ad gratiam, sicut etiam alia bona. 22ᴱ.q.154.2.5ᵐ.
22 Eleemosynæ corporales, secundum suam substantiam, habent effectus tantum corporales, sed ratione causæ, scilicet, charitatis, & orationis, habent effectus spirituales, 22ᴱ.q.32.4.o.
23 Eleemosynæ spirituales, sunt simpliciter meliores, quàm corporales, scilicet, ratione dati, finis, & actus sed respectu alicuius est econuerso. 22ᴱ.q.32.3.o.& q.33.1.c.& q.188.4.c.
24 *Recompensatio temporalis non intenta, non minuit meritum, vel laudem eleemosynæ, nec aliorum actuum, sicut nec humana gloria non intenta, * sed intenta minuit, quia qui vult dare eleemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult id quod de se est bonum sub ratione mali. 12ᴱ.q.19.7.2ᵐ.& 3ᵐ.
25 Eleemosynæ corporales sufficienter numerantur septem, & spirituales septem. 22ᴱ.q.32.2.o.
26 Eleemosyna debet fieri abundanter, secundum facultatem dantis, sed multis indigētibus ne quis superfluè habeat, 22ᴱ.q.32.10. o.& q.117.1.2ᵐ.
27 Embrio prius viuit anima vegetatiua, secundo sensitiua, & vltimo, intellectiua, quia generatio eius multiplex est, & discontinua. 1ª.q.67.4.c.fi.& q.76.3.3ᵐ.& q.77.7.c.& q.85. 3.1ᵐ.& q.118.2. 2ᵐ.& 22ᴱ.q.64.1.c.& 3ª.q.33.2.3ᵐ.
EMERE regnum cælorum dicitur impropriè, id est mereri, qui dat quod habet, 22ᴱ.q.100.1.3ᵐ.
1 ENERGVMENVS dicitur, quasi intus laborans. 3ª.q.71.2.1ᵐ.& 3ᵐ.
2 Omnis baptizandus est energumenus: ideo debet exorcizari. 3ª.q. 71.2.1ᵐ.& 3ᵐ.
Adam videbat Deum in ænigmate, id est, obscurè, scilicet, per effectus, non autem propter occupationem sensibilium causatam ex peccato, sicut nos. 3ª.q.94.1.3ᵐ.

1 ENS dicitur dupliciter. s. quod significat essentiam rerum, & diuiditur in decem prædicamenta, secundo quod significat conceptionem quam facit anima. 1ª.q.3.4.2ᵐ.& q.48.2.1ᵐ.

2 Di uisio entis quadruplex. s per se, & per accidens, rei & rationis, in decem prædicamenta, & per actum & potentiam. 1ª.q.10.3.c.
3 Ens dicitur dupliciter, scilicet, ens simpliciter, id est, substantia, & ens secundum quid, id est, accidens. 3ª.q.11.5.3ᵐ.
4 Omne ens ratio nis, est relatio, vel negatio. 1ª.q.28.1.2.
5 *Priuationes, negationes, & non entia sunt entia rationis tātum. 1ª.q.16.3.2ᵐ.& q.48.1.2ᵐ.12ᴱ.q.8.1.3ᵐ.& q.26.1.c.
6 Ens includitur in quolibet apprehenso. 12 .q.94.q.1.c.
7 Quod fit per accidens, non est ens propriè, neque vnum. 22ᴱ. q. 95.5.c.
8 Ens non est genus, quia non habet differentias. 1ª.q.3.5.c.1ᵐ.
9 Omnia vniuoca, reducuntur ad vnum principium, non quidem vniuocum, sed analogum, scilicet, ad ens. 1ª.q.13.5.1ᵐ.
10 Ens prædicatur analogicè, de substantia & accidente. 1ª.q.13.10. 4ᵐ.& 22ᴱ.q.120.1.c.
11 *Ens participaliter & adiectiue, prædicatur pluraliter de tribus personis diuinis, substantiue verò, singulariter tantum. 1ª. q. 39. 3.3ᵐ.
1 ENVNCIABILE de præsenti, præterito, & futuro, non est idem. 1ᴱ.q.14.15.3ᵐ.
1 ENVNCIATIO fit à nobis tātum propter cognitionem habendam. 1ª.q.14.14.c.& 22ᴱ.q.1.2.1ᵐ.
2 *Omnis enunciatio affirmatiua, in materia naturali, est vera, & negatiua falsa. Sed in materia remota, est econuerso. In contingenti autem, quælibet vniuersalis est falsa, & particularis, vel indefinita est vera. 1ª.q.51.1.c.
1 EPICYCLI, & eccentrici circuli, probantur in astrologia rationabiliter, non autem demonstratiuè. 1ª.q.32.1.2.
1 EPIEICHIA, id est, bona animositas, est idem quod securitas, Ideo est pars potentialis fortitudinis, 22ª.q.128.1.6ᵐ.
2 Epieichia est virtus specialis, & pars potentialis iustitiæ, 22ᴱ.q.80. 1ᵐ.& q.120.o.& q.128.1.6ᵐ.
3 Epieichia est pars subiectiua iustitiæ communiter directæ, quæ per prius prædicatur de ea, quàm de iustitia legali, quæ dirigitur secundum epieichiam, quæ est superior regula humanorum actuum. 22ᴱ.q.120.3.c.1ᵐ.
4 Epieichia est potior pars legalis iustitiæ, obtemperantis legi, quo ad verba, & quo ad intentionem legislatoris. Sed diuiditur contra eam, vt attendit tantum verba, 22ᴱ.q.120.2.2ᵐ.
5 Epieichia seruat intentionem legis, in his, ad quæ forma legis se non extendit, 22ᴱ.q.120.1.o.
6 Epieiches non deserit iustum simpliciter, sed iustum lege determinatum. Nec opponitur seueritati, quæ sequitur veritatem legis, in quibus oportet, quia in quibus non oportet, est vitiosum. 22ᴱ.q.120.1.1ᵐ.
1 EPISCOPATVS nomen operis est, & non honoris, 22ᴱ. quæ.185.1.1ᵐ.
2 Intelligēdus est in nomine episcopatus, bonum opus, id est, actio plebi vtilis, 22ᴱ.q.185.1.2.o.
3 Ex hoc quod Apostolus dicit, qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, sumpserunt aliqui occasionem ambitionis episcopatus & prælationis. Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apostolus voluit hic ostendere, quid pertinet ad episcopum. Episcopus est nomen græcum. Scopos enim idem est quod intendens, & epi, id est, supra, quasi superintendens: duo ergo consideranda sunt in episcopo, scilicet, gradus superior, & actio plebi vtilis. 22ᴱ.q.185.1.1ᵐ.
4 Aliqui proiiciunt forte oculum ad ea quæ circunstant episcopatum. s. quòd qui præsest, honoratur, & habet potestatem: & qui propter ista desiderat episcopatū, nescit quid sit episcopus sue episcopatus: & ideo dicit apostolus quid sit episcopus, & quid desiderat, qui episcopatum desiderat, quia bonum opus desiderat, non dicit bonum desiderium habet, sed bonum opus desiderat, scilicet vtilitatem plebis, 22ᴱ.q.185.1.1ᵐ.

1 EPISCOPI & presbyteri olim non differebant secundum nomina, 22ᴱ.q.184.6.1ᵐ.
2 Solus episcopus, proprie est prælatus ecclesiæ, & quasi spōsus eius, accipit annulum: & solus habet plenam potestatem, & iurisdictionem, 22ᴱ.q.108.4.2ᵐ.
3 Solus episcopus potest dispensare illa sacramenta, quæ ponunt suscipientem in aliquo gradu perfectionis super alios, 3ª.quæ.82. 3.3ᵐ.
4 Episcopi sunt successores apostolorum, 22ᴱ.q.184.6.2ᵐ.& q.185.5.c. & 3ª.q.67.2.1ᵐ.& 72.11.c.
5 Episcopus dicit, pax vobis, quia magis repræsentat Christum dicentem sic, quàm simplex sacerdos dicens: Dominus vobiscum, 3ª.q.83.5.6ᵐ.
6 Sicut diaconus participat illuminationem, & virtutem sacerdotis: sic & sacerdos perfectiuam dispensationem episcopi, 3ª.quę. 8.1.3ᵐ.
7 Episcoparus est ordo supra sacerdotiū, respectu mystici corporis Christi: non autē respectu veri, 22ᴱ.q.184.6.2ᵐ.& 3ª.q.67.2.2ᵐ.& q.82.1.4ᵐ.

q.82.1.4m.
8 Episcopus potest iudicare eos solum, qui sunt de sua diœcesi. 22.ę q.60.2.c.& 6.9.& q.67.1.c.
9 Episcopus in cuius diœcesi aliquis delinquit in re non exempta, fit ei superior, ratione delictiteriá si sit exemptus: nisi forte delinquat in re aliqua exempta, puta in administratione bonorũ alicuius monasterij exempti: sed si aliquis exemptus cõmittat furtum, vel homicidium, vel aliquid huiusmodi, potest per ordinarium condemnari, 22ę.q.67.1.3m.
10 Episcopus tenetur ingredi religionem, quam vouit, 22ę. quæstio. 189.3.1m.
11 Monachus episcopus tenetur ad obseruantias regulares, scilicet ad continentiam, paupertatem, habitum, & alia, nisi impediant officium eius, vt silentium, solitudo, abstinentiæ, & vigiliæ graues, in quibus potest ipse secum dispensare, sicut & prælati in religione. 22ę.q.88.11.4m.& q.185.8.c.& 188.8.3m.
12 Episcopi tenentur exponere omnia sua pro honore Dei, & salute gregis sui, cum opus fuerit, 22ę.q.184.7.1m.
13 Episcopo non licet religionem ingredi, nisi propter impedimentum salutis, ex parte sui, vel aliorum, de licẽtia Papæ. 22ę.q. 184. 6.c.fi.& q.185.4.o.& q.189.7.c.
14 Monachus episcopus non potest esse hæres, nisi pro ecclesia sua: nec potest testamentum condere, nec aliquid disponere post mortem, nisi de licentia Papæ. 22ę.q.88.11.4m.& q.185.8.3m.
15 Episcopus depositus, intrans religionem, potest reuocari ad episcopatum, nisi sit detrusus ibi ad pœnitentiam, pro culpa eius, 22ę.q.183.4.2m.
16 Episcopo non licet deserere corporaliter gregem suum propter persecutionem: nisi possit ei sufficienter per alium prouidere, 22ę.q.185 5.o.
17 Episcopo licet habere proprium, & illud hæredibus testari, 22ę.q. 185.6.7.o.& q.186.3.5m.
Quidam equus perpendens se coiisse cum matre, præcipitans se, mortuus est. 22ę.q.54.9.3m.
1 ERROR circa prima principia, in speculabilibus & practicis, est grauissimus & turpissimus, 22ę.q.154.12.c.
ERVBESCENTIA est timor de turpi fiendo, sed verecundia est timor de turpi facto. 12ę.q.41.4.c.& 22ę.q.75.1.3m, & quæ. 144. 2. c.

1 ESSE dicitur tripliciter, scilicet essentia actus essentiæ, & esse quod significat veritatem propositionis, quod formaliter est in anima: sed est in re fundamentaliter. 1a.q.3.4.2m.
2 Species rerum habẽt triplex esse, scilicet, in arte Dei, id est, in verbo, in intelligentia angeli, & in rebus, 1a.q.74.3.2m.
3 Esse ab aliquo, dicitur dupliciter, scilicet directè, quia agit, & indirectè, quia non agit quod debet. 12ę.q.6.3.c.
4 Omne quod non est suum esse, participat esse à causa prima, quæ est suum esse. 1a.q.44.1.c.& q.61.1.c.& q.75.5.4m.& q.104.1.c.fi. & 12ę.q.3.7.c.
5 Esse est proprius effectus Dei. 1a.quæst.8.1.c.& q.45.5.o. & q.65.3.c. & 12ę.q.66.5.4m.
6 Forma non est, nec fit, nec creatur, nisi impropriè. 1a.quæst.5.5. 2m. & q.9.2.3m.& q.45.4.8.o.& q.65.4.c.& q.75.6. cap.& quæst. 90.2. c.& q.91.2.c.& q.110.2.c.& q.118.1.c. & 12ę.q.110.2.3m. & 3a. q.35.1. c.3m.
7 Omne esse est ab aliqua forma. 1a.q.42.1m.
8 Ipsum esse nihil aliud adiunctum habere potest, similiter nec aliqua forma 1a.q.3.6.7.c.
9 Primus effectus formæ, est esse, secundus verò operatio. 1a.q.42.1. 1m.& 12ę.q.111.2.c.
10 Esse est prius omni alia participatione, & omni alio nomine Dei. 1a.q.5.2.o.
11 *Et est nobilius. 1a.q.4.1.3m.& 2.3m.& 12ę.q.2 5.2m.
12 Ab eadem forma vel essentia, est esse immediate, & operatio mediante potentia. 1a.q.54.22m.& 3a.q.16.1.4m.
13 Esse est formale, respectu omnium quæ in re sunt. 1a.q.8.1.c.
14 Idem est esse formæ, materiæ, & compositi. 12ę.q.4.5.2m.
15 Si aliqua forma vel natura non pertinet ad esse personale, illud esse non dicitur esse personæ simpliciter: sed secundum quid. 3a.q.17.2.c.
16 *Esse capitatum, & esse corporeum, & esse animatum, pertinet ad personam Sortis, sed ex his non fit nisi vnum esse in Socrate, 3a. q.17.2.c.
17 Si post constitutionem personæ, aduenant ei aliqua membra, nõ accrescit ei aliud esse, sed sola relatio ad hæc. 3a.q.17.2.c.
18 Esse est maximè intra rem, secundo forma, tertio materia. 1a.q.8. 1.c.& q.105.5.c.fi.
19 Sed esse est actus formæ, & essentiæ suppositi, 1a.q.3.4.c.
20 Nec esse comparatur ad alia sicut recipiens ad receptũ, sed econuerso, quia est actualitas omnium, 1a.q.3.4.c.& quæ.4.1.3m. & q. 5.1.c.
21 Immo semper illud quod substernitur in rebus, est communius quàm id quod informat, & restringit ipsum: sicut esse quàm viuere, 1a.q.65.3.c.
22 Quælibet forma substantialis dat esse simpliciter, & quælibet forma accidentalis dat esse secundum quid, 1a.q.76.4.8.c. & q. 77.6.c.
23 Vnius personæ est tantum vnum esse personale, sed multa secundum quid, 3a.q.17.2.c.& q.19.1.4m.
24 Quicquid est in aliquo præter essentiam eius, oportet esse causatum vel à principijs essentialibus, vel ab extra, 1a.q.3.4.c.
25 Esse pertinet ad hypostasim, sicut ad illud quod habet esse, sed pertinet ad naturam: sicut ad illud quod aliquid habet esse, 3a.quæ. 17.2.c.1m.
26 Esse simpliciter est superius ad esse hominem, 3a.q.16.9.2m.
27 Impossibile est vnam rem habere duplex esse substantiale, 1a.q. 76.3.c.& 4.c.& 77.q.2.4m.& 3a.q.17.2.c.
28 Ad probandum aliquid esse, oportet vti pro medio quid nominis, non autem quid rei, quia sequitur quæstionem an est, 1a. quæ.2.2.2m.
29 In qualibet creatura differunt esse & essentia, operatio & potentia, vel virtus operatiua, 1a.q.54.1.2.3.c.& q.77.1.c.& quæst.79. 1. c.
30 Esse cuiuslibet creaturæ est determinatum ad vnum secundum genus: & secundum speciem, 1a q.54.2.c.
31 Inclinatio cuiuslibet creaturæ ad esse, est tantum per essentiam, non autem inclinatio ad extra, 1a.q.59.2.c.1m.
32 Impossibile est quòd esse alicuius creaturæ, sit causatum ex principijs essentialibus eius, 1a.q.3.4.c.
1 ESSENTIA est illud quod significatur per diffinitionem, 1a.q.3. 3.c.& q.29.2.3m.
2 Essentia est illud, cuius actus est esse, 1a.q.39.2.3m.
3 Essentia & natura sunt idem re, & differunt ratione: quia essentia est principium essendi, sed natura est principium operationis, 1a.q.39.2.3m.
4 Essentia nomine abstracto, significatur vt pars, sed in concreto significatur vt totum, 1a.q.3.3.c.
5 In compositis, essentia significat compositum ex forma & materia in communi, 1a.q.29.2.3m.

1 AEQUALITAS duplex, scilicet quãtitatis, & proportionis: prima requiritur in iustitia commutatiua, secundà in distributiua & in merito, respectu præmij, 12ę.q.114.3.o.
2 Aequalitas duplex, scilicet, æquiparantiæ, & proportionis, 1a.q.63. 3.c.& 22ę.q.163.2.c.
3 Aequalitas & quantitas duplex, scilicet molis, & virtutis, 1a.q.42.1. 1m.& 2m.
4 Omnis æqualitas virtutis, includit similitudinem, non autem econuerso. 1a.q.42.1.2m.
5 Angelus & homo appetierunt æqualitatem Dei, secũdum similitudinem imitationis: non autem secundum æquiparantiam naturæ. 1a.q.61.4.3m.& q.63.3.o.& q.68.4.c.fi.& 22ę.q.163.2.o.
6 In diuinis est æqualitas, & quantitas virtutis, non autem molis. 1a. q.42.1.o.& 3a.q.58.3.o.
7 Aequalitas & similitudo in diuinis, est tãtum secundum essentialia 1a.q.35.1.c.& q.36.4.3m.& q.42.4.2m.
8 Aequalitas & similitudo in diuinis, includunt relationes personales, & vnitatem essentiæ, nec dicunt aliam relationem realem, 1a.q.28.4.4m.& q.42.1.4m.
9 Quælibet persona in diuinis, est similis & æqualis aliis duabus personis, 1a.q.42.o.& 3a.q.43.4.c.
1 AEQVINOCTIALIS Zona, secundum aliquos est temperatissima, sed probabilius, secundum Aristotelem, est inhabitabilis propter æstum. 1a.q.102.2.4m.
2 Creatio mundi, & passio Christi, factæ sunt in æquinoctio: sed iudicium generale erit in æstate qnando sol maximè exaltatur, quia perfecta illuminatio erit in secundo Christi aduentu, & tunc etiam erit maxima Christi exaltatio. 3a.q.469.3m.
1 *AEQVITAS est pars iustitiæ, & continetur sub epieichia. 22ę. q.80.3m.
AEQVIVALENS non potest reddi Deo nec parentibus, sed sufficit reddere id quod est possibile. 12ę.q.100.7.1m.& 22ę.q.57.1. 3m.& q.6.2.2.1m.& q.80.c.& q.81.5.3m.& q.102.1.3m. & q.106.6.1m. & 3a.q.85.3.2m.
1 DIVERSITAS significationis causat æquiuocationem, non autem diuersitas suppositionis vel prædicationis, 1a.q.13.10.1m. & q.29.4.4m.
2 Omnis æquiuocatio præsupponit vniuocationem, non autem generatio æquiuoca præsupponit generationem vniuocam, sed econuerso. 1a.q.13.5.1m.

1 AESTIMATIO rationis, semper corrũpitur in peccãte in vniuersali, vel in particulari, per delectationes, & alias passiones. 22ę.q.162.4.1m.
2 Vis æstimatiua, est potentia apprehensiua cõuenientis & nociui, idem

ideo comparatur ad appetitum sensitiuum, sicut intellectus practicus ad voluntatem, 1a.q.78.4.c.
2 Æstimatiua nullum indiuiduum apprehendit, inquantum substat naturæ communi, sicut cogitatiua in homine: sed tantum vt est principium vel terminus actionis vel passionis bruti, 1a. quæst.78. 4.5.fi.

1 ÆTERNITAS est interminabilis vitæ, tota simul, & perfecta possessio, 1a.q.10.1.o.
2 Æternum quandoque sumitur pro diuino, 22ę.q.164.2.6m.
3 Æternitas est mensura omnis durationis, 1a.q.10.6.c.
4 * Æternitas excludit principium durationis, 1a.q.42.2.2m.
5 Esse, secundum quòd recedit à permanentia, & subditur transmutationi, recedit ab æternitate, & subditur tempori, 1a.q.10. 4.3m. & 5.c.
6 * Æternitas significatur pluraliter, 1a.q.10.3.1m.
7 Æternitas est tota simul: quia est mensura esse permanentis, non autem tempus, quia est mensura motus, 1a.q.10.4.c.3m.& 5.c.
8 Æternitas manet eadem, & subiecto, & ratione: ideo non est idem quod nunc temporis, 1a.q.10.4.2m.
9 Tempus non differt ab æternitate, per habere principium & finem, nisi per accidens, vel ex parte mensurati vel in potentia, 1a.q.10.4.5.c.
10 Æternitas & tempus, non sunt mensuræ vnius generis, 1a.quæst. 10. 4.1m.
11 In tempore aliud est indiuisibile, scilicet, instans: & aliud durans, scilicet, tempus: sed in æternitate, est idem indiuisibile, & semper stans, 1a.q.42.2.4m.
12 Æuum est medium inter tempus & æternitatem: quia tempus habet prius & posterius, id est, mensurat mutabilia: non autem æuum, sed coniungitur eis, non autem æternitas, 1a.q 10.5.o.
13 Deus est æternitas, 1a.q.10.2.c.3m.
14 Deus est æternus, 1a.q.10.2.o.
15 Æternitas verè, & propriè, conuenit soli Deo, sed participatiuè, conuenit diuersis diuersimodè, 1a.q.10.2.3.o.
16 Nihil præter Deum, fuit ab æterno, 1a.q.10.3.o. & q.16.7.o. & q. 46.o. & q.61.2.o.
17 Ab æterno non fuerunt multæ veritates, nisi in mente Dei, 1a.q. 10.3.3m. & q.16.7.o.
18 Deus est supra æternitatem participatam, & vltra eam regnat, nõ autem supra vel vltra æternitatem suam, 1a.q.10.2.1m.& 2m.
19 Deus non est actor, nec causa suæ æternitatis, sed æternitatis participatæ, scilicet æui, 1a.q.10.2.1m.
1 ETHICA, & necesse est ponere, quòd in primum motum voluntatis, voluntas prodeat ex instinctu alicuius exterioris mouentis, vt Aristoteles concludit, in quodam capitulo Ethicæ Eudimice, 12ę.q.9.4.c.fi. & q.80.1.ar.3m.
2 ETYMOLOGIA attenditur, secundum illud à quo imponitur nomen: significatio verò secundum illud, ad quod significandum nomen imponitur, 22ę.q.92.1.2m.
ETHOS in Græco scriptum per H literam longam: significat morem, id est, inclinationem, sed scriptum per E breuem, significat morem, id est consuetudinem, 12ę.q.58.1.c.
1 EVA non fuit filia Adæ, quia non processit ab eo modo naturæ, nec sicut à principio naturali, 1a.q.92.2.3m.
1 EVANGELIVM diuulgatum est, & prædicatum in toto orbe, non autem creditum per fidem ab omnibus, 12ę. .106.4.4m.
2 In euangelio nihil mandatur de præceptis cerimonialibus: quia ablata sunt per impletionem rei, 12ę.q.108.3.3m.
3 In euangelio non continentur, nisi quæ pertinent ad gratiam spiritus sancti, 12ę.q.106.1.1m.
4 Doctrina euangelica est doctrina perfectionis: ideo instruit de omnibus pertinentibus ad rectitudinem vitæ, 22ę.q.56.1.2m.
1 EVBVLIA est virtus specialis bene consiliatiua, 1a.q.22.1.1m.& 12ę.q.57.6.o.& 22ę.q.48.c.fi.q.49.4.2m. & q.51.1.2.o. & q.53.2.c.
2 In nullo peccatore, inquantum huiusmodi, inuenitur eubulia, 22ę.q.51.1.3m.

1 EVCHARISTIA est sacramentum, & sacrificium, 12ę.q. 101.4.2m.& 3a.q.52.8.2m.& q.73.1.4.o. & q.79.5.o.& 7.o.& q.82. 4.c.1m.
2 Corpus & sanguis Christi sunt vnum sacramentum formaliter: & secundum finem, sed plura materialiter, 3a.q.73.2.o.& q.78. 6.1m.
3 Hoc sacramentum habet quatuor nomina, scilicet sacrificium vel hostia, communio, vel synaxis, eucharistia, & viaticum, 3a.q. 73.4.o.& q.79.2.1m.
4 Conueniens fuit, & necessaria institutio eucharistiæ in cœna Domini, non autem ante, nec post, quatuor rationibus, scilicet primo quia ad perfectionem nostram exigebatur, vt caput nostrum etiam realiter nobis iungeretur: secundo, quia tunc instituì debuit, quando figuræ veteris legis terminandæ erant: tertio ratione repræsentationis passionis Christi: quarto ex ritu quo frequentandum est hoc sacramentum, vt vltimo traditum magis memoriæ teneretur, 3a.q.72.12.3m.& q.73.5.o.& q.74.4.c. 1m.& q.80.8.1m.& q.83.2.3m.
5 Necessaria fuit institutio eucharistiæ, per modum cibi, 3a.q.73.1. 2.o. & q.75.5.c.
6 Eucharistia habuit multas figuras in veteri testamento, quarum præcipua fuit agnus Paschalis, 12ę.q.102.5.1m.& 3m.& q.73.6.o. & q.80.10.2m.
7 Eucharistia in missa comparatur sacrificio Abel, Abrahæ, & Melchisedech, 3a.q.83.4.8m.
8 Oblatio Melchisedech, fuit expressior figura Eucharistiæ, quo ad illud quod est sacramentum tantum, figuris veteris legis, sed econuerso quo ad illud quod est res & sacramentum, 3a.q.61.3. 3m. & q.73.6.c.
9 Sacrificium eucharistiæ quotidie oblatum in Ecclesia, non est aliud, quàm sacrificium Christi, sed commemoratio eius, 3a.q. 22.3.2m. & q.73.4.o.& q.83.1.o.
10 Effusio sanguinis & aquæ, ex latere Christi, est signum & causa Eucharistiæ: oblatio Melchisedech, respectu eius quod est sacramentum tantum, manna respectu eius quod est res tantum, & agnus Paschalis respectu eius quod est res & sacramentum, sunt tantum signa, 3.q.73.6.o.q.74.6.1m.
11 Agnus Paschalis fuit figura Eucharistiæ, ratione passionis Christi: manna verò, vt cibus fidelium, 12ę.q.102.5.2m. & 3a.q.73.5.6. c.& q.80.10.2m.
12 Corpus Christi mysticum est res tantum in hoc sacramento, 3a. q.73.3.6. c.
13 Res huius sacramenti duplex, scilicet contenta, id est, Christus: & non contenta, scilicet corpus Christi mysticum, 3a.q.60.3.c. & q.80.4.c.
14 Res & sacramentum Eucharistiæ, est corpus Christi verum, res tantum, est effectus eius, scilicet gratia, sacramentum verò tantum est materia eius, 3a.q.73.1.3m.& 6.c.
15 Res & sacramentum Eucharistiæ, est in materia, sed res tantum, scilicet gratia, est in suscipiente, in aliis autem sacramentis, vtrunque est in eo, 3a.q.73.1.3m.
16 Vel quia nutrimentum correspondens Eucharistiæ, præcedit augmentum correspondens confirmationi vt causa, & sequitur vt conseruans, 3a.q.65.2.3m.
17 Eucharistia excellit omnia sacramenta veteris ac nouæ legis, 3a. q.65.3. o.
18 Eucharistia est perfectio aliorum sacramentorum, 3a.q.75.1.c.
19 Eucharistia est consummatio omnium sacramentorum, 3 .q.63. 6.c. & q.73.1.c.
20 Eucharistia est finis omnium sacramentorum, 3a.q.63. 6.c. & q. 65.3.c.2m.& q.72.12.3m.& q.73.1.c.
21 In hoc sacramento comprehenditur totum mysterium nostræ salutis, ideo præ cæteris sacramentis solemnius celebratur, 3a. q.83.c.princip.& 3m.& 6m.
22 Eucharistia est signum Ecclesiasticæ vnitatis: ideo ex opere operato, eius efficacia potest in alterum transire, non autem alia sacramenta, 3.q.67.1.c.& q.73.2.c. & 4.c.& q.79.1.c. & q.82.3.3m. & q.83.4.3m.
23 Sicut in aliis sacramentis, materiale elementum non est causa virtutis quæ in eo est, nec alicuius spiritualis effectus in homine, nisi mediante virtute, secundum quòd ex elemento & virtute fit vnum, ita species non sunt causa corporis Christi, nec alicuius spiritualis effectus, nisi mediante corpore Christi, secundum quod ex speciebus & corpore Christi fit vnum sacramentum, 3a.q.73.1.2m.
24 Per baptismum datur primus actus vitæ spiritualis, sed per eucharistiam datur complementum eius, 3a.q.79.1.c.2m.& 6.2m.& q.82. 2.3m.
25 Eucharistia est posterior baptismo in perceptione, sed est prior in intentione, 3a.q.73.5.4m.
26 Si homo nunquam à gratia baptismi caderet, indigeret confirmatione & eucharistia, non autem pœnitentia, 3a.q.84.5.6.o.
27 Eucharistia continet Christum realiter: non autem alia sacramenta tantum virtutem eius, 12ę.q.101.4.2m. & 3.q.63.6.c. & q. 65.3.o. & q.73.1.3m.& 4.c.3m.& 5.c.2m.& q.75.1.o.& 2.c.2m.& 4.c. & q.76.o. & q.78.1.c.
28 Eucharistia perficitur in consecratione materiæ, alia vero sacramenta in vsu eius, 3a.quæst.73. 1.3m. & quæst.74. 2.3m. & 7.c. & quæst.78.1.c. & q.80.1.1m. & 10.1m.& q.82.4.2m.& 10.1m.fi.& q. 84.3.c. & 4.3m.
29 Materia Eucharistiæ est duplex, scilicet panis & vinum, 3a. q. 74.1.o.
30 Non habens vinum vel panem, non debet consecrare alterum tantum, tamen si faceret, consecratum esset, sed grauiter peccaret, 3a.q.74. 1.2m.
31 Panis & vinum quantacunque possunt consecrari, dummodo sint coram sacerdote, 3a.q.74.2.o.
32 Materia Eucharistiæ non est mel, lac, carnes, nec aliquid simile

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

sacramentis veteris legis, $3^{a}.q.74.1.o.$

33 Circa materiam Eucharistiæ fuit triplex hæresis, scilicet Artotitarum, panem cum caseo offerentium, Catafrigarum, & Pepucianorum, miscentium farinam cum sanguine puerorum per totum corpus: & Aquariorum offerentium aquam tantum, $3^{a}.q.74.1.c.$

34 Damnatur error quorundam conficientium de aqua lotionis panni intincti vino, $3^{a}.q.74.8.c.$

35 Aqua debet apponi vino, sicut Christus posuit: & conuertitur in vinum, $3^{a}.q.74.6.o.$

36 Appositio aquæ non est necessaria, licet non opponens peccet, $3^{a}.q.74.7.o.$ & $q.83.6.4^{m}.$ & $6^{m}.$

37 Aqua debet poni in calice, & parum, non in dolio, quæ non manet, sed conuertitur in vinum: non autem in aquam Christi, $3^{a}.q.74.8.o.$

38 De aqua artificiali in vino, potest confici Eucharistia, sed non debet: non autem in pane, $3^{a}.q.74.7.3^{m}.$

39 Eucharistia conficitur ex pane tritici, non autem ex pane hordei, speltæ, farris, vel alterius grani, $3^{a}.q.74.3.o.$ & $4.c.$

40 Eucharistia potest confici ex pane misto ex granis aliis, si maneat species tritici, $3^{a}.q.74.3.3^{m}.$

41 Eucharistia potest confici ex siligine generata ex grano frumenti, $3^{a}.q.74.3.1^{m}.$

42 Ex amido, vel pasta, vel qane corrupto secundum speciem, non potest confici Eucharistia, $3^{a}.q.74.3.4^{m}.$ & $4.4^{m}.$ & $5.2^{m}.$

43 Eucharistia debet confici ex azymo, sicut Christus fecit, & esset graue peccatum conficere cum fermento: sicut apud Græcos in azymis, $3^{a}.q.74.4.o.$

44 De vino vitis, & non de alio liquore, potest confici Eucharistia, $3^{a}.q.74.5.o.$

45 De musto potest confici Eucharistia, sed peccatum esset, nisi esset in necessitate, non autem de vua, nec de agresta, $3^{a}.quæst.74.5.3^{m}.$

46 De aceto non potest confici Eucharistia, sed de vino acescente, licet peccatum esset, $3^{a}.q.74.5.2^{m}.$

47 Forma consecrationis corporis Christi, est hæc, scilicet, hoc est enim corpus meum: tamen dimittens alia verba, peccat grauiter, $3^{a}.q.60.8.c.$ & $q.75.2.c.$ & $q.78.2.o.$ & $5.c.$ & $q.83.4.1^{m}.$ & $q.84.3.c.$

48 Singulæ particulæ huius formæ conuenienter ordinantur, $3^{a}.q.78.2.o.$

49 Enim non est de forma Eucharistiæ, sed dimittens ipsum ex negligentia, vel contemptu peccat, quia est de consuetudine Romanæ Ecclesiæ, data à Petro Apostolo, $3^{a}.quæst.60.8.c.$ & $q.78.2.5^{m}.$

50 Forma Eucharistiæ conuenienter significatur, scilicet in facto esse, non autem in fieri, $3^{a}.q.78.2.o.$

51 Hæc verba, & eleuatis oculis, & cætera, & manducate, & cætera, conuenienter præmittuntur formæ Eucharistiæ, $3^{a}.quæst.78.1.c.4^{m}.$

52 Forma consecrationis sanguinis Christi est hæc, scilicet: Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum, $3^{a}.q.78.3.o.$

53 Singulæ particulæ huius formæ, conuenienter positæ sunt, $3^{a}.q.78.3.o.$

54 Formæ prædictæ non se mutuo expectant, sed vtraque operatur sine altera, $3^{a}.q.78.6.o.$

55 Formæ prædictæ continent veritatem factiuam rei, non præsupponentem rem significatam, $3^{a}.q.78.5.o.$

56 In prædictis formis, & in qualiber alia forma sacramentali, est aliqua virtus instrumentalis: non quidem principalis, nec secundum esse completum, sed intentionalis, $3^{a}.quæst.78.4.o.$ & $5.c.$

57 Forma Eucharistiæ importat solam consecrationem materiæ & profertur in persona Christi, sed formæ sacramentorum, important vsum materiæ, & proferuntur in persona ministri, $3^{a}.q.78.1.4.5.c.$ & $q.82.2.2^{m}.$ & $5.c.2^{m}.$ & $7.3^{m}.$ & $q.83.1.3^{m}.$ & $q.84.3.c.$

58 Christus eadem forma consecrauit, qua & nos, quam dedit Ecclesiæ, & tantum semel protulit, $3^{a}.q.78.1.1^{m}.$

59 Substantia panis & vini non manet post consecrationem, cuius oppositum, est impossibile & hæreticum, $3^{a}.q.75.2.o.$ & $6.c.$ & $q.77.1.5.c.$

60 In conuersionibus naturalibus, illud quod conuertitur, corrumpitur, & illud in quod conuertitur, generatur, vel augetur, vel restauratur, sed hic, Christus nullo modo mutatur, $3^{a}.q.75.4.o.$ & $6.2^{m}.$

61 Nec substantia panis & vini annihilatur, nec conuertitur in præiacentem materiam, $3^{a}.q.75.3.o.$

62 Sed conuertitur tota in totum corpus Christi, $3^{a}.q.75.4.o.$ & $6.c.8.c.3^{m}.$

63 Conuersio hæc quadrupliciter differt ab aliis, quia pertingit ad materiam, non habet subiectum, conuertitur totum, & in totum præexistens, $3^{a}.q.75.4.8.o.$

64 Hæc conuersio importat ordinem substantiarum, ideo est sicut in subiecto in vtraque, $3^{a}.q.75.4.1^{m}.$

65 Hæc conuersio non est formalis, sed est substantialis, ideo dicitur transsubstantiatio, $3^{a}.q.75.4.o.$

66 Forma substantialis panis & vini, non manet post consecrationem, $3^{a}.q.75.6.o.$ & $q.77.1.c.$

67 Forma substantialis panis & vini, conuertitur in animam Christi, $3^{a}.q.75.6.2^{m}.$

68 Quantitas panis, non conuertitur in quantitatem corporis Christi: sed manet sicut cætera accidentia, $3^{a}.q.76.1.3^{m}.$ & $4.c.$

69 Nec quantitas vini conuertitur in quantitatem sanguinis Christi, sed manet sicut cætera accidentia, $3^{a}.q.77.8.c.$

70 Si post calicis consecrationem, aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, neque sanguini commiscetur, sicut Innocentius tertius dicit in quadam decretali, $3^{a}.q.77.8.c.1^{m}.$ & $3^{m}.$

71 Quod quidem intelligendum est, quando non fit tanta permistio vini vel liquoris extranei, quod sanguis Christi desinat esse sub toto, tunc enim dicitur vndique diffundi, non quia tangat sanguinem Christi, secundum proprias eius dimensiones: sed secundum dimensiones sacramentales, sub quibus continetur, $3^{a}.q.77.8.c.3^{m}.$ & $4^{m}.$

72 Nec est simile de aqua benedicta, cui additur aqua non benedicta, & de vino consecrato: quia illa benedictio nullam immutationem facit circa substantiam aquæ, sicut facit consecratio vini, $3^{a}.q.77.8.3^{m}.fi.$

73 Hæc conuersio est supernaturalis, facta sola virtute Dei, $3^{a}.q.75.4.c.$ & $5.o.$ & $7.c.$ & $q.83.4.c.$

74 Hæc conuersio cum creatione & mutatione naturali, conuenit in ordine terminorum, & non simultate, & cum prima non habet subiectum commune vtrique termino, & cum secunda, quia terminus transit in terminum, secundum totum hic, secundum materiam ibi, & manet aliquid, scilicet accidentia hic, & materia ibi, $3^{a}.q.75.8.c.$

75 Hæc est vera, ex pane fit corpus Christi, & panis conuertitur in corpus Christi, vel transsubstantiatur: non autem hæc, panis est vel fuit, vel erit, vel fit, corpus Christi, vel de pane fit, vel factum est corpus Christi: vel panis potest esse, vel fieri corpus Christi, $3^{a}.q.75.8.o.$

76 Hæc conuersio est difficilior, & miraculosior, omni mutatione naturali, & etiam creatione, ratione termini ad quem, simpliciter autem est econuerso, $3^{a}.q.75.8.3^{m}.$

77 Hæc conuersio fit in instanti, $3^{a}.q.75.3.c.$ & $7.o.$ & $q.78.2.5.c.$

78 Hæc conuersio fit tantum in vltimo instanti prolationis totius formæ, si assumuntur tria, scilicet minister debitus, debita materia, & forma, & intentio consecrantis, sed singulæ partes formæ disponunt ad hoc, $3^{a}.q.78.1^{m}.$ & $3^{m}.$ & $q.68.4.3^{m}.$ & $5.c.$

79 Corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento, per motum localem, sed per conuersionem panis in ipsum, triplici ratione, scilicet, primo quia sequeretur quòd desineret esse in cælo, secundo quia omne corpus localiter motum, pertransit omnia media: quod hic dici non potest, tertio quia impossibile est, quòd vnus motus eiusdem corporis localiter moti, terminetur simul ad diuersa loca, cùm tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramento simul esse incipiat, $3^{a}.q.75.2.4.c.$

80 Totus Christus est in hoc sacramento, $3^{a}.q.76.1.o.$ & $q.79.1.3^{m}.$

81 Verum corpus Christi, non esse in hoc sacramento, nisi vt in signo: est hæresis adiurata à Berengario, $3^{a}.q.73.1.3^{m}.$ & $q.75.1.o.$

82 In hoc sacramento est aliquid dupliciter, scilicet ex vi sacramenti, id est, significatum per formam, & ex naturali concomitantia, id est, realiter coniunctum Christo, $3^{a}.q.76.1.o.$ & $2.3.4.c.$ & $q.78.6.1^{m}.$ & $q.81.4.2^{m}.$ & $3^{m}.$

83 Anima Christi, & diuinitas eius, sunt in hoc sacramento, secundo modo tantum, $3^{a}.q.76.1.1^{m}.$ & $2.c.$ & $q.81.4.3^{m}.$

84 Caro, & os, & huiusmodi, sunt sub specie vini, secundo modo tantum, & sub specie panis, primo modo: sanguis verò econuerso, $3^{a}.q.76.1.2^{m}.$ & $2.c.3^{m}.$ & $q.78.6.1^{m}.$ & $q.81.4.2^{m}.$

85 Quantitas tota, & alia accidentia Christi sunt in hoc sacramento, secundo modo tantum, $3^{a}.q.76.1.3^{m}.$ & $3.4.o.$ & $5.3^{m}.$ & $q.81.3.3^{m}.$

86 Tota quantitas Christi est indifferenter sub magna & parua quantitate specierum, $3^{a}.q.76.1.3^{m}.$ & $3.c.$ & $4.o.$

87 Totus Christus est sub qualibet parte vtriusque speciei, $3^{a}.q.76.2.3.o.$ & $q.78.6.1^{m}.$ & $q.79.1.3^{m}.$ & $q.80.12.3^{m}.$

88 Accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, mediante substantia, nec habent immediatam habitudinem ad hoc sacramentum, nec ad corpora circunstantia, ideo non possunt immutare medium, $3^{a}.q.76.7.c.$ & $q.81.3.4.c.$

89 Accidentia corporis Christi intrinseca sunt in hoc sacramento: non autem accidentia per comparationem ad extra, vt vbi & situs, $3^{a}.q.76.5.3^{m}.$ & $q.81.3.c.$ & $4.c.1^{m}.$

90 Christus est sub duplici specie Eucharistiæ, triplici ratione, scilicet ad

licet ad repræsentandum passionem eius, vt sit cibus & potus, & ad salutem corporis & animæ, $3^{a}.q.76.2.3^{m}.$

91 Christus in Eucharistia continetur sub aliena specie, ad vitandum horrorem, & derisionem, & propter meritum fidei, $3^{a}.q.75.5.o.$

92 Corpus Christi est localiter in vno tantum loco, scilicet in cælo, sed vt in sacramento significante & continente est alibi, non tamen vbique, $3^{a}.q.75.1.3^{m}.$ & $4.c.$ & $q.76.5.o.$ & $6.c.1^{m}.$ & $q.81.1.2^{m}.$

93 Locus Eucharistiæ, non est vacuus, nec plenus corpore Christi, sed speciebus sacramentalibus, per naturam dimensionum, vel miraculose, $3^{a}.q.76.5.2^{m}.$

94 Christus in sacramento, non est vt in loco circunscriptiuè, nec diffinitiuè, $3^{a}.q.76.6.1^{m}.$

95 Christus ad motum sacramenti, non mouetur per se, nec per accidens, $3^{a}.q.76.6.o.$

96 Christus dedit in sacramento discipulis corpus suum passibile, $3^{a}.q.81.3.o.$

97 In triduo corpus Christi siquis consecrasset, fuisset corpus sine sanguine, & econuerso, & vtrunque sine anima, $3^{a}.q.76.1.1^{m}.$ & $2.c.$ & $q.81.4.o.$

98 Si Christus in triduo fuisset in hoc sacramento, passus fuisset in eo, passione innata: non autem passione illata, $3^{a}.q.81.4.o.$

99 Corpus Christi in hoc sacramento, non potest videri oculo corporali, $3^{a}.q.76.7.o.$ & $8.c.$

100 Quando in hoc sacramento apparet puer vel caro, est ibi verè corpus Christi, sed non videtur in specie propria, $3^{a}.q.76.8.o.$

101 Talis apparitio, quandoque est tantum ex parte videntium, & quandoque extra, $3^{a}.q.76.8.o.$

102 Quando sic apparet omnibus, non debet sumi, sed debet cum reliquiis poni, $3^{a}.q.82.4.3^{m}.$

103 Tunc sacerdos secundum aliquos debet iterum celebrare, vel secundum alios, sufficit spiritualis manducatio, $3^{a}.q.82.4.3^{m}.$

104 Christus videt se corporaliter in sacramento, non ex sacramento, si autem oculum haberet extra sacramentum, non posset hoc, nisi miraculose, $3^{a}.q.76.7.2^{m}.$

105 Angeli non vident corpus Christi sub sacramento, cognitione naturali: sed tantum cognitione beata, dæmones autem nullo modo plenè, $3^{a}.q.76.7.c.$

106 Beati vident Christum sub sacramento visione intellectuali plena, non autem visione corporali, nisi miraculose, $3^{a}.q.76.7.c.2^{m}.$

107 Intellectus viatoris non potest comprehendere nec videre Christum, in hoc sacramento, $3^{a}.q.76.7.c.$

108 Non baptizati peccant, videndo Eucharistiam, non autè Christiani: licet sint peccatores, $3^{a}.q.80.4.4^{m}.$

109 Soli sacerdotes possunt consecrare Eucharistiam, $3^{a}.q.82.1.o.$

110 Plures sacerdotes, possunt eandem hostiam consecrare, $3^{a}.q.82.2.o.$

111 Mali sacerdotes etiam schismatici, hæretici, excommunicati, & degradati, possunt consecrare, sed peccant grauiter, $3^{a}.q.64.9.2^{m}.$ & $3^{m}.$ & $q.82.5.7.8.9.o.$

112 Recipiens Eucharistiam vel audiens missam à talibus, grauiter peccat, $3^{a}.q.64.9.2^{m}.$ & $3^{m}.$ & $q.82.9.o.$

113 Consecrans propter malum finem, scilicet ad maleficia, vel vt irrideat, peccat, sed perficit sacramentum, $3^{a}.q.74.2.2^{m}.$

114 Dispensatio Eucharistiæ, pertinet ad sacerdotem tantum, $3^{a}.q.82.3.o.$

115 Nulli non sacerdoti licet tangere Eucharistiam, nisi in necessitate, vt si caderet, $3^{a}.q.82.3.c.$

116 Laicus etiam peccator debet tangere Eucharistiam, in necessitate tantum, vt si caderet in terram, $3^{a}.q.82.3.c.$

117 Si adsint essentialia, scilicet ordo, & intentio ministri, & materia, & forma debite: erit Eucharistia, licet desint solennitas loci, temporis, & paramentorum, tamen talis grauiter peccaret, & degradandus esset, $3^{a}.q.83.3.1^{m}.$

118 De pœnitentia amittentis Eucharistiam, vel cuius negligentia brutum sumit eam, vel sanguis stillat extra: vel euomentis, $3^{a}.q.83.6.7^{m}.$

119 Consecrans tenetur sumere Eucharistiam sub vtraque specie: quotiescunque celebrat, $3^{a}.q.80.12.o.$ & $q.82.4.o.$

120 Si percipitur ante consecrationem, aquam tantum fuisse, effundatur, & vinum ponatur: si autem post, * videtur quod à capidatur, & vinum ponatur: sed dimittat, & de negligentia te canonem debeat incipere: sed dimittat, & de negligentia pœniteat, secundum Innocentium, vel tantum consecret vinū, præmissa contritione de negligentia, $3^{a}.q.83.6.4^{m}.$

121 Deficiente sacerdote post consecrationem corporis, debet suppleri per alium, non autem si ante, $3^{a}.q.83.6.1^{m}.$

122 Minister in aliis sacramentis dupliciter operatur, scilicet pronunciando verba, & actum exteriorem exercendo, in Eucharistia vero tantum primo modo, $3^{a}.q.78.1.c.3^{m}.$

123 Non licet sacerdoti omnino cessare à consecratione Eucharistiæ, sed tenetur saltem in festis, $3^{a}.q.82.10.o.$

124 Celebratio Eucharistiæ, est immolatio Christi: quia est figura passionis eius, cuius per hoc simus participes, & sacerdos significat Christum, $3^{a}.q.83.1.o.$ & $2.c.1^{m}.$ & $2^{m}.$

125 Eucharistia dupliciter sumitur, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter, $3^{a}.q.80.1.2.3.o.$

126 Patres veteris testamenti manducauerunt Christum, secundo modo tantum, $3^{a}.q.80.1.3^{m}.$

127 Eucharistia verè sumitur à peccatoribus sacramentaliter tantum: nec immunditiam aliquam ex hoc contrahit, $3^{a}.q.80.3.o.$ & $q.82.7.1^{m}.$

128 Infidelis verè sumit Eucharistiam non primo modo, nec secundo propriè, $3^{a}.q.80.3.2^{m}.$

129 Brutum verè sumit Eucharistiam per accidens, non autem primo, nec secundo modo, $3^{a}.q.80.3.3^{m}.$

130 Christus sumpsit corpus suum & sanguinem in Eucharistia, $3^{a}.q.81.1.o.$ & $q.84.7.4^{m}.$

131 Christus ex sumptione huius sacramenti habuit spiritualem dulcedinem, ideo sumpsit sacramentaliter, & spiritualiter, sed aliter quàm cæteri, $3^{a}.q.81.1.3^{m}.$

132 Christus dedit Eucharistiam Iudæ in cœna: præter bucellam intinctam, $3^{a}.q.81.2.o.$

133 Sumptio Eucharistiæ, non est de necessitate salutis secundum se, sed ex statuto Christi & Ecclesiæ, $3^{a}.q.73.3.o.$ & $q.80.11.o.$

135 In primitiua Ecclesia, omnes tenebantur quotidie sumere Eucharistiam, postea ter in anno, nunc autem semel, $3^{a}.quæst.80.10.4^{m}.$

136 Eucharistia debet quotidie sumi, nisi ex hoc quis sentiret reuerentiam diminui, & feruorem non augeri, $3^{a}.q.80.10.o.$

137 Eucharistia non debet pluries in die sumi, nisi quando quis in vna die ex aliquo casu permisso, pluries celebraret, $3^{a}.q.80.10.5^{m}.$ & $q.83.2.2^{m}.$

138 Eucharistia sub specie vini, id est, sanguinis Christi, non datur populo, propter periculum effusionis, quia facilius vna gutta sanguinis laberetur, quàm aliqua vna particula corporis, $3^{a}.q.74.1.3^{m}.$ & $q.80.12.c.$

139 Hostia non consecrata, nunquam debet dari pro Eucharistia, & sacerdos dans eam, reus esset idololatriæ, non autem adorantes vel sumentes eam, cùm hostia debeat adorari larria, sub conditione in habitu, & adorantes vel sumentes eam æstiment probabiliter hostiam esse consecratam. Fides enim credentis, non fertur ad has species panis vel ad illas, sed ad hoc quòd verum corpus Christi, sit sub speciebus panis sensibilis, quando rectè fuerit consecratum, vnde si non sit rectè consecratum: fidei non propter hoc suberit falsum, $22^{c}.q.1.3.4^{m}.$ & $3^{a}.q.80.6.2^{m}.$

140 Melius est paratis sumere Eucharistiam, quàm abstinere ab ea, $3^{a}.q.80.10.c.$

141 Pœnitentes qui abstinent ab hoc sacramento, secundum consilium sacerdotis, excusantur à transgressione præcepti, non autem manentes in peccatis, $3^{a}.q.80.11.3^{m}.$

142 Eucharistia debet sumi tantum à ieiunis totaliter, nisi in casu mortis, $22^{c}.q.147.6.2^{m}.$ & $3^{a}.q.80.8.o.$ & $9.c.$

143 Omnis cibus vel potus, sumptus post mediam noctem, impedit sumptionem Eucharistiæ, non autem ante, etiam si nec somnus, nec digestio sequatur, $3^{a}.q.80.5^{m}.$

144 Deglutitio saliuæ, vel cibi relicti inter dentes, vel eructuationis, non impedit sumptionem Eucharistiæ, $3^{a}.q.80.8.4^{m}.$

145 Reliquiæ aquæ vel vini, quibus lauatur os traiectæ non in magna quantitate, & mistæ cum saliua, non impediunt sumptionem Eucharistiæ, $3^{a}.q.80.8.4^{m}.$

146 Post sumptionem Eucharistiæ, requiritur modicum interuallum, ante prandium, $3^{a}.q.80.6^{m}.$

147 Corporalis immundicia, vt lepra, fluxus sanguinis, & huiusmodi, non impedit sumptionem Eucharistiæ, $3^{a}.q.80.7.3^{m}.$

148 Eucharistia debet semper haberi parata pro infirmis, $3^{a}.quæst.83.5.1.1^{m}.$

149 Pars hostiæ missa in calice, nunquam debet dari infirmis, quia Christus nemini dedit panem intinctum, nisi Iudæ, $3^{a}.quæst.85.5.9.o.$

150 Triplex modus manducandi corpus Christi, scilicet sacramentalis tantum, spiritualis tantum, sacramentalis, & spiritualis simul, $3^{a}.q.80.1.2.3.o.$

151 Pueris non debet dari Eucharistia, nisi cum incipiunt habere aliqualem vsum rationis, vt possint concipere deuotionem huius sacramenti, scilicet in decimo, vel vndecimo annis, $3^{a}.q.80.9.3^{m}.$

152 Græci dant Eucharistiam pueris recenter natis, baptizatis, propter hoc quòd Dionys. dicit, baptizatis esse sacram commuuionem dandam, non intelligentes, quòd Dionys. ibi loquitur de baptismo adultorum, $3^{a}.q.80.9.3^{m}.$

153 Amentibus, post fidem & deuotionem, debet dari Eucharistia, in mortis articulo, nisi sit periculum vomitus vel expuitionis. Non autem si ante amentes fuerunt, & sic à natiuitate remanserunt, $3^{a}.q.80.9.o.$

154 Dæmoniacis debet dari Eucharistia, nisi certum sit quòd pro

crimine torqueantur, non autem energuminis, 3ª.q.80.9.2ᵐ.
155 Nihil præter peccatum mortale, impedit necessario sumptionem Eucharistiæ, sed tantum de congruo, vt coitus matrimonialis, nocturna pollutio, & fluxus seminis temporalis, quando sunt sine mortali, vsque ad alium diem, 22ᵉ.quæst.154. 5.o. & 3ª.q.80.7.o.
156 Præeligendum est, esse suspectum, quàm indigne sumere Eucharistiam, 3 .q.80.6.2ᵐ.
157 Suspectis violenter, & publicis, debet omnino negari Eucharistia, 3 .q.90.6.1ᵐ.
158 Peccatori occulto, petenti occultè Eucharistiam, debet negari. Si vero publicè petat, debet dari. Sed peccatori publico debet omnino negari, 3ª.q.80.6.o. & q.81.2.c.2ᵐ.
159 Sumens Eucharistiam, cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter, 3ª.q.79.2.2ᵐ. & 3.o.& q.80.4.o. & 7.8.c.
160 Sumens Eucharistiam in peccato mortali ignorato, facta diligenti discussione, etiam non sufficienti, nō peccat, 3ª.q.80.4.5ᵐ.
161 Experimentum non debet sumi de peccatis, cum Eucharistia, 3ª.q.80.6.3ᵐ.
162 Sacerdos faciens fictionem in consecrando Eucharistiam, multo grauius peccat, quàm indignè sumens eam, 3ª.q.80.6.2ᵐ.
163 Infidelis est indignior fideli, ad sumendum Eucharistiam. Sed fidelis, cum mortali indignius sumit, 3ª.q.80.5.2ᵐ.
164 Sumens Eucharistiam, cum peccato spirituali, grauius peccat, quàm sumens cum peccato carnali, 3ª.q.80.5.2ᵐ.
165 Peccatum indignè sumentium Eucharistiam, est minus graue peccatis commissis in Deum: & grauius peccatis contra proximum, vel contra seipsum, 3ª.q.80.5.o.
166 Est etiam minus graue, peccato occisionis Christi, & proditionis eius, 3ª.q.80.5.1ᵐ.& 2ᵐ.
167 Et est minus graue, proiectione eius in lutum, 3ª.q.80.5.3ᵐ.
168 Eucharistia non imprimit characterem, 3ª.q.63.6.c. & q.80.1.3ᵐ. & 10.1ᵐ.
169 Sine manducatione spirituali Eucharistiæ, non potest esse salus, 3ª.q.80.11.c.
170 Eucharistia inquantum est sacramentum, prodest tantum sumentibus: sed vt est sacrificium, prodest etiam aliis, 3ª.q.78.3. 8ᵐ.& q.79.5.c. & 7.o.
171 Eucharistia est sacramentum passionis, & mortis Christi, inquātum perficit hominem in vnione ad Christum passum, 3ª.q.73. 3.3ᵐ.& 5.2ᵐ.
172 Eucharistia est memoriale passionis Christi, 3ª.q.66.9.5ᵐ. & q. 73.4.5.o.& q.74.1.c.& q.76.2.2ᵐ.& q.79.1.c.
173 Eucharistia ordinatur ad refectionem mentis, 3ª.q.73.1.2.c. & q. 79.8. c.
174 Hoc sacramentum non habet suos effectus, nisi in coniunctis ei per fidem, & charitatem, 3ª.q.79.2.2ᵐ.
175 Eucharistia est sacramentum charitatis Christi expressiuum, & charitatis nostræ factiuum, 3 .q.73.3.3ᵐ.& q.75.1.c. & q.78.3.6ᵐ. & q.79.1.c.& 4.c.2ᵐ.
176 Effectus non principalis Eucharistiæ, sed consequens augmentum charitatis, est diminutio fomitis, 3ª.q.79.6.3ᵐ.
177 * Quicquid est effectus passionis Christi, est effectus Eucharistiæ, 3ª.q.79.1.c. & q.83.1.c.
178 Per baptismum datur primus actus vitæ spiritualis, sed per Eucharistiam datur complementum eius, 3ª.q.79.1. 8.c.2ᵐ.& 6.2ᵐ. & q.82.2.3ᵐ.
179 Eucharistia facit omnem effectum vitæ spiritualis, ad similitudinem cibi corporalis: quia sustentat, auget, reparat, & delectat, 3ª.q.97.1.o.& 8.c. & q.81.1.3ᵐ.
180 Corpus Christi offertur pro salute corporis: & sanguis pro salute animæ, secundū similitudinem, secundum rem verò, vtrunque offertur pro vtroque, 3ª.q.73.1.c. & q.74.1.o. & q.76.2.1ᵐ. & 79.q.1.3ᵐ.
181 Effectus Eucharistiæ est adeptio gloriæ non quidem statim, sed inquantum dat virtutem perueniendi ad gloriam, 3ª.q.79.2.o. & q.80.2.1ᵐ.
182 In Eucharistia confertur gratia habitualis, & excitatur feruor actualis deuotionis, 3ª.q.79.1.2ᵐ.& 4.7.c.
183 Sumens Eucharistiam sacramentaliter, consequitur maiorem gratiam, quàm prius sumendo, spiritualiter tantum, 3 .quæst. 80.1.3ᵐ.
184 Eucharistia gratiam causat, auget, & excitat eam, & virtutes in actum, 3ª.q.79.1.o.& 4.c.
185 Nullus habet gratiam ante sumptionem Eucharistiæ, nisi ex voto ad eam proprio, vt adulti, vel Ecclesiæ, vt paruuli, 3ª.q.73.3. c.1ᵐ.q.79 1.1ᵐ.& q.80.1.3ᵐ.& 11.c.
186 Eucharistia præseruat à peccato dupliciter, scilicet interius reprobando per gratiam, & exterius, repellendo omnem impugnationem dæmonum, per passionem Christi, cuius est signū, 3ª.q.79. 6.o.
187 Peccata venialia præsentia, impediunt effectum Eucharistiæ, quo ad refectionem dulcedinis spiritualis, sed non quo ad augmentum gratiæ: sed neutrum horum impediunt præterita, 3ª.q.79. 8.o.
188 Eucharistia delet peccata venialia, 3ª.q.79.4.o.& q.87.3.c.
189 Eucharistia delet peccata mortalia, quorū quis non habet conscientiam, nec affectum, 3ª.q.79.3.o.
190 Eucharistia sit ablutio scelerum, tripliciter, scilicet, ignoratorum, futurorum, vel causando contritionem, 3ª.q.79.5.1ᵐ.
191 Eucharistia delet pœnam debitam pro peccatis, non quidem totam, sed secundum mensuram peccatorum, & deuotionis, 1ª. q.79.5.o.
192 Eucharistia liberat à purgatorio, inquantum est sacrificium satisfactorium pro peccato, 3 .q.52.8.2ᵐ.
1 EVDIMICA Ethica Aristotelis, 1ª.q.82.4.3ᵐ. & 12ᵉ.q.9.4.c.fi. & q.80.1.c.3ᵐ.
EVENTVS sequens per se, vel vt in pluribus, vel præcogitatus additur ad bonitatem, vel malitiam actus, non autem aliter, 12ª.q. 20.5.o. & q.73.8.o.
EVGNOMOSYNA est idem quod epieichia, scilicet voluntaria iustificatio, 22ᵉ.q.80.4ᵐ.& 5ᵐ.
EVPSYCHIA est virtus specialis, scilicet constantia, & est par potentialis fortitudinis, 22ᵉ.q.128.6ᵐ.
EVSEBIA est idem quod religio, 22ᵉ.q.80.4ᵐ.
1 EVSTOCHIA est pars prudentiæ, bene coniectās omnia, solertia, medium, 22ᵉ.q.48.c. & q.49.4.c.
2 Eustochia est tātum in operatiuis, solertia verò tam in his quàm in speculatiuis, & tam in necessariis, quàm in contingentibus, 22ᵉ.q.49.4.1ᵐ.
3 Vtraque inuenit quasi subito, sed eubulia inquirendo, & tarde, 22ᵉ.q.49.4.c.2ᵐ.& q.51.1.3ᵐ.
1 EVSTRATIVS Episcopus Græcus, & commentator Aristotelis, dicens quod epieicheis, id est virtuosus, committit adulterium cum vxore tyranni, vt possit occidere eum, & liberare patriam, non est sustinēdus, * pro nulla enim vtilitate debet quis adulterium committere, sicut nec dicere mendacium, secundum Augustinum, 22ᵉ.q.64.7.4ᵐ.
1 EVTICES, & hæresis eius de vnitate naturæ in Christo, & de impalpabilitate corporum resurgentium & Christi, damnatur in concilio Calcedonensi, * 3ª.q.2.2.c.
2 Eutices in morte retractauit suam hæresim, 3ª.q.54.3.c.fi.
EVTRAPELIA dicitur à bona versione. Et est virtus circa ludos & pars modestiæ, 12ᵉ.q.60.c.5.& 22ᵉ.q.72.2.1ᵐ.& q.160.2.c.& q. 168.2.o. & q.171.2.1ᵐ.

1 ÆVVM est mensura primi mobilis secundum substantiam, & secundum esse, 1ª.q.10.6.2ᵐ.
2 Æuum est tantum vnum, propter primum æuiternum, 1ª.q.10. 6.o.
3 Æuum est infinitum in actu, sed negatiuè, non autem priuatiuè, 1ª.q.10.5.4ᵐ.
4 Tantum esse, attribuitur æterno, & æuitorno, ratione sui: sed fuisse, vel futurum esse ratione temporis concomitantis, 1ª.q.10.2. 4ᵐ. & 5.3ᵐ.
5 Æuum conuenit diuersis, secundum prius, & posterius, 1ª.quæst. 10.6.c.
1 Ex aliquando importat ordinem terminorum tantum, aliquando verò etiam identitatem subiecti, 1 .q.45.1.3ᵐ.& 3ª.q.75.8.c.
EXCANDESCENTIA magis pertinere videtur ad primam speciem iræ, scilicet fel, quæ perficitur secundum velocitatem iræ, quàm ad tertiam speciem, scilicet furorem, 12ᵉ.q.46.8.2ᵛᵉ.

EXCÆCATIO, & obduratio important duo, scilicet motum animi adhærentis malo & auersi à Deo, & subtractionem gratiæ, 12ᵉ.q.79.5.c.
2 Excæcatio, aggrauatio, & obduratio, differūt secundum diuersos effectus gratiæ, scilicet in visu, auditu, & affectu, 12ᵉ.q.79.5.c.fi.
3 Excæcatio & obduratio, quo ad primum, sunt peccata, sed quo ad secundum, sunt pœnæ. Et primum est causa secundi. Et homo fit deterior primo, non autem secundo, 12ᵉ.q.79.3.o.
4 Excæcatio est effectus diuinæ reprobationis, 12ᵉ.q.79.4.c.
5 Excæcatio de se ordinatur ad dominationem, sed ex misericordia Dei ordinatur ad salutem, non quidem omnium, sed prædestinatorum tantum, 12ᵉ.q.79.4.o.
6 Malitia est causa excæcationis meritoria, sicut culpa est causa pœnæ, 12ᵉ.q.79.3.3ᵐ. & 22ᵉ.q.15.1.c.2ᵐ.
7 Dæmon dicitur excæcare, inquantum inducit ad culpam, quæ est causa meritoria excæcationis, 12ᵉ.q.79.3.3ᵐ.
EXCEDERE, & quod in melioribus excedit, melius est simpliciter, 22ᵉ.q.188.7.1ᵐ.
8 Excessus mentis causatur ex amore boni, & timore mali eodem modo, 22ᵉ.q.175.2.3ᵐ.
1 EXCLVSIO immobilitat terminum cui additur, ratione negationis implicitæ, 1 .q.31.3.3ᵐ.
2 Propositio exclusiua habet duas expositiones. Primam affirmatiuam,

uam, & secundam negatiuam. Sub prima licet descendere, sub secunda vero non, 1ª.q.31.4.c.
3 Dictio exclusiua, addita principali agenti, non excludit instrumentum, 3ª.q.78.4.1ᵐ.
4 Dictio exclusiua non excludit partes, nec vniuersalia, & alia quæ sunt de intellectu subiecti, nisi differant suppositа, 1ª.q.31.4.3ᵐ.
5 * Dictio exclusiua, addita vni relatiuorum, excludit aliud, & omne quod est in alio supposito, 1ª.q.31.4.3ᵐ.

1 * ECCLESIA malos iustè excommunicat, vt resipiscant, * in necessitatis tamen casu est illis subueniendum, debet enim Ecclesia diuinum iudicium in castigationibus imitari, scilicet ad salutem, non autem ad perditionem, 22ᵉ.q.31.2.3ᵐ.
2 Excommunicatis, & Reipublicæ hostibus, sunt subtrahenda beneficia, vt arceantur à culpa, sic tamen, quòd natura non deficiat, nisi secundum ordinem iustitiæ, 22ᵉ.q.31.2.3ᵐ.
3 Injeiens manus in clericum, septempliciter, non est excommunicatus, scilicet si causa disciplinæ, vt magister vel prælatus, si iocosa leuitate, si inuenit eum turpiter agentem cum vxore, matre, sorore, vel filia, si statim vim vi repellat, si ignoret eum esse clericum, si inueniat eum in apostasia, post trinam admonitionem, & si transfert se clericus ad actum penitus sibi contrarium, vt si fiat miles vel ad bigamiam transeat. Et octupliciter potest absolui ab episcopo, scilicet in articulo mortis: quia tunc à qualibet excommunicatione potest quisque à quolibet sacerdote absolui, si sit hostiarius alicuius potentis, & non ex odio vel proposito percussit, si percutiens sit mulier, si sit seruus, & Dominus læderetur de eius absentia, qui non est in culpa, si regularis regularem, nisi sit enormis excessus, si sit pauper, si sit impubes vel senex, vel valetudinarius, & si habeat inimicitias capitales, 22ᵉ.q.64.7.c.
4 Participare cum excommunicatis, conceditur quintupliciter, scilicet vtile, lex, humile, res ignorata, necesse, 22ᵉ.q.39.4.2ᵐ.
1 EXCVSATIO aggrauat omne peccatum, 22ᵉ.q.13.3.3ᵐ.
1 SEMPER perfectissimum est exemplar, quod imitatur minus perfectum, 3ª.q.56.1.3ᵐ.
2 Causa exemplaris, est tantum existentium, sed causa finalis, est etiam non entium, 1ª.q 5.2.2ᵐ.
3 Exemplata oportet conformari exemplari, secundum rationem formæ, non autem secundum modum essendi, 1ª.q.18.4.2ᵐ.
1 IN operationibus & passionibus humanis, in quibus experientia plurimum valet, plus mouēt exempla quàm verba, 12ᵉ.q.34.1.c.
2 Aristoteles in logica, vtitur exemplis, secundum opiniones aliorum. Ideo non habent auctoritatem, 1ª.q.48.1.1ᵐ. & q.67.2.2ᵐ. & 12ᵉ.q.59.2.1ᵐ.
1 * EXEMPTVS, & peccans in re non exempta, potest ab ordinario iudicari, 22ᵉ.q.67.1.3ᵐ.
1 EXILIVM non erat vniuersale, in veteri lege, sed particulare, ne quis fieret idololatra, 12ᵉ.q.105.2.10ᵐ.
1 EXITVS, & IN DIVINIS, est secundum solam distinctionem relationum, & secundum emanationem interiorem, & non secundum distantiam, 1ª.q.42.5.2ᵐ.
1 EXORCISMVS non est sacramentum, sed est sacramentale, 3ª.q.67.3.2ᵐ.& q.71.3.2ᵐ.
2 Exorcismus debet præcedere baptismum. Tamen si non præcedat, debet postea fieri, 3ª.q.71.2.o.& 3.3ᵐ.
3 Exorcisare pertinet ad sacerdotem, & ad exorcistam, 3ª.q.71.4.c. 1ᵐ. & 2ᵐ.
4 Ea quæ fiunt in exorcismo, non tantum significant, sed etiam efficiunt, 3ª.q.71.3.o.
5 Quandocunque aliquid sanctificandum est ad cultum diuinum, prius exorcizatur, vt liberetur à potestate diaboli, 3ª.q.83.3.3ᵐ.
6 Exorcismus datur contra dæmonem, inquantum impedit homines à sacramentis. Sed baptismus datur contra eum, inquantum impedit à gloria, 3ª.q.71.2.2ᵐ.
7 Quæ fiunt in exorcismo, ordinantur contra impedimenta baptismi, cuius effectus potest impediri ante sumptionem baptismi, & post, 3ª.q.71. 3.3ᵐ.
8 Effectus exorcismi est debilitatio potestatis dæmonis, quæ totaliter in baptismo aufertur, 3ª.q.71.3.c.
9 Effectus eius duplex, scilicet expulsio dæmonis, & apertio sensuum ad ministeria & mandata Dei, 3ª.q.71.3.c.
10 Sal missum in os exorcizandi, & narium, & aurium, sputi linitio, significat remotionem impedimenti dæmonis, respectu fidei docendæ, 3ª.q.71.2.c.
11 Exorcismus non confert gratiam, nec remissionem culpæ. Ideo sine baptismo, exorcismus nihil valet post mortem cōtra præpositiuum, qui dicit, quòd minores tenebras patitur, 3ª.q.71.3.o.
EXPECTATIO est motus spei, propter cognitionem præcedentem respectu auxilij alieni, 12ᵉ.q.40.2.1ᵐ.
1 EXPERIENTIA propriè pertinet ad sensum tantum: sed largè pertinet etiam ad intellectum, vt in dæmonibus, 1ª.q.54.5.2ᵛᵉ. & q.58. 3.3ᵐ.

2 Experientia in operabilibus non est potentia, & non solum causat scientiam, sed etiam habitum, qui facit operationem faciliorem, propter consuetudinem, 12ᵉ.q.40.5.1ᵐ.
3 Qui accipit gratiam, per quandam experientiam dulcedinis, nouit se illam habere, quam non experietur ille qui non accipit, 12ᵉ.q.112.5.c.
4 Illa quæ sunt per essentiam sui in anima, cognoscuntur experimentali experientia, inquantum homo experietur per actus, principia intrinseca, sicut voluntatem, percipimus volendo, & vitam ab operibus vitæ, 12ᵉ.q.112.5.1ᵐ.
5 Verbum Abrahæ dictum, videlicet, nunc cognoui quod timeas Dominum, potest referri ad notitiam experimentalem, quæ est per exhibitionem operis, 12ᵉ.q.112.5.5ᵐ.
6 In opere illo quod fecerat Abraham, cognoscere potuit experimentaliter, se Dei timorem habere. Vel potest hoc etiam ad reuelationem referri, 12ᵉ.q.112.5.5ᵐ.
1 EXTASIS est fieri extra se secundum cognitionem, vel secundum appetitum, 12ᵉ.q.28.3.c.& 22ᵉ.q.175.2.1ᵐ.
1 EXVFFLATIO in exorcismo, significat expulsionem dæmonis cui reditum præcludit benedictio, 3ª.q.71.2.c.

F

1 FACERE & fieri, important habitudinem causæ & effectus, sed mutationem ex consequenti, 1ª.q.45.2.2ᵐ.
2 Facere dicitur dupliciter, scilicet large omnis operatio, & propriè: operatio tantum ad extra, 22ᵉ.q.13.4.2.c.1ᵐ.& 2ᵐ.
3 Factio est de materia exteriori: sed generatio, est de substantia generantis, 1ª.q.41.3.c.
4 Non omne quod facit maius, facit minus, nisi sit ad illud ordinatum: * vel nisi in maiori includatur minus, vel non potest facere quod minus est, si reseruetur minus, vel si minus sit ad defectum, 22ᵉ.q.189.9.3ᵛᵉ.
5 Quod homo faciat quod in se est requiritur ad meritum in habentibus vsum rationis, non autem in carentibus vsu rationis, 22ᵉ.q.13.2.1ᵐ. & 8.3ᵐ.
6 Facies Christi emittebat radios, 3ª.q.44.3.1ᵐ.
1 FACTVM duplex, scilicet diuinum, & naturale. Primum præcedit potentia actiua & non passiua, natura, non autem tempore, nisi sit nouum, secundum vero vtraque potentia præcedit, etiam tempore, 1ª.q.74.3.5ᵐ.
2 Fieri & factum esse, dicuntur de Deo, secundum rationem tantum, & sine mutatione Dei, 1ª.q.13.7.2ᵐ.
3 Factum esse, quandoque dicit nouitatem prædicationis, sine mutatione facti, 1ª.q.13.7.2ᵐ.& 3ª.q.16.6.c.2ᵐ.
4 Prospicere facta aliorum bono animo, vel ad vtilitatem propriā, vt scilicet homo ex bonis operibus proximi, prouocetur ad melius, vel ad vtilitatem illius, vt si corrigatur si quid ab eo agitur, secundum regulam charitatis, & secundum debitum officij, est laudabile. Sed quòd aliquis intendat ad considerandum vitia proximorum ad despiciendum, vel detrahendū, vel saltem inutiliter inquietandum, est vitiosum, 22ᵉ.q.33.2.3ᵐ.& q.167.2.3ᵐ.
1 FACVLTAS est potestas, qua aliquid habetur ad nutum, 1ª.q. 83.2.2ᵐ.
FALLERE contingit dupliciter, scilicet occultando veritatem, dicto vel facto, vel significando falsitatem. Primum licet, nō autem secundum, quia etiam hostibus debent seruari promissa, fœdera, & fides, 22ᵉ.q.40.3.o. & q.71.3.3ᵐ.
2 Homo faciliter fallitur in iudicando, in pertinentibus ad se, 22ᵉ. q.88.2.3ᵐ.
1 FALSITAS non est in sensu, sicut in cognoscente verum & falsum, 1ª.q.17.2.1ᵐ.
2 Falsitas & veritas, sunt primo in intellectu, in rebus autem, per ordinem ad intellectum solum, 1ª.q.16.1.2.o. & 3.1ᵐ. & 5.6.8.c. & q.17.1.3.o. & 4.1ᵐ.
3 Falsitas non est in intellectu, respectu primorum principiorum, nec respectu quidditatis, nisi per accidens, respectu duplicis compositionis, 1ª.q.17.3.o.& q.57.1.2ᵐ.q.58.5.c. & q.85.6.o.
4 Veritas & falsitas vt in cognoscente, sunt tantum in intellectu componente & diuidente, sed vt in re vera, sunt etiam in sensu, & in intellectu cognoscente, quidditatem, 1ª.q.16.2.o. & q. 2.o. & 1.c.
5 Falsitas est in sensu respectu sensibilium communium, & respectu sensibilium per accidens, non autem respectu sensibilium propriorum, nisi per accidens, 1ª.q.17.2.o. & 3.c. & q.57.1.2ᵐ. & q. 58.5.c. & q.85.6.c.
6 Falsitas attribuitur phantasiæ, quia repræsentat obiectum absens, tanquam præsens, 1ª.q.17.2.2ᵐ. & q.54.5.3ᵐ.
7 Res non dicuntur falsæ, respectu intellectus diuini, sed respectu intellectus nostri, 1ª.q.17.1.c.3ᵐ.
8 * Res dicitur simpliciter vera vel falsa tantum ab intellectu, à quo dependet, vt res naturalis à diuino, & artificialis à nostro, 1ª.q.16.1.c. & q.17.1.o.

Universidad de Deusto Biblioteca

9 Res naturales, dicuntur falsæ per accidens, & secundum quid, respectu intellectus nostri dupliciter, scilicet secũdum rationem significati, & secundum rationem causæ, 1ª.q.17.1.c.

10 Res dicitur vera vel falsa, ratione veræ vel falsæ æstimationis quàm nata est facere de se, quo ad ea quæ exterius apparent in ea, 1ª.q.17.1.c.

11 Res secundum id quod est, dicitur vera, secundum quod non est, dicitur falsa, 1ª.q.7.1.c.1ᵐ. & 4.1ᵐ.

12 Malum simpliciter est in rebus, non autem falsum, sed secũdum quid, 1ª.q.17.1.c. & q.48.2.o.

13 In Deo nulla est falsitas, sed tantum veritas, 1ª.q.17.4.3ᵐ. & 22ᵉ.q. 171. 6.c.

14 Homo dicitur falsus, quia amat falsas opiniones vel locutiones, non autem quia potest mentiri, 1ª.q.17.1.c.fi.

15 Peccata dicuntur falsitates vel mendacia. Et opera virtuosa, dicuntur veritas vitæ, 1ª.q.1.c.

16 Falsum contrariatur vero, & fundatur in vero, sed non in suo contrario, 1ª.q.17.4.o. & 12ᵉ.q.64.3.3ᵐ.

FALSVM testimonium prohibetur octauo præcepto decalogi, 22ᵉ. q.122.6.2ᵐ.

1 * FAMA bona, est nobis necessaria propter nos, quia est præcipuum bonum inter exteriora bona, quia facit idoneum ad officia humana, & præseruat à peccatis, & propter alios, ne scandalizentur, & malum exemplum sumant ad peccandum, 22ᵉ.q. 73. 2. 3. c.

2 Fama quadrupliciter lædit directè, scilicet imponendo falsum, adaugendo peccatum, manifestando occulta, peruertendo intensionem. Sed indirectè dupliciter lædit, scilicet negando bona alterius, vel malitiosè reticendo, 22ᵉ.q.73.1.3ᵐ.

3 Fama lædit tripliciter, scilicet iuridicè, falsè, & manifestando occulta. Secundo modo & tertio, tenetur quis ad restitutionẽ, non autem primo modo, 22ᵉ q.62.2ᵐ.& q.73.2.o.

FAMES, sitis, & desiderium in beatis, dicitur per remotionem fastidij, 12ᵉ.q.67. 4.3ᵐ.

1 FAMILIARITAS cum peccatoribus, vitari debet ab imperfectis propter periculum, non autẽ à perfectis, propter fructum, 22ᵉ.q.25.6.5ᵐ.

1 PHANTASIA duplex, scilicet determinata, scilicet eadem cum imaginatiua habens organum determinatum: & indeterminata, existens in qualibet parte animalis, etiam decisa. Sed Auicenna posuit quintam potentiam, scilicet phantasiam mediam inter æstimatiuam & imaginatiuam, quæ componit & diuidit species imaginalis, 1ª.q.78.4.c.fi.

2 Phantasia est thesaurus formarum per sensum acceptarum, componens & diuidens eas. Et est idem quod imaginatiua, 1ª.q. 78.4.c. & q.84.6.2ᵐ.

3 Phantasia & memoria, sunt passiones primi sensitiui, non quidem tanquam proprij organi, sed quia oriuntur ab anima mediante primo sensitiuo, 1ª.q.78.4.3ᵐ.

4 Dæmon potest immutare phantasiam hominis, & alios sensus corporeos, vt aliter videatur res, quam sit, 1ª.q.111. 3.4.o. & q. 114.4.2ᵐ. & 22ᵉ.q.10.1.3ᵐ.

1 PHANTASMA est similitudo indiuidui, in organo corporeo, 1ª.q.84.7.2ᵐ. & q.85.1.3ᵐ.

2 Aliquod phantasma per sensum nunquam acceptum, potest formari in imaginatione, per operationem vitium interiorum, 1ª.q.12.9.2ᵐ.& q.85.2.3ᵐ.& 22ᵉ.q.172.2.c.

3 Intellectus noster abstrahit à phantasmatibus species intelligibiles, inquantum considerat naturas in vniuersali, quas tamen intelligit in phantasmatibus, quia nihil potest actu intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata, 1ª.q.85.1.4ᵐ. & 5.2ᵐ. & 3.86. 1.c.

4 Phantasmata non possunt imprimere in intellectum possibilem, virtute sua, sed virtute intellectus agentis, conuertentis se supra phantasmata, resultat species intelligibilis, in intellectu possibili, 1ª.q.85.1.3ᵐ.

5 Phantasmata illuminantur ab intellectu agente, quia ex eius virtute redduntur habilia vt ab eis intentiones intelligibiles abstrahantur, 1ª.q.85.1.3ᵐ.

6 In potestate nostra est, per virtutem intellectus agentis, formare phantasmata accommoda considerationi quam volumus: nisi forte esset impedimentũ ex parte organi cuius est, 1ª.q.85.1.4ᵐ.

7 Fas propriè est lex diuina: sed ius, est lex humana, 22ᵉ.q.57.1.3ᵐ.

FASCINATIO est infectio ab oculis infectis, propter malitiam animæ, vel ex Dei permissione, vel cooperãte fato occulto vel dæmone, 1ª.q.117.3.2ᵐ.

FATVE dicere, vel racha, vel irasci, non sunt species iræ, sed gradus eius. Et est peccatum mortale, quando peccatum interius conceptum ad effectum perducitur, sub ratione vindictæ, 12ᵉ. q.46.8.3ᵐ. & 22ᵉ.q.158.5.3ᵐ.

1 FATVM propriè est dispositio syderum, qua quis est conceptus vel natus. Sed impropriè est prouidentia Dei: ideo est in rebus, 1ª.q.116.o.

2 Fatum dicitur à fari, quasi effatum diuinæ prouidentiæ, vel quia antiqui solebant per illud de futuris effari, 1ª.q.116.1.c.fi.

3 Fatum non est qualitas, nec substantia, sed est relatio multiplex, ratione effectuum, vel causarum secundarum, non autem respectu Dei, 1ª.q.116.2.3ᵐ.

4 Ratio gubernationis in monte Dei, est prouidentia, sed in causis secundis, est fatum, 1ª.q.116.2.o.

5 Non omnia subduntur fato, sed tantum effectus causarum secundarum, 1ª.q.116.1.c. & 4.o.

6 Fatum respectu causarum secundarum, est mobile: sed respectu causæ primæ, est immobile, non quidem absolutè, sed sub conditione prouidentiæ, 1ª.q.116.3.o.

FEBRIS Ethica est intensior aliis, licet calor eius minus sentiatur, quia est infusa membris, quasi complexio, 12ᵉ.q.29.3.c.

FECVNDITAS bonorum operum duplex, scilicet in se per baptismum, & in aliis per ordinem sacrum, 3ª.q.69.5.3ᵐ.

1 FELICITAS vltima non est in cognitione alicuius creaturæ, sed tantum in cognitione Dei, 12ᵉ.q.3.7.o.& 22ᵉ.q.167.1.1ᵐ.

2 Cum dicitur quòd felicitas non est in habitu, intelligendum est de habitu, de quo non procedit actus. Qui enim est in habitu & non in actu, similis est dormienti. Oportet autẽ quòd actus ille in quo felicitas consistit, ab habitu aliquo progrediatur, secundum sententiam Philosophi. Aliàs operatio non esset delectabilis & perfecta, 12ᵉ.q.3.2.4ᵐ.fi.

3 Vltima felicitas hominis non quidem simpliciter, sed ad quam per sua naturalia potest peruenire, est cognitio substantiarum separatarum, non quidem quidditatiua, sed quid non sunt, per sensibilia, 22ᵉ.q.28 1ᵐ.& 9.3.7.o.

4 Felicitas magna, sed non vltima, est in contemplatione substantiarum separatarum, si perfectè intelligerentur, 1ª.q.64.1.1ᵐ. & q.89.2.3ᵐ.

5 Felicitas terrena, consistit in quinque, scilicet voluptate, diuitiis, potestate, dignitate, & fama, 1ª.q.26.4.c.& 12.q.2.o.

1 FEMINA in holocaustis non offerebatur in veteri testamento, quia est animal imperfectum, 12ᵉ.q.102.3.9ᵐ.

2 Femina non potest esse principium generationis actiuum, 3ª.q. 67. 4.7ᵐ.

3 Generatio feminæ, contingit in intentione Dei & naturæ vniuersalis, sed respectu naturæ particularis, contingit ex defectu imaginationis, vel virtutis actiuæ, vel materiæ, vel propter aliquid exterius, scilicet venti, loci, temporis, & huiusmodi. Ideo est quid occasionatum & deficiens, 1ª.q.92.1.1ᵐ.& q.99.2.1ᵐ.& 2ᵐ.

FEMINALIA significant continentiam, quæ perpetuo in dicitur ministris noui testamenti. Non autem ministris veteris testamenti, sed tantum tempore sacrificiorum, quo vrebantur eis, 12ᵉ.q.102. 4.7ᵐ.

1 * FEMININVM genus adaptatur essentiæ & proprietatibus, masculinum personis, & neutrum essentiæ, 1ª.q.31.2.4ᵐ. & 3ª.q.17. 1.c. & q.52. 3.c.

2 Neutrum genus est informe, sed masculinum genus est formatum & distinctum, & similiter femininum, 1 .q.31.2.4ᵐ.

1 FERMENTVM significat feruorem charitatis, sicut azyma puritatem, 3ª.q.74.4.c.3ᵐ.& 4ᵐ.

2 Fermentum significat charitatem, ratione sui effectus, scilicet saporis: sed significat corruptionem peccati, ratione suæ speciei, 3ª.q.74.4.c.fi. & 3ᵐ.

3 Fermentum non offerebatur in sacrificiis, propter corruptionem, vel quia forte offerebatur idolis, 12ᵉ.q.102.3.14ᵐ.

Non licet in iudicio probare innocentiam, vel crimen, per tactum ferri candentis, 22ᵉ.q.95.8.3ᵐ. & 3ª.q.80.6.3ᵐ.

1 FERVOR voluntatis non est virtuosus, si non sit ratione ordinatus. Et ideo si aliquis ex feruore animi præoccuper debitum tempus, non erit laudandus, 22ᵉ.q.106.4.2ᵐ.

1 FESTVM omne veteris testamenti, habet aliquod festum sibi succedens in nouo testamento, 12ᵉ.q.103.3.4ᵐ.

2 Ratio & expositio, & figura omnium festorum veteris testamenti, 12ᵉ.q.102.4.10ᵐ.

3 Festa temporalia veteris testamenti erant octo, scilicet sabbatum, neomenia, pascha, pentecostes, tubarum, expiationis, tabernaculorum, & cœtus. Et vnum erat continuum, scilicet iuge sacrificium, 12ᵉ.q.102. 4.10ᵐ.

4 Festum tubarum, erat prima die Septembris, in memoriam liberationis Isaac. Et erat inuitatio ad festum expiationis & figura prædicationis Apostolorum, quorum festa succedunt ei, 12ᵉ.q. 102.4.10ᵐ. & q.103. 3.4ᵐ.

5 Festum expiationis erat die decima Septembris, in memoriam expiationis peccati, de adoratione vituli ad preces Moysis, 12ᵉ. q.102. 4.10ᵐ.

6 Festa martyrum & confessorum succedunt festo expiationis, 12ᵉ. q.103. 3.4ᵐ.

7 Festum consecrationis Ecclesiæ fit octo diebus, ad significandum resurre

resurrectionem Christi, & membrorum Ecclesiæ, 3ª.q.83.3.4ᵐ.

8 * Peccans in festo, magis facit mysticè cõtra tertium præceptum, quàm qui ad literam aliquod opus corporale licitum facit in eo, 22ᵉ.q.122.4.3ᵐ.

FEVDVM, & ius patronatus, non potest per se vendi, nec dari in feudum, sed cum possessione transit, 22ᵉ.q.100.4.3ᵐ.

1 FICTIO est ostendere dicto vel facto, quod non est verum, & est speciale peccatum, si hoc intendatur, 3ª.q.69.9.3ᵐ.

2 Fictio consequitur superbiam, quia apperens excellentiam, fingit se fortem, & huiusmodi, 22ᵉ.q.162.7.5ᵐ.

3 Fictio relata ad rem significatam, vt metaphora, non est mendacium, vt patet in figuratiuis locutionibus, 22ᵉ.q.110.3.6ᵐ. & q. 111.1.1ᵐ.& 3ª.q.55.4.1ᵐ. & q.76.8.c.

1 FIDELIS, & fidelium vniuersitas, in tres status solet distingui, scilicet in statum incipientium, proficientium, & perfectorum, 22ᵉ.q.224.9.o.

1 FIDES quid, & fides importat assensum intellectus ex electione ad illud quod creditur, cum certitudine, 12ᵉ.q.56.3.c. & 22ᵉ.q.1.4.c.& q.4.1.c.& q.8.6.2ᵐ.& q.171.5.c.

2 Sex diffinitiones fidei exponuntur, & reducuntur ad eam, quam dat sanctus Paulus, vt ad perfectissimam, 22ᵉ.q.4.1.o.

3 Fides formata est virtus: non autem informis, nec fides de qua loquitur Aristoteles, 12ᵉ.q.62.3.2ᵐ.& q.65.4.o. & 5.2ᵐ.& 22ᵉ.q. 4. 5. o.

4 Fides quæ est gratia gratis data, est excellentia, vel constantia fidei, quæ est virtus. Sed fides quæ est fructus, est delectatio, ratione certitudinis eius, 22ᵉ.q.4.5.4ᵐ.& q.8.8.o.

5 * Fides est substantia, id est fundamentum totius spiritualis ædificij, 3ª.q.73. 3.3ᵐ.

6 Fides dicitur sextupliciter, scilicet habitus formatus, informis actus, obiectum, sacramentum, & quælibet certitudo de diuinis, 12ᵉ.q.55.1.1ᵐ. & 22ᵉ.q.8.8.o.

7 Fides dicitur dupliciter, scilicet res credita, & habitus. Et hoc dupliciter, scilicet respectu obiecti formalis, & respectu subiecti. Primo modo & etiam secundo, fides est vna, sed tertio modo sunt plures, 12ᵉ.q.107.1.1ᵐ.& 22ᵉ.q.1.6.2ᵐ. & q.4.6.o.& q.5.4.c.

8 Fides est vna dupliciter, scilicet ratione vnius obiecti, & quia multos vnit, 22ᵉ.q.4.6.& q.5.4.c.& q.10.5.1ᵐ.& 3ᵐ.& q.23.5.c.

9 Aliquid cadit sub fide dupliciter, scilicet directè, id est principaliter tradita nobis diuinitus, & indirectè, id est ea, ex quibus negatis, sequitur aliquid contrarium fidei, 3ª.q.52.4.c. & 22ᵉ.q. 1.6.1ᵐ.& 7.c.& q.2.5.c.& q.8.2.o.& 3.6.c.& q.11.2.c.

10 Ad fidem requiruntur duo, scilicet quod credibilia proponantur, & assensus, 1ª.q.111.1.1ᵐ. & 22ᵉ.q.6.1.c.

11 Aliqua pertinent ad fidem dupliciter, scilicet per se, id est ea per quæ ducimur ad beatitudinem, & beati erimus, & per accidẽs, 22ᵉ.q.1.6.1ᵐ.& 7.c.& q.2.57.c.& q.89.6.c.

12 Deuiare à recta fide, contingit dupliciter, scilicet non credendo Christo, sicut pagani: vel male eligendo credibilia, sicut hæretici, 22ᵉ.q.11.c.

13 Obiectum fidei, est non visum, 12ᵉ.q.67.3.c.1ᵐ.& 22ᵉ.q.1.4.o.& 5. c.& 6.c.2ᵐ.& q.8.1.c.& 3ª.q.7.3.c.3ᵐ.& 4.c.& 8.2ᵐ.& 9.1ᵐ.& q. 9. 3. 1ᵐ.

14 Nihil est obiectum fidei, nisi sub ratione non apparentis, 22ᵉ.1. 4.5.o.& q.4.1.o.& 3ª.q.7.3.o.

15 Nihil cadit sub fide, nisi à Deo reuelatum, & vt habens ordinem ad Deum, 1ª.q.1.3.c.1ᵐ.& 22ᵉ.q.1.1.c.1ᵐ.& q.2.2.c.& q.17.2.2ᵐ.

16 Nullum falsum potest subesse fidei, 1ª.q.1.8.c.fi.& q.13.12.o.& 22ª. q.1.3 o.& q.4.5.c.2ᵐ.& q.10.2.3ᵐ.& 3ª.q.46.2.4ᵐ.

17 Idem est obiectum & finis fidei, scilicet Deus, non quidem secundum eandem rationem, quia vt veritas prima, est obiectum, sed vt summa bonitas est finis eius, 3ª.q.7.4.c.

18 Obiectum fidei duplex, scilicet materiale & formale, scilicet veritas prima, 12ᵉ.q.67.3.1ᵐ.& 22ᵉ.q.1.1.o.& 2.3.c.& 2.2.c.& q.4.1.c. & 2.3ᵐ.& 6.c.& q.5.1.3.4.c.& q.7.1.3ᵐ.

19 * Obiectum fidei, bene & verè potest dici complexum & incomplexum, 22ᵉ.q.1.2.o.

20 Ad fidem pertinent aliqua dupliciter, scilicet essentialiter, id est quæ sunt supra rationem humanam simpliciter, & per accidẽs, scilicet respectu alicuius, vt præambula fidei, 1ª.q.2.2.1ᵐ.& 22ᵉ. q.2.5.c.3ᵐ. & 4ᵐ.

21 Articuli fidei sunt sicut principia in doctrina sacra, 1ª.q.1.6.3ᵐ. & 7.8.c.& 12ᵉ.q.111.4.c. & 22ᵉ.q.1.7.c.

22 Articuli fidei distinguuntur secundum specialem rationem, & difficultatem non visi, 22ᵉ.q.1.6.o.

23 Articuli fidei sunt duodecim, secundum numerum Apostolorum: sed sunt quatuordecim, quo ad credibilia, 22ᵉ.q.1.8.o.

24 Articuli fidei creuerunt secundum successionem temporalem, & vicinitatem ad Christum, quo ad explicationem, non autem quo ad substantiam, 22ᵉ.q.1.7.o. & q.2.7.c. & q.174.6.c. & 3ª.q. 61. 3. 2ᵐ.

25 Articuli fidei sunt per se noti, habenti lumen fidei, scilicet cuilibet fideli, 12ᵉ.q.100.4.1ᵐ.

26 Ex vno articulo fidei probatur alius, sicut Paulus argumentatur ad resurrectionem communem, ex resurrectione Christi, 1ª.q. 1.8.c.princip.

27 * Etrans in aliquo articulo, non habet veram fidem de aliis, 12ᵉ. q.5.3.o. & 4.1ᵐ.

28 Papa non potest addere, minuere, vel mutare aliquid de articulis fidei, vel sacramentis Ecclesiæ, sed solus Christus, 3ª.q.83.5. 8ᵐ. & q.84.2.o.

29 Fides est in intellectu subiectiuè, 22ᵉ.q.4.2.o.

30 Fides est principaliter in intellectu speculatiuo & secundario in practico, 12ᵉ.q.56.3.c.& q.58.3.& 22ᵉ.q.4.2.3ᵐ.& q.9.3.c.

31 Fides est maior in vno homine quàm in alio, quo ad certitudinẽ, deuotionem, confidentiam, & explicationem, non autem quantum ad rationem formalem obiecti eius, 22ᵉ.q.5.4.o.

32 Et solum inquantum maiores adhærent doctrinæ diuinæ, 22ᵉ.q. 2.2.6.3ᵐ.

33 Genus humanum tripliciter se habuit ad fidem Christi, secũdum tria tempora, scilicet ante legem, sub lege, & sub gratia, 22ᵉ.q. 174.6.c.& 3ᵐ.q.68.1.1ᵐ.

34 * Homo in statu innocentiæ habuisset fidem de incarnatione Christi, 22ᵉ.q.2.7.c. & 3ª.q.13.3ᵐ.

35 Fides antiquorum & modernorum, est eadem specie: sed differt numero in diuersis, 12ᵉ.q.103.4.c. & q.107.1.2ᵐ.& 22ᵉ.q.4.6.o.& 3ª.q.70.1.c.

36 * Fides non est in beatis, 12ᵉ.q.67.3.5.o.& 22ᵉ.q.4.4.1ᵐ.& q.16.2.o. & q.18.2.c. & 3ª.q.7.3.3ᵐ.

37 * Fides est in dæmonibus coacta, non laudabilis, nec donum à gratia, 1ª.q.64.2.5ᵐ.& 22ᵉ.q.5.2.o.& q.18.3.1ᵐ. & 3ª.q.76.7.c.

38 Timor Dei non potest vniuersaliter præcedere fidem, sed suppositis articulis de excellentia Dei, de pœnis, & huiusmodi, 22ᵉ. q.7.1.1ᵐ.

39 Initium fidei non est ex nobis, licet hoc aliquando tenuerit Augustinus, 12ᵉ.q.114.5.1ᵐ. & 22ᵉ.q.6.1.c.

40 Hæresis Pelagij, quod initium fidei est ex nobis, sed confirmatio fidei est à Deo, 22ᵉ.q.6.1.c.

41 Fides causatur dupliciter, scilicet quo ad habitum, à solo Deo: & quo ad hoc, quia requiritur ad fidem, quod proponantur credibilia ab angelis & hominibus, 1ª.q.111.1.1ᵐ.

42 Fides quo ad proponenda credibilia, necessario est à Deo immediatè quibusdam, & aliis per angelos & prædicatores, sed quo ad assensum intrinsecè, est à solo Deo, extrinsecè vero & insufficienter, scilicet proponendo & persuadẽdo, est etiam ab aliis, 22ᵉ.q. 6. 1.o.

43 Fides informis causatur à Deo, cuius est donum, quo ad substantiam: non autem quo ad informitatem eius, 22ᵉ.q.5.2.2ᵐ. & q. 6.2.o.

44 Ratio naturalis subseruit fidei: sicut naturalis inclinatio voluntatis subseruit charitati, 1ª.q.1.8.2ᵐ. & q.2.2.1ᵐ.

45 Fides gignitur & nutritur per scientiam extrinsecè tantum, scilicet persuadendo, 1ª.q.1.2.c. & 22ᵉ.q.6.1.1ᵐ.

46 Totum enim certissimum est, quod fides habet, ex quacunque enim parte ad finem acceditur, omnis intellectus captiuatur in obsequium Christi, nec mirum, cum etiam veritas creata, cogat intellectum sibi assentire, 22ᵉ.q.171.5.o.

47 Fides est necessaria, vt principium spirituales vitæ, 22ᵉ.q.16.1.1ᵐ.

48 Vita spiritualis attribuitur fidei, sicut in qua primo manifestatur, 12ᵉ.q.110.3.1ᵐ.

49 Fides semper manet, inquantum est fundamentum spiritualis ædificij, id est, ratione cognitionis, non autem ratione ænigmatis, 12ᵉ.q.67. 3.2ᵐ.

50 Puritas cordis, est effectus fidei, 22ᵉ.q.7.2.o.

51 Visio beata succedit fidei, 1ª.q.12.7.1ᵐ.& 12ᵉ.q.4.3.c. & 22ᵉ.q.4.2.c. & q.5.1.c.

52 Fides vt facit æstimationem de præmio, generat spem, de pœnis autem, generat timorem, 22ᵉ.q.7.1.2ᵐ.

53 Timor seruilis, est effectus fidei informis: timor autem filialis, est effectus fidei formatæ, 22ᵉ.q.7.1.2ᵐ.

54 Per fidem Christi homo pertinet ad testamentum nouum, 12ᵉ.q. 106.1.3ᵐ.& q.107.1.3ᵐ.

55 Nullus vnquam habuit gratiam Spiritus sancti, nisi per fidem Christi, implicitam vel explicitam, propriam vel alienam, 12ᵉ. q.98.2.2ᵐ. & q.106.1.2ᵐ. & q.107. 1.3ᵐ. & 22ᵉ.q.2.7.3ᵐ.& 3ª.q.61. 3.c.2ᵐ.& q.68.1.1ᵐ.

56 Per fidem formatam, mundamur à peccatis virtute passionis Christi, 22ᵉ.q.7.2.2ᵐ. & 3ª.q.49.1.5ᵐ.& 5.1ᵐ.& q.52.6.c. & quæst. 58. 4.3ᵐ.

57 Sancti patres, dum adhuc hic viuerent, liberati sunt per fidem Christi ab omni peccato, & à reatu pœnæ actualium, non autem à reatu peccati originalis, 3ª.q.52.5.2ᵐ.& 7.1ᵐ.& 8.3ᵐ.

58 Actus fidei potest esse meritorius, si sit informatus charitate, 22ᵉ. q.2.9.o. & 3ª.q.7.3.2ᵐ.

59 In fide, scientia & opinione, sunt duo actus, scilicet assensus, & actualis consideratio, & vterque in fide potest esse meritorius:

Universidad de Deusto Biblioteca

non autem in scientia, & opinione, sed tantum primus, 22ᴱ.q.2. 9.2ᵐ. & 10. c.
60 Meritum fidei consistit in hoc, quòd homo ex obedientia Dei, assentit illis quæ non videt, 3ª.q.7.3.2ᵐ.
61 Fides percipit inuisibilia Dei, altiori modo, quo ad multa, quàm ratio naturalis, ex creaturis in Deum procedens, 22ᴱ.q.3.3ᵐ.
62 Fides inclinat ad resistendum omni contrario suo, 22ᴱ.q.1. 4.3ᵐ. & q.2.3.2ᵐ.
63 Fides dirigit intentionem, respectu vltimi finis supernaturalis: sed lumen naturalis rationis, respectu alicuius boni connaturalis, 22ᴱ.q.10.4.2ᵐ.
64 Profecerunt homines in fidei cognitione, per temporum successionem, 22ᴱ.q.1.7.2ᵐ.
65 Explicatio credendorũ, fit per reuelationem diuinam, 22ᴱ.q.2.6.c.
66 In iis quæ ad subtilitatem fidei pertinent, solent hæretici fidem simplicium depranare, 22ᴱ.q.2.6.2ᵐ.
67 Ea quæ sunt fidei, non ignorantur omnino, sed imperfectè cognoscuntur, 1ª.q.12.13.3ᵐ. & 22ᴱ.q.1.4.2ᵐ. & 3ᵐ. & 5.1ᵐ.
68 Ea quæ sunt fidei, sunt visa, in communi esse credibilia, non autem in speciali, sed tantum sunt credita, 22ᴱ.q.1.4.2ᵐ. & 3ᵐ. & 5.1ᵐ. & q.2.9.3ᵐ. & q.8.4.2ᵐ.
69 Ad veritatem fidei pertinent, credulitas cordis, & exterior fidei protestatio per verba vel facta, quia omnia opera virtutum, vt relata in Deum, sunt quædam protestationes fidei, 22ᴱ.quæst. 124. 5. c.
70 Fides nostra principaliter consistit in duobus, scilicet in vera cognitione Dei, & in mysterio incarnationis Christi, 22ᴱ.q.174.6. c. princip.
71 Ea quæ sunt fidei, non contrariantur cognitioni naturali, nec econuerso, 1ª.q.1.8.c.fi. & q.2.2.1ᵐ. & q.30.2.1.o.
72 Nulla manifestatio excludit rationem fidei, nisi qua Deus per essentiam videtur, 22ᴱ.q.5.1.o. & 3ª.q.55.5.2ᵐ.
73 Testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, scilicet à Iudæis, & quasi in figura nobis repræsentatur quod credimus, & ideo in suis ritibus tolerantur, 22ᴱ.q.10.11.c.
74 Nullus conetur demonstrare ea quæ sunt fidei, 1ª.q.32.1.c. & q.9. 46.2.c.
75 Rationes sanctorum de fide, non sunt demonstratiuæ, sed persuadent non esse impossibile quod creditur, 1ª.q.1.8.c.1ᵐ. & q. 32.1.c.& q.46.1.2.c.& 22ᴱ.q.1.5.2ᴺᴵ.q.2.10.2ᵐ.& 3ª.q.55.5.2ᵐ.
76 Rationes ad ea quæ sunt fidei, non minuunt meritum, nisi sint causa assensus, 22ᴱ.q.2.10.o. & 3ª.q.55.5.3ᵐ
77 Apparentia non habent fidem, sed agnitionem, secundum Gregorium, 22ᴱ.q.1.4.c.& c.
78 Omnes rationes contra fidem, sunt detisibiles, quia non sunt secundum intentionem sacræ scripturæ, 1ª.q.1.8.c.fi.
79 Fides compatitur motum dubitationis, non autem scientia vel intellectus, quia fides non assentit propter euidentiam obiecti, sed ex imperio voluntatis, 1ª.q.1.5.1ᵐ.& 22.q.4.8.1ᵐ.
80 Fides per quam firmantur dicta, includitur in veritate, quo ad obseruantiam promissorum: ideo est pars iustitiæ, sed veritas est in plus, 22ᴱ.q.80.3ᵐ.
81 Fides est nobilior scientia quo ad obiectum, sed econuerso quo ad modum cognoscendi, 12ᴱ.q.67.3.1ᵐ.
82 Fides, scientia, & opinio possunt esse de eodem materialiter simul, non autem secundum idem, nisi in diuersis, 12ᴱ.q.67.3.c. & 22ᴱ.q.1.5.o. & q.1.4.2ᵐ.& q.5.1.c.fi.
83 Differentia inter fidem, opinionem, scientiam, dubium, & nescientiam, 12ᴱ.q.67.3.c.& 22ᴱ.q.1.4.c.& 5.4ᵐ.& q.2.1.c.
84 Fides formata & informis, non differunt specie, 22ᴱ.q.4.4.o.& q. 19. 5.1ᵐ.
85 * Fides formata est fundamentum spiritualis ædificij, non autem informis, 12ᴱ.q.89.2.2ᵐ.& 22ᴱ.q.4.7.4ᵐ.& 3ª.q.68.4.2ᵐ.
86 Nulla est vera virtus sine fide, 12ᴱ.q.63.2.1ᵐ. & 22ᴱ.q.4.7. c.fi. & q.151.1.4ᵐ.
87 Fides informis adueniente charitate, sit fides formata, manens eadem numero, 22ᴱ.q.4.4.o.
88 Fides est nobilior virtutibus moralibus, ratione obiecti: sed econuerso, ratione modi, 3ª.q.7.3.1ᵐ.
89 Fides est prima omnium virtutum per se, sed per accidens, est posterior fortitudine & humilitate, 12ᴱ.q.62.4.o.& 22ᴱ.q.4.7.o. & q.162. 7.3ᵐ.
90 Fides est nobilior prudentia, quæ tamen magis repugnat peccato procedenti ex peruersitate appetitus, 22ᴱ.q.47.13.2ᵐ.

1 Fiducia dicitur à fide, & est spes futuri auxilij, concepta ex dictis aliorum, vel ex iis quæ sunt in se, vel in alio, 22ᴱ.quæst. 129. 6.o.
2 Fiducia importat spem ad magna, vel pertinet ad fidei certitudinem, 22ᴱ.q.4.5.4ᵐ.
3 Fiducia non est virtus propriè, sed conditio eius: ideo est pars integralis fortitudinis, non autem potentialis, 22ᴱ.q.129.6.3ᵐ.
4 Fiducia importat robur spei, sed securitas importat perfectam quietem à timore, 22ᴱ.q.129.6.c.2ᵐ. & 3ᵐ.& 7.c
5 Spes dicitur fiducia, quia causatur ex ea, sicut motus appetitus causatur ex cognitione, 12ᴱ.q.40.2.2ᵐ.
6 Spes vt est virtus theologica, facit confidere in Deo, sed fiducia facit confidere in se, tamen sub Deo, 22ᴱ.q.128.2ᵐ.
7 Fiducia est idem quod magnanimitas, 22ᴱ.q.118.c.
8 Fiducia principaliter pertinet ad magnanimitatem, & ex consequenti ad fortitudinem, sed securitas econuerso, 22ᴱ.q.129.6.7.o.
9 Fiducia circa idem opponitur desperationi, timori autem secundum contrarietatem obiectorum, 22ᴱ.q.129.6.2ᵐ.

1 Fieri dicitur dupliciter, scilicet terminatio motus, & ipse motus: primo modo, fieri & factum esse, sunt simul, nec differunt, nisi secundum rationem: sed secundo modo differunt realiter, & fieri prius est tempore, quàm factum esse in permanentibus, non autem in successiuis, 1ª.q.45.2.3ᵐ.& q.46.3.2ᵐ. & 3ª.q.33.2.1ᵐ.& 2ᵐ.& q.75.7.2ᵐ.& q.78.2.c.
2 Fieri in aliqua mensura loci vel temporis, contingit dupliciter, scilicet præsupposita ea, vt in quolibet particulari effectu, vel simul producta, vt mundus, 1ª.q.46.3.1ᵐ.
3 De ratione mutationis est habere se aliter nunc, quàm prius, non autem de ratione ipsius fieri, 1ª.q.45.2.2ᵐ.
4 Conuerti dicit tantum ordinem terminorum, sed fieri & mutari addit vnitatem subiecti, 3ª.q.75.8.c.
5 Cum dicitur hoc fit hoc, exprimitur identitas subiecti, sed cum dicitur, ex hoc fit hoc, exprimitur tantum ordo terminorum, 3ª.q.75.8.c.
6 Tunc res dicuntur fieri, quando innotescunt, 3ª.q.13.2.1ᵐ.
7 Illud quod fit est, si fieri sumatur pro termino motus, non autem pro motu, 1ª.q.45.2.3ᵐ.

1 Figvra est forma quanti, 1ª.q.7.3.2ᵐ. & 3.c.
2 Figura propriè, est tantum in corporeis, 3ª.q.63.2.1ᵐ.
3 Figura nullius actionis vel passionis est principium, 22ᴱ.q.96.2.2ᵐ.
4 Identitas specifica, non sumitur ex identitate figuræ, sed ex generatione similis in specie, 3ª.q.74.3.3ᵐ.
5 Diuersæ figuræ legales in templo, fuerunt institutæ ad significandum Christum, propter imperfectionem earum, 12ᴱ.q.102. 4.6ᵐ.corl.3.

1 Filiatio est tantum exeuntis à generante, & completi in specie generantis, 1ª.q.27.2.4.c. & 3ª.q.32.3.c.
2 Paternitas, maternitas, & filiatio, conueniunt tantum viuentibus, & præcipuè animalibus, 3ª.q.32.3.c. & q.35.3.1ᵐ.
3 Ad hoc quod natum ex alio materialiter, sit filius: oportet quòd in similitudinem speciei producatur, 3ª.q.32.3.c.
4 Filiatio & adoptio, conuenit tantum personæ, sed creaturam esse, subiectio & seruitus, conueniunt etiam naturæ, 3ª.q.23.4.o. & q.24.1.2ᵐ. & q.35.5.c.
5 Pater dat filio tria, scilicet esse, nutrimentum, & institutionem, 12ᴱ.q.100.5.4ᵐ.& 22ᴱ.q.101.1.c.& q.102.1.c.& q.106.2.c.& 6.1ᵐ.
6 * Filius amittit hæreditatem propter peccatum parentis, in crimine læsæ maiestatis, 22ᴱ.q.108.4.2ᵐ.
7 Filiatio est in diuinis, 1ª.q.27.2.o. & q.42.4.c.
8 In diuinis non potest esse nisi vnus filius, 1ª.q.27.5.3ᵐ.& q.41.6.o.
9 Eadem proprietas, scilicet natiuitas, significatur per omnia nomina, filij Dei, sed diuersis rationibus, 1ª.q.34.2.3ᵐ.
10 Nomina propria filij Dei, sunt quatuor, scilicet filius, splendor, imago, & verbum, 1ª.q.34.2.3ᵐ.& q.42.2.1ᵐ.
11 Ea quæ sunt hominis, dicuntur de filio Dei, & econuerso, 1ª.q.43. 7.1ᵐ. & 3ª.q.3.6.3ᵐ. & q.9.1.3ᵐ. & q.10. 1.3ᵐ. & q.16.4.5.8.c. & q. 20.2.o.
12 Filius Dei est verus Deus, 1ª.q.27.1.c.fi.& q.41.3.o.& 3ª.q.43.4.o.
13 Filius Dei, non est quid principiatum, nec effectus, nec de se, non ens, 1ª.q.33.1.2ᴵᴺ. & q.42.3.o.
14 * Filius Dei, non est factus nec operatus, 1ª.q.41.3.c.
15 In Christo est tantum vna filiatio secundum rem scilicet æterna ad patrem, & alia secundum rationem, & temporalis ad matrem, 3ª.q.35. 5.c.
16 Christus ex reali relatione matris ad eum, est realiter filius eius, 3ª.q.35.5.c.
17 * Pater est maior filio, ratione dationis, quæ auctoritatem dicit, non autem rationi dati, sed filius nullo modo est minor patre, 1ª.q.33.1.2ᵐ. q.12.4.1ᵐ.
18 Tunc inuisibiliter filius Dei cuique mittitur, cum à quoquam cognoscitur atque percipitur secundum Augustinum, perceptio autem, experimentalem quandam notitiam significat, & hæc propriè dicitur sapientia, quasi sapida scientia, 1ª.q.43.5.2ᵐ. & 3ᵐ.& 12ᴱ.q.112.5.c. & 22ᴱ.q.45.1.5ᵐ.& 2ᵐ.
19 Ad habendum filium Dei in se, requiritur cognitio, non quidem actualis, sed habitualis, non quælibet, sed quæ prorumpat in affectum amoris, 1ª.q.43.5.2ᵐ. & 3ᵐ.
20 Aliquis dicitur filius Dei quintupliciter, secundum quintuplicem similitudinem, scilicet naturæ, vestigij, imaginis, gratiæ & gloriæ, 1ª.q.33. 3.c.

Finees occidendo Yambri, non peccauit, quia occidit inspiratus zelo Dei, vel quia erat filius sacerdotis. 22ᴱ.q.60.6.2ᵐ.
Quando id fingimus quod nihil significat, tunc est mendacium, & non cum refertur ad aliquam significationem, 12ᴱ.q.111. 2ᵐ.

1 Finis qvid. & Causalitas finis, est prima omnium, 1ª. q. 5. 4.c.& 12ᴱ.q.1.2.c.
2 Finis cuiusliber rei est operatio eius propria, vel ad quod per eam venit. 12ᴱ.q.49.3.c.3ᵐ.& 4.1ᵐ.q.56.1.c.
3 Finis & si sit postremus in executione, est tamen primus in intẽsione agentis, & sic habet rationem causæ. 12ᴱ.q.1.1ᵐ.& 3.2ᵐ.& 4. c. & q.18.7.3ᵐ.& q.10.1.2ᵐ.& q.25.1.2.c.& q.84.2.c.& 22ᴱ.q.189.1.5ᵐ. & 3ª.q.62.3.1ᵐ.& q.62.6.c.
4 Omnia quæ sunt vnius generis, cõueniunt in communi fine illius generis. 12ᴱ.q.1.5.c.
5 In finibus non itur in infinitum. 12ᴱ.q.14.o.
6 Finis non est causa nisi secundum quod mouet efficientem. 12ᴱ.q. 1.1.1ᵐ.
7 Finis dicitur dupliciter. s. id propter quod est aliquid, & bonum completiuè superaddens, vt delectatio. 12ᴱ.q.33.4.c.
8 Finis duplex. s. proximus & remotus vel vltimus. 12ᴱ.q.12.2.c.& q. 21.1.2ᵐ.& 22ᴱ.q.23.7.c.
9 Finis duplex. s. naturalis & supernaturalis. 1ª.q.23.1.c. & 12ᴱ.q. 109. 5.3ᵐ.
10 Finis duplex. s. imaginarius & deliberatus. 12ᴱ.q.1.1.3ᵐ.
11 Finis duplex. s. proportionatus, & non proportionatus ei, quod est ad finem; primus est perfectio inhærens, non autem secundus, nisi secundum similitudinem, quia est aliquid subsistens. s. bonitas Dei. 1ª.q.23.1.c.& q.25.5.c.fi.& q.62.4.c.& q.63.2.o.& q.103. 2.o.
12 Finis duplex. s. finis cuius. i. in quo est ratio boni, & finis quo. i. vsus vel adeptio eius. 1ª.q.26.3.2ᵐ. & 12ᴱ.q.8.c. & q.2.7.c. & q.3.1.c.8. 2ᵐ.& q.5.2.c.& q.11.2.3.3ᵐ.& q.16.3.c.& q.3.4.3.c.fi.
13 Finis duplex. s. operis, & operantis. 22ᴱ.q.141.6.1ᵐ.
14 Finis duplex. s. interior vt operatio, & exterior. i. obiectum operationis. 12ᴱ.q.13.4.c.
15 Finis duplex. s. principaliter intentus, & cui aliquid est vtile: primo modo finis est nobilior, iis quæ sunt ad finem, non autem secundo modo. 22ᴱ.q.111.5.c.3ᵐ.
16 Finis tripliciter acquiritur. s. vt forma, vt operatum, & vt possessum. 1ª.q.103 2.1ᵐ.& 2ᵐ.
17 Finis dupliciter habetur. s. perfectè. i. realiter, & imperfectè. i. intentionaliter. 12ᴱ.q.11.4.c.1ᵐ.& q.16.4.c.& q.69.1.c.
18 Cognitio finis duplex. s. perfecta. i. sub ratione finis, & imperfecta. i. eius quod est finis materialiter tantum: prima conuenit tantum naturæ rationali: secunda vero conuenit etiam brutis. 1ª. q.59.1.c.& 12ᴱ.q.6.2.c.& q.11.2.c.
19 * Impossibile est quod aliqua operatio voluntatis habeat rationem vltimi finis. 1ª.q.26.2.2ᵐ.& 12ᴱ.q.1.1.2ᵐ. & q.3.4.2ᵐ.& q. 19. 1.2ᵐ.
20 Finis vltimus creaturæ rationalis, est visio diuinæ essentiæ. 12ᴱ.q. 3.4.c.& 22ᴱ.q.167.1.1ᵐ.
21 Vltimus finis dicitur dupliciter. s. vltimus simpliciter. i. Deus: & vltimus in genere operationum. i. beatitudo. 12ᴱ.q 1.12ᵐ.fi.
22 Res naturales diriguntur à Deo ad finem boni, & creaturæ rationales ad vltimum finem. 1ª.q.103.1.c.& 12ᴱ.q.5.5.2ᵐ.
23 Voluntas non est ad opposita, respectu vltimi finis 12ᴱ.q.5.4. 2ᵐ.
24 Voluntas est ipsius finis tantum. 12ᴱ.q.8.2.c.
25 Idem actus voluntatis est eorum quę sunt ad finem, & ipsius finis ratio, non autem absolute. 12ᴱ.q.8.3.o. & q.12.4.c.
26 Voluntas vt potentia, est eorum quæ sunt ad finem sed vt actus, est tantum ipsius finis. 12ᴱ.q.8.2.o.
27 * Voluntas non potest simul fieri in plures vltimos fines. 12ᴱ.q.1. 5.o.& q.12.2.1ᵐ.& q.13.3.3ᵐ.
28 Vltimus finis dicitur dupliciter. s. simpliciter, id est, res possessa, & quo ad aliquem. s. possessio, vel adeptio, vel fruitio rei. 12ᴱ.q.2.7. c.& q.2.
29 * Impossibile est quòd anima vel aliquid eius, sit vltimus finis, nisi secundo modo. 12ᴱ.q.2.7.c.
30 Quicquid facit homo, agit propter finem, etiam agendo actionem, quæ est vltimus finis. 12ᴱ.q.1.1.2ᵐ.
31 Homo non habet vltimum finem suum in hac vita sicut alia animalia, quia finis est supra naturam eius. 12ᴱ.q.5.5.2ᵐ, & q.61.4. o.& q.109.5.3ᵐ.
32 Omnes homines habent eundem vltimum finem formaliter, uõ autem materialiter. 12ᴱ.q.1.5.c.& 7.o.
33 Ad connaturalem finem vltimum hominis. s. bene viuere totum, ordinantur: primo consilium, secundo iudicium, & vltimo & immediatè præceptum, sed proximus finis consilij, est inuentio agendorum, & iudicij certitudo. 22ᴱ.q.51.1.2.2ᵐ.
34 Omnium rerum est vnus vltimus finis, cuius. s. Deus, non autem finis quo. 1ª.q.103.2.o.& 12ᴱ.q.1.8.o.& q.3.8.2ᵐ.
35 Quælibet res tendit in finem vltimum, per propriam operationem. 1ª.q.62.4.c.& 12ᴱ.q.21.1.3ᵐ.
36 Deus est vltimus finis humanæ voluntatis. 22ᴱ.q.122.1.c. & q. 184. 1.c.
37 Vltimus finis cuiusliber rei, est assimilari Deo. 1ᴱ.q.44.4.3ᵐ.& 12ᴱ. q.1.8.c.& q.2.5.3ᵐ.
38 Finis spiritualis vitæ, est quod homo vniatur Deo, quod fit per charitatem, & ad hoc ordinantur sicut ad finem omnia quæ pertinent ad spiritualem vitam. 22ᴱ.q.44.1.c.
39 * Charitas est finis omnium virtutum. 22ᴱ.q.3.2.1ᵐ.& q.23. & 8.3ᵐ.
40 Charitas est finis præcepti. 22ᴱ.q.23.4.1ᵐ.& q.44.1.c.
41 Finis cuiusliber virtutis moralis, ei prestitutus à ratione naturali est consimili rationi. 12ᴱ.q.66.3.3ᵐ.& 22ᴱ.q.47.6.7.c.
42 Electio finis proximi est actus virtutis moralis principaliter sed prudentiæ originaliter. 12ᴱ.q.56.4.4ᵐ.
43 Ea quæ sunt ad finem, sunt necessaria, quando sine eis non potest haberi finis, non autem aliter. 1ª.q.19.3.c. & q.82.1.2.c. & q.119. 4.o.& 12ᴱ.q.1.6.2ᵐ.& q.10.2.3ᵗᴱ.& q.13.6.2ᵐ. & q.16.6.1ᵐ. & 22ᴱ.q. 187.3.c.
44 Necessitas cuiusliber ordinati ad finem, sumitur ex ipso fine. 12ᴱ. prin.& q.102.1.c.
45 Finis est de ratione eorum quæ sunt ad finem. 12ᴱ. princ. & q.1. 3.c.
46 Quæ sunt ad finem, oportet sumere bonitatem & modum, à fine proximo. 12ᴱ.q.95.3.c.& q.102.1.c.& 22ᴱ.q.27.6.c.& q.33.2.c. & 6.c. 3ᵐ.& q.87.2.3ᵐ.& q.12.3ᵐ.& q.7.o.& 141.6.c.1ᵐ.
47 Quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto est melius. 22ᴱ.q.152.5.c.
48 Dignitas eorum quæ sunt ad finem, præcipue ex fine considerata. 12ᴵ.princip.& 22ᴱ.q.174.2.c.
49 Finis semper excellit rem, quæ est ad finem. 22ᴱ.q.152.5.c.
50 Finis & ea quæ sunt ad finem, debent esse conformia secundum proportionem, non autem secundum genus. 12ᴱ.q.96.1.c. & q. 102.1.c.
51 Finis quæritur in infinitum, non autem ea quæ sunt ad finem, sed secundum proportionem ad finem. 22ª.q.27.6.c.& q.184.3.c.
52 Finis comparatur ad ea quæ sunt ad finem, sicut materia ad formam, 12ᴱ.q.44.c.& q.5.7.c.
53 Finis comparatur ad ea quæ sunt ad finem, sicut ratio formalis obiectum, & sicut principia ad conclusiones. 1ª.q.47.1.3ᵐ. & q. 82.1.2.c.& 12ᴱ.q.8.3.c.& q.12.4.c.2ᵐ.& q.19.7.c.1ᵐ.& 10.c.& q.102. 1.2.c.& 22ᴱ.q.47.11.c.
54 In finibus est ordo, sicut in agentibus, quia vtrobique secundarium dependet à principali. 1ª.q.116.c.
55 Vnumquodque ordinatur ad finem per actum suum. 12ᴱ. q. 21. 1.3ᵐ.
56 In omnibus potentiis vel artibus ordinatis, ars vel potentia quæ est circa finem, ordinat aliatum artium vel potentiarum actus, ad proprium finem. 12ᴱ.q.9.1.c.& q.65.3.1ᵐ.
57 Omnis finis, & quicquid est ad finem, est actio, vel cum actione. 12ᴱ.q.13.4.c.
58 Actiones ludicræ non ordinantur ad aliquem finem extrinsecũ, sed ad bonum ludentis, inquantum delectant, vel requiem præstant. 12ᴱ.q.1.6.1ᵐ.
59 Finis particularis, ordinatur ad finem communem. 12ᴱ.19.10.c. & q.21.2.2ᵐ.
60 Ordinari aliquid ad finem, cõtingit dupliciter, scilicet per se & per accidens. 1ª.q.116.1.o.
61 Aliquid ordinatur ad finem dupliciter, scilicet necessario, & ad bene esse. 3ª.q.1.2.c.
62 Quod est ad finem, est duplex. s. coniunctum ei, vt dispositio: & distans, vt motus, primum manet cum fine, non autem secundum. 12ᴱ.q.4.4.3ᵐ.
63 Ad vnum finem ordinatur tantum vnum medium, si sit sufficies. 1ª.q.47.1.3ᵐ.& q.101.3.1ᵐ.& 12ᴱ.q.101.3.1ᵐ.
64 Ea quæ sunt ad finem, inquantum huiusmodi, non sunt volita, nisi propter finem. 12ᴱ.q.8.2.c.2ᵐ.& 3.c.
65 Oportet quod quælibet voluntas habeat aliquem finem, quem naturaliter velit, cuius cõtrarium non possit velle. 1ª.q.82.1.2.o.
66 Finis moralis accidit fini naturæ, & econuerso. 12ᴱ.q.1.3.3ᵐ.
67 Qualis est quilibet naturali qualitate animæ vel corporis, vel qualitate superueniente, talis finis videtur ei. 1ª.q.83.1.5ᵐ.& 12ᴱ. q.9.2.c.2ᵐ.& q.10.3.c.2ᵐ.
68 Voluntas respicit finem tripliciter: primo absolute, secundo vt in quo quiescit, tertio vt terminũ eorum quæ ordinantur in finẽ; primum est velle, secundum frui, tertium est intentio. 12ᴱ. q.8. princ.& q.12.1.4ᵐ.& 2.c.3ᵐ.& 5.2ᵐ.
69 Voluntas ex necessitate inhæret fini. 1ª.q.82.1.2.c.
70 Ad rectam voluntatem, requiruntur duo. s. debitus finis, & quod ea quæ sunt ad finem proportionentur ei. 22ᴱ.q.49.7.c.& q.51.1. 1ᵐ.& q.55.3.4.c.& q.64.7.c.& q.69.2.c.
71 Homini conuenit agere propter finem, quia omnes actiones humanæ sunt propter finem. 12ᴱ.q.1.1.o.
72 Actiones hominis aliis intẽti, nõ sunt propriè actiones humanę, quia non procedũt ex deliberatione rationis, quæ est principiũ

Universidad de Deusto Biblioteca

humanorum actuum,& ideo habent quasi finem imaginatum, non autem per rationem præstitutum,12ᴱ.q.1.1.c.3ᵐ.

73 Homo operatione naturali & animali,ordinatur in finē ab alio: sed operatione humana,ordinatur à seipso in finem,12ᴱ.1.1.c.

74 Aliquid ordinatur in finem dupliciter, scilicet vel propriè, tanquam seipsum mouens ad finem:& sic sola creatura rationalis ordinatur in finē vel cōmuniter,tanquā motum ab alio, & sic bruta animalia ordinantur in finem,1ª.q.6.1.2ᵐ.& 12ᴱ.q.1.2.o.

75 Omnis peccans mortaliter, constituit sibi necessario alium finem,quàm Deum,12ᴱ.4.1.7.1ᵐ.& q.89.1.3ᵐ.& 22ᴱ.q.45.1.1ᵐ.

FIRMAMENTVM à Deo creatum,id est,cælum stellatum est suprema sphera secundum Atistotelem, non autem secundum Astrologos modernos,1ª.q.68.1.2.3.o.& q.71.3ᵐ.

FLVMINA quatuor videntur oriri ex diuersis locis,quia intrant sub terra,sicut multa alia:sed primo oriuntur à mari: immediatè verò,à fonte paradisi, scilicet Physon, Gion, Tygris, & Euphrates,1ª.q.102.1.2ᵐ.

FLVXVS maris est per impressionem lunæ, non autem per aliquam formam aquæ,1ª.q.105.6.1ᵐ.& q.110.3.3ᵐ.& 22ᴱ.q.2.3.c.

1 FOMES est inordinata, & habitualis concupiscentia appetitus sensitiui, 12ᴱ.q.82.3.o.& 3ª.q.15.1.c.& q.27.3.c.

2 Fomes vt pœna inflicta à Deo,dicitur lex, non autem vt inclinat ad malum,12ᴱ.q.91.6.o.& q.93.3.2ᵐ.

3 Effectus fomitis duplex,scilicet,inclinatio ad malum, & difficultas ad bonum,3ª.q.27.3.c.

4 Fomes peccati non fuit in Christo, 3ª.q.15.2.o.& 3.c. & 4.c.3ᵐ.& q.18.2.3ᵐ.& q.27.3.c.1ᵐ.

5 Fontes quinque,secundum quinque genera substantiarum, scilicet naturæ,corporis cælestis,ignis,aëris,aquæ & terræ,1ª.q.66.2.o.

1 FORMA.omne illud quo aliquid primo operatur, est forma eius,1ª.q.76.1.c.

2 Omnis forma vel est ipsa natura rei,vt in simplicibus: vel constituit naturam rei,vt in compositis,3ª.q.13.1.c.

3 * In simplicibus & immaterialibus, idem est forma, & id cuius est forma.1ª.q.39.5.2ᵐ.

4 De ratione formæ est quod sit in eo cuius est forma,1ª.q.40.1.c.

5 * Formæ non locantur in genere,nec in specie, sed compositæ, 1ª.q.76.3.2ᵐ.

6 Forma generati,non est finis seu terminus generationis: nisi vt est similitudo generantis.1ª.q.44.4.2ᵐ.& 22ᴱ.q.171.6.c.

7 * Omnis forma de se est communicabilis,1ª.q.3.2.3ᵐ.& q.7.1.c.fi.

8 * Omnis forma existens in supposito,per quod indiuiduatur, est communis multis secundum rem, vel secundū rationem, non autem formæ subsistentes,1ª.q.13.9.c.

9 Distinctio formarum duplex, scilicet specifica secundum diuersitatem obiectorum,& numeralis,secundum diuersitatem subiecti,22ᴱ.q.24.5.c.

10 * Formæ distinguuntur secundum diuersa principia actiua, 12ᴱ. q.54.2.c.

11 Formæ separatæ non multiplicantur numeraliter, 1ª.q.41.6.c.& q.50.4.c.& q.75.7.c.

12 Forma est variabilis terminatiuè,sed est inuariabilis subiectiuè, 1ª.q.9.2.3ᵐ.& q.16.8.c.fi.& 12ᴱ.q.53.1.c.

13 Substantialis forma,quæ requirit diuersitatem in partibus corporis sicut est anima, & præcipuè,animalium perfectorum, non æqualiter se habet ad totum &ad partes, vnde non diuiditur per accidens,per diuisionem quantitatis,1ª.q.76.8.c.

14 Forma substantialis totius,nō superadditur partibus,scilicet materiæ & formæ,sicut forma domus,partibus integralibus eius, sed est totum complectens materiam & formam, cum præcisione aliorum,1ª.q.76.8.c.

15 Non est possibile eandem formam numero,esse diuersarum specierum, 1ª.q.118.2.2ᵐ.

16 Forma substantialis & accidentalis,sunt actus,& faciunt aliquid in actu:sed subiectum formæ substantialis,est ens in potentia tantum: quia actualitas prius est in forma, quàm in materia, quæ est propter formam:subiectum autem formæ accidentalis est ens actu,cui prius conuenit actualitas, quam formæ accidentali,quæ est propter subiectum,1ª.q.66.1.2.c.& q.76.4.c.& q.77.6.c.

17 Forma vnius materiæ,dicitur species, plurium secundum ordinem tantum totum,colligatarum compositio, alterataru autem mistio,1ª.q.66.2.c.

18 Formæ incompassibiles in eodem supposito,faciunt propositionem in materia remota,compassibiles autem in materia contingenti,vel naturali,3ª.q.16.1.1ᵐ.

19 Forma omnino simplex vel non subsistens:non potest esse subiectum ex quo vel in quo, sed subiectum de quo & circa quod, 1ª.q.13.12.2ᵐ.&q.29.1.2.o.& 3.3ᵐ.& q.30.1.3ᵐ.& q.54.3.2ᵐ.& q.77.1.6ᵐ.

20 Plures formæ eiusdem generis,non possunt simul esse in eodem subiecto,1ª.q.85.4.c.2ᵐ.

21 * Plures formæ eiusdem speciei,non possunt esse simul in eodē subiecto,3ª.q.35.5.c.

22 Nulla forma naturalis potest esse simul in eodem subiecto cum actu formæ contrariæ,sicut habitus animæ cum actu contrarij habitus,12ᴱ.q.63.2ᵐ.& q.71.4.o.

23 Forma completa est in subiecto, secundum conditionem subiecti,non autem virtus instrumentalis, sed magis secūdum conditionem principalis agentis,3ª.q.63.5.1ᵐ.

24 Nulla forma remouet à materia potentiam ad alias formas, 1ª. q.66 2.c.

25 Forma implens totam potẽtiam materiæ, est inseparabilis à materia:non autem aliæ,22ᴱ.q.24.11.c.

26 Omnis forma quanto est nobilior,tanto magis dominatur materiæ,& minus ei immergitur,& magis eam sua virtute excedit,2ª.q.76.1.c.o.2.

27 Forma nō excedit proportionem materiæ, sed sunt eiusdem generis,2 2ᴱ.q.24.3.2ᵐ.

28 Materia prima est vna,per remotionem omnis formæ, non autem per vnam formam,1ª.q.16.7.2ᵐ.

29 Materia est propter formam, 1ª.q.47.1.2.c.& q.65.2.c. &q.70.3.c, & q.76.5.c.princ.& q.77.6.c. & q.84.4.c. & q.85.3.4ᵐ. & q.89.1.c. & q.91.3.c.& q.96.3.c.& q.105.5.c.& 12ᴱ.q.2.5.c.

30 Forma finitur per materiam,inquantum communitas eius contrahitur per materiam,ad hoc indiuiduum, & econuerso, inquantum potentialitas eius determinatur ad vnam speciem,1ª. q.7.1.c.& q.44.2.c.fi.

31 * Materia multiplicatur per aduentum formæ, 1ª. q.29.2.5ᵐ.

32 Materia recipit formam,vt secundum ipsam constituatur in esse alicuius speciei, non autem intellectus, sed secundum rationē formæ,1ª.q.50.2.2ᵐ.

33 * Omne illud per quod materia efficitur propria huius formæ,se tenet ex parte materiæ, vt dispositiones & remotiones impedimentorum, 1ª. q.86.2.1ᵐ.& q.87.1.c.& 12ᴱ.q.2.5.c.& 22ᴱ.q.27.3.c. princip.

34 Informitas materiæ duplex. s. carentia omnis formæ, & carentia triplicis pulchritudinis,scilicet lucis,visibilitatis,& plantarum prima præcessit formationem natura tantum, secundum Augustinum,secunda verò etiam duratione,secundum alios,1ª.q. 66.1.o.& 4.c.& q.67.c.4ᵐ.& q.69.1.2.c.& q.74.2.c.

35 Materia cognoscitur tantum dupliciter,scilicet per analogiam ad formam,& vt perfecta est per eam,1ª.q.15.2.3ᵐ.

36 Materia inquantum est nuda, se habet indifferēter ad omnes formas,sed determinatur per agens,1ª.q.66.2.c.

37 Nihil est sua materia, nec suum efficiens, sed aliquid est sua forma,vt in simplicibus,1ª.q.39.2.5ᵐ.

38 Forma vt est in materia,est prior ea via naturæ, & posterior via generationis:sed vt est in agente,est omni modo prior, 12ᴱ. q. 20.1.3ᵐ.& q.62.4.c.

39 * Forma nō latitat,contra Anaxagoram,nec est totaliter ab ideis, contra Platonem,nec ab intelligentia,contra Auicennam: sed educitur de potentia materiæ ab agente naturali secūdum Aristotelem,1ª.q.45.8.c.& q.65 4.c.& q.91.2.c.& q.110.& 2.c. & 12ᴱ.q. 63.1.c.

40 * Inchoatio formarum improbatur,3ª.q.32.4.c.3ᵐ.

41 * Quamlibet formam sequitur aliqua inclinatio, quæ est appetitus rei habentis illam formam,1ª.q.80.1.c.

42 * Formæ subsistentes,non habent causam aliam formalem sui esse & suæ vnitatis, nec causam agentem, per transmutationem materiæ de potentia ad actum,sed producentem totam substātiam,1ª.q.61.1.2ᵐ.

43 Omnes formæ & motus in iis inferioribus, fluunt à formis, quæ sunt in intellectu alicuius intelligentiæ,1ª.q.65.4.c.1ᵐ.

44 Materia non fuit creata sub vna forma, sed sub diuersis, 1ª. q.66. 1.c.

45 Vna forma non fit alia per continuam generationem, 1ª. q. 118. 2.2ᵐ.

46 Formarum quædam fiunt ab agente corporali, secundum perfectam rationem, & perfectum esse formæ eius, quædam primo tantummodo,quædam neutro modo. Primæ manent, cessante actione agentis,vsque ad corruptionem,secundæ parum,tertiæ nihil,1ª.q.67.3.1ᵐ.

47 Nulla forma corrumpitur, nisi per actionem contrarii, vel per corruptionem subiecti,vel per defectum causæ,12ᴱ.q.53.1.c.

48 Forma dicitur corrumpi per se,per suum contrarium,sed per accidens,per corruptionem sui subiecti,12ᴱ.q.53.1.c.

49 Introductio vnius formæ,est expulsio alterius, & econuerso, 1ª. q.44.4.2ᵐ.

50 Intentio formæ & perfectionis,est per accessum ad primum, sed intentio defectus & priuationis,est per recessum à primo, 1ª. q. 49.3.3ᵐ.& 12ᴱ.q.22.2.1ᵐ.

51 Intensio & remissio formarum,nunquam causat diuersitatem speciei,sed quandoque consequitur eam,12ᴱ.q.72.8.1ᵐ.

Magis

52 Magis & minus ex formis diuersorum graduū diuersificant speciem, non autem secundum intentionem graduum eiusdem formæ,1ª.q.50.4.2ᵐ.& 12ᴱ.q.18.11.1ᵐ.& q.60.5.3ᵐ.& q.72.8.1ᵐ.

53 Perfectio formæ duplex,scilicet secundum speciem,& secundum subiectum.Secundum primam forma dicitur magna: secundū secundam vero dicitur magis.,12ᴱ.q.52.1.c.princ.& q.66.1.c.

54 Forma dupliciter recipit magis & minus.scilicet in cōcreto tantum,si sit simplex & vna,vt lux:vel in concreto & abstracto, si importat in ratione sua proportionem multorum ordinatorum ad vnum,vt motus,sanitas, & pulchritudo,12ᴱ.q.52.1.c. & q.53.2.3ᵐ.

55 Nulla forma substātialis susc.ipit magis vel minus, 1ª.q.76.4. 4ᵐ. & q.93.3.3ᵐ.& q.118.2.2ᵐ.& 12ᴱ.q.53.2.1.c.& 3ª.q.75.7.c.

56 Forma rei per se existens, ad duo potest esse, scilicet vt exemplar.& vt principium cognitionis.1ª.q.15.1.c.

57 Verbum Dei est forma exemplaris, non autem forma quæ est pars compositi.1ª.q.3.8.2ᵐ.

58 Forma substantialis est perfectio totius, & cuiuslibet partis eius, non autem quælibet forma accidentalis,1ª.q.76.8.c.

59 Forma substantialis vnitur immediatè materiæ,1ª.q.66.4.7.c.

60 * Non.est possibile plures formas substantiales simul esse in eodem corpore,1ª.q.76.3.c.& 4.o.

61 * Forma mistionis non est substantialis,sed est accidens,scilicet qualitas,1ª.q.76.4.4ᵐ.

62 Nulla forma rei corporalis,praeter animam rationalem,est perpetua.2ª.q.85.6.c.

63 Eadem forma est,qua ignis est ignis, corpus & substantia,3ª.q. 75.6.2ᵐ.

64 * Forma accidentalis non habet potentiam actiuam,sed est potentia compositi,vt calor ignis,1ª.q.77.1.3ᵐ.

65 Omnis forma separata à materia, est intellectualis, 1ª.q.66.2.c. fi.& q.110.1.c.& 3ª.q.75.6.c.

66 Omnes formæ intelligibiles sunt vnius generis,1ª.q.85.4.c.

67 Formæ,id est,species intellectus nostri,non effluunt à formis in materialibus,sed à rebus sensibilibus.1 .q.84.4.6.o.

68 Forma intellectus,respectu eius est indiuidua, sed respectu eius cuius est similitudo,est vntuersalis,1ª.q.76 2.3ᵐ.

69 Intellectus recipit formam,vt formam simpliciter, non indiuiduando eam,quia in eo habet esse vniuersale, sed materia recipit formam indiuidualiter tantum,1ª.q.75.5.3ᵐ.

70 Intellectus cuius forma est à re,perficitur à re,& à similitudine. Si autem non habet à re perficitur à similitudine. Si verò non differt à similitudine,à nullo perficitur, 1ª.q.14.2.2ᵐ.& 3ᵐ. & 5. 2ᵐ.& 3ᵐ.

71 Iudicium quo ad formam iudicij,pertinet ad iustitiam distributiuam tantum,22ᴱ.q.63.4.1ᵐ.

72 Formæ sacramentales,traditæ sunt Apostolis à Christo, 3ª.q.72. 4.1ᵐ.

FORMICA reponit grana,imminente pluuia, 22ᴱ.q.172.1.art.3.

1 FORNICATIO prohibetur specialiter simul cum ceremoniis legis ab Apostolis,quia Gentiles non reputabant eam esse peccatum,12ᴱ.q.103.4.3ᵐ.& 22ᴱ.q.154.2.1ᵐ.

2 Omne peccatum dicitur fornicatio large,22ᴱ.q.151.2.c.3ᵐ. & 4. & 59.6.2ᵐ.

3 Fornicatio est maius peccatum iis quæ suni contra bona exteriora,& minus iis quæ sunt contra Deum, vel contra personā proximi,22ᴱ.q.154.3.o.

1 FORTITVDO est virtus specialis,secundum quod est circa pericula,sed est conditio omnis virtutis, secundū quòd dicit firmitatem animi absolute, 12ᴱ.q.61.3.4.o.& 22ᴱ.q.58.8.2ᵐ. & q.123.2.o.& 3.1ᵐ.& 13.c.

2 Fortitudo est virtus,tollens impedimenta,quæ repellunt voluntatem ab eo quod est secundum rationem,propter difficile,22ᴱ. q.123.1.o.& q.3.4.5.c.& q.124.2.c.

3 Fortitudo non habet partes subiectiuas.nec diuiditur in multas species,quia est circa materiā valde specialē, 22ᴱ.q.128. c.princ.

4 * Propria materia fortitudinis,sunt timores & audaciæ, in maximis terribilibus, 1ª.q.59.4.3ᵐ.& 22 .q.186.1.c.

5 Fortitudo est immediatè circa timores & audacias,mediatè verò circa obiecta horū,scilicet circa pericula & labores.22ᴱ.q.123.3. 2ᵐ.& q.129.1.2ᵐ.& q.131.2.3ᵐ.

6 Fortitudo est principaliter circa timores,secundario autem circa audacias,1ª.q.21.1.1ᵐ.& q.95.3.2ᵐ.& 22ᴱ.q.60.4.o. & c. & 22ᴱ. q.121.3.o.& 6.c.& q.126.2.c.& q.137.1.c.& q.141.3.c.2ᵐ.

7 Fortitudo non est circa spem,nisi secundum quod spes connectitur audaciæ,22ᴱ.q.123.3.3ᵐ.& q.125.2.3ᵐ.

8 Fortitudo est præcipuè circa timores mortis.22ᴱ.q.61.3.c.& 22ᴱ.q. 123.4.o.& 11.12.c.& q.125.2.c.& q.128.c.& q.129.5.c.

9 Fortitudo principaliter est circa molestias mortis, secundario autē circa quascūq. alias molestias,22ᴱ.q.123.4.1ᵐ.& q.124.4.3ᵐ.

10 Fortitudo est maximè circa repentina,quo ad manifestationem habitus,non autem quo ad electionem,12ᴱ.q.122.9.1.

11 Fortitudo est maximè circa timores mortis in bello communi, vel particulari,22ᴱ.q.123.5.o.& q.124.2.c.& q.141.8.c.

12 * Fortitudo est circa difficiliora,non autem circa meliora,quam iustitia,quæ in bello & in pace vtilis est,non autem fortitudo, sed tantum in bello,22ᴱ.q.58.12.c.3ᵐ.

13 Perferre,secundum quod dicit actum fortitudinis, non dicit immobilitatem,sed electionem immorandi contra immoderatū timoté,sicut charitas contra odium,mansuetudo contra iram, & patientia contra tristitiam,12ᴱ.q.66.4.2ᵐ.

14 Fortitudo moderatur timorem,patientia & perseuerantia tristitiam:sed mansuetudo iram,22ᴱ.q.136.2.c.1ᵐ.

15 Quicunque est fortis,est patiens,& non econuerso, quia patientia est quædam fortitudinis pars,12ᴱ.q.66.4.2ᵐ.

16 Fortitudo sustinet pericula mortis, sed patientia sustinet quæcunque mala,22ᴱ.q.138.4ᵐ.& q.136.4.1ᵐ.

17 Fortitudo est principaliter circa timores,secundario autem circa tristitias.Patientia verò est inconuerso,22ᴱ.q.136.4.2ᵐ.

18 * Fortitudo est principalior magnanimitate.22ᴱ.q.129.5.c.3ᵐ.

19 Fortitudo firmat contra mala,sed magnanimitas, in prosecutione bonorum,12.q.129.5.1ᵐ.& 6.2ᵐ.

20 Partes potentiales fortitudinis sunt sex,scilicet magnanimitas, fiducia,securitas,magnificentia,constantia, tolerantia, id est, patientia,& firmitas,id est,perseuerantia,22ᴱ.q.128.o.& q.129.5. o.& q.134.4.o.& q.136 4.o.& q.161.4.3ᵐ.

21 Fiducia,magnificentia,patientia,& perseuerantia, circa materiā fortitudinis,sunt partes eius integrales.Sed sunt partes potentiales,& virtutes per se,distinctæ à fortitudine,secundum quod sunt circa alias materias, 22ᴱ.q.128.o.& q.134.4.o.& q.136.4.o. & q.137.2.o.

22 Vitium audaciæ opponitur fortitudini,secundum excessum audaciæ,impauiditas autem secundum defectum timoris, quia in vtraque ponit medium,22ᴱ.q.126.2.3ᵐ.

23 Fortitudo est in irascibili subiectiue, 12ᴱ.q.61.2.c.& q.66.1.c. & q. 85.3.c.& 22ᴱ.q.58.5.2ᵐ.& 9.c.& q.128.1ᵐ.& q.134.4.c.& q.136.4.2ᵐ. & q.137.2.2ᵐ.& 3ª.q.15.2.c.

24 Fortitudo martyrum præcipuè commendatur, quia sustinent propter Deum impugnationes personales, & mortem in bello particulari,22ᴱ.q.123.5.1ᵐ.& q.124.2.o.

25 Fortis intendit exptimere similitudinem sui habitus in actum,vt proximum finem,22ᴱ.q.123.7.o.

26 Fortis delectatur de fine actu & fine,sed non percipit, nisi ex superabundanti gratia Dei, propter dolorem corporis & animæ,pro amissione vitæ.22ᴱ.q.125.8.o.

27 Non habens fortitudinem operatur fortia quintupliciter, scilicet propter ignorantiam,autem, experientiam, passionem, & lucrum,22ᴱ.q.123.1.2ᵐ.& q.128.7ᵐ.

28 Principalis actus fortitudinis,est sustinere: secundarius vero, est aggredi,22ᴱ.q.123.3.c.& 6.o.& 8.c.& 10.3ᵐ.& 11.1ᵐ.& q.124.2.3ᵐ. & q.12ᴱ.c.& q.141.2.3.c.

29 Ad primum actum,requiruntur duo, scilicet præparatio animi, & executio operis. Ad secundum etiam requiruntur duo,scilicet infragibilitas,& infatigabilitas,22ᴱ.q.128.c.

30 Fortitudo assumit iram moderatam ad actum secundum, non autem ad primum.Nec vt auxilium,sed vt instrumentum,quia ad iram pertinet insilire in rem contristantem. Vnde Philosophus inducit versum Homeri, Virtutem & furorem erige,quia videlicet cum aliquis est virtuosus virtute fortitudinis, passio ira,electionem virtutis sequens, facit ad maiorem promptitudinem actus.Si autem præcederet, virtutis modum perturbaret, 22ᴱ.q.123.10.& 11.1ᵐ.

31 Tristitia & concupiscentia, per se impediunt secundum actum fortitudinis,faggredi,sed per accidens adiuuāt,22ᴱ.q.123,10.3ᵐ.

32 Fortitudo spiritus,ostenditur in resistendo concupiscentiæ carnis contrariantis spiritui.Sed est maior in comprimendo, ne insurgat,3ª.q.15.2.3ᵐ.

33 Donum fortitudinis in patria,habet actum perfruendi plena securitate à laboribus.& à malis,22ᴱ.q.139.1.2ᵐ.

34 Virtus fortitudinis firmat animum,secundum modum connaturalem homini,donum autem supernaturaliter,22ᴱ.q.139.1.o.

35 Donum fortitudinis dat fiduciam euadendi quælibet pericula,& perueniendi ad finem cuiuslibet operis,id est, ad beatitudinē, non autem virtus fortitudinis,sed perficit ad sustinendū quælibet pericula,22ᴱ.q.139.1.c.1ᵐ.

36 Donum fortitudinis respicit virtutem fortitudinis inquantum sustinet pericula,& facit quodcunque opus arduum. Ideo dirigitur à dono consilij,22ᴱ.q.139.1.3ᵐ.

1 FRATER in sacra scriptura dicitur quadrupliciter, scilicet natura,gente,cognatione,& affectu,3ª.q.28.1.5ᵐ.

2 Fratres Christi sumus per adoptionem,1ª.q.33.3.c.& q.41.3.c.& 3ª. q.23.2.2ᵐ.

3 Fratres Christi in Euangelico,dicuntur consobrini eius, scilicet filij Mariæ,matertеræ matris eius,3ª.q.28.3.5ᵐ.

FRENH

FRENESIS, & CAVSA. & Tanta potest esse motio spirituum & humorum, quod huiusmodi apparitiones rerum aliter quam sint, etiam vigilantibus per naturalem commotionem humorum fiant, sicut & in freneticis, & aliis huiusmodi, 1ª.q.111. 3.c.fi.

FREQVENTIA, assiduitas, & diuturnitas, non sunt circunstantiæ mutantes speciem, nisi aliud superueniat, 12ª.q.88.5.1ᵐ.

FRICARE, & Multa homo agit absque deliberatione, de quibus etiam quandoque nihil cogitat: sicut cum aliquis mouet pedem, vel manum, aliis intentus, vel fricat barbam, 12ª.q.1.1.art. 3.& 3ᵐ.

1 FRVCTVS dupliciter distinguuntur, scilicet secundum tres perfectionis gradus à Christo, scilicet tricesimus, sexagesimus, & centesimus: siue secundum tres gradus virtutis, vt sancti distinguunt, quia cuiuslibet rei perfectio attenditur secundum principium, medium, & finem, & essentialiter, id est, secundum tationes diuersas gaudendi, scilicet duodecim à Paulo, 12ª.q. 70.3.2ᵐ.

2 Fructus spiritualis dicitur dupliciter, scilicet quod ptincipaliter expectatur, s. Deus, & secundario. s. delectatio, 12ª.q.11.1.c.3ᵐ.

3 Fructus quarto modo, scilicet consurgens ex semine verbi Dei, est tantum triplex, secundum tres gradus continentium, scilicet coniugum, viduarum, & virginum, 12ª.q.70.3.2ᵐ.

4 Fructus spiritussancti, secundum sanctum Paulum, sunt duodecim, scilicet, charitas gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia & castitas, 12ª.q.70.3.o.

5 Fructus sensibilis, est vltimum ex arbore expectatum, quod cum quadam suauitate perficitur, 12ª.q.11.1.c.& 3.c.2ᵐ.& q.70.1.c.

6 Vltimum simpliciter & delectans, est propriè fructus, & eius propriè est frui. Delectans autem non vltimum, potest aliquo modo dici fructus, sed eius non est frui propriè, & secundum completam rationem. Non delectans vero, sed tantum in ordine ad aliud appetitū, nullo modo est fructus, 12ª.q.11.3.c.2ᵐ.

7 Opera carnis non dicuntur fructus, quia sunt contra rationem, sicut quod est ex arbore contra naturam eius, non dicitur fructus, 12ª.q.70.4.1ᵐ.& 22ª.q.8.8.c.fi.

8 Virtutes dicuntur fructus ratione delectationis, non autem ratione habitus, 12ª q.70.1.3ᵐ.& 22ª.q.136.1.3ᵐ.

9 Operatio secūdum facultatem rationis, dicitur fructus rationis, sedˢ vt mouetur à Deo dicuntur fructus spiritussancti, 12ª.q. 70.1.c.

10 Opera nostra vt sunt à spiritu sancto. dicuntur fructus, respectu vero beatitudinis, dicuntur flores, 12ª.q.70.1.1ᵐ.

11 Fructus propriè, dicitur tantum in corporalibus, scilicet plantis, à quibus metaphoricè transfertur ad spiritualia, 12ª.q.11.1.c.& 3.2ᵐ.& q.70.1.c.

12 In parte appetitiua sunt plures fructus quam in parte apprehensiua, quia fructus significat finem, qui magis conuenit parti appetitiuæ, 22ª.q.8.8.3ᵐ.

13 Fructus comparatur ad arborem, sicut effectus ad causam, ad hominem verò, sicut vltimum expectatum delectans, 12ª.q.11.3. 2ᵐ.& q.70.1.c.

14 Dono consilij non respondet propriè aliquis fructus, quia omnis practica est propter aliud, 22ª.q.8.8.3ᵐ.& q.52.4.3ᵐ.

15 Fructus spiritus contrariantur operibus carnis in communi, non autem singula singulis, nisi secundum adaptationem, 12ª.q. 70.4.o.

16 Opera carnis sunt plura fructibus spiritus, quia bonum est vno modo, sed malum est omnifariam, 12ª.q.70.4.2ᵐ.

1 FRVI est actus potentiæ imperantis, non autem exequentis, 12ª. q.11.2.c.

2 Frui est actus appetitiuæ potentiæ, 12ª.q.11.1.o.& 2.c.

3 * Frui est actus voluntatis, 12ª.q.11.1.1ᵐ.& 4.c.2ᵐ.

4 Frui est actus voluntatis, in ordine ad intellectum, 12ª.q.11.1.1ᵐ, & 4.c.2ᵐ.

5 Frui est actus tantum voluntatis secundum charitatem, in ordine ad potentias & habitus priores, 12ª.q.11.1.o.

1 FRVITIO pertinere videtur ad amorem vel delectationem, quam aliquis habet de vltimo expectato, quod est finis, 12ª. q.11.1.4.c.& q.34.3.c.fi.

2 Nomina trium ordinum prædictorum sumuntur ab excellentia prædictorum trium actuum fruitionis, & non ab eis simpliciter, 1ª.q.108.5.5ᵐ.& 6ᵐ.

3 Eadē fruitione fruemur Deo, fruitione eius, & beatitudine creata, 12ª.q.11.3.3ᵐ.

4 Fruitio perfecta est tantum vltimi finis habiti, imperfecta vero, etiam non habiti Sed impropria est non vltimi simpliciter, 12ª.q.11.3.4.o.& q.12.2.3ᵐ.

5 Non oportet quod fruitio sit vltimi finis simpliciter, sed quod habeatur pro vltimo fine, 12ª.q.11.2.2ᵐ.

6 * Non est fruendum iusto, nisi in Deo, peccatore autem, brutis, vel inanimatis, nullo modo, 12ª.q.11.3.1ᵐ.

7 Carentia cognitione, nullo modo fruuntur, bruta fruuntur impropriè. Peccator non verè, iusti imperfectè, beati perfectè, Deus autem perfectissimè, 12ª.q.11.2.4.o.& 9.12.5.2ᵐ.

8 Hæc fruitio Christi. peruenichat ad totam animam eius, secundū essentiā, vt est subiectū rationis superioris tantū, 3ª.q.46.8.o.

* Bruta fruuntur imperfectè, sed ratio nalia perfectè, 12ª.q.11.2.o.

9 FRVMENTVM est genus ad triticum & ad alia grana, 3ª.q.74. 3.2ᵐ.& 3ᵐ.

FRVSTRA dicitur quod est ad finem quem non inducit, 1ª.q.25.2. 2ᵐ.& q.88.1.4ᵐ.& 3ª.q.11.5.2ᵐ.

FVGATIO est species fictionis, ad mentiendum pulchritudinem: ideo semper est peccatum, sed non est mortale, nisi fiat ad lasciuiam, vel contemptum Dei. Tamen licet occultare turpitudinem causatam ex infirmitate, vel ex alia causa accidentali, 22ª.q.169.2.2ᵐ.

FVGERE potest iustus propter tria, scilicet vt persecutor quiescat, vt præceptum à Dominum opus perficiat, & vt gloriosiorem coronam acquirat, 22ª.q.64.4.o.

1 De ratione fundamenti est esse primum, sustentare, & connexio, 22ª.q.4.7.4ᵐ.

2 Fides est fundamentum aliarum virtutum, quia est prior eis, & substentat eas. Fortitudo autem firmat contra aduersa, humilitas contra prosperā, timor contra culpam futuram, pœnitentia contra præteritam, 22ª.q.161.5.2ᵐ.3ª.q.8.4.6.2ᵐ.

1 FVRTVM est occulta acceptio rei alienæ, 22ª.q.66.3.o.

2 Furtum semper est peccatum, ratione iniustitiæ, & fraudis, vel doli. Et est mortale, nisi modicum intendatur, 22ª.q.12.3.c.& q. 66.6.o.& q.118.4.c.

3 Furtum est species fraudis. Mendacium, & falsum testimonium, fallaciæ. Turpe lucrum, inquietudinis. Rapacitas, violentiæ. Ideo omnia hæc & inhumanitas, id est, obduratio, ab Isidoro dicuntur esse filiæ auaritiæ, 22ª.q.118.8.3.

4 Furtum & rapina, opponuntur iustitiæ, 22ª.q.64.princip.& q.66. princ.& 4.5.c.& q.118.4.c.

5 Furtum est iniustum, quia est inuoluntarium per ignorantiam, sed rapina per vim. Ideo differunt specie, 22ª.q.66.4.o.& 9.c.& q.73.1.c.1ᵐ.

6 Rapina est grauior furto dupliciter, primò quia inuoluntarium * est ex parte eius cui aliquid subtrahitur furto: rapina vero addit violentiam, quæ voluntaria est, peccatum autem per vim, est maius quàm per ignorantiam. Secundo, quia rapina est in re, & in persona: furtum autem est tantum in re, 22ª.q.66.9.o.& q.73.3.2ᵐ.& q.116.2.1ᵐ.& q.144.2.4ᵐ.

7 Accipiens furtim rem suam, iniustè detentam, peccat contra cōmunem iustitiam. vsurpādo sibi iudiciū: sed non tenetur restituere, sed satisfacere Deo, & sedare scandalū, 22ª.q.66.5.3ᵐ.

8 Accipiens rem alienam occulte & manifestè auctoritate iudicis non est furtum vel rapina, quia per sententiam fit debitum, 22ª.q.66.5.1ᵐ.& 8.c.

9 Accipiens rem inuentam animo retinendi, furtum facit, nisi credat haberi pro derelicto, vel nullius esse 22ª.q.66.5.2.

10 Per prohibitionem furti prohibentur omnia damna in rebus, 22ª.q.120.6.2ᵐ.

11 Pœna mortis non infligitur in præsenti pro furto, nisi ratione grauis circunstantiæ, vt sacrilegio, peculatu, & plagio, 22ª.q. 66.6.2ᵐ.

1 FVTVRVM cognoscitur dupliciter, scilicet in se, & in suis causis. Primum conuenit tantum Deo: secundū nobis, sed magis angelis & dæmonibus: sed in causis necessariis certitudinaliter, incontigentibus sæpe, opinatiuè tantum; quæ autem raro, nullo modo, 2ª.q.14.13.o.& q.57.3.o.& q.64.1.5ᵐ.& q.86.4.o.& q. 89.1.3ᵐ.& 12ª.q.111.4.c.& 22ª.q.95.1.o.& 5.c.& q.171.6.1ᵐ.& 2ᵐ, & 3ᵐ.& q.172.1.c.& q.174.1.c.1ᵐ.

2 Futura plus cognoscuntur à phreneticis, abstractis à sensibus, mo rientibus, dormientibus, & bruris, quàm ab oppositis, 1ª.q.12.11. c.& q.86.4.2ᵐ.& 3ᵐ.& 22ª.q.172.1.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ᵐ.

3 Cognitio fiturorum, ex præsentibus & præteritis, propriè ratio nis est, 22ª.q.47.1.c.

4 Anima vicina morti, cognoscit aliqua futura ex reuelatione, vel ex impressione causarum naturalium, non autem propria virtute, 1ª.q.86.4.2ᵐ.& 22ª.q.172.1.1ᵐ.

5 Bruta non cognoscunt futura, sed ex instinctu naturæ eis indito ab intellectu diuino, mouentur ad aliquid in futurum, ac si futurum præuideret, 12ª.q.40.3,1ᵐ.

6 Bruta cognoscunt futura, non computando præsens ad futurum, sed ex instinctu naturæ, 1ª.q.86.4.3ᵐ.& 12ª.q.41.1.3ᵐ.

7 Sensus non apprehendit futurum, sed ex iis quæ animal apprehendit in præsenti: appetitus eius mouetur naturali instinctu in aliquod futurum prosequendum, vel fugiendum, 12ª.q.40.3. 3ᵐ.& q.41.1.3ᵐ.

G

1 GABRIEL fortitudo Dei nominatur, 3ª.q.10.2.4ᵐ.

2 Quidam dicūt Gabrielem fuisse de supremo ordine angelorum

rum, sed satis est credibile, quod sit summus in ordine Archangelorum nominat, 3ª.q.30.2.4ᵐ.& fi.

1 GALILEA, vt inteipretatur, transmigratio, significat gentilitatem: sed vt interpretatur, reuelatio, significat patriam cœlestē, 3ª.q.55.3.c.4ᵐ.

1 GAVDIVM non est virtus, sed est actus charitatis, posterior dilectione, 22ª.q.28.4.o.

2 Gaudium & tristitia de eodem, sunt contraria, & etiam secundū genus, sed de diuersis, vnum est causa alterius, & materia, 1ª.q. 64.3.1ᵐ.& 3ª.q.84.9.2ᵐ.

1 GEDEON petens signum peccauit tentando Deum ex incredulitate, sicut & Zacharias, 22ª.q.97.2.3ᵐ.

GEMITVS & lachrymæ mitigant tristitiam, quia aperitur extra & conueniunt dispositioni hominis tristis, 12ª.q.38.2.o.

1 GENEALOGIA magis denominatur à patre, quàm à matre, 3ª. q.28.1.2ᵐ.& q.29.1.c.& q.31.2.1ᵐ.

2 Tota genealogia Christi exponitur, & dubia circa eam soluuntur, 3ª.q.28.1.2ᵐ.& q.31.3.o.

1 GENERALE triplex, scilicet, per prædicationem, vt genus: per causam, vt amor, & quod est à multis causis, vt ira, 12ª.q.46.1.o. & 22ª.q.58.6.c.

2 Generale & speciale duplex, scilicet, intentione & obiecto, 22ª. q.58.5.3ᵐ.q.59.1.o.& q.79.2.1ᵐ.

1 GENERATIO duplex, scilicet, mutatio de non esse ad esse, & origo viuentis à principio viuente coniuncto. Primo conuenit omni generali & corruptibili, secunda verò tantum viuenti, & dicitur natiuitas, 1ª.q.27.2.c.

2 Ad generationem naturalem, non requiritur aliqua potētia actiua in materia, 3ª.q.32.4.c.3ᵐ.

3 * In generatione tota virtus actiua est ex parte matis, & passio ex parte fœminæ, 1ª.q.115.2.3ᵐ.& 3ª.q.32.4.c.& q.67.4.3ᵐ.

4 Primum in generatione, est vltimum in corruptione, 22ª.q.107. 2.c.& q.162.7.3ᵐ.& 4ᵐ.

5 Generatio vnius non est corruptio alterius, nisi per concomitantiam, 12.q.113.6.2ᵐ.

6 Generatio & corruptio sunt in instanti, 12ª.q.113.7.c. Forma est finis generationis, in omnibus quæ generantur, non à casu, 1ª.q.15.1.c.

8 Omne generans producit sibi simile secundum formam qua agit, quæ est potentia generatiua, 1ª.q.33.2.4ᵐ.& q.41.5.c.

9 Ad actum generationis concurrunt tria, scilicet, calor, spiritus, & humor, 22ª.q.147.8.1ᵐ.

10 Generatio vniuoca est verior & perfectior, quàm generatio non vniuoca, 1ª.q.33.2.4ᵐ.

11 Idem modus generationis est, omnium eorum, quæ sunt eiusdē speciei, 3ª.q.28.1.4ᵐ.

12 Quod generatur secundo modo generationis, scilicet, prout generatio est origo viuentis à principio viuente coniuncto, non dicitur genitus, nec filius, nisi procedat secundum rationem similitudinis specifice, vt pili, & vermes, 1ª.q.27.2.c.

13 Generatum oportet assimilari generanti, in omnibus quæ ad naturam speciei pertinent, non autem in proprietatibus indiuidui, 1ª.q.100.1.c.& q.101.1.1ᵐ.& 12ª.q.81.o.

14 Accidentia indiuidualia, pertinentia ad dispositionem naturæ, vt velocitas corporis, & bonitas ingenij, propagantur in filios per generationem, sed nullo modo accidentia purè personalia, vt grammatica & huiusmodi, 12ª.q.81.2.c.& 22ª.q.168.1.2ᵐ.

15 * Accidentia speciei & indiuidui secūdum corpus, possunt transfundi à generante in genitum, non autem accidentia secundum animam, 22ª.q.60.6.4ᵐ.

16 Homo generat sibi simile in specie, non inducendo, nec educendo animam rationalem de potentia materiæ, sed disponendo materiam, 1ª.q.118.2.4ᵐ.& 12ª.q.85.1.3ᵐ.

17 In statu innocentiæ, fuisset generatio per coitum, 1ª.q.98.o.

18 Tunc non fuissent generati æquales in robore, pulchritudine, & aliis sicut nec etiam nunc, 1ª.q.96.3.c.

19 Parentes tunc non fuissent confirmati in iustitia, quanāiu genuissent, 1ª.q.100.2.c.

20 Generatio significat relationem per modum operationis, in diuinis 1ª.q.42.6.3ᵐ.

21 Generatio propriè conuenit Deo, 1ª.q.272.o.& q.28.4.c.

22 Generatio filij Dei à patre, est æterna, 1ª.q.42.2.o.

23 Arrius ponit duodecim modos generationis, scilicet, iuxta fluxū lineæ à puncto, iuxta emissionem radiorum à sole, iuxta chalinæ à puncto, iuxta emissionem radiorum à sole, iuxta characterem, seu impressionem à sigillo, iuxta immissionem boabstractionem speciei à materia, iuxta excitationem voluntatis à cogitatione, iuxta transfigurationem motus à mouente, iuxta eductionem specierum à genere, iuxta ideationem, & iuxta nascentiam in quibus deest æqualitas naturæ, vel durationis, 1ª.q.42.2.ar.1.& 1ᵐ.

24 Processio spiritussancti, non potest dici generatio, quia est per modum amoris, non autem per modum similitudinis, sicut verbum 1ª.q.27.4.o.& q.30.2.3ᵐ.& q.35.2.c.

25 Nullus modus processionis in creaturis perfectè representat diuinam generationem, sed ex multis oportet colligere similitudinem, 1ª.q.41.3.4ᵐ.& q.32.2.1ᵐ.

26 * Nec beati illam ineffabilem generationem sciunt, quia non comprehendunt naturam Dei, 1ª.q.12.7.o.

27 Essentia Dei non generatur, nec genita est per se, nec per accidens, 1ª.q.39.5.2ᵐ.& 3ª.q.16.5.1ᵐ.

28 Essentia non generat, sed pater virtute essentiæ, 1ª.q.39.5.o.& q. 41.5.1ᵐ.

29 Generatio attribuitur aliis terminis essentialibus, secundum quod magis connotant actum, 1ª.q.39.5.1ᵐ.

30 Essentia est Deus generans, & res generans, si res & Deus supponant pro persona, non autem si supponant pro essentia, 1ª.q 38. 5.5ᵐ.

31 Hæc propositio est falsa, Deus non genuit Deum, 1ª.q.39.4.3ᵐ.

32 Hæc propositio est vera, Deus genuit Deum, 1ª.q.39.4.o.& 5.1ᵐ.

33 Hæc est falsa, Deus genuit se Deum, vel alium Deum, 1ª.q.39. 4.4ᵐ.

34 Hæc est veratripliciter, Deus pater genuit alterum se, scilicet, in ablatiuo, in accusatiuo simpliciter, & personaliter, sed emphaticè, 1ª.q.39.4.4ᵐ.

35 Hæc est vera appositiuè, Deus genuit Deum, qui non est Deus pater. Et est falsa suppletiuè, sed affirmatiua est conuersa, 1ª.q. 39.4.5ᵐ.

Melius dicitur filius Dei semper natus, quàm semper generari, vel semper nasci: licet vti possimus omni tempore in generatione eius, 1ª.q.42.2.2.4ᵐ.

GENERATIVA potentia est actiua, & est in patre perfectè, in matre verò imperfectè, 1ª.q.32.4.2ᵐ.

GENITOR. & vel generans, non est ita nomen proprium patris sicut pater, 1ª.q.33.2.o.& q.40.2.c.

1 FILIVS Dei dicitur genitus de patre, & substantia patris, sed diuersimode, 1ª.q.41.3.o.

2 Filius Dei dicitur genitus & creatus, ad remouendum omnem imperfectionem à natiuitate eius, 1ª.q.41.3.4ᵐ.

1 GENVS * respectu singularium, est vt formale, sed respectu speciei, est vt materiale, 1ª.q.85 3.4ᵐ.

2 Genus aliquando accipitur pro specie, eo modo loquendi, quo dicimus humanum genus, totam humanam speciem, 12ª.q.18. 2.c.fi.

3 Genus prædicatur æqualiter de speciebus, secundum intentionem, non autem semper secundum esse, 1ª.q.77.4.1ᵐ.

4 Genus dicitur dupliciter, scilicet, propriè, prout prædicatur de pluribus speciebus in eo quod quid, & impropriè, id est, omne commune, scilicet quod sui communitate multa ambit & continet, & sic bonum & malum dicuntur genera contrariorum, 12ª.q.18.2.c.fi.

5 Genus duplex, scilicet, genus nominatū, & genus innominatum, 1ª.q.78.3.3ᵐ.

6 Genus duplex, scilicet genus proximum, & genus remotum. Ibid

7 Genus duplex, scilicet genus logicum, & genus physicum, 1ª.q. 66.2.2ᵐ.& q.88.2.8ᵐ.

8 Aliquid est in aliquo genere dupliciter, scilicet in genere entis, vt ens actu, & in genere intelligibilium, vt pura potentia, 1ª.q. 87.1.c.2ᵐ.& 12ª.q.50.4.2ᵐ.& 5.c.

9 * Aliquid est in aliquo genere dupliciter, scilicet per se, vt species: & ea de quibus prædicatur genus: & reductiuè, vt principia generis, negationes & priuationes, 1ª.q.3.5.c.& 12ª.q.72.6.3ᵐ.

10 In omni genere in quo est aliquid imperfectum, oportet præexistere aliquid perfectum, 1ª.q.51.1.c.

11 In quolibet genere, primum est causa omnium quæ sunt post, 3ª. q.56.1.c.

12 * In omni re quæ est in genere, differt esse ab essentia, 1ª.q.3.5.c.

13 Impossibile est aliquid esse in genere, quod in nulla eius specie est, 1ª.q.7.3.2ᵐ.& 22ª.q.189.1.5ᵐ.

14 Hypostasis non est in genere, vel in specie, nisi per naturam quā habet, 3ª.q.2.3.3ᵐ.

15 Nihil ponitur primo in genere, vel specie, nisi per id quod de eo propriè prædicatus, 3ª.q.63.2.1ᵐ.

16 In omni genere, quanto aliquid est prius, tanto est simplicius, 12ª. q.19.2.c.

17 Relatio generis ad speciem, & econuerso, est relatio rationis tantum, 1ª.q.28.1.c.

18 Alia genera à relatione secundum propriam rationem, significant aliquid alicui inhærens, 1ª.q.28.1.2.c.

1 GEOMETRA * modico studio acquirit scientiam conclusionis, nunquam consideratæ, 12ª.q.65.1.1ᵐ.

2 Errans circa hoc principium, omne totum est maius sua parte, non potest habere scientiam geometriæ. 12ª.q.65.1.4ᵐ.

GERMINARE. & Significanter dicit scriptura: germinet terra herbam

Universidad de Deusto
Biblioteca

herbam viuentem, & facientem semen, quia scilicet sunt productæ perfectæ species plantarum, ex quibus semina plãtarum oriuntur. Nec refert vbicunque habeant vim sementiuam, vtrum, scilicet in radice, vel in stipite, vel in fructu, $1^{a}.q.69.2.o.$ & quæst. 72.1^{m}.

GIGANTES secũdum Iosephum & Augustinum, producti sunt semine humano, operante dæmone incubo vel succubo, sub certa constellatione. $1^{a}.q.51.3.6^{m}$.

GILBESTVS Porretanus reuocat errorem suum, de assistentia relationum in diuinis, $1^{a}.q.28.2.c$.

1 GLADIVS flammeus est impedimentum accessus paradisi terrestris, & significat impedimentum regni cęlestis, $22^{æ}.$ quæst. $164.2.5^{m}$.

1 GLORIA est clara notitia cum laude, vt Ambrosius, dicit, $12^{æ}.q.2.3.c.$ & $22^{æ}.q.103.1.3^{m}.$ & q.132.1.c.

2 Finis debitus appetẽdi glotiam: vel manifestandi aliquod bonum in hac vita, est tantum triplex. s. gloria dei, vtilitas proximi, & vtilitas propria, $22^{æ}.q.132.1.3^{m}$.

3 Homo potest laudabiliter appetere gloriam suam, ad vtilitatem sui vel aliorum, $22^{æ}.q.132.1.1^{m}$.

4 Gloria dicitur vna tripliciter, & est peccatum. Primo quando est de non ente, vel de transitoriis, vel de peccato: secundo quando quæritur ab hominibus, & non à Deo: tertio, quando non ordinatur ad debitum finem: $22^{æ}.q.132.1.c$.

5 Opus virtuosum factum propter inanem gloriam venialem, amittit vim merendi vitam æternam, quia nullus peccando meretur, $22^{æ}.q.132.3.1^{m}$.

6 Inanis gloria est periculosa, non propter grauitatem sui, sed disponendo ad grauia, faciendo præsumptuosum, & nimis de se confidentem, & disponendo paulatim ad priuationem interiorum bonorum, $22^{æ}.q.132.3.3^{m}$.

7 Vana gloria vituperatur præcipuè circa eleemosynam, propter defectum charitatis, præferendo vanam gloriam vtilitati proximi, dum facit hoc propter illud, $22^{æ}.q.132.5.3^{m}$.

8 Vana gloria non est semper, peccatum mortale, sed tantum quando ponitur in ea vltimus finis, vel quando est cõtra Deum, $22^{æ}.$ q.132.3.o.

9 Vana gloria est vitium capitale: cuius filiæ sunt septem. s. inobediẽtia, iactantia, hypocrisis, contentio, discordia, præsumptio nouitatum, & pertinacia, $22^{æ}.q.21.4.o.$ & $q.105.1.2^{m}.$ & $q.132.4.5.o.$ & q. $138.2.1^{m}$.

10 Ira non causat discordiam, & contentionem: nisi mediante vana gloria, $22^{æ}.q.132.5.2^{m}$.

11 Vana gloria directè contrariatur magnanimitati, secundum rei veritatem, vt deficiens: sed secundum opinionem, vt excedens, $22^{æ}.q.30.$ princ. & q.132.2.o.

12 Deus quærit gloriam suam, non propter se, sed propter nos, $22^{æ}.q.$ $132.1.1^{m}$.

13 Soli Christo conuenit quærere gloriam suam, quia Deus est: sed inquantum homo, quærit gloriam Dei in se: sicut & alij sancti, $22^{æ}.q.132.1.1^{m}$.

14 Ea quæ sunt gloriæ. s. perfecta Dei fruitio, & huiusmodi, prius tẽpore debuerunt esse in Christo, sicut in auctore gloriæ: quàm in alio, $3^{a}.q.53.3.3^{m}$.

15 Gloria sanctorum, est sine successione, $12^{æ}.q.67.4.2^{m}$.

1 GRADVS altaris prohibetur contra idololatriam: quia gentiles in sacris Priapi ostendebant populo sua pudenda: $12^{æ}.$ quæstio. $102.4.7^{m}$. fi.

1 GRATIA est forma accidentalis, scilicet qualitas, $12^{æ}.q.110.$ 2.o.

2 Gratia reducitur ad primam speciem qualitatis: non tamen est habitus propriè: sed habitudo. s. sanitas mentis, $12^{æ}.q.110.3.3^{m}$.

3 Gratia est forma quædam habens esse completum in anima: ideo est in ea mutabiliter: sicut anima est mutabilis secundum liberum arbitrium in via, $3^{a}.q.63.5.1^{m}$.

4 Gratia non est forma intrinseca virtutum: sed est quasi principiũ, à quo virtutes formaliter oriuntur, $22^{æ}.q.110.3.c.3^{m}.$ & $4.3^{m}.$ & $3^{a}.$ q.62.2.c.

5 Gratia pro acceptione amoris, non est principium rectæ operationis, nisi mediante virtute, $12^{æ}.q.110.4.2^{m}$.

6 * Gratia differt essentialiter à qualibet virtute, $12^{æ}.q.110.3.o.$ & 4.c. & $3^{a}.q.7.1.c.$ & q.62.2.c.& q.89.1.c.

7 Gratia nihil aliud est, quàm quædam inchoatio gloriæ in nobis, $22^{æ}.q.24.3.2^{m}$.

8 Auxilium dei, vt mouens ad volendum, dicitur gratia operans: sed respectu actus exterioris, dicitur gratia cooperans, $12^{æ}.q.111.$ 2.c.

9 Gratia consummata, est lumen gloriæ, $12^{æ}.q.111.3.2^{m}$.

10 Gratia est natura, id est, essentia: non tamen est naturalis alicui creaturæ, $3^{a}.q.2.12.c$.

11 Natura non dicitur gratia gratis data: quia natura includit debitũ naturæ & non debitum meriti: gratia vero omne debitum excludit, $12^{æ}.q.11.1.2^{m}.$ & 4.c.

12 Gratia excedit conditionem naturæ creatæ, $12^{æ}.q.1.2.1.$ & quæstio. $114.2.5.c$.

13 Gratia propriè est donum Dei excedens ordinem naturæ, & sine meritis, $12^{æ}.q.112.1.c.$ & $q.114.2.5.c$.

14 Gratia est participatio diuinæ naturæ, $12^{æ}.q.110.3.4.c.$ & $q.112.1.c.$ & $q.113.9.c.$ & $q.114.3.c.$ & $22^{æ}.q.19.7.c.$ & $3^{a}.q.2.10.1^{m}.$ & $q.3.4.3^{m}.$ & q.62.1.2.c.

15 Omnis gratia gratis data, est manifestatio gratiæ gratum facientis, $12^{æ}.q.112.2.2^{m}$.

16 Gratia sumitur tripliciter. s. pro dilectione, pro dono gratis dato, & pro recompensatione eius, $12^{æ}.q.q.110.1.c$.

17 Gratia dicitur dupliciter, scilicet donum Dei, & Deus donans, $3^{a}.$ q.2.10.c.

18 Gratia Dei dicitur dupliciter. s. auxilium Dei mouens nos: & habituale donum, $12^{æ}.q.109.1.1^{m}.$ & $2.3.6.8.9.10.c.$ & $q.110.1.2.c.$ & q.11. 2.c. & $q.112.2.c.$ & $22^{æ}.q.171.2.3^{m}$.

19 Gratia duplex. s. gratum faciens, & gratis data, $12^{æ}.q.111.1.o.$ & $3^{a}.$ q. $7.7.c.1^{m}.$ & q.62.1.c.

20 Plenitudo gratiæ duplex. s. ex parte ipsius gratiæ, id est, quando aliquis attingit ad summum bonum, quantum ad essentiam & quantum ad virtutem, quia habet gratiam in maxima excellẽtia qua potest haberi, & maximè in extensione ad omnes gratię effectus: & talis gratiæ plenitudo, propria est homini Christo, & ex parte habentis gratiam. s. quando aliquis habet gratiam, secundum suam conditionem, vel intensionem vsque ad terminum ei præfixum à Deo: quo ad omnia quæ pertinent ad suum statum vel officium: & talis plenitudo gratiæ, communicatur aliis per Christum, $3^{a}.q.7.10.o$.

21 Gratiæ gratis datæ, sufficienter enumerantur & distinguuntur nouem, scilicet sermo sapientiæ, sermo scientiæ, fides, gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, & interpretatio sermonum, $12^{æ}.q.111.4.o$.

22 Gratia duplex, scilicet perueniens, & subsequens, $12^{æ}.$ quæstio. $111.$ 3.o.

23 Dilectio Dei, dicitur præueniens, non autem subsequens, quia est æterna, sed gratia Dei est temporalis: ideo dicitur vtroque modo, $12^{æ}.q.111.3.1^{m}$.

24 Gratia duplex, scilicet operans & cooperans, $12^{æ}.q.111.2.o.$ & 3.c.

25 Gratia operans, & gratia cooperans, sunt idem secundum rem & differunt secundum rationem, & secundum effectus: & similiter gratia præueniens & gratia subsequens, $12^{æ}.q.111.2.c.$ 4^{m}, & 3.o.

26 Gratia viæ & gratia patriæ, sunt vna & eadem numero, $12^{æ}.q.$ $111.$ 3.2^{m}.

27 Corpus non est immediatum subiectum gratiæ: sed ex anima, redundat in corpus effectus gratiæ nunc, & in patria, $3^{a}.q.79.1.3^{m}$.

28 In omni habente gratiam, oportet esse rectitudinem voluntatis, $22^{æ}.q.8.4.c$.

29 Amplior gratia collata fuit ante peccatum, quàm post, $1^{a}.q.$ 95. 4.c.

30 Gratia est maior in vno, quàm in alio, ex parte subiecti: non autem ex parte obiecti, nec finis, 12. $^{æ}.q.$ 66.2.1^{m}. & q. 112. 9.o. & $22.^{æ}.q.5.4.3^{m}$.

31 Aliquis incipit à maiori gratia quàm fit in alio, in statu perfectus $3^{a}.q.89.2.4^{m}$.

32 Bonum gratiæ vnius est maius bono naturæ totius vniuersi, $12^{æ}.$ $q.113.9.2^{m}$.

33 Gratiæ gratis datæ non sunt communes omnibus: nec sunt omnes æquales in eodem, $12^{æ}.q.66.2.1^{m}.$ & $q.68.5.1^{m}$.

34 Gratia propriè non creatur, nec corrumpitur: sed subiectum secundum eam, $12^{æ}.q.110.2.3^{m}$.

35 Gratia non fit, nec corrumpitur: sed subiectum secundum eam: & dicitur creari: quia homines secundum ipsam creantur, id est, constituuntur in nouo esse, ex nihilo, id est, non ex meritis, $12^{æ}.$ $q.110.2.3^{m}$.

36 Gratia gratum faciens, amittitur per quodlibet peccatum mortale. $12^{æ}.q.113.2.c.$ & $22^{æ}.q.10.4.c.$ & $q.24.12.o.$ & $3^{a}.q.76.3.c$.

37 Infusio gratiæ fit in instanti sine successione. $12^{æ}.q.113.7.c$.

38 In eodem instanti, est terminus præparationis subiecti, & infusio gratiæ, $3^{a}.q.89.2.c$.

39 * Ad habitum gratiæ requiritur præparatio subiecti, quæ principaliter est à Deo, mouente liberum arbitrium: secundario autem à nobis, $12^{æ}.q.112.2.o.$ & $3.c.2^{m}.$ & 4.c. & $q.113.3.c.$ & $7.c.$ & $22^{æ}.$ q 24.10.3^{m}.

40 Præparatio perfecta ad gratiam, est in instanti: non autem imperfecta, $12^{æ}.q.112.2.2^{m}$.

41 Præparatio perfecta simul, est cum infusione gratiæ, & meretur gloriam, & non gratiam: non autem imperfecta, $12^{æ}.q.112.2.1^{m}.$ & $3^{a}.q.89.2.c$.

42 Gratia ex necessitate infallibilitatis, & non coactionis sequitur præparationem, secundum quod est à Deo: non autem secundum quod est à nobis, $12^{æ}.q.112.3.o$.

Quan

43 Quando homo facit totum quod potest & totum quod in se est: tunc est necessitas ad habendam gratiam: non quidem necessitas coactionis, Deo debitum imponentis: sed necessitas immutabilitatis, qua necesse est Deum esse ideo esse bonum & ideo effluentem: & ideo dispositio accipienti dantem, $12^{æ}.q.112.$ 3.o.

44 * Homo in gratia existens: indiget auxilio Dei, mouente ad recte agendum, non autem alia gratia habituali, $12^{æ}.q.109.9.o$.

45 Nulla creatura potest causare gratiam: sed solus Deus infundit eam immediate, $12^{æ}.q.76.2.2^{m}.$ & $q.109.7.c.$ & $q.112.1.o.$ & $3.2^{m}.$ & $3.q.62.1.c.3^{m}.$ & $5.c.$ & $q.64.1.c$.

46 Homo dat gratiam, non interius influendo: sed exterius exhortando ad ea quæ sunt gratiæ, $3^{a}.q.8.6.2^{m}$.

47 Deus dat gratiam dignis tantum: quos per gratiam facit dignos, $12^{æ}.q.114.5.2^{m}$.

48 Deus aufert gratiam ab eo, qui per negligentiã non vtitur gratia ei data, $22^{æ}.q.62.4.c.$ & $q.78.1.1^{m}$.

49 Humanitas Christi, ministri ecclesiæ, & sacramenta, sunt causæ gratiæ instrumentaliter tantum, $12^{æ}.q.112.1.1^{m}.$ & $2^{m}.$ & $3^{a}.q.$ 8. 1. $2^{m}.$ & $6.2^{m}.$ & $q.62.1.o.$ & $5.c.$ & $q.64.1.o$.

50 Omnia sacramenta nouæ legis causant gratiam: non autem vetera, $12^{æ}.q.100.2.3.c.$ & $q.103.2.c.$ & $q.110.12.c.$ & $22.q.100.2.3.c.$ & $3^{a}.$ $q.61.4.2^{m}.$ & $q.62.1.6.o.$ & $q.63.1.3^{m}.$ & $q.66.2.c.1^{m}.$ & $q.72.$ $5.3^{m}.$ & $q.87.2.2^{m}.$ & 3.c.

51 * Sacramenta ex secunda sanctificatione. i. ex vsu eorum habent quod causent gratiam non autem ex prima, $3^{a}.q.62.4.3^{m}$.

52 Gratia est in sacramentis intentionaliter, vt in signo, & causa instrumentali: non autem vt in subiecto, $1^{a}.q.43.6.4^{m}.$ & $3^{a}.q.62.3.$ o. & $q.72.3.3^{m}$.

53 Signum sacramentale in pœnitentia non causat gratiam, sicut in aliis sacramentis, quia non datur ab exteriori: ideo non repræsentat agens extrinsecum, sicut in illis, $12^{æ}.q.103.2.c$.

54 Virtus causandi gratiam est in sacramentis intentionaliter: vt in subiecto. $3^{a}.q.62.4.o.$ & $q.63.3.c.$ & $q.65.3.c.$ & $q.73.1.2^{m}.$ & $3^{m}.$ & q. 78.4.o.

55 Hæc virtus est in multis, tanquam in vno subiecto. s. in materia & forma. $3^{a}.q.62.4.4^{m}.$ & $q.82.1.1^{m}$.

56 Hæc virtus non est in prædicamento per se: sed reducitur ad genus qualitatis. $3^{a}.q.72.4.2^{m}.$ & $q.63.2.c$.

57 Gratia sacramentalis est species gratiæ cõmuniter sumptæ: ideo non dicitur æquiuocè. $3^{a}.q.62.2.3^{m}$.

58 Gratia sacramentalis, addit supra gratiam communiter dictam, & supra virtutes, & dona, quoddam auxilium Dei, ad habẽdum sacramenti finem: sicut virtutes & dona, supra gratiam addunt perfectionis potentiarum, $3^{a}.q.62.1.o.$ & $q.72.7.2^{m}$.

59 Gratia quam sacramentum directè continet, differt à gratia quę est in virtutibus & donis: licet etiam hanc per quandam continuationem contineat, $3^{a}.q.72.7.3^{m}$.

60 Gratia sacramentalis est ad duo, scilicet ad tollendum peccata, & ad perficiendum animum ad cultum diuinum, secundum religionem Christianæ vitæ, $3^{a}.q.$ 62.5 c. & $q.63.1.6.$ c. & quæst. 65. 1.c.

61 Gratia virtutum & donorum, sufficienter perficit essentiam & potentias animæ, quo ad generalem ordinationem actuum, sed gratia sacramentalis, quo ad aliquos speciales defectus, $3^{a}.q.62.$ 2.1^{m}.

62 Gratia sacramentalis excludit peccata præterita: sed virtutes & dona sufficienter excludũt peccata præsentia & futura, $3^{a}.q.62.$ 2.2^{m}.

63 Gratia & virtutes sanant animam formaliter: sed sacramenta effectiuè, $12^{æ}.q.110.2.1^{m}$.

64 Gratia gratum faciens, inquantum animam sanat, iustificat, & gratum Deo facit, dicitur gratia operans, sed respectu operis meritorij, dicitur gratia cooperans, $12^{æ}.q.$ 111.2.c. & $3^{a}.q.$ 86. 4. 2^{m}.

65 A gratia gratum faciente fluunt virtutes & dona: ad perficiendũ potentias animæ, $1^{a}.q.1.8.2^{m}.$ & $q.2.2.1^{m}.$ & $12^{æ}.q.110.3.$ c. & 4.1^{m}. & $3^{a}.q.7.2.c.$ & $q.62.2.c.$ & $q.89.1.c$.

66 Gratiæ gratis datæ, ordinãtur ad manifestationẽ fidei, & doctrinæ spiritualis, $3^{a}.q.7.7.c.1^{m}$.

67 Gratia gratum faciens: ordinat hominem immediatè ad coniunctionem vltimi finis: ideo est multo excellentior quàm gratis data: quia ordinat ad quædam præparatoria vltimi finis, $22^{æ}.q.$ 111.5.o.

68 Sicut gratia gratum faciens, ordinatur ad actus meritorios intentiones: sic gratia gratis data ad exteriores, $3^{a}.q.77.1^{m}$.

69 Gratiæ gratis datæ, dantur ad vtilitatem aliorum: sed gratia gratum faciens datur ad vtilitatem propriam, $12.q.111.1.4.c.$ & $22^{æ}.q.$ $176.1.1^{m}.$ & $q.177.1.c.3^{m}.$ & 4^{m}.

70 Effectus gratiæ quintuplex. s. sanitas animæ, velle bonum, efficaciter operari, perseuerantia in bono, & peruentio ad gloriam, $12^{æ}.q.111.3.c$.

71 Gratia non tollit naturam, sed perficit & supplet defectum naturæ, $1^{a}.q.1.8.2^{m}.$ & $q.2.2.1^{m}.$ & $22^{æ}.q.188.8.c.$ fi.

72 Gratia duo principaliter facit in anima: primo perficit formaliter ad esse spirituale: secundo perficit ad opus, $12^{æ}.$ quæstio. 111. 2.c.fi.

73 Omne donum gratiæ eleuat hominem ad aliquid supra naturam humanam quo ad substantiam actus, vt miracula facere, & prædicere futura: vel quo ad modũ, vt diligere, & cognoscere Deũ: ad secundos, datur donum gratiæ habituale, non autem ad primos, $22^{æ}.q.171.2.3^{m}$.

74 Quod semel gratia facit, perpetuo manet, $3^{a}.q.88.1.4^{m}$.

75 Non omnia beneficia Dei dicuntur gratiæ gratis datæ: sed tantũ quæ sunt supra facultatem naturæ supra meritum personę, non pro se, sed pro aliis, $12^{æ}.q.111.1.c.2^{m}.$ & $4.1^{m}.$ & $22^{æ}.q.172.4.c.$ & q. 177.1.o. & q.178.1.c.

76 Gratia eleuat hominem ad vitam: quæ est supra conditionem omnis creatæ naturæ, $12.q.110.1.c$.

77 Gratia viæ, est æqualis gratiæ gloriæ in virtute: non autem in actu, $12^{æ}.q.114.3.3^{m}$.

78 * Minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mereri vitam æternam, $3^{a}.q.62.6.4^{m}.$ & q.70.4.c.

79 Quilibet existẽs in gratia, ex hoc dignus est vita æterna, $1^{a}.q.$ 24. 3.c. & $12^{æ}.q.113.2.2^{m}.$ & $9.c.$ & $q.114.3.o.$ & $3^{a}.q.62.6.3^{m}$.

80 Vltimus effectus positiuus gratiæ, est peruenire ad gloriam, $3^{a}.q.$ $62.6.3^{m}.$ & $q.70.4.c.$ & $q.72.7.1^{m}$.

81 Gratia gratum faciens, ad hoc principaliter datur: vt anima hominis Deo per charitatem coniungatur: ideo quicquid potest esse sine vno: potest esse sine alio, $22^{æ}.q.172.4.c$,

82 Effectus gratiæ operantis, est prior quàm effectus gratiæ cooperãtis, $3^{a}.q.86.4.2^{m}$.

83 Gratia est similitudo Dei operans in virtute misericordiæ Dei infinitè, $3.q.2.10.1^{m}.$ & $q.3.4.3^{m}$.

84 Per gratiam gratum facientem, tota trinitas inhabitat mentem, $1^{a}.q.43.3.o.$ & $4.2^{m}.$ & 5.c.

85 Gratia non immobilitat in bono, ne quis possit peccare, nisi sit perfecta, scilicet coniungens fini, $1^{a}.$ quæstio. $62.3.2^{m}.$ & $12^{æ}.$ quæst. $106.2.2^{m}$.

86 Gratia non infunditur in habentibus vsum liberi arbitrii, sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, & in peccatum, $1^{a}.q.$ 87. 2.c.

87 Gratia nunquam amittitur sine culpa, & illud quod ex gratia Dei conceditur, nunquam absque culpa reuocatur, $53^{a}.$ quæstion. 50. 2.c.

88 Gratia est quodammodo infinita: cum sufficiat ad merendum præmium infinitum: & perquam satisfactio proportionatur culpæ infinitæ, inquantum est offensa Dei, $22^{æ}.$ quæstion. 114. 3.3^{m}.

89 Primus effectus gratiæ gratum facientis, est remissio peccatorũ, $3^{a}.q.72.7.1^{m}$.

90 Nulla culpa potest remitti, sine gratia, $3^{a}.q.62.6.3^{m}.$ & q.70.4.c.& q.86.3.c.& q.87.4.o.& q.89.1.c.

91 Minima gratia baptismalis sufficit ad delendum omnia peccata, $3^{a}.q.62.6.3^{m}.$ & $q.69.8.1^{m}.$ & q.70.4.c.

92 Remissio culpæ & pœnæ æternæ, est effectus gratiæ operantis sed remissio pœnæ temporalis est effectus gratiæ cooperantis, $3^{a}.q.86.4.2^{m}.$ & $6.1^{m}.$ & $88.1.4^{m}$.

93 Ad remissionem venialium, non requiritur noua infusio gratiæ, $3^{a}.q.65.1.8^{m}.$ & $q.87.2.o.$ & $3.c.$ & 4.2^{m}.

94 Sed requiritur ad remissionem mortalium, $3^{a}.q.87.2.3^{m}$.

95 In omni infusione gratiæ remittuntur venialia, quo ad culpam, nisi sit impedimentum: non autem semper quo ad pœnam, $3^{a}.$ q.87.2.3.o.

96 Homo existens in gratia, potest vitare omnia & singula peccata mortalia, & singula venialia, non autem omnia, $12^{æ}.q.74.3.2^{m}.$ & $q.109.8.o.22^{æ}.q.158.2.3^{m}.$ & $3^{a}.q.87.1.1^{m}$.

97 Homo indiget auxilio Dei, ad cognitionem cuiuscunque veri: non autem gratia habituali, sed tantum ad cognitionem super naturalem, $12^{æ}.q.109.1.o.$ & 2.3^{m}.

98 Homo potest scire se habere gratiam per reuelationem, & coniecturaliter per aliqua signa: non autem per seipsum & certitudinaliter, $12^{æ}.q.112.5.o$.

99 Expedit quandoque præsentiam Dei in nobis per gratiam ignorare propter tria, scilicet, vt timor diuini iudicij nos humiliet: ne præsumpta securitas nos præcipitet: & vt vigilanter & desiderãter gratiam Dei expectamus, $12^{æ}.q.11^{c}.q.112.5.c$.

100 Homo potest bene & male facere sine gratia habituali, non autẽ meteri: neutrum verò potest sine Auxilio Dei, $1^{a}.q.62.4.c.$ & $12^{æ}.$ q.109.2.5.o.& 6.c. & quæst.114.2.o.& $22^{æ}.q.10.4.c.$ & quæstio. 83. 15.1^{m}.

101 Homo sine auxilio Dei gratuito, non potest se ad gratiam præparare, $1^{a}.q.62.2.o.$ & $12^{æ}.q.109.6.o$.

102 Homo potest se præparare ad gratiam, sine alia gratia habituali, non autem sine auxilio Dei, quæst. $1^{a}.q.62.2.3^{m}.$ & $12^{æ}.$ quæst. 109.6.o.

Homo

Universidad de Deusto Biblioteca

103 Homo post peccatum non magis indiget gratia Dei, quàm ante: sed ad plura. 1.ad sanandum, & merendum, 1ª.q.95.4.1m. & 12ae.q. 108.2.c. & q.109.2.3.4.c. & 3ª.q.61.2.1m.

104 *Homo in statu naturæ integræ poterat sine gratia habituali, vitare omnia & singula peccata mortalia & venialia: non autem sine auxilio Dei, 12ae.q.109.8.c.

105 Homo in gratia existens, potest perseuerare sine alia gratia habituali, non autem sine auxilio Dei, 12ae.q.109.9.10.o. & q.114.2.c. & 22ae.q.137.4.o.

* Homo existens sine gratia, & in peccato mortali, nõ potest diu persistere, quin tuat in aliud peccatum mortale, 12ae. quæstion. 109.8.o.

106 *Homo sine gratia potest vitare singula peccata mortalia: non autem omnia, 12ae.q.63.2.2m. & q.109.8.o.

107 *Quædam sunt peccata mortalia, quæ homo sine gratia nullo modo virare potest. s. quæ directe opponuntur virtutibus theologicis, 12ae.q.63.2.2m.

108 Homo non potest resurgere à peccato, sine auxilio Dei, & gratia habituali, 12ae.q.109.7.o. & q.113.2.o. & q.114.2.c. & 22ae.q. 137.5.3m. & 3ª.q.86.3.c.

109 Homo in gratia existens, indiget auxilio Dei mouente ad rectè agendum, non autem alia gratia habituali, 12ae.q.109.9.o.

1 GRATIARVM ACTIO respicit gratiam dantis: ideo vbi est maior gratia dantis, ibi debet esse maior gratiarum actio recipientis, 22ae.q.106.2.c.

2 Gratiarum actio non deberur tantum danti, sed etiam promittenti, 22ae.q.88.5.2m. & 6.c.

3 Gratificatio, id est, gratiarum actio facta Deo, est actus religionis, 22ae.q.106.1.1m.

1 GRATITVDO seu gratia, est virtus specialis, reddens gratiam benefactori, 12ae.q.60.3.c. & 22ae.q.106.1.o. & q.107.1.c.

2 Gratitudo, ingratitudo, datio beneficij, clementia, & misericordia, non sunt propriè ad seipsum, 22ae.q.106.3.1m.

3 Ad gratitudinem tria requiruntur: primo quod homo recognoscat beneficium acceptum: secũdo quod laudet, & gratias agat: tertio quod retribuat loco & tempore secundum suam facultatem, 22ae.q.107.2.c.

4 Vitium duplex opponitur gratitudini, scilicet per excessum, vt recompensando quibus non debet, vel citius quàm debet: & per defectum, scilicet ingratitudo quæ magis opponitur ei, 22ae.q. 107.2.c.

1 *GRAVE vel leue, habent in se principium actiuum, & formale sui motus, 12ae.q.36.2.c.

2 Mouens per se grauia & leuia, est generans se per accidens, & se mouens impedimentum, 1ª.q.18.1.2m. & q.105.2.c. & 12ae.q.25.1.2m.

3 Locus est causa finalis motus grauium: sed grauitas est vnde principium motus, 12ae.q.36.2.c.

4 Grauitas per prius inclinat deorsum, quam retrahat de loco sursum: sed vtrumque conuenit per se grauí, 12ae.q.36.1.c.

1 GREGORIVS propter tristitam intermisit expositionem Ezechielis, 12ae.q.37.1.3m.

1 GRYPHVS equis & hominibus infestus, significat crudelitatem potentum, 12ae.q.102.6.2m.c.o.2.

1 GVBERNARE est rem ad debitum finem conuenienter perducere, 1ª.q.103.1.o. & 22ae.q.102.2.c.

2 Gubernatio est executio prouidentiæ, 1ª.quæst.22.1.2m. & q.3.c. & 23.2.c.

3 Angelorum ministerio Deus gubernat homines, 1ª.q.110.1.o.

1 GVLA est inordinatus appetitus cibi & potus, ideo semper est peccatum, 22ae.q.148.1.2.4.o.

2 Gula est vitium capitale: cuius filiæ sunt quinque. Scilicet inepta lætitia, scurrilitas, immunditia stultiloquium, & hebetudo mentis, 22ae. q.148.q.148.5.6.o.

3 Gula est peccatum mortale: tantum si in hoc ponatur vltimus finis, scilicet quod animus sit paratus agere contra legẽ Dei, 22ae. q.148.2.o. & q.154.2.6m.

4 Excessus cibi scienter contingens ex concupiscentia, pertinet ad vitium gulæ: non autem si contingat ex ignorantia, 22ae.quæst. 148.1.2m.

5 Comedens scienter nociua, vel nimis, in graue nocumentum corporis ex gula, peccat mortaliter, 22ae.quæstio.141.6.2m. & quæst. 154.2.6m.

6 Peccatum gulæ, est contra tertium præceptum decalogi, 22ae.q. 148.2.1m.

7 Species gulæ sunt quinque, contentæ in hoc versu: Præ, propere, laute, nimis ardenter, studiose, 12ae.q.72.9.c.3m. & 22ae.quæst.148.4.o.

8 Gula est leuius peccatum aliis, ratione materiæ & peccantis propter necessitatem, & difficultatem: sed grauatur ex effectibus, 22ae.q.148.3.o.

9 Gula aufert omnes virtutes, nõ ratione sui, sed ratione vitiorum quæ otiuntur ex ea, 22ae.q.148.2.4m.

10 Hebetudo circa speculabilia, maximè procedit ex gula: sed hebetudo circa eligibilia, est in omni peccato, 22ae.q.148.6.1m.

11 De gustu sano & corrupto in iudicando corporaliter, & spiritualiter, 12ae.q.1.7.o. & q.2.1.1m.

12 Vltima in multis gurtis cauantibus lapidem, agit in virtute omnium præcedentium, 22ae.q.24.6.2m.

H

1 HABERE licet non sit actio, significatur tamen per modum actionis, 12ae.q.49.1.c.

2 Habere dicimur id quo liberè vti vel frui possumus cum volumus: ideo personæ vel essentia Dei, habentur à sola creatura rationali, cum videlicet sit per donum Dei particeps diuini verbi, & procreantis amoris: vt possit liberè Deum verè cognoscere, & rectè amare, quod etsi dono habeatur à solo Deo, *sic tamen habetur vt sit illius, cui donatur: & ideo possit eo vti cum velit, 1ª.q.38.1.c. & q.43.3.c.

3 Habere secundum quod dicitur respectu cuiuscunque quod habetur: commune est ad diuersa genera, 12ae.q.49.1.c.

1 HABILITAS est medium inter potentiam vel subiectum: & actum seu formam, 1ª.q.48.4.2m.

1 HABITVS proprie est forma permanens, vel est qualitas, informans aliquam potentiam: vel principium eliciens, actum, 12ae.q.49.1.o. & 22ae.q.171.2.c.fi.

2 Habitus est qualitas, de difficili mobilis: quâ homo potest vti cũ voluerit, reddens operationem delectabilem, 12ae.q.49.2.3m.

3 Mobile de facili, vel difficili, non sunt differentiæ essentiales habitus & dispositionis, sed ponuntur pro eis, 12ae.q.49.2.3m.

4 Habitus est, secundum quem ad aliquid nos habemus bene vel male, 1ª.q.83.2.c. & 12ae.q.49.1.c. & 2.c.1m.

5 *Idem habitus non se habet quandoque ad bonum & quandoque ad malum: sed bene eadem potentia, 12ae.q.49.4.3m. & quæst.54.3.o.

6 Habitus non est dispositio obiecti ad potentiam: sed econuerso, 12ae.q.51.4.1m.

7 De ratione habitus, non est respectus ad potentiam, sed ad naturam, 12ae.q.49.2.c.1m. & 3.2m.

8 De ratione habitus est, quod importet habitudinem ad naturam primo & per se: secundum quod conuenit, vel disconuenit, 12ae.q.49.1.c.1m. & 3.o.

9 *Habitus distinguuntur specie secundum tria, scilicet secundum principia actiua eorum, secundum naturam, & secundum obiecta specie differentia, 12ae.q.54.2.o. & 3.c. & quæstio.60...c. & q.63.4.c.

10 Habitus distinguuntur specie, in ordine ad naturam dupliciter: vel secundum conuenientiam, & disconuenientiam, vt habitus bonus & malus: vel secundum conuenientiam ad naturam humanã, & superiorem, vt virtus diuina, vel heroica, & humana, 12ae.q.54.3.o.

11 Consuetum est apud auctores: vt habitus per actus diffiniant, ponentes actus pro habitibus, 12ae.q.70.1.3m. & 22ae. quæstio.58.1.c.1m.

12 Diuersi fines proximi diuersificant species habitus: licet vnus finis ordinetur ad alium finem, 22ae.q.47.11.3m.

13 Habitus secundum quod est prædicamentum: importat habitudinem indumenti ad indutum, 12ae.q.49.1.c.

14 Habitus secundum quod est post prædicamentum, est secundum quod homo, vel quæcunque alia res, dicitur aliquid habere: sed habitus prædicamentum, dicitur tanquam actio quædam habentis & habiti: sicut est in illis quæ circa nos habemus, 12ae.q.49.1.c.2m.

15 Habitus religionis est obseruãtia regularis, pertinens ad tria principalia vota, & signum obligationis, 22ae.q.186.7.2m. & q.188.1.2m.

16 Habitus sumitur quadrupliciter, s. pro postprædicamento, pro prædicamento, pro prima specie qualitatis, & pro habitu religionis, 12ae.q.49.1.o. & 22ae.q.186.7.2m. & q.188.1.2m.

17 Habitus qualitas dicitur dupliciter, scilicet dispositio potentiæ ad actum, & dispositio ad naturam, 12ae.q.49.3.4.c. & q.50.1.c.1m. & 2.c.3m. & 3.2m. & q.51.1.c. & q.54.1.2.c. & q.82.1.c.

18 Aliquid dicitur habitus dupliciter. s. essentialiter, id est, id quo quis agit, & contentum habitu: secundo modo qui est in habitu & non in actu, similis est dormienti: non autem primo modo, 12ae.q.94.1.c.

19 Habitus duplex. s. naturalis, & infusus à Deo. 12ae.q.51.1.4.o.

20 Habitus homini infunduntur à Deo, duplici ratione. s. ad finẽ supernaturalem, sicut omnes virtutes gratuitæ: vel ad ostendendam virtutem Dei, vt sanitas & scientia miraculose, 12ae.q.51.4.o.

21 Habitus sunt necessarij ad tria. s. ad firmitatem, promptitudinem, & delectationem in opere, 12ae.q.49.4.o. & q.50.2.3m. fi.

Quanti

22 Quantitas habitus, attenditur, duplicitèr, scilicet, respectu obiecti, & subiecti, 22ae.q.5.4.c.

23 Habitus propriè, non est in Deo, 12ae.q.49.4.c.

24 Potentia pure actiua, non est subiectum alicuius habitus, 12ae.q. 54.1.c.

25 Habitus cuius subiectum est potentia, non importat ordinem ad naturam, sed ad operationem: ideo posterior est quàm potẽtia: sed prior est ea, sicut completum incompleto, & actus quàm potentia, 12ae.q.50.2.3m.

26 *Habitus omnes qui sunt in eadem potentia, sunt eiusdem generis: licet differant specie propter differentiam obiectorum formalium, 12ae.q.54.1.1m.

27 *Ex actibus habitus infusi non generatur aliquis habitus acquisitus: sed præexistens augeatur seu confirmatur, 12ae.q.51.4.3m.

28 Habitus intellectuales, sunt principaliter in intellectu possibili, secundario autem in sensibus interioribus, 12ae.q.50.4.o. & q.51.3.c. & q.53.1.c. & q.56.5.o. & q.67.2.c.

29 *Nullus habitus operatiuus, constituitur ex multis: quia est qualitas simplex relata ad multa secundum vnum, 12ae.q.53.2.1m. & q.54.4.o.

30 Habitus quilibet habens subiectum corruptibile, & causam habentem contrarium, corrumpitur per se à suo contrario: & per accidens ad corruptionem subiecti, vt habitus corporales, 12ae. q.53.1.3.c.

31 Si loquamur de aliqua superiori natura cuius homo potest esse particeps: sic nihil prohibet, in anima secundũ suam essentiam, esse aliquem habitum, scilicet gratiam, 12ae.q.50.1.c.

32 Habitus potest habere ordinem ad actum, id est, ad operationem, & secũdum rationem habitus, & secundum rationem subiecti: sed omnis habitus qui est alicuius potentiæ vt subiecti, primo & principaliter ordinatur ad actum: quia natura & ratio potentiæ est quod sit principium sui actus alij verò consequenter ordinantur, 12ae.q.49.3.o. & 4.c.

33 In eodem corpore sunt multi habitus, secundum diuersos modos partium: quia secundum humores est sanitas: secundum partes similes est fortitudo vel macies: secundum membra verò est pulchritudo, 12ae.q.54.1.c.

34 *Ic membris corporis & in potentiis naturalibus, sicut non sunt aliqui habitus operatiui, ita etiam nec in potentiis sensitiuis, 12ae.q.50.3.3m.

35 In ipsis etiam interioribus viribus animæ sensitiuis apprehẽsiuis, possunt poni aliqui habitus: secundum quos homo sit bene memoratiuus, vel cogitatiuus, vel imaginatiuus, 12ae. quæst 50.3.3m.

36 Habitus ex eadem causa augentur, ex qua generantur: quia generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti eius, 12ae. q.53.2.c.

37 Diminutio conuenit habitui, non secundum se, sed secundum diuersum modum participandi, ex indeterminatione potentiæ ipsius participantis, 12ae.q.53.2.1m.

38 Habitus aliquando sic ligatur, quod non potest exire in actum: sicut vsus & iudicium rationis per iram, & scientia per ebrietatem, 12ae.q.48.3.o. & 4.c. & q.94.1.4m.

39 Habens habitum virtutis vel vitij, potest non vti eo, & exire in vsum contrarium. 1ª.q.62.3.2m. & 12ae.q.52.3.c. & q.63.2.2m. & q.71.4.o. & q.78.2.c.3m. & q.109.8.c.fi.

40 Nobiles habitus affectui infusi possunt latere suos possessores: non autem cognoscitiui, 12ae.q.11.5.2m.

41 Habitus principiorum est naturalis: & datur in creatione quo ad lumen: sed acquiritur per sensum quoad determinationem specierum, 12ae.q.10.1.c. & q.51.1.2m. & quæst. 62.3.c.1m. & quæst. 63.1.c.

42 Habitus primorum principiorum, sunt nobis naturales, 12ae.q.91.2.c.2.1m. & 3.o. & 22ae.q.5.4.3m. & q.8.1.1m. & q.47.6.c. & 15.c. & q.49.2.1m. & 3ª.q.9.1.c.fi.

43 *Non est alius habitus principiorum & conclusionum quæ ex eis eliciuntur: & præcipuè circa singularia, 12ae.q. quæstion. 57.2.2m.

44 Habitus naturales, scilicet primorum principiorum speculatiuorum vel practicorum, non possunt amitti, nec corrumpi, 12ae.q. 53.1.c.

45 Habitus per discursum causati in intellectu, possunt corrumpi per accidens scilicet ratione sensuum: & per se, scilicet à contrario discursu, vel contraria propositione, 1ª.q.89.5.c. & 12ae.q.53.o.

46 Habitus diminuitur per easdem causas, per quas corrũpitur: quia diminutio est via ad corruptionem, 12ae.q.53.2.o.

47 Habitus scientiæ, & virtutis diminuuntur & corrumpuntur per solam cessationem actus, non quidem per se, sed per accidens, 12ae.q.53.3.o

48 Habitus non cognoscitur, nisi per actus: & hoc dupliciter, scilicet inquantum habetur, & per essentiam, 1ª.q.87.2.o. & 12ae.q.49.2.o. & 22ae.q.4.1.c.

49 Habitus est causa cognoscendi, quasi æquiuoca, non autem quasi vniuoca: nec vt cognitus: sed vt quo aliquid cognoscitur: ideo non oportet, quod sit notior aliis, 1ª.quæst.87.2.3m. & quæst. 88.3.2m.

50 Habitus qui est principium orationis, est posterior potentia: sed habitus qui est dispositio ad naturam, est prior potentia, 12ae.q. 50.2.3m.

1 HEBETVDO sensus opponitur acuitati eius: & est debilitas mentis in consideratione spiritualium: & est peccatum, inquantum est voluntaria, secunda secundæ, quæst. 816.1m. & q.15, 2.o.

2 Existens in gratia, non potest pati hebetudinem sensus in iis, quæ sunt de necessitate salutis, sed in aliis, 22ae.q.8.4.1m.

1 HÆRESIS nõ computatur inter vitia capitalia, nec inter filias eorum: sed extra numerum peccatorum: & reducitur tamen ad superbiam, 22ae.q.10.1.3m.

2 De ratione hæresis sunt duo, scilicet electio priuatæ disciplinæ, & pertinacia, 22ae.q.11.2.3m.

3 Hæresis principaliter est circa articulos fidei: secundario autem circa ea quæ sequuntur ex eis, 22ae.q.11.2.o.

4 Hæresis principaliter consistit in corde: secundario in ore, sicut & fides, 22ae.q.11.2.c.

5 Hæresis & secta, sunt idem: & sunt opera carnis, non ratione sui actus, vel finis proximi: sed ratione causæ, scilicet ratione appetitus indebiti finis, vel phantasticæ illusionis, 22ae.q.11.1.3m.

6 Hæresis nascitur ex superbia, vel ex cõcupiscentia commodi temporalis, 22ae.q.11.1.2m. & 3m.

6 Corruptio rectæ æstimationis circa fidem, vel bonos mores in vniuersali, facit hæresim: non autem in particulari, propter passionem, 22.q.162.4.1m.

8 Opinati contrariè, de pertinentibus principaliter ad fidem, inducit hæresim: non autem de aliis, nisi cõsideretur, vel determinetur, quod pertinent ad fidem, 1ª.q.32.4.o. & 22ae.q.11.2.3m.

9 Exponens sacram scripturam, in contrarium ei quod per spiritum sanctum est reuelatum: est hæreticus, 1ª.q.1.10.c.fi. & 22ae.q.11.2.2m.

10 Quicunque resistit auctoritati Romanæ ecclesiæ: hæresim incurrit, 22ae.q.11.2.3m.

11 Ex verbis inordinatè prolatis, incurritur hæresis, secundum Hieronimum, 1ª.q.31.2.c. & 22ae.q.11.2.2m. & 3ª.q.16.8.c.

12 Hæresis est necessaria & vtilis ecclesiæ per accidens tantùm, scilicet ratione probationis & ratione exercitij, 22ae.q.11.3.2m.

13 Hæretici possunt ordinatè, non autem dare executionem, 22ae.q. 39.3.o. & 3ª.q.64.9.2m.

14 Hæretici non possunt absoluere: quia nõ habent iurisdictionem, nec dant gratiam, 22ae.q.39.3.o.

15 Si aliqui post abiurationem erroris, deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse: sæculari iudicio sunt relinquendi secundum decretalem, super eo. de hær. in 6. 22ae.q.11.3. c. & 4.c.1m. & q. 31.2.3m.

16 Alij autem infideles qui nunquam fidem acceperunt, conuersi ad fidem nondum ostendunt aliquod signum inconstantiæ circa fidem sicut hæretici relapsi: & ideo non est similis recipiendi ratio de vtrisque, 22ae.q.11.4.3m.

17 Simplices nescientes articulos fidei, non condemnantur pro hæreticis: sed quia pertinaciter defendunt contraria articulorum, 22ae.q.2.6.2ni. & 3m.

18 Hæretici non debent tolerari, nisi primo velint resipiscere, 22ae.q. 11.3.o.

19 Firmi in fide, possunt corpore conuersari cum hæreticis, vt eos conuertant, non tamen in diuinis, 22ae.q.10.9.c.fi.

20 Hæretici possunt iustè occidi, in iudicio sæculari, & rebus suis priuari: etiam si alios non corrumpant, magis quàm rei crimine læsæ maiestatis, vel quàm eudentes falsam moneram, 22ae.q.10. 8.o. & q.11.3.c.

21 Hæretici relapsi, recipiuntur semper ad pœnitentiam: non autem ad dignitates, 22ae.q.11.4.o.

22 Ecclesia post primam vel secuadam correctionem, tradit hæreticos iudicio sæculari: vnde in iudicio Dei, semper recipiuntur redeuntes: quia Deus scrutator est cordium, & verè redeuntes cognoscit: sed hoc ecclesia imitari non potest: præsumit autem eos non verè reuerti: qui cum recepti fuissent, iterũ sunt relapsi: & ideo eis viam salutis non denegat: sed à periculo mortis eos non tuetur, 22ae.q.11.3.c. & q.4.c.1m.

23 Hæresis per se opponitur fidei, schisma verò vnitati charitatis: ideo non sunt idem, sed secundum disponit ad primum: & omnis hæreticus est schismaticus: non autem econuerso, 22ae.q.93.1.3m.

24 Hæresis Sabellij, quod Deus pater est filius natus de virgine & quod est spiritus sanctus, secundum quod creaturam rationalẽ sanctificat, reprobatur. 1ª.q.27.1.c. & q.28.1.2.m. & q.31.2.c.

25 Ecclesia contra Sabelliũ confitetur communicabilitatem, nume-

Universidad de Deusto Biblioteca

tum,ordinem corsortium, & distinctionem:& negat singularitatem, vnicum,confusum,& solitudinem,1ª.q.31.2.c.

26 Hæresis Arrij,quod filius Dei est minor parte secundum diuinitatem,& quod est creatura, 1ª.q. 27.1.c.& q. 31.2.c.& q.32.1.1m.& q. 34.1.1m.& q.41.2.c.& q.42 3.c.2m.& q.65.1.c.& 3ª.q.10.2.1m.& q.12. 2.3m.& q.16.8.9.c.& q.20.1.1m.

27 *Ecclesia contra Artium cõfitetur vnitatem, simplicitatem,similitudinem,& æqualitatem:& negat diuersitatem, differentiam, separationem,diuisionem, alienitatẽ, discrepationem & disparitatem,1ª.q.31.2.c.

28 Hæresis Arrij & Origenis, quod personæ diuinæ differunt essentialiter,1ª.q.32.1.1m.& q.34.1.1m.

29 Hæresis Origenis, quod verbum Dei non est Deus essentialiter, sed participatiuè,1ª.q.34.1.1m.

30 Quod anima Christi cum aliis spiritualibus creaturis,fuit creata ante corpora,& à verbo assumpta,& in fine vnita corpori,1ª.q. 90.& 4.c.& q.118.3.o.& 3ª.q.6.3.c.

31 Quod animæ sunt vnitæ diuersis corporibus propter diuersa peccata.1ª.q.23.5.c.& q.47.2.c.3m.& q.65.2.c.& q.75.7.c.& q. 90.4.c.& q.118.3.c.& 22ª.q.164.1.4m.

32 Quod beatitudo terminabitur,1ª.q.64.2.c.& 12ª.q.5.4.

33 Quod pœna dæmonum & aliorum damnatorum terminabitur, 1ª.q.64.2.c.

34 Hæresis Manichæi,quod principia sunt duo:vnum bonorum : & spirituum tantùm,scilicet Deus:alterum malorum,& corporalium,scilicet diabolus,1ª.q.8.3.c.& q.65.1.c.

35 Quod Deus est corpus,& lux infinita:& quod Christus est iste sol visibilis,1ª.q.90.1.c.

36 Quod diabolus naturaliter est malus,1ª.q.63.5.c.principio.

37 Quod quædam animæ sunt ex substantia Dei,1ª.q.90.1.o.& c.

38 Quod caro hominis,non est bona,nec est à Deo, sed est à diabolo,22ª.q.25.3.c.

39 *Hæresis eius est grauior secundum genus,quàm idololatria,22ª. q.10.6.c.& q.94.3.4m.

40 Hæresis eius,& mõtani,& Priscillæ,quod promissio spiritus sancti:non fuit completa in apostolis,sed in eis:ideo negant actus apostolorum,12ª.q.106.4.2m.

41 Hæresis Pelagij quod omnia præcepta Dei seruari possunt sine gratia,12ª.q.100.10.3m.& q.190.4.c.

42 Quod principium bene operandi est ex nobis:sed consummatio est ex Deo,1ª.q.23.5.c.& 22ª.q.6.1.c.

43 Quod pueri non contrahunt peccatum originale,sed baptizãtur propter regnum Dei,12ª.q.81.1.c.

44 Quod matrimonium æquatur virginitati,22ª.q.152.4.o.& q.186. 4.c.fi.

45 Quod Maria non est mater Dei,3ª.q.35.4.o.

46 Hæresis Euticetis, quod in Christo est tantum vna natura composita ex natura diuina & humana,3ª.q.2.6.c.& q.18.1.c.

47 Quod corpora resurgentium Christi, non erunt palpabilia, sed erunt vt ventus,3ª.q.54.3.c.

48 Hæresis Hebionis,quod Christus conceptus est ex semine viri,3ª. q.28.1.c.

49 Hæresis Hebionis Cherinti, Fotini, & Pauli Samosateni, quod Christus non fuit ante matrem, sed purus homo meruit deitatem,3.q.2.11.c.& q.16.1.c.& q.28.1.c.& q.34.1.1m.& q.35.4.c.& q.66. 9.3m.

50 Hæresis Iuliani & Galliani, quod corpus Christi non fuit corruptum,id est mortuum,3ª.q.50.5.c.

51 Hæresis Heluidij,quod mater Christi non mansit virgo post partum,3ª.q.28.3.c.1m.

52 Hæresis Eunomij,quod filius Dei est omnino dissimilis patri, 1ª. q.42.1.2m.

53 Hæresis Nazareorum,quod fides Christi,sine, operibus legis,non sufficit ad salutem,3ª.q.74.4.c.fi.

54 Hæresis abbatis Ioachim, quod essentia generat essentiam : sicut Deus generat Deum,1ª.q.39.5.c.

55 Hæresis Simonis magi,quod gratia spiritus sancti est venalis : & quod mundus est factus à quadam superna virtute, non autem à Deo, 22ª.q.100.1.1m.

56 Sanctos non orare,nec posse nos iuuare,est hæreticum,& est hæresis Vigilantij,22ª.q.83.11.c.

57 Hæresis Montani,quod prophetæ non habebant lumen iudicandi,sed erant arreptitij,22ª.q.173.3.c.4m.

58 Hæresis Vigilantij impugnantis voluntariam paupertatem,'& quatuor modos eius : vt scilicet de pretio possessionum venditarum,omnes communiter viuant : vt de possessionibus communibus viuant : vt de labore manuum viuant:vt de iis quæ ab aliis inferuntur, communiter viuant, 22ª.quæst.186.3.6m.& 4.c.fi.

59 Hæresis Nouatianorum,quod peccans post baptismum,non potest resurgere ad gratiam per pœnitentiam, 22ª.q. 20.2.3m. & 3ª. q.84.10.c.

60 Hæresis Cathafrigarum qui non baptizant in nomine trium personarum:sed in commemoratione mortis Christi:quem dicũt esse purum hominem,& non Deum:& spiritum sanctum dicũt esse Montanum,3ª.q.66.8.c.& 9.3m.

61 Deum non esse auctorem omnium bonorum, est hæreticum, 1ª. q.65.1.c.

62 In Deo esse compositionem,vel accidẽs,vel aliquid præter Deum esse æternum:est hæreticum,1ª.q.61.2.c.

63 Angelos,vel aliquid aliud præter Deum fuisse ab æterno : est hæreticum,1ª.q.61.2.c.

64 Quod angeli creent aliquid:est hæreticum, 1ª.q.90.3.c.& 12ª.q.3. 7.2m.

65 Opinio ponens angelos, non habere cognitionem singularium: est hæretica,& sacræ scripturæ contraria,1ª.q.57.2.c.

66 Prima opinio Nestorij & Dioscori, quam recitat magister in tertio sententiarum, distinctione sexta, scilicet quod in Christo sunt duæ hypostases,seu duo suppositа:est hæretica, 3ª.q.2.3.6.c. & q.4.3.c.

67 Beatam Mariam non esse matrem Dei : est hæreticum, 3ª quæst. 35. 4.c.

68 Hæresis negantium prouidentiam Dei,de iis inferioribus:& aliæ duæ s. quod Deus non creauit ista corporalia : & quod primæ creaturæ creauerint alias,1ª.q.8.3.c.

69 Aliquid esse falsum in sacra scriptura : est hæreticum, 12ª. quæst. 110.3.q.1m.

70 Non esse peccatum illud quod est contra præceptum Dei : est hæreticum.3ª. q.64.9.1.m

71 Fornicationem non esse peccatum:est hæreticum,12ª.q. 103.4.3m. fi.& 22ª.q.162.4.1m.

72 Episcopum non differre à sacerdote : est hæreticum , 22ª.q.184.6. 1m.

1 Helias non est raptus in cælum empyreum,sed æreum:& viuit cum Enoch in paradiso terrestri : vsque ad Antichristum , 1ª. q.102.2.3m.& 3ª.q.49.5.2m.

2 Helias propter iniuriam quæ redundabat in Deum , fecit ignem descendere super eos qui venerant ad ipsum capiendum, 22ª.q. 108.1.4m.

3 *Deus per Heliam veritatem respondit nunciis regis, qui mittebantur ad consulendum Deum Acharum,22ª.q.174.5.4m.

1 Heliseus maledixit pueros zelo Dei , non autem iuore vindictæ : sicut etiam Helias occidit centum viros, 22ª.q.108.1. 4m.

1 Herodes peccauit,seruando iuramentum puellæ saltanti,22ª. q.89.7.2m.

1 Herodius significat veloces pedes ad effundẽdum sanguinem, 12ª q.102.6.1m.& col.3.

1 Heroicvm non differt à virtute communi:nisi secundum modum perfectionem,3ª.q.7.2.2m.

2 Virtutes heroicæ,sunt dona spiritus sancti, 12ª.q. 68.1. 1m.& 22ª.q. 159.2.1m.

1 Hierarchia est diuinus ordo,secundum scientiam & actionem,in assimilatione Dei,1ª.q.108.1.o.

2 Hierarchia est ordo, id est, relatio inter diuersos gradus : non autem vt dicit vnum gradum,1ª.q.308.2.1m.

3 In diuinis personis,non est hierarchia, nec principatus,nec ordo, nec actio hierarchica,1ª.q.108.1.c.

4 Actio hierarchica triplex,scilicet illuminatio , purgatio,& perfectio,1ª.q.108.1.c.fi.

5 Omnes homines sunt vnius hierarchiæ, quia sunt eiusdẽ speciei, 1ª.q.108.1.3m.

Hoc aliqvid sumitur dupliciter, scilicet pro subsistenti , & pro completo. Primum repugnat accidenti : secundum verò parti, 1ª.q.75.2.1m.

1 Homicidivm semper est peccatum : quia addit inordinationem actus supra occisionem hominis,12ª.q.100.8.3m.

2 Homicidium tenet secundum locum in pœnis, & inter peccata in proximum,12ª.q.100.6.c.fi.& 22ª.q.13.3.1m.& q.73.c.& q.154.3.o.

3 Si aliquis credit se posse facere homicidium,& velit facere,& postea adimatur ei potestas : nihilominus voluntas homicidij in eo manere potest, vel velit feciſſe, vt velit facere si posset,1ª, q. 64.2.3m.& 12ª.q.20.5.o.

1 Homo habet quod sit homo , ex parte intellectiua, 1ª.q. 85.3.4m.& 5.3.& 22ª.q.155.1.3m.& 3ª.q.19.2.c.

2 Homo interior est pars intellectiua : sed homo exterior , est pars sensitiua cum corpore,1ª.q.75.4.1m.& 22ª.q.25.7.c.

3 Homo sortitur speciem ex hoc,quod habet intellectum , 12ª.q.3. 7.c.& q.110.4.3m.& 4m.& 22ª.q.179.1.2m.

4 A ratione homo habet quod sit homo. Et homo est quod habet rationem in natura sensitiua,12ª.q.31.7.c.& q.110. 4.3m.& 4m.& 22ª.q.155.1.2m.& q.179.1.2m.

5 Aliquid cõuenit homini inquãtum homo dupliciter. Primò quia natura hominis est causa eius. Secundò quia est receptiua eius, 3ª.q.24.2.

3ª.q.24.2.2m.

6 Anima,caro,& os,sunt de ratione hominis:sed hæc,sunt de ratione huius hominis , 1ª.q.33.c.& q.29.23m.& q.33.2.c.& q. 44.3.2m. & q.75.4.c.& q.85.1.2m.& q.119.1.c.

7 Homo significat habens humanitatem:& suppositum determinatum in natura speciei:non autem in singularitate,1ª.q.12.4.c.& 3ª.q.4.3.c.2m.

8 Homo non excludit ea quæ sunt in natura hominis : sed humanitas excludit quicquid non est de essentia eius,12ª.q.51.1.1m.& q. 110.4.4m.

9Homo duplex,scilicet homo verus,& homo phantasticus,3ª.q.5.2. o.& q.16.4.3m.& q.40.2.3m.& q.41.3.c.& q.43.3.o.

10 Homo est naturaliter politicus,id est,socialis,1ª.q.96.4.c. & 12ª.q. 9.4.c.& 22ª.q. 109.3.1m. & q.114.2.1m.& q.129.6.1m.& 3ª.quæst.65. 1.c.

11 Homo haber staturam rectam quadruplici ratione, scilicet vt cognoscere posset cœlestia:vt inferiores vires liberius suas operationes habeãt,& quia vtilitas manuum aliter cessaret:& cibum ore caperet,1ª.q.91.3.3m.

12 Homo abundat in calore cordis : vt sit staturæ rectæ, 1ª.quæst.91. 3.2m.

13 Vnus homo numero dicitur dupliciter, scilicet vnitate naturæ:& vnitate personæ,1ª.q.3.6.1m.& 7.2m.

14 Homo assimilatur Deo,secundum triplicem similitudinem,scilicet quæ fundatur super proportionem : super communem qualitatem:& super receptionem , 1ª.q.3.1.2m.& q.4.3.o.& q.91.4.1m. & 2m.& q.93.o.& 22ª.q.64.1.o.

15 Homo dicitur minor mundus,quia est compositus ex omni creatura totius mundi,1ª.q.91.1.c.& q.96.2.c.& 12ª.q.17.8.2m.

16 Homo habet superius & inferius:sicut in toto mundo.Plantæ verò, in oppositum. Sed bruta medio modo, 1ª. quæstion. 91.3. 3m.

17 Homo præest & dominatur naturaliter bestiis & pecoribus & vniuersæ creaturæ quæ nõ est ad imaginem Dei, prima quæst. 96. 3. c. & secunda secundæ quæstion. 64. 1.o.3ª. quæstion. 36. 7. 1m.

18 Hominem lapsum oportuit reparari, & non angelum , 1ª.q.64.2. o.& 12ª.q.80.4.3m. & 3ª.q.4.1.c. 3m. & q.6.2.2m. & q.46.1.4m. & q. 86.1.c.

19 Homo debuit vltimo fieri:quia est perfectissimum omnium animalium,1ª.quæstion.3.1.2m.& quæst.4.3.o.& quæst.91.4.1m.& 2m. & q.93.o.

20 Homo dicitur rationalis, quia intelligit cum discursu : angelus verò dicitur intellectualis,quia sine discursu intelligit , 1ª.q.58. 3.c.& 12 .q.5.1.1m.

21 Illud hominis,quæ cæteris animalibus anteponitur,nõ est aliquid corporale,vel corporalis forma:sed est intellectus:ratio autem in homine,habet locum dominãtis, non locum subiecti dominio,1ª.q.96.1.2.c.

22 Idem iudicium est de homine sequente operationes sensitiuas,& de aliis animalibus , prima secundæ quæst. 10.3.c. & 22ª. quæst. 64.2.3m.

23 Sensus interiores magis vigent in homine : quàm in cæteris animalibus,1ª.q.91.3.1m.

24 Homo habet peiorem auditum,olfactum, & visum quàm aliqua bruta:sed habet tactum optimum,1ª.quæst.76.5. c.& quæst. 91.3. 1m.

25 Quilibet homo dupliciter considerari potest, scilicet vt singularis persona : & vt pars vel membrum alicuius communitatis, & vtroque modo conuenit ei aliquis actus, scilicet primo secundum quod est quædam persona singularis : & sic ad eum pertinet ille actus quem proprio arbitrio : & per seipsum facit. Alio modo secundum quod est pars alicuius collegij : & sic potest ad eum pertinere aliquis actus , quem nec per seipsum, nec proprio arbitrio facit : sed qui sit vel à toto collegio , vel à pluribus de collegio , vel à principe collegij : sicut id quod princeps ciuitatis facit, dicitur ciuitas facere. Huiusmodi enim collegium reputatur quasi vnus homo : ita quod diuersi homines,in diuersis officiis constituti,sunt quasi diuersa membra vnius corporis naturalis, vt Apostolus inducit de membris ecclesiæ,12ª.quæst.1.8. o.& quæst.3.8.2m. & 22ª.quæst. 39.2.2m.

26 *Sicut bonum multitudinis est maius quàm bonum vnius hominis , qui est de multitudine : ita etiam bonum multitudinis ad quod ille vnus ordinatur, est minus, quàm bonum extrinsecum, ad quod multitudo ordinatur : sicut bonum ordinis exercitus est minus,quàm bonum ducis , 12ª.q.1.o.& q.3.8.2m.& 22ª. q.39.2.2m.

27 Homo consideratur à theologo, secundum animam:non autem secundum corpus,nisi respectu animæ:nec specialiter consideratur de illa,nisi de potentiis apprehensiuis & appetitiuis , 1ª.q. 75.78.84.principio.

28 Non omnis actio hominis , dicitur humana, sed tantum actio eius voluntaria & deliberata,1ª.quæst. 76.1.c. & 12ª.quæst.1.1. & & 3.c. & quæst.7.4.c.& q.10.1.c.& q.18.5.9.c.& quæst.74.3.3m.& 3ª. q.19.2.o.

29 *Ista propositio est prius vera , Homo est ens: quàm ista , Homo est rationalis : quia omnium perfectiones pertinent ad perfectionem essendi,1ª.q.4.2.c.

1 Honestas est radicaliter in interiori electione : sed figuratiuè,est in exteriori conuersatione,22ª.q.145.1.3m.

1 Honestvm idem est quod spiritualis decor , & pulchritudo, 22ª.q.154.2.o.& 4.c.

2 Honestum idem est quod honore dignum , & est idem quod virtus,22ª.q.145.1.o.& 2.c.3m.& 3.c.

3 Nomen honesti transfertur ad prosperitatem exteriorum diuitiarum:quia secundum vulgum, faciunt hominem honore dignum,22ª.q.145.1.2.& 3m.& 4m.

4 Omne bonum honestum ex iis duobus procedit , scilicet ex rectitudine rationis , & ex rectitudine voluntatis, 12ª. quæst. 39. 2.c.

5 Regula rationis est radix boni honesti,12ª.q.39.2.1m.

6 Omne honestum est vtile,& delectabile,& nõ ecõuerso.Et omne vtile,est delectabile:& non econuerso,22ª.q.145.3.o.

7 Nihil repugnans honesto,est simpliciter & vere vtile : sed secundum quid,22ª.q.145.3.3m.

8 Honestum appetitur propter se,appetitu rationali:delectabile autem appetitu sensitiuo,22ª.q.145.3.3.1m.

1 Honor est cuiuslibet virtutis præmium , secunda secundæ,q.129 4.1m.

2 Honor est testimonium excellentiæ , quæ est in homine : sed maximè secundum virtutem , prima secundæ quæst. 2. 2.c.& 22ª.quæst.25.1.2m.& q.63.3.c.& q.103.1.2.c.& q.131.1.c.2m.& quæst. 141.4.c.& q.144.3.c.2m.& quæst.145.1.c.3m & 2. 2m.& 3ª.quæst.25. 1. c.

3 Honor non est sufficiens præmium virtutis,sed vt possibile homini,prima secundæ, q.2.2.1m. & 22ª.q.102.1.3m. & q.103.1.2m.& q. 131.1.2m.

4 *Honor est maximum bonum inter bona exteriora , prima secundæ quæst.2.2.1m.& secunda secundæ q.103.1.2m.& q.129.1.c.& q.131.1.2m.

5 Honor quo ad Deum , potest esse in solo corde:sed quo ad hominem,est in signis exterioribus,22ª.q.103.1.o.

6 Honor laudabiliter continetur,nihil male agendo propter ipsum, & bene appetitur,nihil male agendo contra ipsum, 22ª.q.129.1. 3m.& q.131.1.o.

7 Appetere honorem,est peccatũ tripliciter,scilicet si sit supra suam proportionem,vel si non referatur ad Deum , vel si non ad vtilitatem,sed propter se,22ª.q.131.1.c.

8 Omne beneficium impensum proximo,pertinet ad quartum præceptum;scilicet de honore parentum , 12ª.q.100.11.c.fi.& 22ª.q. 32.5.4m.& q.33.2.2m.

9 Quicquid pertinet ad redditionem debiti cuiuscunque, intelligitur mandari quarto præcepto,scilicet de honore parentum,22ª. q.122.5.2m.

10 Longeuitas vitæ promittitur honorantibus parẽtes:priuatio autem vitæ inhonorantibus,22ª.q.32.5.4m.& q.122.5.4m.

11 Honor respicit proprium bonum honorati ; ideo diuersificatur specie secundum diuersa bona singulorum , non autem amor quia respicit bonum in communi,22ª.q.25.1.2m.

12 Honor est propter se,& in se:sed laus ordinatur ad aliud:ideo honor est excellentior laude,22ª.q.103.1.3m.

13 Honor est in omni signo exteriori,& est respectu finis: sed laus est tantum in verbis,& est respectu eorum quę sunt ad finem , 22ª. q.103. 1.3m.

14 Gratia non est honor,sed est effectus honoris & laudis,22ª. q.103. 1.3m.& q.132.2.c.& 4.2.m. q.145.2.2m

15 Reuerentia non est honor,sed est motiuum honorãtis, & est finis honoris , inquantum scilicet aliquis ad hoc honoratur , vt in reuerentia habeatur ab aliis,22ª.q.103.1.1m.

16 Honor vituperio, seu exprobationi opponitur, 22ª.q. q.142.c.& q. 144.2.c.2m.& 3.c.

17 Honor debetur alicui ratione excellentiæ,& honor diuersus , secundum diuersitatem excellentiæ , 22ª.q.81.4.o.& q.94.2.c.& 3ª. q.25.1.c.

18 Honor propriè debetur soli virtuti : excellentiæ autem bonorum exteriorum,debetur secundum æstimationem vulgi, 22ª. q.63. 3.c.& q.130.2.3m.& q.144.2.c. 2m. & q.145.1.3m. & 4m.& 3.2m.& q. 186.7.4m.

19 Virtus honoratur , inquantum est appetibilis propter se : sed laudatur inquantum est appetibilis propter aliud , 22ª. quæst. 145. 1. 2m.

20 Eorum quæ honorantur præter virtutem, aliqua sunt supra eam, scilicet Deus,& beatitudo aliqua infra eam,inquãtum adiuuãt

ad opera virtutum, vt nobilitas, potentia, & diuitiæ, 12ᵉ.q.145. 1.2ᵐ.

21 Secundum veritatem, solus bonus est honorandus: bonus autem est aliquis secundum virtutem, 22ᵉ.q.145.1.2ᵐ.

22 Honor debetur soli subsistenti toti: sed ratio & causa honoris, potest esse aliquid eius non subsistens, scilicet pars vel accidens, 22ᵉ.q.103.4.3ᵐ.& 3ª.q.25.1.o.& 2.o.

23 Maior honor debetur iustitiæ & fortitudini, propter excellētiam maioris boni, temperantiæ verò propter cohibitionem turpiorum, 22ᵉ.q.145.4.3ᵐ.

24 Honor debetur alicui dupliciter, scilicet vel ratione sui, vel rationem alterius. Primum conuenit tantum agenti per electionem, scilicet personæ, secundum verò conuenit omni, quod est aliquid eius, scilicet parti, & naturæ, & accidenti, 22ᵉ.q.103.4.3ᵐ.& 3ª.q.25.1.o.& 2.c.

25 Aliqui honorantur quadrupliciter, scilicet vel propter virtutem propriam, vt virtuosi: vel propter virtutem alterius, scilicet Dei seu communitatis, vt superiores: vel propter signum virtutis, vt senes: vel propter participationem diuinæ bonitatis, vt domini & parentes, 22ᵉ.q.63.3.o.& q.145.1.2ᵐ.

26 Honor debetur superioribus, ratione excellentiæ: cultus autem consistens in obsequio obedientiæ & beneficij, debetur ratione gubernationis, 22ᵉ.q.102.2.o.

27 Honor & cultus debetur omnibus prælatis suis debito legali, aliis autem in dignitate constitutis, ex debito morali, 22ᵉ.q.102.2.2ᵐ.

28 Malis prælatis debetur honor, inquantum gerunt vices Dei, vel communitatis, 22ᵉ.q.63.3.o.& q.103.1.2ᵐ.

29 Constitutis in dignitate debetur honor, ratione excellētiæ: timor autem, ratione potestatis: obedientia verò & tributum ratione gubernationis, 22ᵉ.q.102.2.3ᵐ.

30 Honor debetur parentibus, inquātum huiusmodi subsidium verò & alia, debentur eis ratione indigentiæ: quæ tamen omnia intelliguntur in quarto præcepto, scilicet de honore parentum, 22ᵉ.q.102.2.o.& quæst.106.3.c.& quæst. 122. 5. 3ᵐ. & quæst. 189.6. c.3ᵐ.

31 Diuites non sunt honorandi, solo intuitu diuitiarum: sed ratione maioris loci in communitate, 22ᵉ.q.63.3.fi.

32 Dæmones sunt pro inimicis habendi, magis quàm honorādi, 22ᵉ. q.103.2.2ᵐ.

33 Creaturæ irrationali secundum se, non debentur ab homine aliqua subiecto vel honore: sed est homini naturaliter subiecta, 22ᵉ.q.103.4.3ᵐ.& 3ª.q.25.3.3ᵐ.& 4.5.c.

1 OSTIVM ecclesiæ conuenit soli Christo: quia importat auctoritatem principalem, 3ª.q.8.6.3ᵐ.

1 HVMIDVM radicale, est totum illud, in quo fundatur virtus speciei, quod perditum, non potest restaurari. Nutrimentale autem est quod nondum habet perfectam naturam speciei, sed est in via: vt sanguis & huiusmodi, 1ª.q.119.1.3ᵐ.

1 HVMILITAS est virtus qua retrahitur animus, ne immoderate tendat ad alta, 22ᵉ.q.160.2.c.& q.161.1.o.& 2.4.c.

2 Humilitas præcipuè videtur importare subiectionem hominis ad Deum, 22ᵉ.q.161.1.3ᵐ.& q.162.5.c.

3 Aristoteles non tractauit de humilitate, quia humilitas est principaliter respectu Dei, Aristoteles autem considerauit de virtutibus respectu vitæ ciuilis, 22ᵉ.q.161.1.5ᵐ.

4 Ad humilitatem pertinet considerare proprios defectus, ne se extollat: non autem contemnere dona Dei in se, sed ad ingratitudinem: ex quo sequitur accidia, 22ᵉ.q.15.1.1ᵐ.& q.161.3.c.

5 Gradus humilitatis sunt duodecim, secundum beatum Benedictum scilicet corde & opere semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus: vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis: non clamosa voce, vt non sit facilis aut promptus in risum: taciturnitas vsque ad interrogationem: tenere quod habet communis monasterij regula: credere & pronunciare se omnibus viliorem, ad omnia indignum & inutilem se confiteri & credere: confessio peccatorum pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti: vt cum obedientia se subdat maiori: vt voluntatem propriam non delectetur implere: vt Deum timeat, & memor sit omnium quæ præcipit, 22ᵉ.q.161.6. o.&162.4.4ᵐ.

6 Sed Secundum Anselmum sunt septem, scilicet contemptibilem se esse cognoscere, de hoc dolere, hoc cōfiteri, hoc persuadere, scilicet vt hoc velit credi, vt patienter sustineat hoc dici, vt patiatur contemptibiliter se tractari, vt hoc amet, 22ᵉ.q.161.6.art. 3.& c.

7 Secundum glosam verò sunt tres gradus, scilicet subdere se maiori & non præferre se æquali qui est sufficiens: subdere se æquali, nec præferre se minori, & hic dicitur abundans: & subesse minori: in quo est omnis iustitia, 22ᵉ.q.161.6.art.4.c.

8 Humilitas triplex, scilicet pœnosa ab extrinseco: stulta ex ignorantia propriæ dignitatis: & virtus ex cognitione sui, 22ᵉ.q.161. 1.1ᵐ.

9 Virtus humilitatis est principaliter circa interiorem motum: quæ autem est secundum signa exteriora per fictionem, est magna superbia, 22ᵉ.q.161.1.2ᵐ.& 2.4ᵐ.& 3.3ᵐ.

10 Tendere in magna supra se, ex confidentia propriarum vitium contrariatur humilitati, non autem si ex confidentia Dei, 1ª. prolo. 22ᵉ.q.129.3.4ᵐ.& q.161.2.2ᵐ.& 6.1ᵐ.

11 Humilitas est essentialiter in appetitu, scilicet subiectiuè: sed cognitio proprij defectus est regula eius, 22ᵉ.q.161.2.o.& 6.c.& q. 162.3.2ᵐ.

12 Humilitas est in irascibili subiectiuè, 22ᵉ.q.161.4.2ᵐ.

13 Humilitas nihil audit mirabilius, quam suam excellentiam, 3ª.q. 30.4.1ᵐ.

14 Verè humilis, reputat se deteriorem aliis, non quidem quo ad actum exteriorem, sed timēs ne per superbiam grauius peccet in iis, que bene agere videtur, 22ᵉ.q.161.6.1ᵐ.

15 Quilibet per humilitatem debet secundum illud quod suum est, se subiicere cuilibet proximo, secundum illud quòd Dei est in eo, 22ᵉ.q.161.3.o.& 6.1ᵐ.

16 Humilitas conuenit omni homini, etiam Christo, secundum humanitatem, non autem secundum diuinitatem, 22ᵉ.b. 161.1.4ᵐ.

17 Christus humiliauit se quadrupliciter, scilicet ad passionē & mortem ad sepulchrum & infernum: ad confusionem & opprobria: & sub hominibus: ideo quadrupliciter meruit exaltari, scilicet per resurrectionem, ascensionem, sessionem ad dexteram patris cum manifestatione diuinitatis eius, & per iudiciariam potestatem, 3ª.q.49.6.c.& q.53.1.c.& q.54.2.c.& q.59.2.o.& 6.c.

18 Humilitas post virtutes theologales, & intellectuales, & postiustitiam, præcipuè legalem, est potior cæteris, 12ᵉ.q.161.5.o.

19 Superabundantia magis opponitur humilitati, quàm defectus: quia magis reprimit spem vel fiduciam, quàm vtatur: sed fortitudo econuerso respectu audaciæ, 22ᵉ.q.161.2.3ᵐ.

20 Humilitas & magnanimitas conueniunt in materia, & differunt in modo, 22ᵉ.q.161.4.1ᵐ.& q.162.1.3ᵐ.

21 Humilitas refrænat præsumptionem, ex reuerentia Dei, sed magnanimitas firmat animum contra desperationem, ex adeptione proprij boni, 22ᵉ.q.161.2.3ᵐ.& q.162.1.3ᵐ.

22 Humilitas reprimens ad infima, & magnanimitas impellens animum ad magna: non opponuntur, quia vtrunque fit recta ratione, 22ᵉ.q.129.3.4ᵐ.& q.161.1.c.3ᵐ.& 2.3ᵐ.

23 Magnanimus reputat se dignum magnis, ex dono Dei, & contemnit alios, inquantum deficiunt, humilis autem econuerso, 22ᵉ. q.129.3.4.

24 Humilitas reprimit spem, id est, spiritum ad alta tendentem, 22ᵉ. q.161.4.c.

HIRCVS significat Christum, propter similitudinem carnis peccati. Agnus propter innocentiam. Aries propter principium, 12ᵉ. q.102.3.2ᵐ.

H. vel I. litera longa in Græco, 12ᵉ.q.58.1.c.

HYPERDVLIA est potissima species duliæ, ex vnione ad Deum, 22ᵉ.q.103.4.2ᵐ.

1 HYPOCRISIS est simulatio alienæ personæ: ideo semper est peccatum, & est vitium iactantiæ, 22ᵉ.q.111.2.o.

2 Hypocrisis non est semper peccatum mortale, nisi sit in nocumētum fidei, vel personæ, vel ecclesiæ, 22ᵉ, q.111.4.o.

3 Hypocrisis per se & directè opponitur tātùm veritati quæ est virtus, 22ᵉ.q.111.3.o.

4 Finis remotus hypocritæ est lucrum, vel gloria: sed finis proximus, est ostendere se alium quàm sit, 22ᵉ.q.111.2.3ᵐ

1 HYPOSTASIS. In nomine Hypostasis & substantiæ, latebat venenum, antequam nota esset æquiuocatio eius, 1ª.q.29.3.3ᵐ.

2 Hypostasis dicitur materia visiosis forma, visia compositū, quia materia, est principium substandi, & forma, est principium substendi. 1ª.q.29.2.5ᵐ.

3 Hypostasis, persona subsistentia & essentia, differunt, 1ª.q.29.2.o.

4 Hypostasis nomen conuenit Deo, quantum ad subsistere, ad quod imponitur: nō autem quo ad substare, à quo imponitur. 1ª.q.29, 3.3ᵐ.& q.39.1.3ᵐ.

I

1 IACOB emens primogenita, non peccauit, quia erāt sua: sed Esau vendens ea, peccauit per simoniam, 22ᵉ.q.100.4.3ᵐ.

2 Iacob non est mentitus, dicens se esse Esau: quia mysticè dixit se esse Esau primogenitum Isaac: quia primogenita illius de iure ei debebantur: vel propter mysterium: quia videlicet minor populus, scilicet gentilium, sustinendus erat in locum primogeniti, scilicet in locum Iudæorum, secunda secundæ quæst.110, 3.3ᵐ.

3 *Iacob non vidit Deum per essentiam, 1ª.q.12.11.1ᵐ. & 22ᵉ.q.180.5. 1ᵐ.

4 Iacob vouit habere dominum in Deum, inquantum voluntariè vouit: vel vouit secūdum specialem modum: vel dicitur vorum large.

large, id est, recognitio obligationis, & non causa eius, 22ᵉ.q. 88.2.1ᵐ.

5 Iacob vouit dare decimas, non quidem ministris, sed ad cultum Dei, vt in sacrificiis, 22ᵉ.q.87.1.3.

6 Iacob post contemplationem, claudicauit vno pede: quia necesse est quod debilitato amore seculi, conualescat aliquis ad amorem Dei secundum Gregorium, 22ᵉ.q.180.7.4ᵐ.

7 Iacob accedens ad ancillas vxorum suarum, non peccauit: quia erant vxores, 22ᵉ.q.154.2.3ᵐ.

1 IACOBVS ex instinctu vel reuelatione Dei, fecit per dæmones duci ad se Hermogenem, 22ᵉ.q.90.1.c.& 2.c.fi.

1 IACTANTIA est, per quam quis se extollit, supra id quod in se est: secundario autem, supra id quod de eo alij opinantur, 22ᵉ.q. 110.2.c.& q.112.1.c.

2 Iactantia quo ad actum exteriorem, est species mendacij: sed quo ad arrogantiam interiorem, est species superbiæ, 22ᵉ.q.132.5.1ᵐ. & 162.4.2ᵐ.

3 Iactantia est peccatum mortale tripliciter, scilicet quādo est contra gloriam Dei: vel cōtra honorem proximi: vel ex inani gloria, superbia, vel cupiditate mortalibus, 22ᵉ.q.112.2.o.

4 Iactantia est ex superbia, tanquam ex causa motiua: & aliquando ex vanitate, ex inani gloria autem, vt ex fine, 22ᵉ.q.112.1.2ᵐ.& q. 132.5.1ᵐ.& q.162.4.2ᵐ.

5 Opulentia seu diuitiæ causant iactātiam, & superbiam dupliciter, scilicet occasionaliter, & per modum finis, 22ᵉ.q.112.1.3ᵐ.

6 Iactantia propriè opponitur secundum speciem actus veritati, nō autem secundario, 22ᵉ.q.112.1.o.

1 IDEA est forma exemplaris, qua res fiunt & cognoscuntur: quæ est in mente artificis, 1ª.q.15.o.& q.44.3.c.

2 Idea græcè, forma latine dicitur: ideo per ideas, formæ aliarum rerum per se existentes intelliguntur, 1ª.q.15.1.c.

3 Idea in Deo, non est aliud, quàm essentia diuina, 1ª.q.15.1.3ᵐ.& q. 44.3.c.& 22ᵉ.q.173.1.c.

4 Essentia Dei vt essentia, non est idea: sed vt similitudo, vel vt ratio rei intellecta, 1ª.q.15.2.1ᵐ.

5 Essentia Dei non habet rationem ideæ, respectu Dei, sed respectu aliorum: quia est principium operatiuum aliorum, non autem Dei, 1ª.q.15.1.2ᵐ.

6 Idea secundum veritatem, & secundum Platonem, est principium cognitionis: & generationis, 1ª.q.15.1.3.c.

7 Idea operari in mente artificis, est sicut id quod intelligitur: non autem sicut species qua intelligitur, 1ª.q.15.2.c.2ᵐ.

8 Ideas esse est necessārium, 1ª.q.15.1.o.& q.44.3.o.

9 Ideæ sunt tantùm in mente Dei, & non extra: contra Platonem, 1ª. q.15.1.1ᵐ.& q.44.3.2ᵐ.& 3ᵐ.& 4ᵐ.

10 Respectus idearum, non sunt reales, sed sunt intellecti à Deo, & tantùm in Deo, 1ª.q.15.2.4ᵐ.& q.28.4.3ᵐ.& q. 44.3.c. & 22ᵉ.q.173. 1.c.

11 Respectus idearum causantur tantùm ab intellectu Dei, comparante essentiam suam ad res, 1ª.q.15.2.3ᵐ.

12 Idæ sunt æternæ, 1ª.q.6.4.c.

13 Ideæ in mente Dei sunt plures, secundum quod Deus intelligit essentiam suam esse multipliciter imitabilem à creaturis, 1ª.q.15. 2.o.& q.44.13.c.& q.47.1.2ᵐ.& 12ᵉ.q.93.1.1ᵐ.

14 Idea practica & speculatiua, non sunt duæ ideæ, nisi secundum rationem, 1ª.q.15.3.c.

15 In ideis est distinctio, & pluralitas: quia respiciunt proprias naturas singularum rerum, non autem lex æterna, 12ᵉ.q.93.1.1ᵐ.

16 Sapientia est ars Dei, est tantùm vna: quia significatur vt quo Deus intelligit. Ideæ autem vt quod: ideo sunt plures, 1ª.q.15.2. 2ᵐ.

17 Ratio diuinæ sapientiæ, respectu creationis dicitur idea & ars vel exemplar: sed respectu gubernationis dicitur lex, 12ᵉ.quæst.93. 1.c.

18 Idea principaliter significat respectum ad creaturam, ideo dicitur pluraliter: nec est personale, sicut verbum: quia verbum principaliter significat respectum ad dicentem, & ex consequenti ad creaturam: ideo est tantùm vnum, 1ª.q.34.3.4ᵐ.

19 Idea vt principium factionis, est practica: & dicitur exemplar, & omnium quæ aliquando fiunt à Deo: sed vt est principium cognitionis est speculatiua: & dicitur ratio: & est omnium quæ cognoscuntur à Deo: secundum propriam rationem, 1ª. q.15. 3.c.

20 Quæ nunquam fiunt, habent ideam secundo modo: non autem primo modo, nisi in virtute, 1ª.q.15.3.2ᵐ.& q.18.4.4ᵐ.

21 *Malum non habet ideam in Deo, 1ª.q.15.3.1ᵐ.& q.18.4.4ᵐ.

22 Genera non habent aliam ideam, inquātum exemplar: nisi ideam speciei, 1ª.q.15.3.4ᵐ.

23 Particularia habent propriam ideam, præter idem speciei: contra Platonem, 1ª.q.15.3.4ᵐ.

24 Materia habet ideam, contra Platonem: sed eandem cum forma, 1ª.q.15.3.3ᵐ.& 4ᵐ.

25 Accidētia habent propriam Ideam, præter ea quæ inseparabiliter concomitantur subiectum, 1ª.q.15.3.4ᵐ.

1 *MVLTIPLICATO vno eorum quæ sunt eadem re, & differunt ratione: non oportet multiplicari alterum: sicut persona & proprietas in diuinis, 1ª.q.40.1.1ᵐ.

2 Corpus manet idem numero, licet fiat continuè deperditio, & restauratio virtualiter per alimentum, 1ª.q.119.1.5ᵐ.

1 IDOLOLATRIA est exhibere latriam, id est cultum Dei creaturæ, 22ᵉ.q.94.1.o.

2 Idolatria præsupponit infidelitatem, & addit exterius indebitum cultum, mendacium perniciosum, magnam Dei blasphemiam & impugnationem fidei, 22ᵉ.q.94.3.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ᵐ.& 2.c.

3 Idololatria opponitur latriæ, 22ᵉ.q.92.principio.c. & q.94.principio & 1.o.

4 Idololatria quadruplex, scilicet ciuilis, id est, imaginum habentium deitatem, secundum Hernierem: fabularis, id est, hominum deificatorum: physica, id est, animæ totius mundi, secundum Varronem: & Platonica, quæ & physica dicitur, scilicet intelligentiarum, animarum cælestium, dæmonum, & animarum hominum, 22ᵉ.q.94.1.c.& q.122.2.2ᵐ.

5 Omnis idololatria est peccatum, nec excusat mos vulgi, contra Senecam, nec persecutio contra hæreticos. 32ᵉ.q.94.2.o.

6 Idololatria est grauissimum peccatorum, 12ᵉ.q. 102.3. 11ᵐ.& 22.q. 94.3.o.

7 Peccatum contra naturam, est leuius idololatria: sed ponitur conueniens pœna eius: quia est manifestius, 22ᵉ.q.94.1.3ᵐ.

8 Causa dispositiua idololatriæ fuit triplex ex parte hominis, scilicet inordinatus affectus, repræsentatio delectabilis, & ignorantia: sed causa consummatiua eius, fuerunt dæmones, 22ᵉ.q.94. 4.o.

9 Ab idololatria omnia alia peccata oriebantur, 22ᵉ.quæstion.94.4. 1ᵐ.

10 *Dans hostiam non consecratam pro eucharistia, est reus idolatriæ: non autem adorantes eam: cum hostia debeat adorari latrio, sub conditione in habitu, 3ª.q.80.6.2ᵐ.

1 IEIVNIVM duplex, scilicet spirituale, id est, à peccatis, & corporale, id est, ab escis, 22ᵉ.q.147.2.1ᵐ.

2 Ieiunium à cibis duplex, scilicet naturæ, & ecclesiæ, 22ᵉ.q.147.1.3ᵐ. & 3.c.& 6.2ᵐ.& 3ª.q.80.8.4ᵐ.

3 Ieiunium duplex, scilicet luctus, id est, cum amaritudine peccatorum & præsentis vitæ, & ieiunium exultationis, 22ᵉ.q. 147. 4.5ᵐ.

4 Ieiunium est actus virtutis, scilicet abstinentiæ & temperantiæ elicitiuè: sed aliarum virtutum imperatiuè, 22ᵉ. q.3.1.c.& q.88. 6.c.& q.146.principio.& q.147.1.2.o.

5 Ieiunium ecclesiæ, est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum: secundum Isidorum, 12ᵉ.q.147.2.1ᵐ.

6 Nimis, ieiunans, vel nimis vigilans, peccat: quia si aliquis in tantùm natutæ virtutem debiliter per ieiunia, & vigilias, & alia huiusmodi, quod non sufficiat debita opera exequi, puta prædicator, prædicare, doctor docere, cantor cantare, & sic de aliis: absque dubio peccat, sicut etiam peccaret vir, qui nimia abstinentia se impotentem redderet ad debitum vxori reddendum, & seruus in obsequiis, quæ domino debet impendere, 3ª.q.97.3. 3ᵐ.& 22ᵉ.q.10.12.1ᵐ.& q.88.2.3ᵐ.& q.125.1.2ᵐ.& 147.1.2ᵐ.&q.188. 6.3ᵐ.& 3ª.q.40.2.1ᵐ.

7 Ieiunium pulchrè commendatur, per multos eius effectus, 22ᵉ.q. 1.c.1ᵐ.& 3ª.q.40.2.3ᵐ.& 1ª.2.Thim.4.col.6.principio.

8 Ieiunium non est contra libertatem fidelium, sed contra seruitutem peccati, 22ᵉ.q.147.3.3ᵐ.

9 Ieiunium principaliter sumitur propter tria, scilicet propter comprimendas concupiscentias carnis: propter eleuationem mentis, & propter satisfactionem, 22ᵉ.q.147.1.3.5.7.c.

10 Ieiunium est satisfactorium, quia subtrahit delectationem, addēs afflictionem & impedit peccata futura, debilitando concupiscentiam, 22ᵉ.q.147.1.3.5.7.c.

11 Christus ieiunauit, nō ex necessitate, sed vt doceret quàm bonum est ieiunium: quia scutum est contra diabolum, 22ᵉ.q.147.5.1ᵐ. & 3ª.q.40.2.3ᵐ.& q.41.3.c.

12 Christus ieiunauit post baptismum, quia baptizatos oportet intendere ieiunio, & non lasciuiæ, 22ᵉ.q.147.5.1ᵐ.& 3ª.q.40.2.3ᵐ. & q.41.1.3.c.

13 Christus non ieiunauit plus quàm Moyses & Helias, vt crederetur verus homo, 3ª.q.40.2.3ᵐ.& q.41.3.c.

14 Ieiuniū ante pascha, fit quadraginta diebus, sicut à Christo, Moyse, & Helia, quadruplici ratione, scilicet vel quia secundum Gregor. per hos quadraginta dies virtus decalogi, per libros quatuor sancti euangelij impletur: vel quia dignum est, vt carnem nostram quaterdecies affligamus: vel quia in his offerre contēdimus decimas dierum: vel quia secundum August. creaturæ inuisibili debetur ternarius numerus: sed creaturæ visibili debetur quaternarius propter calidum, frigidum, humidum

Universidad de Deusto Biblioteca

& siccum. Vnde si denarius numerus ducatur per quaternarium, qui competit corpori, per quod administratio geritur: quadragesimum numerum conficit, 22ᵉ.q.147.5.c. & 3ª.q.40.2.3ᵐ.

15 Ieiunium quadragesimæ arctius obseruatur, quàm alio tempore: quia per illud imitamur Christum, 22ᵉ.q.147.8.3ᵐ.

16 Iudæi ieiunabant mense quarto, quinto, septimo, & decimo, propter aliquas tribulationes tunc habitas, 12ᵉ.q.147.5.2ᵐ.

17 Iudæi ieiuuabant vsque ad vesperam, id est, vsque ad noctem: quia nocti comparatur status veteris testamenti, quia post mortem ibant ad limbum tenebrosum, propter peccatum Adæ, per cibum vetitum, 22ᵉ.q.147.7.1ᵐ.

18 Ieiunium non est necessarium absolutè, sed ex præcepto ecclesiæ: quia secundum se est pœnale: ideo non est eligibile, nisi inquantum est vtile ad aliquem finem, 22ᵉ.q.147.3.1ᵐ.& 3ª.q.40.2.1ᵐ.

19 Ieiunium est de præcepto legis naturæ, secundum quod est necessarium ad salutem: sed determinatio temporis eius & modi, est de præcepto ecclesiæ, 22ᵉ.q.147.3.o.

20 Omnes tenentur ad ieiunia ecclesiæ, nisi sint legitimè impediti: vel nisi sit euidens causa non ieiunandi: vt in pueris & senibus, propter defectum & debilitatem naturæ & huiusmodi, 22ᵉ.q.147.4.o.& 7.3ᵐ.

21 Iusti tenentur ad ieiunia ecclesiæ, & ad alia præcepta eius, sicut & alij, 22ᵉ.q.147.4.3ᵐ.

22 Pueri non tenẽtur ad ieiunia ecclesiæ, quamdiu sunt in statu augmenti: quod in plutibus, est in fine tertij septennij: sed exercendi sunt in eis secundum modum ætatis, tamen quandoque in magna tribulatione iubentur pueri & bruta ieiunare, 22ᵉ.q.147.4.2ᵐ.

23 Itinerantes & operarij, debent ieiunare, diminuendo laborem, nisi sit necessitas, 22ᵉ.q.147.4.3ᵐ.

24 Pauperes habentes simul sufficiens prandium, tenentur ieiunare: non autem si paulatim, 22ᵉ.q.147.4.4.

25 Transgrediens præceptum de ieiunio ex contemptu, vel impediendo finem peccat mortaliter: non autem si ex causa rationabili, 22ᵉ.q.147.3.2ᵐ.

26 Ieiunia quatuor temporum, sunt quasi primitiæ & expiatio totius anni, 22ᵉ.q.147.5.c.

27 Ieiunium exultationis, non est in præcepto ecclesiæ: propter quod non est ieiunium ab ecclesia institutum in toto paschali tempore. Ieiunium autem, afflictionis & luctus, non decet tempore lætitiæ, scilicet tempore paschali, vel in dominicis, 22ᵉ.q.147.5.3ᵐ.

28 Ieiunium de se, nullo tempore est prohibitum. Tamen ieiunãs in dominica, contra cõsuetudinem ecclesiæ, vel ex superstitione, vt necessarium, sicut Manichæi: peccat, 22ᵉ.q.147.5.3ᵐ.

29 Ieiunium fit in vigiliis sanctorum, causa præparationis ad deuotionem: & causa significationis, quod sancti per afflictiones peruenerint ad gloriam, 22ᵉ.q.147.5.c.

30 Conueniens hora prandij tempore ieiunij, est hora nona: sed hora sexta, alio tempore: quia secundum communem cursum, comedendi illa est hora, quia cibus non debet apponi, quousque natura circa cibum præcedentem occupata est. Occupatur autẽ natura in cibo assumpto dupliciter. Primò digerendo ipsum: & quia digestio fit per calorem naturalem, ideo illud tempus digestioni est congruum, in quo calor naturalis ad interiora renocatur, scilicet nox, propter subtractionem radiorum solis, & propter somnum, in quo intenduntur virtutes naturales: secundo cibum iam decoctum deducendo per membra, quibus debet assimilari, & ad hoc requiritur, quod calor nutrimentum deducens, vsque ad extremas partes corporis euocetur. Calor autem solis calorem naturalem ad exteriora reuocat: & ideo quando completur solis ascensus, quod fit hora sexta, quia tunc est circa medium, tunc eius opus completum est: & ideo tunc est tempus communiter sumendi cibum: & quia ieiuniũ ecclesiæ, debet esse pœnale & satisfactorium, ideo supra hoc aliquid additur: non autem, tantum quod penitus humor cibi præ assumpti exsiccetur, aut naturalis penitus debilitetur: vnde partito residuo tempore, hora nona occurrit: in qua cibus secundum ecclesiæ statutum in diebus ieiunij sumendus est. 22ᵉ.q.147.7.o.

31 Hora prandij in ieiunio, determinatur secundũ glossam æstimationem: licet sit modicum ante vel post nonam, nõ enim ecclesia artare intendit, ad subtilem temporis inspectionem: nec oportet astrolabiũ accipere, ad horam comestionis cognoscẽdam vnde sufficit si circa horam illam quam ecclesia instituit, ieiunans sumat cibum: etiam si aliquantulum propter aliquam necessitatem anticiparet, 22ᵉ.q.147.7.2ᵐ.

32 Talis taxatio temporis, non multum potest alicui nocere, cuiuscũque conditionis existat: vel si fortè propter infirmitatem, velætatem, aut aliquid huiusmodi hoc eis in magnum grauamẽ cederet: esset cum eis ieiunio dispensandum: vel vt aliquantulum præuenirent horam, 22ᵉ.q.147.7.3ᵐ.

33 Pluries comedens in vna die per modum cibi, soluit ieiunium: non autem si fiat per modum medicinæ, 22ᵉ.q.147.6.o.

34 Comestio carnium, soluit ieiunium: non autem esus piscium, vel leguminum: nec potus vini, 22ᵉ.q.147.8.o.

35 Oua, & lacticinia respitãtium, sicut interdicta in ieiunio quadragesimæ: non autem in aliis, nisi secundum consuetudinem patriæ, 22ᵉ.q.147.8.c.3ᵐ.

36 Electuaria, vel aliæ medicinæ, soluunt ieiunium naturæ: non autem ieiunium ecclesiæ, nisi fiat in fraudem, 22ᵉ.q.147.6.3ᵐ.

37 Potus quicunque, etiam aquæ, soluit ieiunium naturæ, quia aliquo modo nutrit: nõ autem ieiunium ecclesiæ, nisi fiat in fraudem, 22ᵉ.q.147.6.2ᵐ.& 3ª.q.80.8.4ᵐ.

1 IEPTE peccauit, vouendo & reddendo: sed ponitur in cathalogo sanctorum propter fidem, & deuotionem, & victoriam, & probabile est quod pœnituit, licet aliquod bonum figuraret, 22ᵉ.q.88.2.2ᵐ.

1 IEREMIAS verbis & mysteriis, passionem Christi apertissimè prænunciauit, & eam suis passionibus, expressissimè præfiguraut, 3ª.q.27.6.c.fi.2ᵐ.

2 Ieremias & Moyses considerantes insufficientiam propriam, recusabant non pertinaciter officium, quod digni erant ex gratia Dei, 22ᵉ.q.133.1.4ᵐ.

1 IEROTHEVS doctus est, non solum discens: sed & patiens diuina: secundum Dionysium, 1ª.q.16.3ᵐ.fi.& 22ᵉ.q.45.2.c.

2 Aliquis experitur in seipso gustum diuinę dulcedinis, & cõplacentiam diuinæ bonitatis: sicut de Ierotheo dicit Dionysius, quod didicit diuina ex compassione ad ipsa, 22ᵉ.q.97.2.2ᵐ.

1 IERVSALEM est in medio terræ habitabilis, 3ª.q.46.10.1ᵐ.

1 IESVS significat naturam humanam: sed Christus significat naturam diuinam & humanam, 3ᵉ.q.16.5.c.& q.17.1.c.

2 Hoc nomen Iesus, conuenienter impositum est Christo in sua circuncisione, 3ª.q.37.2.o.

3 Hoc nomen Iesus, est nouum & proprium, inquantum, significat spirituale, & vniuersale salutem: non autem vt particulare & temporale, 1ª.q.37.2.2ᵐ.

4 Multa alia nomina Christi, significãt idem quod Iesus, id est, salutem, 3ª.q.77.2.1ᵐ.

1 SPECIES ignis sunt tres, scilicet lux, id est, ignis in materia propria flamma, id est, ignis in humido aëreo, & carbo, id est, ignis in sicco terrestri, 1ª.q.67.2.2ᵐ.& 12ᵉ.q.35.8.c.

2 Ignis nõ lucet in propria materia, id est, in sua sphæra, nec in materia opaca terrestri, nec in sulphure, nec in fumo grosso, nec in inferno, 1ª.q.66.1.5ᵐ.

1 IGNORANTIA sextuplex, scilicet inuincibilis, affectata in se, vel in sua causa, iuris, facti, causa actus, & non causa: prima & quarta excusant à peccato in toto: secunda & tertia excusant non in toto: quinta excusat à toto si non sit culpa: sexta verò nec excusat, nec minuit peccatum, 12ᵉ.q.74.1.2ᵐ.& 5.c.1ᵐ.& q.76.3.4.o.& 22ᵉ.q.59.4.1ᵐ.& 3ª.q.47.5.3ᵐ.& q.80.4.5ᵐ.

2 Ignorantia tripliciter se habet ad actum, scilicet concomitanter, consequenter, id est, volita in se vt affectata, vel in sua causa scilicet habitu vel passione vt ignorantia electionis: & antecedenter, id est causa actus. Tertia causat inuoluutarium simpliciter: secunda secundum quid: prima verò nullo modo, sed tantùm non voluntarium, 12ᵉ.q.6.8.o.& q.19.6.c.& q.76.3.4.o.

3 Ignorantia est volita tripliciter, scilicet directè, vt affectata: indirectè, id est, propter negligentiam: & per accidens, id est, consequenter. Prima auget peccatum. Aliæ verò diminuunt, 12ᵉ.q.19.6.c.

4 Ignorantia excludit triplicem scientiam, scilicet qua scitur aliquid esse malum secundum se: vel vt nunc: vel vt fugiendum, 12ᵉ.q.78.1.1ᵐ.

5 Ignorantia habet rationem pœnæ, & non culpæ secundum se: sed ignorantia ex causa, scilicet ex negligentia discendi, vel ex effectu sequente, est peccatum, 12ᵉ.q.76.2.o.& q.84.4.5ᵐ.& q.109.2.9ᵐ.& 22ᵉ.q.53.2.2ᵐ.

6 Nescientia est simplex carentia scientiæ: sed ignorantia propriè, est nescientia eorum quæ quis est aptus scire & debet. Error autem addit approbationem falsi: sed hæresis ei addit pertinaciam contra fidem, 1ª.q.101.1.2ᵐ.& 12ᵉ.q.7.6.

7 Ignorantia electionis dicitur, non quia electio sit scientia: sed quia ignoratur quid sit eligendum, 12ᵉ.q.13.1.3ᵐ.

8 Ignorantia priuationis, id est, eorum quæ quis tenetur scire & potest, est peccatum: non autem aliorum, 12ᵉ.q.76.2.o.& q.94.4.c.2ᵐ.& 3ᵐ.

9 Ignorantia negatiuè poterat esse in natura integra, non autem ignorantia priuatiuè, 1ª.q.12.4.2ᵐ.

10 Nulla ignorantia fuit in Christo, 3ª.q.15.1.o.

11 Ignorantia negatiuè, semper est in angelis, & in aliis beatis, non autem ignorantia priuatiuè: quia est pœna, 1ª.q.12.4.2ᵐ.

12 Ignorans non peccat cõtinuè, nec ex quolibet non scito per eum, sed tantùm cum habet tempus discendi ea quæ scire tenetur & potest. Vnde homo non dicitur ignorans, si non intelligit, sicut Deus, sed si non intelligit sicut aptus natus est intelligere, 12ᵉ.q.76.2.5ᵐ.& 4.3ᵐ.& q.94.4.c.2ᵐ.& 3ᵐ.

13 Ignorans grauissimè peccat, non propter quantitatem peccati, sed periculi. Vel ignorantia beneficiorum Dei, est grauissima inter species ingratitudinis, 12ᵉ.q.76.4.3ᵐ.

14 Ignorantia alicuius particularis, id est, circunstantiæ, quàm quis non potest scire, debita diligentia adhibita, excusat totaliter à peccato: non autem ignorantia quam causat habitus vel passio, impedięs applicationem scientiæ communis, ad particularem, actum, 12ᵉ.q.19.6.c.& q.77.7.2ᵐ.& 22ᵉ.q.59.4.1ᵐ.& 3ª.quæst.80.4.5ᵐ.

15 Ignorãtia non excusat, nec minuit peccatum nisi secundum quòd causat inuoluntarium, 12ᵉ.q.19.6.c.& q.73.6.c.& q.76.3.4.o.& q.77.7.2ᵐ.& q.103.2.9ᵐ.

16 Ignorantia præcedens inclinationem apperitus, causat eam ideo quanto maior est, tanto magis causat inuoluntarium, & excusat à peccato, non autem ignorantia sequens, sed magis grauat, 22ᵉ.q.156.3.1ᵐ.

17 Ignorantia opposita scientiæ practicæ, excusat, vel minuit peccatum: non autem ignorãtia electionis: sed constituit peccatum, & opponitur prudentiæ, 12ᵉ.q.47.2.c.& q.88.2.c.

18 *Ignorantia electionis, nec excusat, nec minuit, nec causat peccatum, sed sequitur omne peccatum, 12ᵉ.q.76.4.1ᵐ.& q.78.4.1ᵐ.

19 Nulla ignorantia est causa peccati, nisi per accidens, scilicet illa quæ tollit cognitionem vniuersalem, vel particularem prohibentem peccatum, 12ᵉ.q.76.1.o.& 3.c.

20 Agens contra constitutionem vel præceptum Papæ propter ignorantiam, non excusatur à peccato, si teneatur & potuerit eam scire inquantum in eius notitiam deuenit per alios, vel deuenire potest, promulgatione facta: quia omnes tenentur eam scire, 12ᵉ.q.99.4.c.2ᵐ.& 3ᵐ.

ILLABI meriti conuenit soli Deo, 3ª.q.88.1ᵐ.& q.64.1.c.

ILLIBERALITAS magis opponitur liberalitati, quàm prodigalitas, 22ᵉ.q.107.2.c.

1 *ILLVMINATIO non est motus, 1ª.q.53.3.c.

2 Illuminatio fit in instanti, quia non est motus, sed est terminus motus localis: & lumen non habet contrarium, ideo subiectum eius est in vltima dispositione, 1ª.q.53.3.c. 2ᵐ.& q.67.2.c.& 12ᵉ.q.113.7.c.& 3ª.q.75.7.c.

3 Illuminatio non est motus localis, sed alteratio, 1ª.q.53.3.2ᵐ.

4 Homo non potest illuminare, confortando lumen alterius, quia in eo est debilissimum lumen intellectuale, nisi fortè instrumentaliter dirigendo, proponendo exempla, vel applicando principia conclusioni, 1ª.q.117.1.o.

5 Sacerdos illuminat, tradendo sacramenta gratiæ, non autem infundendo gratiam, 3ª.64.1.1ᵐ.

Omnis qui illuminatur, percipit illuminationem ex parte obiecti, non autem semper ex parte principij, 1ª.q.111.1.3ᵐ.

1 IMAGINATIO & sensus, nunquam cognoscunt naturam rei, sed tantum accidentia, 1ª.q.57.1.2ᵐ.& 3ª.q.76.7.c.

2 Non possumus imaginari, quæ nullo modo sentimus secundum totum, vel secundum partem, ideo cæcus natus, nõ potest imaginari colorem, 1ª.q.84.3.c.fi.& 4.o.& c.fi.& q.111.3.1ᵐ.& 2ᵐ.

3 Sub imaginatione non cadit nisi corpus, 1ª.q.50.1.c.

4 Imaginatio cooperatur suo obiecto, formando aliquas species, non autem sensus, 1ª.q.12.9.2ᵐ.& q.78.4.c.& q.84.6.2ᵐ.& q.85.2.3ᵐ.

5 Imaginatio ægritudinum, quandoque causat eas, 3ª.q.13.3.3ᵐ.

6 Bonitas imaginationis, est dispositio ad scientiam, quæ est in intellectu, 12ᵉ.q.74.4.3ᵐ.& q.81.2.c.

1 IMAGINATIVA est idem quod phantasia, 1ª. q.78.4.c. & q.84.6.2ᵐ.

2 Imaginatiua est altior potentia, quàm sensus exterior, in quo tamen est maxima certitudo, quia est principium omnis cognitionis humanæ: & semper oportet principia cognitionis esse certiora, 1ª.q.10.4.2ᵐ.

1 IMAGO quælibet, est similitudo, & non econuerso, quia imago addit esse expressum ab alio, 1ª.q.35.1.c.1ᵐ.& 2.c.& q.93.1.c. & 9.o.

2 Differentia triplex, inter imaginem & similitudinem, scilicet quia imago pertinet ad formam, scilicet specialem, similitudo autem ad naturã. Imago pertinet ad cognitionẽ veritatis, quæ est tam ad naturã. Imago pertinet ad potẽtias, scilicet principium demonstrans naturam intellectualem: similitudo autem ad amorem virtutis. Imago pertinet ad memoriam, intelligentiam, & voluntatem, similitudo verò ad habitus consequentes, scilicet innocentiam & iustitiam, 1ª.q.93.9.o.

3 Imago propriè dicitur, quod procedit ad similitudinem alterius: id autem à quo procedit, dicitur propriè exemplar, impropriè autem imago, 1ª.q.35.1.1ᵐ.& q.93.5.4ᵐ.

4 Ad rationem imaginis non sufficit expressa similitudo secundum genus vel secundum accidens commune, sed requiritur quòd sit expressa similitudo secundum speciem vel secundum accidens proprium speciei, & præcipuè secundum figuram, 1ª.q.35.1.c.& q.93.2.6.7.8.c.

5 Æqualitas est de ratione imaginis perfectæ, non autem imperfectæ, 1ª.q.93.1.c.

6 Imago alicuius est in aliquo dupliciter, scilicet perfectè, id est in eadem natura, vt filius: & imperfectè, id est in alia natura, vt statua, 1ª.q.35.2.3ᵐ.

7 *Idem est motus in rem ipsam, & in imaginem eius, inquantum huiusmodi, non autem, vt res, 22ᵉ.q.81.3.3ᵐ.& q.103.3.3ᵐ.& 3ª.q.8.3ᵐ.& q.25.3.c.1ᵐ.

8 Imago propriè, id est, id quod imitatur, dicitur tantùm personaliter in diuinis essentialiter autem, impropriè, id est, id in quo, 1ª, q.35.1.o.& q.93.5.4ᵐ.

9 Imago non conuenit spiritui sancto: sed tantùm filio, 1ª.q.35.2.o.

10 Imago Dei perfecta, conuenit soli filio Dei, sed imago Dei imperfecta, cõuenit soli creaturæ, 1ª.q.35.2.3ᵐ.& q.47.1.2ᵐ.& q.88.3.3ᵐ.q.93.1.3ᵐ.

11 Nulla creatura irrationalis, est Dei imago, vel ad imaginem Dei, 1ª.q.45.7.c.& q.93.2.o.& 3.c.1ᵐ.& 6.c.

12 Homo & angelus, sunt ad imaginem Dei, & imago eius: filius autem Dei, est imago tantùm, 1ª.q.3.1.2ᵐ.& q.4.3.o.& q.35.2.3ᵐ.& q.45.7.c.& q.91.4.1ᵐ.& 2ᵐ.& q.93.1.c.fi.& 3ᵐ.

13 Angelus est simpliciter expressior imago Dei, quàm homo, sed econuerso secundum quid, 1ª.q.93.3.o.

14 Imago Dei, in homine & in angelo, est secundum mentem tantùm, 1ª.q.4.1.2ᵐ.& q.93.2.c.& 3.2ᵐ.& 4.1ᵐ.& 6.7.o.

15 Imago Dei est aliquo modo in mente, respectu cuiuslibet obiecti, verius tamẽ respectu sui: sed verissimè respectu Dei, 1ª.q.93.8.o.

16 Assignatio imaginis duplex, scilicet prima secundum potentias scilicet secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem, secunda verò secundum essentiam & habitus consubstantiales, scilicet secundum mentem, notitiam & amorem, 1ª.q.93.7.o.

17 *Prima assignatio imaginis, scilicet memoria, intelligentia, & voluntas, est secundum potentias, 1ª.q.93.7.o.

18 *Imago Dei est principaliter secundum actus, sed consequenter secundum potentias, & præcipuè secundum habitus, 1ª.q.93.7.o.

19 Imago Dei secundum principale eius, id est secundum naturam intellectualem, est tam in viro quàm in muliere, sed quo ad secundarium, scilicet principium & finem, est tantùm in viro, 1ª.q.93.4.1ᵐ.& 6.2ᵐ.

20 Imago prius repræsentat essentiam Dei, & consequenter tres personas, 1ª.q.93.5.o.& 6.c.

21 In homine est triplex imago Dei, scilicet recreationis, creationis, & similitudinis: prima est cuiuslibet hominis, secũda iustorum tantùm, tertia verò beatorum tantùm, 1ª.q.93.4.o.

22 Imagines Christi & sanctorum, fiunt in ecclesia, triplici de causa, primo ad institutionem tudium, qui eis quasi quibusdam libris docentur: secundo vt incarnationis mysterium, & sanctorum exempla magis in memoria nostra maneãt: dum quotidie oculis repræsentantur: tertiò ad excitandum deuotionis affectum, qui ex visis efficacius incitatur, quàm ex auditis, 22ᵉ.q.94.2.1ᵐ.

IMMISERICORDIA est in subtractione beneficij, sed crudelitas est in excessu puniendi, & vnum aliquando ponitur pro alio, 22ᵉ.q.159.1.2ᵐ.& 3ᵐ.

QVANTO creaturæ magis appropinquant Deo, tanto magis sunt immobiles, 1ª.q.65.1.1ᵐ.

1 IMMOLARI conuenit Christo in figuris veteris testamenti, 3ª.q.83.1.c.

1 IN lege veteri, duplex immundicia prohibebatur, scilicet spiritualis i. peccatum: & corporalis, ex aliqua corruptione perfecta vel in fieri qua impediebãtur ab exteriori cultu Dei, sicut irregularitate quadam, 12ᵉ.q.102.5.4ᵐ.& 5ᵐ.& 6ᵐ. 6.& 1ᵐ.& q.103.2.c.

1 Prima & secunda immundicia expiabatur per sacrificia pro peccato, præter eam quæ causata erat per solum tactum rei immundæ, quia per solam aspersionem aquæ expiationis, expiabatur, 12ᵉ.q.102.5.4.3ᵐ.& 6ᵐ.

IMPAVIDITAS opponitur fortitudini, secũdum defectum timoris: timiditas autem, secundum excessum eius, 22ᵉ.q.126.2.o.

IMPECCABILIS per naturam, non potest fieri aliqua creatura à Deo, sed tantùm per gratiam, 1ª.q.63.1.c.& 22ᵉ.q.24.11.c.princip.

IMPEDIMENTVM duplex scilicet contrarium, & defectus, 12ᵉ q.4.5.4ᵐ.

2 Homo tripliciter impeditur à studio diuinæ cognitionis, scilicet propter ineptitudinem, occupationem, & pigritiam, 22ᵉ.quæst.2.4.c.

3 Non impediens malum, non peccat: nisi debeat & possit impedire, 12ᵉ.q.6.3.c.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 IMPERARE est actus rationis præsuppositio actu voluntatis,12ᵉ.q.17.1.o.& q.60.1.c.fi.& 22ᵉ.q.47.8.3ᵐ.& q.83.1.10.c. & q.104.1.c.
2 Imperare est ordinare aliquid ad faciendum, aliquid intimando, seu denunciando:non quidem absolutè,sed mouendo,22ᵉ.q.17.1.2.5.o.& 22ᵉ.q.3.1.c.& q.88.1.c.
3 Actus imperatus & imperium,sunt vnus actus humanus vt totum & multa secundum partes, 12ᵉ.q.17. 4.o.& q.20.3. c.1ᵐ.& 3ª.q.19. 2. o.
4 Vsus rei, vt est in ratione referēte rem in finem,est prior imperio & electione,quæ etiam est prior imperio, sed vt subditur potētiæ exequenti,est posterior imperio,12ᵉ.q.17.3.o.
5 *Imperare non conuenit brutis,12ᵉ.q.17.2.o.
6 Virtutes appetitiuæ brutorum, non sunt imperantes libere sed secundum naturalem instinctum, bruta mouentur ad apprehensa,12ᵉ.q.11.2.c.
7 Voluntas imperat aliis viribus,& etiam intellectui, 12ᵉ.q.71.6.2ᵐ. & 22ᵉ.q.4.2.2ᵐ.& q.10.2.c.& q.58.8.1ᵐ.
8 Voluntas dicitur imperare impropriè dupliciter,scilicet interpretatiuè inquantum mouet, & vt est de fine, 12ᵉ.q.1.2.1ᵐ.& 22ᵉ.q. 47.8.3ᵐ.
9 IMPERATVM, & Quilibet actus,vt est in potestate nostra,subditur imperio rationis,12ᵉ.q.17.6.
10 Actus rationis,quo ad exercitium,semper potest imperari, & quo ad apprehensionem veritatis,12ᵉ.q.17.6.o.
11 *Actus voluntatis potest imperari,12ᵉ.q.17.5.o.
12 Primus actus voluntatis,non potest imperari à ratione, quia non sit ex ordinatione rationis,sed ex instinctu naturæ, vel ex ordinatione superioris causæ,scilicet Dei,12ᵉ.q.1.2.3ᵐ.& q.9.4.c.& q. 17.5.3ᵐ.& 6.o.
13 Sensus exteriores,non subduntur imperio rationis, quia non possunt sentire,nisi in præsentia sensibilium,1ᵉ.q.81.3.3ᵐ.& 12ᵉ.q.17. 7.3ᵐ.
14 Motus membrorum, inquantum membra mouentur à potentiis sensitiuis, subduntur imperio rationis, non autem secundum quòd mouentur à potentiis naturalibus & vegetatiuis,1ª.q.81.3. 2ᵐ.& 12ᵉ.q.17.9.o.& 22ᵉ.q.168.1.c.
1 RATIO cognoscendi imperfectum,est ipsum perfectum,1ª.q.14. 10.4ᵐ.& 12ᵉ.q.100.6.2ᵐ.
2 Imperfectio duplex, scilicet vna quæ est de ratione imperfecti, tunc enim oportet quòd adueniente perfectione imperfectum excludatur,sicut adueniente aperta visione,excluditur fides, de cuius ratione est, vt sit non apparentium, alia est imperfectio quæ non est de ratione rei imperfectæ, & tunc illud numero idem quod erat imperfectum, fit perfectum, sicut puer fit vir, 22ᵉ.q.4.4.1ᵐ.
IMPLERE voluntatem conuenit soli Deo , quia solus Deus mouet eam sufficienter vt obiectum, 1ª.q.105.4.c.& q.106.2.c.& 12ᵉ.q.2. 7.8.c.& q.3.1.c.
IMPORTABILE hoc solum videtur in iis, qui ex infirmitate peccant,quòd diu perseuerāt in malo,& ideo dicitur, quòd ex longanimitate Dei supportāturised hoc ipsum quòd aliquis ex superbia peccat,importabile videtur : & ideo per patientiam Dei dicuntur sustineri,qui ex superbia peccant,22ᵉ.q.137.5.4ᵐ.
IMPORTVNITAS est euagatio mētis ad illicita, secundum quòd in arce mentis residet, volentis ad diuersa se diffundere , 22ᵉ.q. 35.4.3ᵐ.
1 IMPOSSIBILITAS duplex,scilicet vera & æstimata, 12ᵉ.q.40.4.3ᵐ.
2 Impossibile aliquando pro difficili sumitur , 22ᵉ.q.64.6.3ᵐ.& 3ª.q. 86.1.2ᵐ.fi.
IMPRECATIONES in sacra scriptura , intelliguntur quadrupliciter,scilicet prædicando, vel temporaliter ad correctionem, vel contra peccatum vel secundum voluntatem Dei, 22ᵉ.q.25.6.3ᵐ. & q.76.1.o.& q.83.8.1ᵐ.& 2ᵐ.
IMPROVIDENTIA & defectus intelligentiæ & solertiæ, pertinēt ad negligentiam & inconstantiam, 22ᵉ.q.53.2.c.fi.
1 IMPRVDENTIA sumitur tripliciter scilicet negatiuè , priuatiuè,& contrariè,prima non est peccatum,sed secunda est peccatum,ratione negligentiæ : tertia verò secundum se est peccatum mortale , si sit contra præceptum Dei , aliter est peccatum veniale,22ᵉ.q.53.1.o.
2 Imprudentia est generale peccatum participatiuè , non autem essentialiter:cuius sunt triplices partes , scilicet subiectiuè, id est, monastica politica,& œconomica,potentiales , id est , præcipitatio seu temeritas , inconsideratio, inconstantia, & negligentia, & integrales , quæ reducuntur ad potentiales, 22ᵉ.quæst.53. 2.o.
3 Imprudentia per essentiam peccatum est speciale , cum sit circa actus speciales,scilicet rationis,22ᵉ.q.53.2.c.
4 Imprudentia cum suis vitiis,oritur ex luxuria,22ᵉ.q.53.6.o.
IMPVDICITIA est circa oscula, tactus , & alios actus circunstantes actum venereum,22ᵉ.q.154.1.3ᵐ.
1 IMPVGNARE inimicos , vt cessent à peccatis , est licitum,quia cedit in bonum eorum,& amicorum,22ᵉ.q.83.8.3ᵐ.
2 Impugnatio veritatis agnitæ , est species peccati in spiritum sanctum,22ᵉ.q.142.c.
3 Impugnatio peccati est vincenda dupliciter, scilicet fugiēdo, vel resistendo : fugiendo quidem,quādo continua cogitatio auget peccati incentiuum,sicut est in luxuria:resistendo autem,quando cogitatio perseuerans tollit incentiuum peccati quod prouenit ex aliqua leui apprehensione:& hoc contingit in accidia, 22ᵉ.q.35.1.4ᵐ.& q.53.6.1ᵐ.& q.142.1.c.
1 IMPVRITAS est ex mistione vilioris, 22ᵉ.q.7.2.c.& q.81. 8.c.
2 Impuritas creaturæ rationalis est ex hoc , quòd temporalibus per amorē se subiicit:sicut puritas eius est,in eleuando se in Deum, 22ᵉ.q.7.2.c.& q.81.8.c.
1 IN proprié notat habitudinem continentis,1ª.q.39.8.c.fi.
2 Esse in aliquo dicitur dupliciter, scilicet vt in causa, & vt in subiecto,12ᵉ.q.83.1.c.
3 Aliquid dicitur esse in duobus vel in pluribus dupliciter , scilicet æqualiter,vel secundum prius & posterius,12ᵉ.q.56.2.c.fi.
4 Corporalia dicuntur esse in aliquo, quia continentur , spiritualia verò,quia continent,1ª.q.8.1.2ᵐ.& q.52.1.fi.& q.53.1.2.c.& 3ª.q.57. 4.1ᵐ.& q.62.3.3ᵐ.
5 Non omnes modi imponuntur ab Aristotele,nisi reductiuè, 1ª.q. 42.5.1ᵐ.
6 Deus est in omni loco dupliciter,scilicet vt dans esse virtutem , & operationem locis:& vt implens ea,1ª.q.8.2.o.
7 Deus est supra omnia, per excellentiam suæ naturæ : & in omnibus,vt causans esse omnium,1ª,q.8.1.1ᵐ.& 3ᵐ.
8 Deus est intimus vnicuique rei: sicut esse proprium cuiuslibet rei,1ª.q.8.1.c.fi.& q.105.5.c.fi.
9 Deus est in omni re,per essentiam,præsentiam.& potentiam : sed tantùm in sanctis per gratiam,in Christo autem solo,per vnionem personalem,1ª.q.8.3.o& q.43.3.c.& q.112.1. c. & 3ª.q.2.10.2ᵐ. & q.6.1.1ᵐ.
10 Deus magis est intra animam,quàm gratia,& quicquid aliud , 1ª. q.105.5.c.fi.
11 Nullus modorum , in quos assignat Aristoteles , explicat modum essendi in,qui est in diuinis,1ª.q.42.5.1ᵐ.
12 Deitas habitat in Christo corporaliter tripliciter:primo per vnionem ad corpus : secundo non figuraliter , tertio secundum triplicem modum,scilicet communem,specialem,& singularem, 3ª.q.2.10.2ᵐ.
13 Pater est in filio:& econuerso,1ª.q.42.5.o.
14 Filius Dei est magis in patre , & econuerso , quàm homo in filio Dei,3ª.q.2.9.4ᵐ.
15 Omnia bona & mala , sunt in scientia Dei , sed tantum bona sunt in Deo,& tātùm tres personæ,proprietates,& attributa, sunt in essentia Dei,1ª.q.18.4.4ᵐ.& q.39.8.c.fi.
16 Ea quæ in creaturis sunt diuisim & multipliciter,in Deo sunt vnitæ & simpliciter,1ª.q.14.1.2ᵐ.& q.26.1.1ᵐ.& q.47.1.c.fi.& q.57.1.c. & q.91.1.c.& 12ᵉ.q.18.1.c.& 22ᵉ.q.183.2.c.
17 Creaturæ habent verius,esse in Deo,quàm in se,1ª.q.18.4.3ᵐ.
18 Omnia sunt in omnibus,scilicet superiora in inferioribus causaliter : sed econuerso participatiuè secundum rationem communem tantùm, in Deo autem,secundum rationem propriam , 1ª. q.55.1.c.3ᵐ.& q.57.1.c.
19 Quælibet creatura est in Deo,dupliciter, scilicet vt in conseruante:& vt in virtute causæ agentis, 1ª. q.8, 1.o. & q.79.2.c.& q.80. 1.c.
20 Creaturæ sunt in Deo dupliciter , scilicet vt in conseruante, & vt in cognoscente:secundo modo sunt vita & essentia Dei,nō autem primo modo,1ª.q.18.4.1ᵐ.
21 In Deo sunt multa secundum rationem, quorum aliqua prius cadunt in intellectu nostro,quàm alia,1ª.q.44.4.4ᵐ.
INCANTATIO est superstitiosa,& illicita , si continet aliquid ad dæmones pertinens,vel nomina ignota: vel aliqua falsa vel vana, vel aliqua signa præter crucem,12ᵉ,q.96.2.4.o.
INCARCERARE hominem,vel ligare,vel qualitercunque detinere,est illicitum,nisi fiat secundum ordinem iustitiæ, vel in pœnam,vel ad cautelam alicuius mali vitandi,22ᵉ.q.65.3.o.
1 INCARNARI Deum,fuit possibile,& conueniens,3ª.quæst. 1.1.o.
2 Deum incarnari , fuit necessarium , ad reparandum genus humanum,sicut ad bene esse : non autem simpliciter , quia Deus aliter poterat reparare,3ª.q.1.2.o.
3 Si homo non peccasset,probabilius est, Deum non fuisse incarnatum,licet incarnari potuisset,3ª.q.1.3.o.
4 Christus non meruit incarnationem , nec aliquis purus homo ex condigno,sed tantùm ex congruo , 12ᵉ.q.98.4.c.& 3ª.q.2.11.o. & q.24.3.c.fi.

5 Incarnatio est generale principium,ad quod omnia officia angelorum ordinantur,1ª.q.57.5.1ᵐ.
6 Incarnatio Dei,principaliter fuit propter liberationem hominis, 3ª.q.1.5.c.& q.40.1.c.& q.43.1.2ᵐ.& q.44.3.c.
7 Incarnatio Dei,fuit ad tollendum omne peccatum , sed principalius peccatum originale,quia extēsiuè maius est peccato actuali,licet intensiuè sit econuerso,3ª.q.1.4.o.
8 Ante Christi incarnationem,aliqui per fidem Christi liberati sunt secundum spiritum,à damnatione peccati originalis:sed nemo secundum carnem,i,à fomite,3ª.q.27.1.c.& q 52.2ᵐ.
9 Incarnatio facta est conuenienti tempore , scilicet non in principio mundi,nec in fine,12ᵉ.q.98.6.c.& 3ª.q.1.5.6.o.
10 Incarnatio corrumpitur iuuentuti,propter vigorem & feruorem, senectuti,verò,propter numerum annorum,3ª.q.1.6.1ᵐ.
11 Deus per incarnationem nullo modo mutatus fuit , 3ª.q.1.1.1ᵐ. & q.2.6.1ᵐ.
12 Iustitia,bonitas,virtus,potentia,& sapientia Dei,ostensæ sunt per incarnationem eius,3ª.q.1.1.c.
INCAVTELA & incircunspectio, includuntur sub consideratione, 22ᵉ.q.53.2.c.fi.
1 INCESTVS est cum persona consanguinea vel affini,coitus prohibitus,quadruplici ratione,scilicet primo quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus,& per consequens aliis consanguineis : secundo quia personas sanguine coniunctas necesse est adinuicem simul conuersari,tertio quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum , quarto quia cum naturaliter homo consanguineam diligat , si adderetur amor qui est ex cōmistione venerea , fieret nimius ardor amoris,& maximum libidinis incentiuum,quod castitati repugnat, 12ᵉ.q.154.1.c.& 9.o.
2 Incestus est determinata luxuriæ species,22ᵉ.q.154.1.c.& 4.9.o.
IN GENERATIO non conuenit corpori Christi,3ª.q.5.1. 3.o.& q.53.1. c.1ᵐ.
1 INCIPERE significat esse nunc , & non prius , ideo ab inferiori ad suum superius cum eo,non valet consequentia , 3ª.quæst.16. 9.2ᵐ.
2 Formæ incipiunt esse actu , & desinunt, per accidens tantùm , scilicet ad generationem & corruptionem compositi , 1. quæst.45. 8.c.1ᵐ.
1 QVALIBET inclinatio naturæ , vel voluntatis , est tantùm à Deo,1ª.q.103.8.c.& q.105.4.c.& q.106.2.c.fi.& q.111.2.c.& 12ᵉ.q. 9. 6.c.& 22ᵉ.c.26.6.c.
2 Omnis enim inclinatio est ad simile sibi,& conueniens,12ᵉ.quæst. 8.1.c.
3 Inclinationes naturales sunt principia omnium superuenientium,22ᵉ.q 155.2.c.
1 INCONSIDERATIO est speciale peccatum imprudentiæ , & opponitur rectitudini iudicij in moralibus , 22ᵉ.q.53.2.c. & 4.o. 5. c.
1 INCONSTANTIA est speciale peccatum imprudentiæ , desiniens à præcipiendo,bonum propositum, cuius principium est in appetitu:finis autem in intellectu,22ᵉ.q.53 2.c.fi.& 5.o.
2 Inconstantia circa abstinentiam à delectabilibus , est filia luxuriæ.licet etiam ea quæ est terribilis,oriatur ex luxuria, 22ᵉ.q.53. 5.2ᵐ.
3 Inuidia,& ira quæ est principium contentionis, faciunt inconstātiam ex parte appetitus,22ᵉ.q.53.5.2ᵐ.
4 Constantia & inconstantia sunt in ratione,22ᵉ.q.53.5.3ᵐ.
1 INCONTINENTIA propriè est circa concupiscentias tactus,secundum quid autem,est circa honores,diuitias, & huiusmodi,impropriè verò est circa virtutes, prima est peccatum dupliciter,scilicet recedendo à ratione,& immergēdo se turpibus,secunda tantum primo modo,tertia vero non est peccatum : sed est perfectio virtutum , 22ᵉ.quæst. 155.2.c. & quæst. 156.2.o.
2 Species incontinentiæ sunt duæ,scilicet præuolatio consilij & debilitas in præconciliatis,22ᵉ.q.157.1.c.
3 Incontinentia pertinet ad corpus occasionaliter,sed per se causatur ab anima resistente passionibus,22ᵉ.q.156.1.o.
4 Incontinens vincitur à passionibus , non quidem cogentibus, sed vehementer impellentibus & propter negligentiam,12ᵉ.q.77.2. o.& 22ᵉ.q.156.1.3ᵐ.& 2.2ᵐ.
5 Incontinens ante consilium,est impetu passionis,propter velocitatem,vt in cholericis : vel propter vehementiam,vt in melancholicis,qui propter terrestrem complexionem, vehementissimè imflammantur , sed post consilium est propter molliciem complexionis,vt in flegmaticis,12ᵉ.q.156.1.2ᵐ.
6 Mulier non dicitur continens,nec incontinens : quia raro habet firmum iudicium rationis,propter debilitatem complexionis, 22ᵉ.q.156.1.1ᵐ.& 2ᵐ.
7 Incontinens peccat ex passione,errans circa particulare , vt nunc: ideo sanabilior est,& minus malus intemperato:quia intemperatus peccat ex habitu,errans circa vltimum finem , 12ᵉ.q.78.4. c.& 22ᵉ.q.156.3.o.
8 Libido concupiscibilis,est maior in incontinente,quàm in intemperato , sed econuerso de libidine voluntatis , 22ᵉ. quæst.156.3. 3ᵐ.
9 *Incontinens iræ,audit rationem:sed imperfectè,incontinens autem concupiscentiæ,totaliter eam non audit , 22ᵉ.q.53.6.1ᵐ.& q.156.4 c.2ᵐ.
10 Incontinentia iræ,est peior ratione mali accidentis , quàm incontinentia concupiscentiæ,sed ratione passionis,est,econuerso quadruplici ratione,scilicet primo quia motus iræ participat aliqualiter ratione , sed motus concupiscentiæ totaliter est secundum sensum,& nullo modo secundum rationem : secundo quia motus iræ,magis cōsequitur corporis cōplexionem:tertio quia ira quærit molestè operari, sed concupiscentia quærit latebras,& dolosè subintrat:quarto quia concupiscens delectabiliter operatur,sed iratus , quasi quadam tristitia præcedēte coactus,22ᵉ.q.156.4.1.8.4.c.
11 Incorporalia in loco non esse , est communis animi conceptio, apud sapientes tantùm,1ª.q.2.1.c.& 52.1.1ᵐ.
1 INCORPORARI Christo,contingit dupliciter,scilicet numero.& merito,22ᵉ.q.1.9.3ᵐ.
INCORRVPTIBILE triplex , scilicet naturale,ex parte materiæ, id est,carens materia vel habens materiam,in potētia ad vnam tantùm formam,vel gloriæ ex forma , vel innocentiæ ex agente,1ᵉ.q.97.1.c.
INCVBVS dicitur dæmon , coiens cum muliere , succubus autem, dæmon coiens,cum viro,1ᵉ.q.51.3.6ᵐ.
*INDIGESTIO contingit præter ordinem virtutis nutritiuæ,ex aliquo impedimento,puta ex grossitie cibi,vel frigiditate,vel caliditate,vel huiusmodi,1ª.q.103.7.c.& q.115.6.3ᵐ.
INDIGNATIO est filia iræ , 22ᵉ.q.37.2.1ᵐ.& q.41.2.o.& quæst. 158. 7.o.
INDITVM duplex scilicet pertinens ad naturam , & per gratiam, primum conuenit legi naturæ:secundum autem legi nouæ,12ᵉ. q.106.1.2ᵐ.
1 INDIVIDVVM est id quod indiuisum est in se , & diuisà quolibet alio,vltima diuisione,1ª.q.29.4.c.
2 *Pars in toto,est indiuiduum,vt manus,1ª.q.29.1.2.c.& 3ª. quæst.1. 12.2ᵐ.
3 Indiuiduum vt sic est diuisum ab omnibus aliis,1ª.q.13.9.c.
4 *Hæc nomina indiuiduum,particulare,& singulare , dicuntur de partibus,vt de manuideo in Christo possunt dici multa esse indiuidua,secundum numerum partium eius,1ª.q.29.1.2.c.
5 Omne nomen indiuidui,est incommunicabile re & ratione , nisi secundum similitudinem,1ª.q.13.9.c.
6 Duo sunt de ratione indiuidui,scilicet incommunicabilitas,& nō posse esse in pluribus,3ª.q.77.2.c.
7 *Compositum ex materia & forma determinata,est indiuiduum, 1ª.q.30.4.c.
8 In incorruptibilibus , est tantum vnum indiuiduum vnius speciei, quia species sufficienter conseruatur in vno,ptima , q.47.2.c. & q.119.1.c.
9 Indiuiduum duplex , scilicet indiuiduum vagum , & indiuiduum signatum,1ª.q.30.4.c.
10 Principium indiuiduationis in rebus materialibus est duplex,scilicet materia prima,& quantitas dimensiua,1ª.q.77.2.c.
11 Materia est principium indiuiduationis,1ª.q.1.3.c.& q.19.1.3ᵐ.& 2. c.& q.54.3.2ᵐ.& q.56.1.2ᵐ.& q.75.4.5.c.& q.85.1.c.& 3.4ᵐ. & q.86. 1.3.c.& 12ᵉ.q.63.1.c.
12 Forma receptibilis in materia , indiuiduatur per materiam , quæ autem nō est receptibilis in materia, indiuiduatur per seipsam, 1ª.q.3.2.1ᵐ.& 3ª.c.& q.11.9.c.& 3ª.q.77.2.c.
13 Hæ carnes,& hæc ossa,& hæc anima : sunt principia indiuiduantia hominem,1ª.q.29.2.3ᵐ.& 4.c.& q.30.4.c.& q.33.2. c. & q.75.4. c.& q.85.1.2ᵐ.
14 Indiuidua composita subsistant ratione materiæ , sed subsistunt ratione formæ,1ª.q.29.2.5ᵐ.
15 Indiuiduatio quātum ad incommunicabilitatem est in Deo,non autem quantum ad materiam,1ª.q.3.2.3ᵐ.q.29.3.4ᵐ.
16 Dimensio dupliciter indiuiduatur, scilicet ratione subiecti,sicut & alia accidentia,& ratione situs, 22ᵉ.q.24.c.1ᵐ.& 3ª.q.77.2.c.
17 Substantia indiuiduatur per seipsam,ideo indiuiduum eius habet speciale nomen,scilicet hypostasis,non autem accidentia, quia indiuiduantur per subiectum,1ª.q.29.1.c.& q.39.1.2.c.
18 Omne indiuiduum substantiæ.dicitur hypostasis,secundum proprietatem nominis,secundum vsum autem , sola indiuidua rationalis naturæ,1ª.q.29.2.1ᵐ.
19 Singulare particulare,& indiuiduū,sunt in quolibet genere entis, sed suppositum,hypostasis, res naturæ,& persona , sunt in solo genere substantiæ,1ª.q.29.1.2.c.
1 INDIVISIBILE duplex,scilicet terminus continui,& extra ge-

nus eius:secundum potest esse simul in pluribus locis,temporibus,& partibus, & non autem primum,1ª.q.8 2.2ᵐ.& q.52.2.c.& q.53.1.1ᵐ.

2 Indiuisibile triplex,scilicet actu,vt continuum,per speciē,vt ratio hominis:& in potentia, vt punctus primum & secundum prius cognoscitur quàm diuisio,tertium autem posterius,1ª. q.11.2.4ᵘᵐ.& q.85 8.0.& q.87.3.c.

Industria duplex,scilicet vna de necessariis ad salutem, alia de iis quæ sunt ad bene esse,prima est in omni existente in gratia: non autem secunda,22ᵉ.q.q.47.13.3ᵐ.&14.1ᵘᵐ.

Inaequalitas rerum est a Deo : quia sicut diuina sapientia, causa est distinctionis rerum propter perfectionem vniuersi, ita & inæqualitatis : non enim esset perfectum vniuersum, si tantum vnus gradus bonitatis inueniretur in rebus,1ª.q.47.2.o. & q.65.2.3ᵐ.

1 Infamia publica tenet locum accusatoris*, in denunciatione verò non intenditur punitio peccantis , sed emendatio. Et ideo nihil agitur contra eum cuius peccatum denunciatur, sed pro eo. Et ideo ibi non est necessarius accusator,22ᵉ.q.67.3.2ᵐ.

2 Vno infamato,aliquando alij infamantur, quia secundum Augustinum, cum de aliquibus qui sanctum nomen profitentur,aliquid criminis vel falsi sonuerit,vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur , 22ᵉ. quæst. 33.7.c. fin.3ᵐ.

1 Infidelis non debet permitti habere dominium nouum super fideles,sed tātum antiquum,quo etiam priuari potest sed permittit ecclesia,quòd infideles accipiūt a fidelibus ministerium in aliquo artificio : nam serui subiiciuntur dominis suis ad totam vitam, & subditi præfectis,ad omnia negocia, sed ministri artificum,subiiciuntur eis ad aliqua specialia opera,vnde periculosius est , quòd infideles accipiant dominium, vel prælationem super fideles, quàm quòd accipiant ab eis ministerium in aliquo artificio:& ideo secundum permittit ecclesia:non autem primum,22ᵉ.q.10.10.o.

2 Res infidelium si ipsi delinquant,licet auferre per vim,auctoritate publica,non autem auctoritate priuata, 22ᵉ.q.10.10.c.& q.66. 8.2ᵐ.

3 Infideles qui nunquam fuerunt de fide ecclesiæ, scilicet Iudæi & pagani,non reputantur hæretici, licet peruersam fidē habeant, sunt tamen compellendi à fidelibus si absit facultas, vt fidem non impediant, vel blasphemiis, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus,22ᵉ.q.10.8.o.

4 Infideles verò qui aliquando sumpserunt fidem, scilicet hæretici, debent cogi ad fidem:non autem alij , scilicet Iudæi & pagani, 22ᵉ.q.10.8.o.

5 Non omnes actus infidelium,sunt peccata,sed aliqui actus eorum sunt boni ex essentia, obiecto vel circunstantia,& placent Deo, nullus tamen est meritorius,22ᵉ.q.10.4.o.& q.23.7.1ᵐ.

6 Nullum peccatum veniale potest esse in infideli , antequam peccet mortaliter,12ᵉ.q.89.6.o.

7 Primi motus non sunt peccata mortalia fideli, nec infideli , 12ᵉ.q. 89.5.o.22ᵉ.q.158.2.3ᵐ.

8 Grauius peccat fidelis quàm infidelis , in eadem specie peccati, simpliciter autem & econuerso , 12ᵉ.q.73.8.c.fi.& q:89.5.c.& 22ᵉ. q.10.3.3ᵐ.

9 Et infideles contemnunt fidem , si fidelium defectus cognoscant, 22ᵉ.q.10.10.c.

10 In illis infidelibus qui temporaliter ecclesiæ , vel eius membris subiacent,statuit ecclesia , vt seruus Iudæorum , cum fuerit factus christianus,statim à seruitute liberetur,nullo prætio dato, & similiter si infidelis existens, fuerit emptus ad seruitium, &c. In illis autem infidelibus,qui temporaliter ecclesiæ , vel membris non subiacent dominij,& prælationis, & dictorum , ecclesia non statuit:licet posset statuere de iure:& hoc facit ad scandalum vitādum,ne nomen Domini & doctrina blasphemetur, 22ᵉ.q.10.10.c.fi.& q.66.8.2ᵐ.

1 Infidelitas sumitur dupliciter scilicet negatiuè, & contrariè,id est,repugnando vel contemnendo:& est peccatum,non autem primo modo,sed est pœna , 22ᵉ.q.10.1.o.& 6. fi.& q.34.2.2ᵐ.

2 Ratio infidelitatis perficitur in contemptu : ideo est in voluntate vt in causa , sed est in intellectu vt in subiecto , 22ᵉ.q. 10. 1. c. & 2.o.

3 Species infidelitatis sunt tantùm tres,scilicet paganorum,Iudæorum,& hæresis,22ᵉ.q.10.5.o.& q.11.1.c.& q.94.1.1ᵐ.

4 Infidelitas hæreticorum,est grauior,quàm Iudæorum,& hæc quā paganorum,22ᵉ.q.10.6.o.

5 Infidelitas est grauissimum omnium peccatorum circa mores: non autem peccatorum contra virtutes theologicas,22ᵉ.q.10.3. o.& q.13.3.c.& q.39.2.o.& 3ª.q.80.5.c.

6 Infidelitas est vltimum peccatum,ad quam homo quandoque per alia peccata perducitur,22ᵉ.q.162.7.3ᵐ.

7 Infidelitas secundum quòd est peccatum,oritur ex superbia, 22ᵉ.q. 10.1.3ᵐ.

8 Infidelitas est in intellectu subiectiuè , sed est in voluntate imperatiue,ideo actus eius est demeritorius,22ᵉ.q.10.2.c.

1 *Nihil præter Deum est infinitum actu nec potest esse, etiam per potentiam Dei,nec secundum essentiam,nec secundum esse,nec secundum virtutem seu potentiam , nec secundum magnitudinem , nec secundum multitudinem , 1ª. q.7.2.3.4.o.& q. 45.3.3ᵐ.& q.50.2.4ᵐ. & q.86.2.c.

2 Non inconueniens est aliquod creatum sic esse infinitum , quòd non finiatur ab alio,1ª.q.10.3.4ᵐ.& q.50.2.4ᵐ.

3 Infinitum secundum essentiæ rationem , est solus Deus, 3ª.q.10.3. 2.2ᵐ.

4 Id quod est simpliciter & omnibus modis infinitum , non potest esse nisi vnum,sed secundum aliquid possunt esse plura, 3ª.q.10. 3.3ᵐ.

5 Si esset infinitum numero vel continuitate,esset infinitum secundum esse & essentiam,& esset mensurabile à scientia Dei,1ª.q.7. 2.c.& q.14.12.3ᵐ.& 3ª.q.10.3.2ᵐ.

6 Infinitum est in diuisione magnitudinis non autem in oppositione,1ª.q.7.3.3ᵐ.

7 Infinitum non est substantia , sed accidit rebus : ideo sicut multiplicatur secundum subiecta,ita & proprietas eius,3ª.quæst.10.3. 3.3ᵐ.

8 Ratio infinita,priuatiuè conuenit quantitati non autem negatiuè, 1ª.q.7.1.2ᵐ.

9 Infinitum materiale , conuenit quantitati non autem infinitum formale,1ª.q.7.1.2ᵐ.& 3.3ᵐ.& 4ᵐ.q.25.& 2.1ᵐ.& 3.q.10.3.1ᵐ.

10 Infinitum repugnat cuilibet speciei magnitudinis , non autem magnitudini in communi,1ª.q.7.3.2ᵐ.

11 Infinitum duplex , scilicet negatiuè dictum , & priuatiuè,3.q.10. 3.1ᵐ.

12 Infinitum duplex, scilicet secundum materiam,& secundum formam,1ª.q.7.1.o.& q.25.2.1ᵐ.& q.86.2.1ᵐ.& 3ª.q.10.1.1ᵐ.

13 Infinitum duplex,scilicet simpliciter,& secundum quid,1ª.q.7.2.c.

14 Infinitum secundum quid duplex, scilicet in potentia ad infinitas formas vt materia,vel non limitatum per materiam,vt intelligentia,1ª.q.7.2.o.

15 Id quod est infinitum vno modo, potest esse finitum alio modo, 3ª.q.10.2.2ᵐ.

16 Virtus infinita , non potest esse in magnitudine , 1ª.q.25. 2.3ᵐ. & 105.2.3ᵐ.

17 Infinitum comprehenditur ab infinito , quia nihil eius est extra cognoscentem,non autem attingendo fines eius , 1ª. q. 14.3.1ᵐ. & 2ᵐ.& 12.1ᵐ.& 2ᵐ.

18 Nullus intellectus , cognoscit infinitum inquantum huiusmodi, scilicet numerando partem post partem , 1ª.q.14.12.1ᵐ. & q.86.2. o.& 3ª.q.10.3.1ᵐ.

19 Intellectus noster dicitur intelligere infinita , inquantum intelligit vniuersale,continens infinita,in potētia , 1ª.q.7.2.2ᵐ.& q.14. 12.c.fi.& q.86.2.3ᵐ.& 12ᵉ.q.4.2ᵐ.& 2ᵉ.q.10.3.2ᵐ.

20 Infinitum secundum magnitudinem,est ignotum,nō autem infinitum secundum formam,1ª.q.12.1.2ᵐ.& q.86.2.1ᵐ.& 3ª.q.10.3.1ᵐ.

21 Infinitum materiale,est imperfectum,sed infinitum formale, est summè perfectum.1ª.q.7.1.c.1ᵐ.& q.25.2.1ᵐ.

22 Infinito simpliciter quo ad omnia,nihil potest esse maius, sed infinito secundum aliquid determinatum , est aliquid maius extra illum ordinem,non autem in illo ordine,3ª.q.10.3.3ᵐ.

23 In entibus per accidens , itur in infinitum , non autem in entibus per se,1ª.q.46.2.7ᵐ.& 12ᵉ.q.1.4.o.

1 Infirmitas in malis voluntatis , subest potestati hominis, ideo non tollit,nec minuit rationem culpæ,12ᵉ.q.21.2.3ᵐ.

2 Infirmitas animæ , ex qua dicitur aliquod peccatum , est passio eius,non moderata à ratione,22ᵉ.q.77.3.o.& q.85.3.4ᵐ.

3 Infirmitas alleuiat peccatum,inquantum diminuit voluntarium, 12ᵉ.q.47.2.c.& q.73.6.c.& q.77.6.7.o. & q.88. 2.c. & q.105.2. 1ᵐ. & 22ᵉ.q.14.3.c.& q.150.4.3ᵐ.& q.154.3.1ᵐ.

4 Peccatum ex infirmitate, imputatur homini ad peccatum mortale,inquantum fuit in potestate eius,reprimere passionem,12ᵉ.q. 77.7.8.o

1 Ingenitvm sumitur tripliciter , scilicet negatiuè extra genus, in genere Dei,& in genere principij diuini, primum conuenit etiam creaturis nō generatis,secundum spiritui sancto,tertium autem est notio patris tantùm.1ª.q.33.4.o.

2 Ingenitum per duplex N.est increatum,seu æternum,per simplex autem,N.genitum est non generatum,1ª.q.33.4.8ᵐ.

3 Ingenitum & innascibilitas , nihil ponunt de intellectu eorum, sed aliquid præsupponunt,1ª.q.33.4.1ᵐ.

4 Pater in diuinis potius dicitur ingenitus.quàm inspiratus , tripliciratione, scilicet prima est , quia processio spiritus sancti , secundum ordinem naturæ præsupponit generationem filij , secunda , quia per hoc quòd dicitur ingenitus , secundum quòd est notio

est notio patris,tollitur omnis modus consequendi generationem. Hoc enim conuenit patri inquantum est generationis principium,vt nullo modo generationem consequatur , tertia quia negatio ingeniti fundatur super rationem principij , 1ª.q. 33.4.5ᵐ.

1 Ingenium, & velocitas ingenij , pertinet ad perfectionem hominis,quo ad bene esse eius,12ᵉ.q.4.5.c.& 1.o.

1 Ingratitvdo quælibet est peccatum , quia tollit debitum gratitudinis , quod est debitum honestatis , 22ᵉ.q. 107.1.o.

2 Ingratitudo pertinet ad primam & secundam speciem superbiæ 22ᵉ.q.162.4.3ᵐ.

3 Ingratitudo est speciale peccatum,ratione contemptus beneficij, sed in circunstantia,respectu aliorum peccatorum,22ᵉ.q.107.2. o.& 3ª.q.88.4.o.

4 Ingratitudo est peccatum mortale , & aliquando veniale , 22ᵉ.q. 107.3.o.

5 Ingratitudo proueniens ex peccato mortali, habet perfectam rationem ingratitudinis,sed proueniens ex veniali imperfectam, 22ᵉ.q.107.3.c.1ᵐ.

6 Obliuio beneficij ex natura,excusat ab ingratitudine, non autem obliuio ex negligentia,nec impotentia recompensandi beneficium,quia ad gratitudinem sufficit bona voluntas, vbi deest facultas,22ᵉ.q.106.3.5ᵐ.& q.107.1.2ᵐ.

7 Ingratitudo non est respectu adiuuantis peccare , quia non confert beneficium : ideo non debetur ei gratiarum actio , 22ᵉ.q. 107.1.1ᵐ.

8 Ingratus dicitur dupliciter , scilicet per solam remissionem actus gratitudinis,& per actum contrarium gratitudini , 22ᵉ. q.107. 2.3.c.

9 Gradus ingratitudinis triplex , scilicet non rettribuere, dissimulare,& pessimus ex negligentia obliuisci : sed reddere mala pro bonis reducitur ad primum. Vituperare benefactum,ad secundum : sed id reputare malefactum,ad tertium,22ᵉ.quæst. 107.2. 3.c.

10 Ingratitudo contra Deum, contingit dupliciter , scilicet agendo contra beneficium eius per quodcunque peccatum mortale, & agendo cōtra formam eius quadrupliciter,scilcet per odium proximi, per apostasiam à fide , per contemptum confessionis, & per dolorem de pœnitentia præterita , ideo per ingratitudinem horum, specialiter peccata dimissa redeunt,3ª.quæst.88. 2.o.

11 Ingratus meretur priuati beneficio , tamen dans beneficium, non debet ei subtrahere:ne fiat peior , 22ᵉ.quæst. 107. 4. o.& q. 122. 5. 4ᵐ.

12 Ingratitudo non incurritur per peccatum veniale:nec peccata dimissa redeunt , quia peccatum veniale non est contra Deum, sed præter eum,3ª.q.88.2.2ᵐ.

13 Peccata venialia redeūt per ingratitudinem, sicut & peccata mortalia : quia remissio vtrorunque , ascribitur beneficio Dei contempti.per recidiuum,3ª.q.88.2.2ᵐ.

14 Similiter est de peccato originali,3ª.q.88.2.2ᵐ.

15 Peccata dimissa , redeunt per recidiuum , quantum ad effectum, quia ex peccatis dimissis , relinquitur in peccatis sequentibus deformitas quædam ingratitudinis,non autem redeunt quantum ad priorem maculam, vel reatum , 3ª.quæstion.88.1.o.& 2. 3.c.

16 Per sequens peccatum,non redit tantus reatus, quantus erat omnium peccatorum præteritorum , sed secundum quantitatem contemptus in ingrato,3ª.q.88.3.o.

17 Ingratitudo secundum quam peccata redire dicuntur,incurritur, ex quolibet peccato , quia omne peccatum est contra Deum, ideo talis ingratitudo non est speciale peccatum , 22ᵉ.q.107.2. 1ᵐ.& 3ª.q.88.4.o.

1 Inhvmanitas est idem quod obduratio contra misericordiam, 22ᵉ.q.118.8.3ᵐ.fi.

2 Inhumanitas est filia auaritiæ , sicut & obduratio contra misericordiam, 22ᵉ.q.118.8.c.

Iniqvitas propriè est in proximum,sed peccatum est in scipsum,impropriè verò sunt idem,12ᵉ.q.33.1.1ᵐ.& q.110.4.4ᵐ.

1 Industria duplex scilicet illegalis , opposita iustitiæ legali,alia secundum inæqualitatem ad alterum , prima est generalis intentione,& specialis,obiecto:secuuda vero est specialis vtroque modo,22ᵉ.q.58.5.3ᵐ.& q.59.1.o.& q.79.2.1ᵐ.

2 Iniustitia semper ad alterum,22ᵉ.q.59.3.2ᵐ.

3 Faciens iniustum ex electione , est iniustus : non autem si præter intentionem,scilicet per ignorantiam,vel ex passione,22ᵉ.q.59. 2.o.& 4.1ᵐ.

4 Iniustitia est circa operationes exteriores,22ᵉ.q.60.3.3ᵐ.

5 Excessus in pœnis , quo ad illud quod exterius agitur pertinet ad iniustitiam , sed quo ad austeritatem animi , qua prompte hoc fit pertinet ad crudelitatem,22ᵉ.q.159.1.1ᵐ.

6 Nullus volens, patitur iniustum formaliter,nec aliquis agit iniustum formaliter,nisi volens,22ᵉ.q.59.3.o.& q.66.4.c.

7 Aliquis potest facere iniustum , nullo patiente iniustum formaliter & econuerso,sed materialiter sempet se comitantur , 22ᵉ.q. 59.3.3ᵐ.

8 Facere iniustum formaliter , est peccatum mortale , nisi in minimis,22ᵉ.q.59.4.o.& q.69.1.c.& q.70.4.c.& q.110.3.c.

9 Omne peccatum est iniustitia , 12ᵉ.quæstion.113.1.1ᵐ.& 22ᵉ.q. 59.1. 1ᵐ.

Innascibilitas est notio patris , & proprietas eius, non autem est notio personalis,1ª.q.32.3. c.& q.33.4.o.

1 Innocentia & tempus amissum , sunt irrecuperabilia, 3ª.q. 89.3.c.

2 Innocentes mortui pro Christo in Bethleem , fuerunt , martyres, 22ᵉ.q.12.4.1.1ᵐ.& 3 .q.36.2.3ᵐ.

3 Vsus rationis miraculose acceleratus est secundum aliquos in innocentibus,22ᵉ.q.124.1.1ᵐ.

4 Homines in statu innocentiæ fuissent inæquales sexu,ætate,iustitia,scientia,robore,pulchritudine,complexione, & quantitate: tamen sine defectu animæ & corporis , 1ª. q. 92. 1. 2ᵐ. & q.96.3. 1.c.

5 Tunc fuisset emissio superfluitarum, sed sine vlla indecentia , 1ª. q.97.3.4ᵐ.

6 Tunc homines vixissent in communi possessionum , 1ª.quæst.98. 1.3ᵐ.

7 Tunc homo fuisset sicut angelus , per spiritualem mentem , 1ª.q. 98.2.1ᵐ

8 Continentia, & pœnitentia , non fuissent tunc , saltem secundum actus quos tunc habent,1ª.q.95.3.o.& 98.2.3ᵐ.

9 Nec matrimonium tunc fuisset in remedium, nec vt sacramētum, sed fuisset in officium naturæ,1ª.q.61.2.3ᵐ.

10 *Actus matrimonij, tunc soluisset integritatem carnis , non autem mentis: nunc autem soluit vtroque modo secundū actum, non autem secundum habitum,sicut in coitu vitioso , 12ᵉ.q.34. 1.1ᵐ.

11 *Tunc fuisset partus sine dolore,22ᵉ.q.16.4.1.2.c.1ᵐ.

12 Tunc sacramēta non fuissent necessaria, quia non accepissent homines cognitionem ex sensibilibus,3ª.q.61.2.o.

Innovatio mundi fiet in fine mundi , non quidem secundum substantiam,sed secundum qualitatem,nec fiet naturaliter, sed supernaturaliter,1ª.q.66.3.c.

1 Inobedientia duplex,scilicet generalis,id est,quicunque recessus à præcepto:& specialis,id est contemptus eius,22ᵉ. q.104.2.1ᵐ.q:105.1.1ᵐ.& 2.3ᵐ.

2 Omnis inobedientia formaliter,id est,ex cōtemptu:est peccatum mortale,22ᵉ.q.69.1.c.& q.105.1.o.

3 Inobedientia non est peccatum in spiritum sanctum,nisi sit ei annexa obstinatio,22ᵉ.q.105.2.2ᵐ.

4 Inobedientia est tanto grauior , quanto præcipiens est maior , & quanto præceptum est magis intentum,22ᵉ.q.105.o.

1 Inquirere, & sicut inquisitio pertinet ad rationem, ita & iudicium pertinet ad intellectum , 22ᵉ.q.49.5.3ᵐ.& q.53 4.c.

2 Inquirere de dictis vel factis aliorum , ad vtilitatem sui vel aliorum,est laudabile,si autem ad malum,vel inutiliter , est vitiosum 22.q.167.2.c.3ᵐ.

3 Debitor certæ personæ, tenetur inquirere eam,vt prælatus subditum,non autem debitor incertæ personæ,22ᵉ.q. 33.23.4ᵐ.

Insania duplex , scilicet excludens totaliter vsum rationis , alia priuans affectum humanum. Prima opponitur prudentiæ , secunda vero mansuetudini & elementiæ,22ᵉ.q.150.4.3ᵐ. & 157.3. 3ᵐ. & q.175.2.2ᵐ.

1 Insensibilitas est vitium , quo prætermittuntur necessaria vitæ contra rationem,ideo est peccatum, 22ᵉ.quæst. 142.1.o.

2 Insensibilitas non multum contingit, ideo ipsa , & omnes species eius oppositæ diuersis speciebus temperantiæ , sunt innominatæ;& contrariantur temperantiæ & intemperantiæ , 22ᵉ.q.150. 1.1ᵐ.

3 Vitium contrarium luxuriæ , continetur sub insensibilitate , sed non tangitur in multis,eo quòd homines magis sunt proni ad delectationes : & accidit hoc vitium in eo qui intantum detestatur mulierum vsum,quòd etiam vxori debitum non reddit, 22ᵉ.q.153.3.3ᵐ.

1 Insidiae nō propriè sunt fraudes,nec opponūtur iustitiæ,nec ordinatæ voluntati : ideo licet eis vti in bello iusto , vt pater in libro stratagematum Francorum,22ᵉ.quæst.40.3.o.& quæst.71. 3.3ᵐ.

1 Insipientia est idem quod stultitia, & contrariatur sapientiæ,22ᵉ.q 46.1.1ᵐ.

Instabilitas est mutabilitas loci,vel propositi,22ᵉ.quæst..35. 4.3ᵐ.

1 INSTANS, Nihil temporis est, nisi instans eius, 1ª.q.46. 3. 3ᵐ.
2 Instans in toto tempore, est idem subiecto, differens ratione, 1ª.q. 10.4.2ᵐ.
3 * Inter quælibet duo instanti, qualitercunque signentur, semper est accipere tempus medium, 1ª.q.53.3. c.& q.63. 6. 4ᵐ. & 3ª. q.75. 7.1ᵛⁱ.
4 Puncta in linea possunt accipi, intrinseca & extrinseca: instans verò, extrinsecum tantùm, 3ª.q.75.7.1ᵐ.
5 Primum instans in quo res habet esse, datur: non autem vltimum, 1ª.q.53.3.c.& 12ᴱ.q.113.7.5ᵐ.& 3ª.q.53.1.3ᵐ.& q.75.7.1ᵛⁱ.
6 Omne agens potest operari in primo instanti in quo est, nisi sit impotfectum, vel impeditum, vel actio eius sit successiua, 1ª.q. 42.2.c.& quæst.46.2.1ᵐ.& q.63.5.c.& 12ᴱ.quæst.113.3.4ᵐ.& 3ª.q.34. 2.1ᵐ.
7 *In eodem instanti est illuminatio aëris, visio coloris, & discretio rei visæ: licet primum sit causa secundi, & secundum tertij, 1ª.q. 63.5.c.
8 Operatio intellectus & voluntaris, potest esse in instáti, 1ª.q.63.5.c. & 12ᴱ.q.113.7.0.& 3ª.q.q.34.2.c.
9 Omnis mutatio, cuius subiectum nihil habet repugnans formæ introducendæ, est in instanti, 12ᴱ.q.113.7.c.3ᵐ.& 3ª.q.75.7.c.
10 Omnis mutatio instantanea, est terminus motus præcedentis, 1ª. q.63.3.c.
11 Nullus motus localis, vel augmenti potest esse in instanti, 1ª.q.67. 2.c.& 3.q.33.3.c.& q.37.5.3ᵐ.
12 Mutatio tripliciter est in instáti, scilicet primo si forma sit indiuisibilis, vt forma substátialis. Secundò si subiectum sit in vltima dispositione. Tertiò si ageus sit infinitæ virtutis, 12ᴱ.q.113.7.c.& 3ª.q.75.7.c.
13 Instans nunquam intelligitur, nisi vt fluens: nec vt fluens à priori, nisi motus præcedat, nec vt fluens in posterius, nisi motus sequatur, 1ª.q.46.1.7ᵐ.

INSTRVCTIO fidei duplex, scilicet catechumenorum circa baptismum, & populi Christiani circa Missam, 3ª.q.83.4.4ᵐ.

1 INSTRVMENTVM duplex, scilicet coniunctum & separatum, quod non mouetur, nisi per coniunctum, 3ª.q.62. 5. c.
2 Instrumentum duplex, scilicet animatum: & inanimatum, in primo requiritur intentio ad affectum, non autem in secundo, 3ª. q.64.8.1ᵐ.
3 Instrumentum animatum indiget habitu ad operandum, non autem inanimatum, 12ᴱ.q.68.3.2ᵐ.& 3ª.q.7.1.3ᵐ.
4 Quanto instrumentum est magis proportionatum fini, tanto melius est, non autem quanto maius est, 22ᴱ.q.183.7.1ᵐ.
5 Virtus dupliciter datur instrumento, scilicet inchoatiuè, quando instituitur: & completiuè, quando mouetur à principali agéte, 3ª.q.62.4.3ᵐ.& q.72.3.2ᵐ,
6 Quando opus perficitur pluribus instrumentis, virtus instrumentalis non est complete in vno instrumento, sed imcomplete in vtroque, 3ª.q.62.4.4ᵐ.& q.82.1.1ᵐ.
7 Virtus instrumentalis, est incompleta, & intentionalis, 3ª.q.62.4.0. & q.63.5.1ᵐ.
8 Virtus instrumenti, per se loquendo, non est propriè in genere, sed reducitur ad genus & speciem virtutis perfectæ, 3ª.q.62.4.2ᵐ.& q.63.2.c.
9 Virtus instrumenti non est in subiecto, secundum conditionem eius sicut formæ perfectæ: sed secundum conditionem agentis principalis, 3ª.q.63.5.1ᵐ.& 2ᵐ.
10 Virtus spiritualis non potest esse in corpore, secundum esse completum, sed intentionaliter, & instrumentaliter, 3ª.q.62.4.1ᵐ.

INTELLECTVALIS substantia non potest vnit formaliter corpori, nisi corpori humano, 1ª.q.51.1.c.
2 Necesse est esse aliquas substantias intellectuales, 1ª.q.50.1.c.
3 Omnis substantia intellectualis, est incorporea, 1ª.q.50.1.c.
4 Nullum intellectuale est materiale, 1ª.q.50.2.c.
5 Substantiæ intellectuales, sunt incorruptibiles, 1ª.q.35.6.e.fi.
6 Omnis substantia intellectualis, est volens, 1ª.q.19.1.0 & quæst.59. c.1ᵐ.
7 Creatura intellectualis, est perfectior vniuerso intensiuè: non autem extensiuo, sed econuerso, 1ª.q.93.2.3ᵐ.

1 INTELLECTVS dicitur, quasi intus legens: intellectus enim nomen sumitur ab intima penetratione veritatis vnde actu intelligere aliquid est actu cogitare, secundum August. 12ᴱ.q.108.1.3ᵐ.& 22ᴱ.q.9.1.c.& q.49.5.3ᵐ.
2 *Intellectus est potentia, realiter distincta ab essentia animæ, 1ª. q.79.1.0.
3 *Intellectus est potentia passiua, 1ª.q.79.2.9.
4 Intellectus passiuus, secundum aliquos, est appetitus sensitiuus: sed secundum alios, est potentia cogitatiua, 1ª.q.79.2.2ᵐ.& 12ᴱ. q.51.3.c.
5 Intellectus dicitur dupliciter, scilicet anima intellectiua, sed denominatiuè, quasi à principaliori sua virtute: & potentia intellectiua, 1ª.q.79.1.1ᵐ.
6 Intellectus duplex, scilicet intellectus possibilis, & intellectus passiuus, 12ᴱ.q.51.3.0.& q.71.4.c.
7 Intellectus quadruplex, scilicet agens, possibilis, in habitu, & in actu siue adeptus, 1ª.q.79.10.c.
8 Intellectus est in potentia ad formas vniuersales, materia vero est in potentia ad formas indiuiduales, ideo differunt realiter, 1ª. q.75.5.1ᵐ.& 2ᵐ.
9 Intellectus hominis multiplicatur secundum multitudinem corporum contra Auerroim commentatorem, 1ª.q.76.2.0.& q.79. 5.0.& q.117.1.c.& q.118.2.2ᵐ.& 12ᴱ.q.50.4.c.
10 *Ens in cómuni, est obiectū intellectu, 1ª.q.5.2.c.& q.55.1.c.& q.79. 7.c.& q.82.4.1ᵐ.& q.87.3.1ᵐ.& 105.4.c.& 12ᴱ.q. 9.1.c. & q.10. 1.3ᵐ.
11 Ratio & causa veritatis alicuius obiecti, primo apprehenditur à potentia intellectiua, 12ᴱ.q.1.1.c.
12 Ens est primum cadens in intellectu, 1ª.q.5.2.c & q.11.2. 4ᵐ. 12ᴱ.q 55.4.1ᵐ.& q.94.2.c.
13 Primo intelligitur ens, secundo non ens, tertio diuisio, quarto. vnum, quinto multitudo, 1 .q.11.2.4ᵐ.
14 Intellectus noster intelligit se, & actum suum, & speciem intelligibilem reflexiuè, non autem primo, 1ª.q.14.2.3ᵐ.& q.76. 2.4ᵐ. & q.85.2.c.& q.87.1.3.o.
15 Intellectus noster cognoscit se, non per essentiam suam sed per actum suum dupliciter, scilicet vel particulariter, id est, dum quis percepit se habere animam intellectiuam, dum percipit se intelligere, vel vniuersali i. considerando naturam intellectus, ex actu eius. Ad primum modum, sufficit eius præsentia nō ad secundum, sed requiritur diligens & subtilis inquisitio, 1ª.q. 87.1.0.& q.88.2.3ᵐ.& q.89.2.c.& q.94 2.c.
16 Intellectum duplex, scilicet primum, id est species intelligibilis, quæ est perfectio intellectus: & secundum id est res cuius est species, sicut est duplex visum, 1 .q.14.5.2ᵐ.& 3ᵐ.
17 Id quod primo intelligitur, est res cuius similitudo est species in intellectu: quæ non intelligitur primo, sed reflexiuè, 1ª.q.85.2.0.
18 Intellectus noster, in hac vita non cognoscit subłtantias separatas à materia quantum ad quid sunt: quia sunt ordine naturę supra nos, 1ª.q.64.1.1ᵐ.& q.89.2.3ᵐ.
19 Intellectus noster intelligit simplicia, & enunciat per modum cuiusdam compositionis: sed Deus econuerso, 1.q.50.2.c.& 22ᴱ. q.1.2.c.
20 Res materiales, sunt in intellectu nostro simpliciores, quàm in seipsis, 1ª.q.50.2.c.
21 Singularitas repugnat intellectioni, ratione materiæ, non autem secundum se: ideo indiuiduum immateriale, est intelligibile in actu. 1ª.q.56.1.2ᵐ.& q.76.2.3ᵐ.& q.79.6.1ᵐ.& q.86.1.c.3ᵐ.
22 *Intellectus noster cognoscit singularia. 1ª.q.14.11.1ᵐ.
23 Intellectus noster non intelligit indiuiduum materiale primo, sed reflexiuè, 1ª.q.14.11.1ᵐ.& q.50.2.c.fi.& q.56.1 2ᵐ.& q.57.2.1ᵐ. & q.86.1.0.& 3.4.c.& q.89.4.c.1ᵐ.22ᴱ.q.47.3.1ᵐ.
24 Intellectus qui est semper in actu, non intelligit priuationem, scilicet primo: sed per habitum, 1ª.q.14.10.1ᵐ.
25 Nullus intellectus potest intelligere plura vt plura, sed vt vniuntur, 1ª.q.12,10.0.& q.14.7.c.1ᵐ.& q.22.3. 3ᵐ.& q.58.2.0. & q.85.4.0 & 5.1ᴱ.& 12ᵐ.quæst.12.3.3ᵐ.& q.54.1.3ᵐ.& q.113.7.2ᵐ.& 22ᴱ.quæst. 8.1.3ᵐ.
26 Intellectus noster potest intelligere infinita in potentia, & successiuè: non autem infinita in actu, nec in habitu distinctæ, 1ª.q. 86.2.0.& q.87.3.2ᵐ.
27 Subiectum & prædicatum, vt partes vnius propositionis simul vna intellectione intelliguntur: non autem absolutè, 1ª.q.58.2. c.& 12ᴱ.q.113.7.2ᵐ.
28 Eodem actu intelligitur cōclusio, & principium, vt est ratio conclusionis, non autem absolutè, 12ᴱ.q.8.3.c.& q.12.4.c.
29 Eodem actu, simul intelligitur res, cum sua perfectione, 1ª.q.87.3. c.3ᵐ.
30 Eadem intellectione, intelligitur obiectum, & intellectio eius, vt ratio, non autem vt obiectum, 1ª.q.28.4.2ᵐ.& q.87.3.2ᵐ.
31 Actio intellectus, est vita, id est operatio viuentis, non autem esse eius, 1 .q.54.1.2ᵐ.
32 Intellegere comparatur ad intellectum, sicut esse ad essentiam, 1ª.q.54.1.3.c.
33 Intelligere est simplex intuitus intellectus in præsens, 12ᴱ.q.108. 1.3ᵐ.
34 *Intelligere nostrum, est quoddam pati, 1ª.q.79.2.c.
35 Actio intellectus cuiuscunque creati, dependet à Deo, quo ad duo: primo inquantum habet ab eo perfectionem qua agit, id est lumen: secundo inquantum mouetur ab eo, 12ᴱ.q.109.1.c.
36 *Intellectus mouet se, 12ᴱ.q.9.3.c.
37 Quicunque intelligit, ex hoc procedit aliquid ab eo, scilicet verbum cordis, 1ª.q.27.1.c.
38 *Operatio intellectus duplex, scilicet simplex apprehensio, & compositio,

compositio, & diuisio, 1ª.q.85.2.3ᵐ.& 22ᴱ.q.83.1.2.3.
39 Compositio intellectus duplex, scilicet vniuersalis cum particulari: & accidens cum subiecto, & semper, est eorundem, sicut compositio realis est diuersorum, 1ª.q.85.5.3ᵐ.
40 Solus intellectus hominis intelligit cum discursu, & componendo & diuidendo, necessario, 1ª.q.58.4.5.o.& q.85.5.o.
41 Operatio intellectus quintuplex, scilicet intelligentia, id est, simplex intuitus, intentio, id est, ordinatio ad aliud, excogitatio, sapere, & dispositio verbi, 1ª.q.79.10.3ᵐ.
42 Actus intellectus duplex, scilicet actus rectus, & actus reflexus, 1ª. q.28.4.2ᵐ.& q.87.3.2ᵐ.
43 Intellectus habet duos actus, scilicet percipere, & iudicare, 22ᴱ.q. 45.2.3ᵐ.
44 Perfectum iudicium intellectus in nobis non potest haberi, nisi per resolutionem ad sensibilia, quæ sunt prima principia nostrę cognitionis, 22ᴱ.q.173.3.3.c.
45 *Operatio dicitur intellectualis dupliciter * vno modo quasi in ipso intellectu consistens: vt cōtemplatio, & talis operatio non determinat sibi locum. Alio modo quia est ab aliquo intellectu regulata & imperata: & sic interdum determinat sibi loca, 1ª.q.1.2.1ᵐ.
46 Tempus misceatur secundæ operationi intellectus nostri dupliciter, scilicet ex parte sua accipiendo scientiam à cōtinuo & tempore, id est, à sensu & imaginatione: & ex parte intellectorum quæ sunt in tempore, sed intellectioni Dei, primo modo tantum, 12ᴱ.q.113.7.5ᵐ.
47 Intellectus est supra tempus corporalium non autem spiritualium, 1ª.q.85.4.1ᵐ.
48 Principium operationis intellectus, duplex, scilicet intellectus, & species intelligibilis, & vtrunque potest esse immediatè à Deo, 1ª.q.105.3.c.
49 In omni operatione, quia intellectus noster abstrahit à phantasmatibus, necesse est quod abstrahatur à sensibus, 22ᴱ.q.175.4.c..
50 Vnus intellectus potest melius alio, tam aliquam intelligere dupliciter, tratione fortioris intellectus, & ratione meliorū sensuum, non autem ex parte obiecti, 1 .q.12.6.0.& q.85.7.0.
51 Intellectus intelligit aliquando rem aliter, quàm sit, 1 .q.85.1.1ᵐ.
52 Intelligere rem aliter quam sit, contingit dupliciter, scilicet ex parte obiecti, & ex parte intellectus, primum est falsum, non autem secundum, vel verum est quòd intellectus qui intelligit rem aliter quam sit, est falsus, si li. aliter, referatur ad rem intellectam, tunc enim intellectus est falsus, quando intelligit rem esse aliter quàm sit, non est autem verum, si li, aliter accipiatur ex parte intelligentis. Est enim absque falsitate vt alius sit modus in intelligendo, quàm modus rei in essendo, quia intellectum est in intelligente materialiter per modum intellectus. non autem materialiter, per modum rei materialis, 1ª.q. 12. 6. 1ᵐ.& 2ᵐ.& q.1.12.3ᵐ.& q.85.1.1ᵐ.
53 Non posse intelligi sine alio, cōtingit dupliciter, scilicet vel alio non intellecto, vel non existente, 1ª.q.16.3.3ᵐ.& q.85.1.1ᵐ.
54 Intelligibile est in intellectu tripliciter, scilicet actu, habitu, & vt relatum ad alium, 1ª.q.107.1.c.
55 *Nihil potest intelligi, nisi secundū quòd est ens actu, 1ª.q.12.1.c.
56 Solus intellectus, cognoscit quidditates rerum, 1ª.q.57.1.2ᵐ.12ᴱ.q. 31.5.c.& 22ᴱ.q.8.1.c.
57 Res intellecta, est in intellectu, per speciem eius, non autem secundum propriam naturam, 1ª.q.2.2.4ᵐ.& q.14.5.2ᵐ.& q.57.1.2ᵐ. & q.76.2.4ᵐ.& q.85.2.1ᵐ.
58 Vnumquodque est intelligibile in actu secundum quòd eius similitudo est in intellectu. 1ª.q.58.2.c.
59 Intellectum est perfectio intellectus, per speciem intelligibilem in intellectu, 1ª.q.57.1ᵐ.
60 *Intellectus in actu, & intellectum, sunt idem, 1ª.q.14.2.c.& q.55.1. 2ᵐ.& q.85.2.1ᵐ.& q.87.1.3ᵐ.
61 Per formam lapidis inquantum huiusmodi, non perficitur intellectus: sed inquantum in ea participatur similitudo alicuius quod est supra intellectum humanum, scilicet lumen intellectuale, vel aliquid huiusmodi, 12ᴱ.q.3.6.c.
62 Ad hoc quòd aliquid sit intellectum in actu, requiritur abstractio à materia: & à conditionibus materiæ, 1 .q.50.2.c.& q.55.1.2ᵐ.& 9.79.3.c.& q.87.1.3ᵐ.
63 Species intelligibilis intellectus nostri, est similitudo rei, quo ad naturam speciei tantum: ideo per eam cognosci possunt infinita, sed indistinctè, 1 .q.14.3.1ᵐ.& 12.c.fi.& q.76.2.4ᵐ.& q.85.1.3ᵐ. & q.86.1.c.
64 Species sensibilis in sensu, est similitudo vnius tantum indiuidui ideo per eam, tantùm vnum indiuiduum cognosci potest, 1ª.q 14.12.c.fi.
65 Intelligere cōsequitur speciem intelligibilem, sicut esse formam, 1ª.q.14.4.c.
66 Intellectus noster nō potest intelligere, nisi per aliquam speciem in formetur, 1ª.q.14.2.3ᵐ.
67 Species intelligibilis comparatur ad intellectum, sicut actus ad potentiam & vt forma eius, 1ª.q.55.1.c.
68 Ex intellectu & specie intelligibili, fit vnum subiectum: non autem essentialiter, 1ª.q.14.2.c.& q.55.1.2ᵐ.& q.85.2.2ᵐ.
69 In vno intellectu, à diuersis phantasmatibus eiusdem speciei: non abstrahitur, nisi vna species intelligibilis, 1ª.q.76.2.c.fi.
70 Species intelligibilis, est à phantasmate, secundum suum esse materiale: sed ab intellectu agente secundum esse formale, id est, vt est intelligibilis in actu, 1ª.q.84.6.c.& q.85.1.3ᵐ.
71 Intelligere vniuersalia, est intelligere naturam generis vel speciei, sine indiuiduis: per speciem intelligibilem abstractam à materia per intellectum agentem, 1ª.q.44.3.3ᵐ.& q.85.1.1ᵐ.
72 Intellectus noster intelligit se, sicut & alia, id est, per species aliorum, 1ª.q.14.2.3ᵐ.& q.87.1.o.q.88.2.3ᵐ.& q.89.2.c.
73 Intellectus possibilis conseruat species, contra Auicennam, 1ª.q. 79. 6.c.& q.84.4.c.& 12ᴱ.q.67.2.c.
74 Plures species possunt simul esse in intellectu, 1ª.q.12.10.c.& q.58. 2.2ᵐ.& q.85.4.c.2ᵐ.
75 In intellectu resultant diuersæ species, secundum diuersam dispositionem phantasmatum: sicut ex diuersa ordinatione earundem literarum, resultant diuersi intellectus, q.173.22ᴱ.2.c.
76 Species est in intellectu & in sensu tripliciter, scilicet in potentia tantùm, in actu, secundum complexionem vltimam, & medio modo, scilicet in habitu, 1ª.q.79.6.3ᵐ.
77 Species primo est in sensu, secundo in imaginatione: tertio in intellectu possibili per lumen intellectus agentis, 1ª.q.55. 2.2ᵐ. & 22ᴱ.q.173.2.c.
78 Species sunt in imaginatione, secundum quod imprimitur à sensu, vel secundum quòd transmutantur ex mutatione corporis, vel secundum quod ex imperio intellectus, ordinantur phantasmata ad aliquid significandum, 22ᴱ.q.173.2.c.
79 *Sensus & intellectus differunt realiter, per vniuersale & particulare, & similiter appetitus sensitiuus & intellectiuus, id est, voluntas, 1ª.q.50.1 c.& q.80.1.2ᵐ.& q.84.6.c.& q.115.4.c.
80 Intellectus iudicans de agendis & appetendis, dicitur sensus, quia relatus est ad particulare, 1 .q.54.5.1ᵐ.& 22ᴱ.q.16.2.c.& q.48.c.& q.49.2.3ᵐ.
81 Intellectus est similis sensui in hoc quod requirit proportionem obiecti, dissimilis autem quia nō corrumpitur ab obiecto excedente, sicut sensus, 1ª.q.88.1.3ᵐ.
82 Intellectus indiget sensu, sicut extraneo ad quod fit resolutio, non autem quia actus intellectus fiat per organum, 1ª.q.50.1.c.& q. 115.4.c.
83 Licet operatio intellectus oriatur à sensu, tamen in re apprehensa por sensum, intellectus multa cognoscit quæ sensus percipere non potest: & similiter æstimatiua, 1ª.q 78.4.4ᵐ.
84 *Intellectus abstrahit ab omni differentia temporis, sicut & ab aliis conditionibus materialibus, qua sensus concernit, 1ª.q. 107.4 c.
85 Cuiusliber potentiæ sensitiuæ obiectum est forma, prout est in materia corporali, ideò est cognoscitiua particularium tātùm, Ratio autem est cognoscitiua ipsius vniuersalis, 1 .q.85.1.c.& 3. 4.& 12ᴱ.q.5.1.1 .princip.& 22ᴱ.q.58.2ᵐ.
86 Potentiæ sensitiuæ interiores, præparant intellectui possibili proprium obiectum: ideo ex bona dispositione earum, ad quam etiam cooperatur bona dispositio corporis, redditur homo habilis ad intelligendum, 12ᴱ.q.50.4.3ᵐ.
87 Iudicium intellectus impeditur, per ligamentum sensus, 1ª. q. 84. 8.o.& q.94.4.4ᵐ.& q.101.2.c.& 12ᴱ.q.33.3. 3ᵐ.& q.48.3.c. & q.53.1. 3ᵐ.& 22ᴱ.q.154.4.c.& q.182.1.o.
88 Sensibilia sunt causa secundaria cognitionis intellectiuę, sed causa principalis est intellectus agens, 1ª.q.50.3.3ᵐ.& q.84.6.c.3ᵐ.
89 Sensus cognoscit tantùm particularia corporalia, sed intellectus cognoscit etiam vniuersalia & incorruptibilia, 1ª.q.85.1.c.
90 Sensus apprehendit rem, quo ad exteriora eius accidentia tantùm, sed intellectus ingreditur ad exteriora. j. ad essentiam, 1ª.q. 108.1.3ᵐ.
91 Nulla forma substantialis est sensibilis per se, sed solo intellectu comprehensibilis, 1ª.q.57.2.2ᵐ.& q.67.3.c.& q.75.6.c.fi.
92 Voluntas & intellectus sunt potentiæ naturales, & consequuntur naturam animæ de necessitate, 12ᴱ. q.110.4.4ᵐ. & 3ª.q.18.1.c.3ᵐ. & 4ᵐ.
93 Intellectus & voluntas sunt in eadem essentia animæ, subiectiuè, 1ª.q.87.4.1ᵐ.& 12ᴱ.q.33.3.3ᵐ.
94 *In omni creatura, differunt, tvaliter, intellectus, voluntas, & essenti a, 1ª.q.59.2.c.
95 Voluntas non potest esse in carentibus intellectu, 12ᴱ.q.1.2.3ᵐ.& q. 6.2.1ᵐ.
96 Obiectum intellectus, scilicet ratio boni, est simplicius, absolutius, altius, & nobilius, obiecto voluntatis, scilicet bono, 1ª.q. 82.3.c.1ᵐ.& 4.1ᵐ.
97 Nobilitas operationis intellectus attenditur secundum mensuram

ram intellectus, voluntatis autem, secundum obiectum, 22ᴱ.q. 23.6.1ᵐ.

98 Intellectus inter omnes potentias est altior,& voluntati propinquior,22ᴱ.q.83.3.1ᵐ.

99 Intellectus est superior voluntate, quo ad rationem ordinis, sed quo ad imperium,est econuerso,12ᴱ.q.13.1.c.

100 Voluntas respectu eorum quæ sunt supra animam, est nobilior intellectu,sed respectu inferiorum,est econuerso,1ª.q.82.3.c.3ᵐ. & q.108.6.3ᵐ.& 12ᴱ q.66.6.1ᵐ.& 22ᴱ.q.23.6.1ᵐ.

101 Idem secundum rem est obiectum intellectus, inquantum est verum,& voluntatis inquantum est bonum, 1ª.q.59.2. 2ᵐ.& q. 79.2.ᵐ.& q.80.1.2ᵐ.& q.87.4.2ᵐ.

102 Anima non potest esse sine intellectu & voluntate, 12ᴱ.quæ.110. 4.4ᵐ.

103 Intellectus tendit ad res, vt sunt in eo, sed voluntas, vt sunt in seipsis,1ª.q.19,3.6ᵐ.& 6.1ᵐ.& q.82.3.c.& 12ᴱ.q. 66.6. 1ᵐ.& q.86. 1. 2ᵐ,& 22ᴱ.q.23.6.1ᵐ.

104 Omne amatum est in volũtate,sicut terminus motus est in principio motiuo:nõ autem est in ea secundum similitudinem suæ speciei,sicut est in intellectu,1ª.q.27.4.c.

105 Obiectum intellectus,est primum in genere causæ formalis,sed obiectum voluntatis,est primum in genere causę finalis,12ᴱ:q. 9.1.c.

106 Intellectus est simpliciter prior voluntate,sicut motiuum mobili:& actiuum passiuo,1ª.q.82.3.2ᵐ.& 12ᴱ.q.13.1.c.

107 Intellectus prior est voluntate,in via receptionis ,sed econuerso in mouendo & agendo.12ᴱ.q.83.3.3ᵐ.

108 Intellectus regit voluntatem, non inclinando : sed ostendendo, & ordinando,12ᴱ.q.17.5.o.

109 Intellectus non mouet corpus, nisi per appetitum , cuius motio præsupponit operationem intellectus,1ª.q.76.1.c.col.2.

110 Intellectus mouet voluntatem , per modum finis, sed voluntas mouet imperando intellectui,& cæteris potentiis animæ, 1ª.q. 82.4.o.& q.107.1.c.& 12ᴱ.q.9.1.o.& 2.3ᵐ.& 3.o. & q.11.1. 2ᵐ.& q.12. 1.c.& q.96.1.c.& q.17.1.o.& q.18.7.c.& q.11.3.3ᵐ.& q.56.3.o. & q.58. 1.c.3ᵐ.& q.74.5.2ᵐ.& 22ᴱ.q.58.8.1ᵐ.& q.82.1ᵐ.& q.180.1.c.3ᵐ.& 3ª. q.85.4.4ᵐ.

111 Sicut intellectus ex necessitate inhæret primis principiis, ita & voluntas fini,1ª.q.82.1.2.c.

112 Finem prius apprehendit intellectus,quam voluntas,tamen motus ad finem incipit in voluntate, 12ᴱ.q.3.4.3ᵐ.& 4ᵐ.& 22ᴱ.q. 4. 7.c.

113 Intellectus est primum motiuum omnium potentiarum animæ, quo ad determinationem actus : voluntas verò, quo ad exercitium actus,12ᴱ.q.17.1.c.

114 *Ab intellectu procedit aliquid dupliciter , scilicet aliquid per modum operati, & aliquid per modum operationis,à voluntate autem secundo modo tantum,1ª.q.27.4.c.

115 Intellectus necessario intelligit aliquid , non imperio voluntatis,1ª.q.82.4.3ᵐ.

116 Intellectus intelligit actum voluntatis.1ª.q.87.4.o.& 12ᴱ.q.17.1.c.

117 Actus intellectus & voluntatis supra se inuicem reflectuntur, 12ᴱ.q.17.1.c.& 3.3ᵐ.& 22ᴱ.q.109.2.1ᵐ.

118 Necesse est esse intellectum agentem.1ª.q.54.4.o.& q.79.3.o.

119 Si intellectus agens, non esset aliquid animæ , sed esset quædam substantia separata, vnus esset intellectus agẽs omnium hominum,& hoc intelligunt qui ponunt vnitatem intellectus agentis,1ª.q.79.5.c.

120 *Si intellectus agens sit aliquid animæ,vt quædam virtus ipsius, necesse est dicere,quod sint plures intellectus agẽtes, secundum pluralitatem animarum,quæ multiplicantur,secundum multiplicationem hominum:nõ enim potest esse quod vna & eadem virtus sit diuersorum subiectorum.1ª.q.79.5.c.fi.

121 Intellectus agens est actus intelligibilium , quæ abstrahuntur à phantasmatibus,1ª.q.87.1.col.1.fi.& 2ᵐ.

122 Intellectus agens, est sua actio : non quidem per essentiam , sed concomitanter,1ª.q.54.1.1ᵐ.

123 Intellectus agens nullo modo est patiens:nec est subiectum habitus,1ª.q.50.5.2ᵐ.& q.54.1.c.

124 Intellectus in actu semper intelligit,quantum est de se,id est, ex parte intellectus agentis,1ª.q.79.4.2ᵐ.

125 Intellectus possibilis,non videtur homini,per speciem intelligibilem,contra Auerroim,1ª.q.76.1.c.col.1.fi.& q.88.1.c.

126 Intellectus possibilis , est ens actu,in genere entis : sed est pura potentia,in genere intelligibilium, 1ª.q.87.1.c.2ᵐ.& 12ᴱ.q.50.4. 2.& 5.c.

127 Sicut potentia ad esse sensibile conuenit materiæ corporali : sic potentia ad esse intelligibile,conuenit intellectui possibili, 12ᴱ. q.50.4.2ᵐ.

128 Intellectus possibilis,est in potẽtia naturaliter ad omnia & sola, quæ possunt manifestari per lumen intellectus agentis, scilicet ad omnes species rerum sensibilium,1ª.q.88.1.c.fi.& 22ᴱ.q.50.5.c.

129 Intellectus agens & intellectus possibilis , sunt potentiæ animæ, & non substantiæ separatæ à corpore, secundum esse, 1ª.q.79.4. 5.o. & q.88.1.o.

130 Intellectus agens , & intellectus possibilis , fundantur in eadem essentia animæ,1ª.q.79.4.4ᵐ.& q.87.4.1ᵐ.

131 Intellectus agens,& intellectus possibilis, differunt realiter, 1ª.q. 54.1.1ᵐ,& q.79.7.10.c.

132 Intellectus practicus,& intellectus speculatiuus , sunt realiter eadem petentia,sed differunt ratione,1ª.q.14.16.c.& q.79.11.o.

133 *Intellectus practicus est motiuus voluntatis,non quasi exequẽs motum,sed quasi dirigens ad motum,1ª.q.79.11.1ᵐ.

134 Practicum , dicitur ab opere exteriori, speculatiuum autem , ab opere interiori,12ᴱ.q.1.6.1ᵐ.& 2ᵐ.& q.3.5. 2ᵐ.q.13.4.2ᵐ. & quæst. 57.1.1ᵐ.

135 Intellectus speculatiuus, ordinatur ad actum proprium, vt ad finem:non autem ad actum extrinsecum,sicut intellectus practicus,22ᴱ.q.179.2.c.

136 Finis intellectus practici,& vitę actiuæ,est exterior operatio:speculatiui verò,& vitæ contemplatiuæ, est cognitio veritatis , 1ª. q.14.16.c.& q.79.11.o.& 12ᴱ.q.3.5.c.2ᵐ.& q.69.3.2ᵐ.& 22ᴱ.q.179.1.2. c.& q.180.1.c.1ᵐ.& 2.c.& 181.1.4.c.

137 Rer ordinatur ad intellectum practicum,vt mensuratum ad mẽsuram,ad speculatiuum autem econuerso,12ᴱ.q.64.3.c.

137 Verum intellectus speculatiui,accipitur per conformitatem eius ad rem,practici verò per conformitatem eius ad appetitum rectum,12ᴱ.q.57.5.3ᵐ.

139 Intellectus vt dicitur lumen supernaturale ad cognitionem , est vnum de septem donis Spiritus sancti,22ᴱ.q.8.1.o.& q.49.2.2ᵐ.

140 Donum potius nominatur intellectus , quàm voluntas, quia intellectus dicit excellentiam,non autem voluntas,22ᴱ.q.8.1.3ᵐ.

141 Ratio non dicitur donum, sicut intellectus : quia ratio procedit ex lumine naturali,nõ autem intellectus,sicut nec donum,22ᴱ. q.8.1.2ᵐ.

142 Donum intellectus est quædam acuta perfectio diuinorum,22ᴱ. q.49.2.2ᵐ.

143 Donum intellectus est ad capiendum diuina quorum iudicium, est doni sapientiæ,sicut doni scientiæ,respectu creaturarum , & consilium est respectu singularium operum.22ᴱ.q.8.6.o.

144 Donum intellectus est principaliter habitus speculatiuus , & secundario practicus,22ᴱ.q.8.3.o.& 6.c.3ᵐ.

145 Donum intellectus ita se habet ad nota nobis supernaturaliter: sicut lumen naturale ad prima principia,22ᴱ.q.8.1.2ᵐ.

146 Fides potest esse simul cum dono intellectus, respectu eorũ quæ secundario sunt fidei:nõ autem respectu principalium, nisi imperfectè,22ᴱ.q.8.2.o.

147 Fides & donum intellectus,sunt circa prima principia cognitionis supernaturalis,& gratuitè , ptimum essentiendo, secundum penetrando,vel capiendo,22ᴱ.q.8.6.c.2ᵐ.

148 Tota certitudo sapientiæ, intellectus , & scientiæ , vt sunt dona: procedit à certitudine fidei , quæ est principium eorum : sed vt sunt virtutes,inniruntur naturali lumini rationis:fides vero veritati Dei,ideo fides est perfectior eis quo ad certiorem inhæsionem,sed econuerso,quo ad maiorem manifestationem,22ᴱ. q.4.8.c.1ᵐ.

149 Per donum intellectus homo habet rectam æstimationem de vltimo fine , quod conuenit omni, & soli habenti gratiam gratum facientem,22ᴱ.q.8.5.o.

150 Donum intellectus non est,nisi in existente in gratia,22ᴱ.8.5.o.

151 Donum intellectus est semper in omni existente in gratia , nec vnquam * se substrahit * in necessariis ad salutem : in non necessariis autem interdum,vt materia superbiæ subtrahatur,22ᴱ. q.8.4.3ᵐ.

Intelligentia propriè , significat actum intellectus, & aliquando significat substantias separatas scilicet angelos,1ª.q. 79.10.o.

1 Intelligibile est in intellectu tripliciter , scilicet habitualiter , in actu conceptum vel consideratum , & vt ad aliud ordinatum & transitur de primo ad secundum , & de secundo ad tertium , per imperium voluntatis : & in secundo loquitur intelligens sibi ipsi,& in tertio loquitur alteri,1ª.quæst.107.1.c. 2ᵐ.

2 Forma in materia,non est intelligibilis,nisi in potentia,1ª.q.79.3.c.

1 Intemperantia est maximè vituperabilis,22ᴱ.q.142.4.o.& q.143.c.& q.144.1.2ᵐ.& q.151.4.2ᵐ.& 3ᵐ.

2 Maximum remedium contra intemperantiam est, non immorari circa singulatium considerationem,22ᴱ.q.142.3 c.3ᵐ.

3 *Deus non potest esse causa tendendi in non esse, nisi subtrahendo suam actionem à rebus,sed hoc habet creatura, inquantum est de nihilo,1ª.q.104.3.1ᵐ.

4 Formæ quæ possunt recipere magis & minus , intenduntur & remittuntur , secundum diuersam dispositionem subiecti , 3ª. q. 89.2.c.

1 INTENTIO naturæ,est ad speciem, nõ autem ad indiuiduum,nec ad genus.1ª.q.85.3.1ᵐ.fi.& 4ᵐ.& q.68.1.c.

2 Intentio mentis , propriè est actus voluntatis , secundum quòd in ea est vis intellectus ordinantis,12ᴱ.q.12.1.o.& 22ᴱ.q.180.1.c.

3 Intentio dicitur oculus , quia præsupponi tcognitionem intellectus,12ᴱ.q.12.1.1ᵐ.

4 Intentio dicitur lumen,quia nota est intendenti,12ᴱ.q.12.1.2ᵐ.

5 Intentio dicitur clamor ad Deum, quia Deus nouit eam,vel quia Dirigitur ad Deum,12ᴱ.q.12.2.2ᵐ.

6 Idem est motus quo voluntas vult ea quæ sunt ad finem,& quo intendit finem vt ratio eorum,non autem absolutè,12ᴱ.q.8.3.o. & q.12.4.o.

7 Intentio est tantum finis,non tamen semper est vltimi finis,12ᴱ.q. 12.2.o.& 22ᴱ.q.180.1.c.

8 Intentio potest esse simul ad multa,non ordinata ad inuicem, 12ᴱ. q.12.2.o

9 Contingit quòd intentio sit bona, & voluntas mala: non autem econuerso,12ᴱ.q.19.7.2ᵐ.& 4ᵐ. & 8.3ᵐ.

10 Actus est bonus vel malus,sicut voluntas eligens est bona vel mala,& * est malus , si voluntas intendit mala*. Sed ad hoc quod voluntas sit bona,requiritur quod sit boni , & sub ratione boni, 12ᴱ.q.19.7.c.3ᵐ.& 9.o.

11 Intentio dupliciter potest se habere ad actum qui dicitur voluntas,scilicet antecedenter seu causaliter , & concomittanter:primo modo bonitas voluntatis,ex intentione finis dependet,non autem secundo modo,nisi reiteretur,12ᴱ.q.19.7.o.& 9.c.

12 Virtus primæ intentionis , quæ est respectu vltimi finis manet in quolibet appetitu cuiuscunque rei , etiam si de vltimo fine actu non cogitetur , sicut non oportet , quòd qui vadit per viam , in quolibet passu cogitet de via,12ᴱ.q.1.6.3ᵐ.

13 Quãtitatis,intẽtionis & voluntatis duplex , scilicet ex parte obiecti,& ex intentione actus,secundò modo coæquantur bonitate & malitiã formaliter, & non materialiter, non autem primo modo,propter disproportionem , & propter impedimẽta actus exterioris.12ᴱ.q.19.8.o.

14 *Nullum malum potest per se intendi,1ª.q.19.9.c.& q.48.1.2ᵐ.& 4ᵐ.& 12ᴱ.q.72.1.c.& q.78.1.2ᵐ.

15 *Peccatum recipit speciem ex intẽtione peccantis, 12ᴱ.q.72.1.8.c. 3ª.q.88.4.1ᵐ.

16 Intentio secundum esse quod significat veritatem propositionis, formaliter est in anima , sed est in re fundamentaliter , 1ª. q.3. 4.2ᵐ.

1 *Nvllvm intentionale denominat suum subiectum,nec causat effectum naturalem,1ª.q.67.3.c.

1 INTERPRETATIO est in dubiis,in quibus nõ licet absque determinatione principis,à verbis legis recedere, sed in manifestis non opus est interpretatione,sed executione,22ᴱ. q.20.1.3ᵐ.

2 Interpretatio in dando remedium,debet fieri in peiorem partem: supponendo , scilicet cum debemus aliquibus malis adhibere remedium siue nostris siue alienis , expedit ad hoc vt securius remedium apponatur , quod supponatur id quod est deterius: quia remedium quod est efficax contra maius malum,est multo magis efficax contra minus malum:sed diffiniendo siue determinãdo,in rerum iudicio,debet aliquis niti ad hoc,vt interpretetur vnumquodque, secundum quod est : in iudicio autem personarum,vt interpretetur in melius,22ᴱ.q.60.4.c.3ᵐ.

3 Interpretatio sermonum , reducitur ad bonum prophetiæ , & est dignior quàm bonum linguarum,22ᴱ.q.176.2.4.

4 Postponitur autem interpretatio sermonũ,dono linguarum,quia etiam ad interpretandum diuersa linguarum genera,interpretatio sermonum se extendit.22ᴱ.q.176.4ᵐ.fi.

Intimiditas est peccatum , quia causatur ex defectu amoris, vel rationis vel ex superbia,22ᴱ.q.126.1.o.

Intvitvs præsens Dei , fertur ab æterno in totum tempus , & in omnia quæ sunt in quocunque tempore , sicut etiam in subiecta sibi præsentialiter,1ª.quæst. 14.9.c.& 13.c.fi. & 22ᴱ. quæst. 95. 1.c.

Invetsiri dicitur canonicus per librum : Abbas per baculum: Episcopus per annullum,3ª.q.62.1.c.

1 INVIDIA est tristitia de bono alterius:inquãtum æstimatur diminuere gloriam,22ᴱ.q.36.1.o.& 3.4.c.

2 Inuidia præcipuè est de bonis,in quibus est gloria & honor.22ᴱ.q. 36.1.c.

3 Inuidia quælibet est peccatum , non autem omnis Zelus,qui propriè est tristitia de eo quod deest nobis,non aliis , 22ᴱ.q.36.2.o. & q 158.1.c.

4 Inuidia secundum genus suum est peccatum mortale quæ in tantum conuertit hominem ad quietem indebitam , inquantum aspernatur bonum diuinum , tamen primi motus sunt peccata venialia,& sunt etiam in viris perfectis,22ᴱ.q.36.3.o.

5 Inuidia est vitium capitale:cuius sunt quinque filiæ,scilicet odiũ, susurratio,detractio,exultatio in aduersis:& afflictio in prosperis 22ᴱ.q.34.6.o.& q.36.4.o.

6 Inuidia ad proximum,est mater odij:primo ad proximum, & cõquenter ad Deum,22ᴱ.q.34.6.2ᵐ.

7 Inuidia non est inter multum inæquales,sed ad illos tantum,quibus potest quis se æquare, vel præferre,22ᴱ.q.36.1.2ᵐ.& 3ᵐ.

6 Amatores honoris,& pusillanimes sunt maximè inuidi , 22ᴱ.q.36. 1.3ᵐ.

9 Senes inuident iunioribus,& qui multa expendunt ad consequendum aliquid,iis qui parum expendunt,22ᴱ.q.36.1.4ᵐ.

10 Inuidia vt plurimum nascitur ex superbia,22ᴱ.q.36.4.1ᵐ.

11 Memoria bonorum vt sunt habita,causant delectationẽ: vt amissa tristitiam,vt habita ab aliis,inuidiam,22ᴱ.q.36.1.3ᵐ.

12 Inuidia contrariatur duabus virtutibus , quia habet duo obiecta, scilicet principale,id est, bonum : & proximum,primo contrariatur misericordiæ,secundo nemesi,22ᴱ.q.36.3.3ᵐ.

1 Facta per metum, sunt voluntaria simpliciter : & inuoluntaria secundum quid,12ᴱ.q.6.6.o.& 7.1ᵐ.& 2ᵐ.& q.39.1.c & q.73.6.c. & q.87.8.c.fi.& 22ᴱ.q.108.4.4ᵐ.& q.125.4.c.& q.142.3.c.

2 Concupiscentia nullo modo causat inuoluntarium,12ᴱ.q.6.7.o. & 22ᴱ.q.142.3.c.

3 Violentia causat inuoluntarium in cognoscẽtibus : in aliis autem causat innaturale,quia opponitur directè voluntario , & naturali,12ᴱ.q.6.4.c.& 5.o.& 6.1ᵐ.& q.73.6.c.& 22.q.88.6.1ᵐ.

Iocvnditas dicitur de spiritualibus signis, vel effectibus lætitiæ,cum intentione gaudij , scilicet in dictis , vel factis, 1ᴱ.q.31. 3.3ᵐ.

1 IOANNES Baptista fuit terminus veteris legis , & initium nouæ legis,scilicet euangelij,3ª.q.38.1.2ᵐ.

2 Ioannes Baptista pertinet ad testamentum nouum,22ᴱ.q.174.4.3ᵐ. & 3ª.q.38.1.1ᵐ.& 2ᵐ.

3 Exultatio eius in vtero matris , non fuit ab eo , per liberum arbitrium eius,sed fuit à Deo,ideo miraculosa fuit,22ᴱ.q.124.1.1ᵐ.& 3ª.q.27.6.c.

4 Tota vita eius fuit præparatoria ad Christum,3ª.q.38.1.2ᵐ.& 3.c.

5 Christus reuocauit à nuptiis Ioannem Euangelistam , volentem nubere:sed Petrum non separauit à matrimonio,quia primum potest fieri sine iniuria alterius , non autem secundum , 22ᴱ.q. 16.4.1ᵐ.

6 Ioannes Euangelista prædiligebatur à Christo , propter suam integritatem,& propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ , 3ª. q.45.3.4ᵐ.

7 Et propter virginitatem,& prærogatiuam euangelij, 3ª.q.45.3.4ᵐ.

8 Ioannes prædiligebatur à Christo propter quatuor , scilicet , propter sapientiam,puritatem,feruorem,& teneram ætatem , 1ª.q. 20.4.3ᵐ.

9 Ioannes Damascenus sequitur errorem Theodorici & Nestorij, quod spiritus sanctus non procedit à filio : quia fuit tempore, quo incepit illud schisma Græcorum,1ª.q.36.2.3ᵐ.

Iosaphat peccauit,non ex malitia,sed ex infirmitate humanæ affectionis,22ᴱ.q.186.10.2ᵐ.

1 Ioseph vir Mariæ,semper fuit virgo,3ª.q.28.3.5ᵐ.& 4.c.3ᵐ.

2 Ioseph voluit dimittere Mariam propter reuerentiam timens cohabitare tantæ sanctitati,3ª.q.28.3.2ᵐ.

1 IRA dicitur tripliciter, scilicet habitus vel actus vitij oppositi mansuetudini,secundo voluntas vindictæ , tertio passio,22ᴱ. q.158.8.c.

2 Ira duplex,scilicet per zelum,id est,secundum rationem, & ira per vitium,id est,contra rationem,22ᴱ.q.158.1.2.o.& 3ª.q.15.9.c.

3 Ira est inordinata dupliciter,scilicet,ratione appetibilis,& ratione modi,22ᴱ.q.158.2.3.4.c.

4 Gradus iræ triplex,scilicet, in corde,ore , & opere. 12ᴱ. q. 46.8.3ᵐ. & 4.22ᴱ.q.158.5.3ᵐ.& 7.c.

5 Ira est passio quodammodo composita ex passionibus contrariis, 12ᴱ. q. 46.2.c.fi.

6 Ita continet multas passiones , non sicut genus continet species, nec sicut causa suos effectus:sed sicut effectus suas causas, 12ᴱ.q. 46.1.c.3ᵐ.

7 Ira secundum rationem rectam , est passio laudabilis : quæ autem est contra rationem in plus vel minus:est peccatum , 22ᴱ.q.158. 1.2.8.o. & 3ª.q.15.9.o.

8 Habitus virtutis tenens medium in ira,est innominatus : ideo dicitur mansuetudo,quæ significat diminutionem iræ,22ᴱ.quæst. 157.2.2ᵐ.

9 Ira semper est aliquo modo cum ratione , 12ᴱ.q.46.4.5.o. & 22ᴱ.q. 53.6.1ᵐ.

1 Ira aliqualiter audit rationem,sicut nunciantem quod iniuriatum est , non autem perfectè , quia non obseruat regulam eius in vindicando,12ᴱ.q.46.4.3ᵐ.& 5.1ᵐ.& 6.c.& 22ᴱ.q.53. 6.1ᵐ.& q.72. 4.2ᵐ.

11 Ira componitur ex tristitia & desiderio,non sicut ex partibus : sed sicut ex causis,12ᴱ.q.46.33ᵐ.& 3ª.q.15.9.c.

12 Materiale in ira est accensio hominis circa cor, vel aliquid huiusmodi: formale verò, est ex parte appetitus vindictæ, 1ª.q.21.2ᵐ. & 12ᵉ.q.22.3 3ᵐ.& q.48.2.c.& 3.c.1ᵐ.

13 Ira quo ad suum formale, habet principium à ratione, sed quo ad suum materiale, impedit iudicium rationis, 12ᵉ.q.48.3.1ᵐ.& 3ᵐ. & 4.c.

14 Ira est ianua omnium vitiorum per accidens, scilicet impediendo rationem: sed per se, respectu aliquorum vitiorum, 22ᵉ.q.158. 6.3ᵐ.

15 Ira contra rationem ex parte obiecti, semper est peccatum mortale, nisi desit consensus, vel nisi de re parua, non autem ratione modi, nisi sit contra charitatem, 12ᵉ.q.88.5.1ᵐ.& 22ᵉ.q.158.3.o.

16 Ira est vitium capitale: non autem odium, 22ᵉ.q.34.5.o.& q.158. 6.o.

17 Species iræ sunt tres scilicet fel, id est, acuta mania, id est, manens, & furor, 12ᵉ.q.46.8.o.& 22ᵉ.q.158.5.o.

18 Filiæ iræ sunt sex. s. rixa, timor mentis, contumelia, clamor, indignatio & blasphemia, 22ᵉ.q.37.2.1ᵐ.& q.41.2.o.& q.158.7.o.

19 Ira est subiectiuè in irascibili, 12ᵉ.q.46.3.o.& 22ᵉ.q.162.3.c.

20 Defectus iræ in voluntate, vel in appetitu sensitiuo contra rationem, semper est peccatum, 22ᵉ.q.158.8.o.

21 Bruta habent iram, ex instinctu, naturali, non autem ex ratione eorum. 12ᵉ.q.46.4.2ᵐ.& 7.1ᵐ.

22 Multum ebrij non irascuntur, quia nihil habent de iudicio rationis, sed parum ebrij multum irascuntur, quia habent iudicium rationis, sed impeditum, 12ᵉ.q.46.4.3ᵐ.

23 Ira per zelum, non impediens, nec præueniens iudicium rationis, fuit in Christo. non autem ira per vitium, 3ª.7.15.9.o.

24 Ira vt dicit actum voluntatis ad vindictam, est in Deo, nō autem vt passio, 1ª.q.3.2.2ᵐ.& q.19.11.c.& q.20.1.2ᵐ.& q.59.4.1ᵐ.& 12ᵉ.q. 47.1.1ᵐ.& 22ᵉ.q.162.3.c.

25 Ira causatur ex re inconuenienti, præsenti, vel præteriti: vel ex apprehensione inconuenientis habiti: ideo causatur ex dolore & tristitia, 12ᵉ q.23.3.4.c.& q.25.1.3.c.& 4.48.2.c.

26 Omnis ira, est propter aliquid contra se factum, 12ᵉ.q.47.10.

27 Ira magis sequitur complexionem corporis, quàm cōcupiscentia, propter velocitatem choleræ ad iram: ideo promptius insurgit ira, quàm concupiscentia, 22ᵉ.q.156.4.c.

28 Ira causatur ex accidēti extrinseco. s. ex læsione: sed concupiscētia delectabilium, causatur ex causa naturali: ideo concupiscentia diuturnior est communior, & requirens principaliorum virtutem, licet ira maiorem impetum habeat, 22ᵉ.q.141.7.2ᵐ.

29 Causa iræ duplex. s. ratione motiui, vt excellentia, vel ratione dispositionis, vt defectus sicut ægritudo, 12ᵉ.q.47.3.o.

30 Ira causatur ex inuidia: & cōsequitur etiam audaciam: & est effectus eius, 12ᵉ.q.25.3.c.& q.2ᵐ.& 3ᵐ.

31 Tristitia illata, causat iram, 12ᵉ.q.46.1.c.& q.47.3.o.& q.48.1.o. & 2. c.& 3ª.q.15.9.c.

32 Sola, paruipensio causat iram, & omne prouocās iram, est aliquid sub ratione iniusti. 12ᵉ.q.47.2.o.& 3.4.c.

33 Tacens prouocat ad iram contumeliantem, quia videtur eum paruipendere, 12ᵉ.q.47.1.4ᵐ.& q.72.3.5ᵐ.

34 Obliuio, exultatio in diuersis denuntiatio tristium, impedīs voluntatem, & quælibet alia causant iram, ratione paruipensionis tantùm, 12ᵉ.q.47.2.3ᵐ.

35 Ludus, risus, festum, prosperitas, cōsummatio operum, delectatio non turpis, & spes causant iram ratione paruipensionis, sed impediunt eam, inquantum impediunt tristitiam. 12ᵉ.q.47.3.3ᵐ.

36 Defectus iniuriantis duplex, scilicet augens indignam paruipensionem, vt ignobilitas, insipientia, & seruitus, & defectus diminuens eam vt pœnitentia, cōfessio mali, humiliatio, postulatio venię, & huiusmodi primi augent iram, secundi verò diminuūt eam, 22ᵉ.q.47.4.o.

37 Ira debilitatur ex diuturnitate, sicut & causa eius, scilicet memoria iniuriæ, quæ etiam videtur minor, quādo est tantùm in memoria, 12ᵉ.q.48.2.2ᵐ.

38 Ira non est ad personam multum excellētem, quæ læsit, sed tātum tristitia: quia ira præsupponit tristitiam, desiderium, spem & audaciam puniendi, 12ᵉ.q.25.3.c.fi.& q.4.1ᵐ.& q.46.1.c.

39 Nullus propriè irascitur sibi, sed metaphoricè: sicut nec iustum nec iniustum sibi facit, nisi metaphoricè, 12ᵉ.q.46.7.2ᵐ.

40 Ira est magis ad amicos iniuriantes, quàm ad alios, quia indignior videtur eorum despectio, 12ᵉ.q.47.4.3ᵐ.

41 Ira est tantum ad eos, ad quos iustitia & iniustitia, 12ᵉ.q.46.7.o.

42 Homo irascitur inanimatis & brutis, ex imaginatione nunciante læsionem: non autem ex ratione, 12ᵉ.q.46.7ª.ᵐ.

43 Ira cessat ad grauiter læsos: quia malum eorum sufficit, 12ᵉ.q.46.6 1ᵐ.& q.47.4.2ᵐ.

44 Ira cessat ad mortuos: quia non possunt dolere, quod tamē appetit iratus, & vindicta iam facta videtur, 12ᵉ.q.46.7.1ᵐ.& q.47.4 2ᵐ.

45 Ira maximè facit perturbationem corporalem circa cor, ita vt etiam ad exteriora membra deriuetur, 12ᵉ.q.48.3.c.& 40.& 22ᵉ. q.46.3.3ᵐ.

46 Signa & effectus iræ sunt quinque, scilicet, palpitatio cordis, tremor corporis, inflatio faciei, exasperatio oculorum, & clamor irrationabilis, 12ᵉ.q.48.1.4.c.& 22ᵉ.q.158.4.c.fi.

47 Ira causat feruorem sanguinis: quia sit insequendo quod cōuenit calori, non autem retrahēdo quod cōuenit frigori, 12ᵉ.q.48.2.o.

48 Fetuor amoris est dulcis, & lenis, iræ verò feruor est amarus, & ex felle: ideo primus assimilatur calori aëtis & sanguinis, secundus autem assimilatur igni & choleræ, 12ᵉ.q.46.5.c. & q.48.2.1ᵐ.

49 Ex ira, audacia augetur, quia ira est quid ausiuum, secundum philosophum, vnde irati redduntur prompti & audaces ad inuadendum: & similiter delectatio est effectus iræ, vt est in spe vindictæ. sed delectatio de vindicta præsenti aufert totaliter iram, 12ᵉ.q.44.1.1ᵐ.& q.45.4.a.3.3ᵐ.fi.& q.48.1.o.

50 Ira inter cæteras passiones, magis impedit vsum, & iudicium rationis, 12ᵉ.q.48.3.o.& 4.c.& 22ᵉ.q.41.2.3ᵐ.q.157.4.c.

51 Ira dupliciter causat taciturnitatem, scilicet, ex parte rationis, & ex parte perturbationis eius, 12ᵉ.q.48.4.o.

52 Ira diminuitur persequētem, iram præcipuè si sequens ira sit maior. 12ᵉ.q.48.2.3ᵐ.

53 Ira & inuidia causant inconstantiam, pertrahendo rationem ad aliud: sed luxuria, totaliter extinguendo lumen rationis. 12ᵉ.q. 77.7.c.& 22ᵉ.q.53.6.1ᵐ.

56 Ira est leuior quàm inuidia, ratione appetibilis: & hæc quàm odium: sed ecōuerso, ratione modi, 12ᵉ.q.46.6.o.& 22ᵉ.q.158.4.o.

55 Ira semper respicit duo obiecta, scilicet vindictam, & nocentem, sed amor & odium, vnum obiectum tantùm quandoque. 12ᵉ.q. 46.2.3.c.

56 *Vtrumque obiectum amoris est bonum: odij autem malum, sed ira respicit vindictam sub ratione boni, & nocētem, secundum rationem mali, 12ᵉ.q.46.2.3.6.c.

57 Odium appetit malum alicuius, sub ratione mali, sed inuidia sub ratione propriæ gloriæ: ira verò, sub ratione iustæ vindictæ, 11ᵉ. q.46.6.o.& 7.c.& q.47.1.2.c.& 22ᵉ.q.34.6.3ᵐ.& q.43.2.c. & q.158. 4.c.

58 Odium appetit nocere, propter contrariam dispositionem infinitē, non tamen vt sciatur, ira verò propter læsionem tātùm, cum mensura, & vt sciatur, 12ᵉ.q.46.6.o.& 22ᵉ.q. 41.2.c. 4ᵐ. & q.72.4. 3ᵐ.& q.73.3.3ᵐ.

59 Odium prius & directius causatur ex tristitia & accidia, quam ex ira, 22ᵉ.q.34.6.3ᵐ.& q.159.7.2ᵐ.

60 Ira crescit in odium, non eadem numero per inuetterationem: sed quia causat odium per diuturnitatem, 12ᵉ.q.46.3.2ᵐ.& 22ᵉ.34. 6.3ᵐ.

61 Ira est singulare, odium autem ad vniuersale, 1ª.q.80.2.2ᵐ.& 12ᵉ. q.29.6.o.& q.46.7.3ᵐ.

62 Odium est insanabilius, & permanentius quàm ira, quia causatur ex permanentiori causa, scilicet ex dispositione qua reputatur aliud cōtrarium & nociuū: sed ira causatur ex passione & commotione animi propter læsionem illatam, 12ᵉ.q.46.6.3ᵐ.& 7.3ᵐ.

63 Odium magis agit sine misericordia, quàm ira, quantùm ad rem desideratam, sed econuerso quantum ad interiouem desiderij, 12ᵉ.q.46.6.1ᵐ.

64 Ira respicit bonum iustitiæ: concupiscentia verò bonum delectabile, vel vtile, 22ᵉ.q.158.4.c.

65 Ira operatur cum tristitia, concupiscentia verò delectabiliter, sed ira est minus pœnitibilis, quia plus habet de ratione, 22ᵉ. q. 156. 4.c.

66 Ira est cum ratione denunciante iniuriam, non autem præcipiente vindictam, sed concupiscētia neutraliter, 12ᵉ.q.46.4.o.& 22ᵉ. q.156 4.c.2ᵐ.

67 Difficilius est resistere iræ, & pugnare contra iram ad horam, propter impetum eius, quàm contra delectationem & cōcupiscentiam, sed econuerso, propter maiorem continuitatem, 22ᵉ.q.156. 4.1ᵐ.& q.162.6.1ᵐ.

68 Ira causatur ex cōtrariis passionibus, scilicet, à spe & tristitia, ideo includit in se contrarietatem, 12ᵉ.q.46.1.2ᵐ.

69 Nulla passio est contraria iræ, 12ᵉ.q.2.23.o.& 4.c.fi.& q.46.1.2ᵐ.

70 Iræ contrariatur aliquod vitium, scilicet inordinata remissio iræ, sed non apparet, quia est innominata, 22ᵉ.q.158.8.o.

71 Mitescere est priuatiuè vel negatiuè oppositum iræ, non autem contrariè, 12ᵉ.q.23.3.fi.

72 Ira non opponitur māsuetudini, nisi secundum quod ira est inordinata, 22ᵉ.q.157.1.3ᵐ.& 3ª.q.15.9.2ᵐ.

73 Mansuetudo magis opponitur iræ, quàm defectui eius: ideo vitiū oppositum māsuetudini, nominatur ira, ad quam refrenādam, principaliter mansuetudo ordinatur, 22ᵉ.q.157.2.2ᵐ.

1 Iracvndia est excessus iræ: ideo est vitium oppositum mansuetudini, 22ᵉ.q.157.1.3ᵐ

2 Iracundus non est, cui inest passio iræ, sed qui passibilis est de facili ab ea, 1ª.q.63.4.2ᵐ.

IRASCI

1 Irascibilis dupliciter sumitur, scilicet propriè, id est, appetitus sensitiuus, & impropriè, id est, voluntas, 1ª.q.82.5.2ᵐ.& 22ᵉ. q.162.3.c.3ᵐ.

2 Irascibilis potius denominatur ab ira, quam ab aliis passionibus: quia est notior, scilicet quia est effectus & terminus earum, 22ᵉ. q.25.3.1ᵐ.& q.46.1.1ᵐ.

3 Actus irascibilis in tantum est naturalis homini, inquantum est secundum rationem: sed inquantum est præter ordinem rationis, est contra naturam hominis, 22ᵉ.q.158.2.4ᵐ.

Iris quandoque significat serenitatem, inquantum causa eius, est causa serenitatis, 22ᵉ.q.95.5.c.

1 Ironia est vitium, quo quis asserit minora de se, quam credit, ideo semper est peccatum, tamen leuius vt plurimum quam iactantia, 22ᵉ.q.110.2.c.& q.113.o.

2 Ironia & iactantia circà idem, scilicet, circa conditionem personæ, mentiuntur verbis, vel quibuscunque signis, 12ᵉ.q.113.2.c.

Irregvlaritas non incurritur propter peccatum tantum, sed principaliter propter ineptitudinem personæ, ad Eucharistiam ministrandam, 12ᵉ.q.20.5.4ᵐ.& 22ᵉ.q.64.7.3ᵐ.& q.108.4.2ᵐ.

1 Irreligiositas habet manifestam contrarietatem ad religionem, per contemptum & irreuerentiam Dei, vel rei sacræ, 22ᵉ.q.92.97. princip.& q.122.3.c.

2 Irreligiositas opponitur veræ religioni, per defectum, sicut superstitio per excessum, & prohibetur secundo præcepto decalogi, 22ᵉ.q.122.3.4.c.

3 Species irreligiositatis sunt quatuor, scilicet tentatio Dei, periurium, sacrilegium, & simonia, 22ᵉ.q.97.99. princip.& q.154. 10.1ᵐ.

4 Superstitio impedit religionem, ne suscipiatur Deus, sed irreligiositas, ne susceptus honoretur, 22ᵉ.q.122.3.4.c.

5 Isaac significauit Christum, inquantum oblatus est in sacrificium: ideo non oportet quod significet eum vt offerens, licet obtulerit sicut & alij iusti, secundum congruitatem sui temporis, secundum Gregorium, 22ᵉ.q.85.1.2ᵐ.

Histrionatvs est licitus, si sit cum honestis verbis, & factis, & conuenienti negotio, loco, & tempore: ideo iustè datur eis merces, 2ᵉ.2.q.168.3.3ᵐ.

1 Christvs sperauit in Iuda, id est, confidebat quadrupliciter, scilicet secundum apparentiam, effectum, debitum, & in membris Christi, 22ᵉ.q.17.4.o.& 5.c.& q.25.1.3ᵐ.

2 Nomen Archangeli, ponitur in canonica Iudæ Apostoli, 1ª.quæst. 108.5.b.

1 Ivdævs Ecclesia permittit Christianos colere terras Iudæorum: quia per hoc non habent necesse conuersari cum eis, & tamen si ex tali communicatione vel conuictu, subuersio fideliū timeretur, esset penitus interdicendum, 22ᵉ.q.10.10.3ᵐ.

2 Totus cultus Iudæorum erat propheticus, & figuratiuus, 12ᵉ.q. 100.12.c.& q.104.2.2ᵐ.& q.114.10.2ᵐ.& 22ᵉ.q.87.1.c.& q.96.3. 3ᵐ.& 3ª.q.66.2.2ᵐ.

3 Tribus sacerdotalis & regia Iudæorum, erant præclariores: ideo sæpè coniunctæ sunt per matrimonium, 3ª.q.31.2.2ᵐ.

4 Iudæi excusantur à furto Ægyptiaco, & hoc non est nisi quia præcepto superioris domini, res non suæ, factæ sunt suæ, 13ᵉ. q.94.5.2ᵐ.& q.100.8.3ᵐ.& 22ᵉ.q.66.5.1ᵐ.& q.104.4.2ᵐ.

5 Iudæis permissum est, accipere vsuras ab extraneis tantum, quorum bona debebantur Iudæis, vel propter auaritiam, ne acciperent eas à fratribus, 12ᵉ.q.105.3.3ᵐ.& 22ᵉ.q.78.1.2ᵐ.

6 Communis status Iudæorum, semper erat in prosperitate, quandiu seruabant legem: & cum peccabant, erant in tribulationibus, 12ᵉ.q.99.6.1ᵐ.

7 Deus exaltauit Iudæos tempore gratiæ quintupliciter, scilicet secundum carnis assumptionem: per personalem prædicationem, per suam conuersationem, per miraculorum operationem, & per discipulorum prædicationem, 22ᵉ.q.10.8.c.& q.14.1.c.

8 Principes Iudæorum, cognouerunt Christum esse Messiam, qui promissus est in lege: non autem cognouerunt diuinitatē eius, nisi per coniecturas: quod etiam obscurabatur, per inuidiam & cupiditatem gloriæ propriè, 3ª.q.47.5.o.& 6.c.

9 Iudæi non intelligunt præcepta decalogi, 12ᵉ.q.102.6.7ᵐ.& q.107. 2.c.2ᵐ.& 4ᵐ.& 3.2ᵐ.& q.108.2.4ᵐ.& 3.1ᵐ.& 2ᵐ.& 4ᵐ.

10 Secta Iudæorum duplex, scilicet Pharisæorum, & Sadduceorum negantium resurrectionem, & angelos, 1ª.q.50.1.c.

11 Iudæi proni sunt ad idololatriam, 12ᵉ.q.100.7.4ᵐ.& 22ᵉ.q.10.9.1ᵐ.

12 Iudæi sunt crudeles, & ad auaritiam proni, 12ᵉ.q.105.2.2ᵐ.

13 Iudæi dixerunt primo quidem blasphemiam in filium hominis, cum dicebant voracem, potatorem vini, & publicanorum amatorem: postmodum autem blasphemauerunt in spiritum sanctum dum opera quæ ipse operabatur virtute propriæ diuinitatis, & per operationem spiritus sancti, attribuebant principi dæmoniorum, 22ᵉ.q.14.1.c.

14 Cum ipsi Iudæi sint serui Ecclesiæ: potest Ecclesia disponere de rebus eorum, sicut etiam principes seculares, multas leges ediderunt circa suos subditos, in fauorem libertatis, 22ᵉ.q.10.10.c.

15 Iudæi propter culpam suam, sunt serui in perpetuum: ideo Domini possent tollere res eorum, seruato eis victu, nisi leges hoc prohiberent, 22ᵉ.q.10.10.c.& 11.c.& 12.3ᵐ.& 3ª.q.68.10.2ᵐ.

16 Iudæi sunt compellendi à fidelibus si adsit facultas: vt fidem non impediant, vel blasphemiis, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus, 22ᵉ.q.10.8.c.& 9.2ᵐ.& q.14.1.c.

1 Ivdex iustè infligendo pœnas non peccat, 22ᵉ.q.64.2.3.o.& q.108.1.3.o.

2 Iudex nullas probationes admittere debet contra leges diuinas vel humanas, 22ᵉ.q.67.2.o.

3 Iudex perpendens accusatorem falso accusasse, non quidem malitiosè, sed temere, id est, ex leuitate credendi, vel ex iusto errore: non imponat ei pœnam talionis, 22ᵉ.q.68.3.1ᵐ.& 4.1ᵐ.

4 Iudex neminem debet condemnare nisi accusatum, 22ᵉ.q.67.3.o.

5 Iudex debet esse facilior ad absoluendum, quam ad condemnandum nisi in causis fauorabilibus, vt libertatis, 22ᵉ.q.70.2.2ᵐ.

6 Bonus iudex est diminutiuus pœnarum, quæ suo arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quæ determinantur à lege diuina, vel humana, 22ᵉ.q.67.4.1ᵐ.

7 Nullus iudex potest remittere pœnam, pro alterius iniuria, nisi læsus velit, nec pœnam pro iniuria communitatis, nisi supremus iudex, si expediat, 22ᵉ.q.67.4.o.& 3ª.q.46.2.3ᵐ.

8 Nullus est iudex sui, sed potest se committere iudicio aliorum, 22ᵉ.q.64.5.3ᵐ.

9 Naturalis tamen inclinatio inest iudici, & cuilibet homini, ad repellendum nociua dupliciter, scilicet, vel defendendo se, ne inferantur iniuriæ, vel vlciscendo illatas, non tamen intentione nocendi, sed intentione remouendi nocumenta, 22ᵉ.q. 108.2.c.

1 Ivdicivm secundum primam impositionem: significat rectam determinationem iustorum, sed post, ampliatum est nomen eius ad significandum omnem rectam determinationem, speculatiuam vel practicam, 12ᵉ.q.93.2.3ᵐ.& 22ᵉ.q.60.1.1ᵐ.

2 Iudicium est actus iudicis inquantum iudex, id est, inquantum est ius dicens: ideo est actus iustitiæ, id est, executio iustitiæ, 22ᵉ.q.60.1.o.& q.63.4.c.

3 Iudicium quo ad rem iudicatam, se habet communiter ad commutatiuam, & distributiuam iustitiam: sed quo ad formam iudicij, inquantum etiam in commutatiua, iudex accipit ab vno & dat alteri, pertinet ad distributiuam tantum, 22ᵉ.q.63.4.1ᵐ.

4 Ordinare, & iudicare sunt actus sapientiæ, 1ª.q.1.1.6.c.

5 In omni iudicio, vltima sententia pertinet ad supremum iudicatorium, 12ᵉ.q.74.7.c.

6 Ad omne iudicium requiruntur duo, scilicet virtus proferens, & dispositio eius: ratione primi, est actus rationis, prudentiæ, & sine sis: sed ratione secundi, est actus iustitiæ, 22ᵉ.q.60.1.1ᵐ.

7 Vnumquodque iudicatur magis, secundum formale in eo & per se, quam secundum materiale, & per accidens, 22ᵉ.q.110.1.1ᵐ.& 117.6.c.& q.118.5.c.fi.

8 Quidam sunt bene inquirentes, propter bonam imaginatiuam, qui non sunt bene iudicantes, propter indispositionem sensus communis, 22ᵉ.q.51.2.3.c.

9 Iudicium de re non potest haberi perfectū, nisi per resolutionem ad principium, 12.q.112.5.c.& 22ᵉ.q.173.3.o.

10 Iudicium certum de re, maxime datur sua causa, secundum ordinem causarum: quia per primam iudicatur de secunda, non autem econuerso, 22.q.9.2.c.

11 Rectitudo iudicij contingit dupliciter, scilicet per vsum rationis: & per connaturalitatem, tam in moralibus per scientiam moralem, & per habitus morales, quam in diuinis per donum sapientiæ, & per charitatem, 22ᵉ.q.45.2.c.& q.51.3.1ᵐ.

12 Rectum iudicium consistit in apprehensione rei, vt in se est, ex recta dispositione potentiæ cognitiuæ, & appetitiuæ, 22ᵉ.q.51. 3.1ᵐ.

13 Charitas inclinat ad rectum iudicium, de omni re, per regulas diuinas, ex quibus profertur per donum sapientiæ: sed iustitia inclinat per prudentiam, secundum regulas iuris, 22ᵉ.quæst.60. 1.2ᵐ.

14 Ad iustum iudicium, requiruntur tria, scilicet iustitia, autoritas, & prudentia: si primum desit, est iudicium peruersum: si secundum est iudicium vsurpatum: si tertium est iudicium suspiciosum vel temerarium, 22ᵉ.q.60.2.3.6.o.& q.67.1.o.& 3ª.q.59.1.c.

15 Iudex debet semper iudicare, secundum leges scriptas, 22ᵉ.q.60. 5.o.& 6.c.

16 Iudex debet iudicare secundum allegata & probata, etiam contra veritatem quam nouit vt persona priuata, 22ᵉ. q.64.6.3ᵐ.& q.67.2.o.

17 Iudicium humanum, debet imitari iudicium diuinum, in iudiciis Dei manifestis, non autem in occultis, quia eorum rationes, non potest homo comprehendere, 22ᵉ.q.10.11.c.& q.108.4.2ᵐ.

18 Existens in peccato mortali etiam occulto, ex officio corrigens,

Universidad de Deusto Biblioteca

vel iudicans alios, peccat, non autem hoc agens vt frater, nisi propter scandalum, 22ᴱ.q.43.5.o.

19 * Iudicat legem, dicens eam non esse bene positam, non autem dicens eam in aliquo casu non esse seruandam: sed de illo casu particulari, 22ᴱ.q.120.1.2ᵐ.

20 Homo in iudicio debet pauperi subuenire, quantum potest, sine læsione iustitiæ, 22ᴱ.q.63.4.2ᵐ.

21 Nullus potest iudicare nisi subditum, ordinariè, vel ex commissione superioris, vel propria spōte, vel delinquentem in re non exempta, 22ᴱ.q.60.2.c. & 6.o. & q.67.1.o.

22 Iudicium per compromissum in arbitros, necesse est aliqua pœna valiari, 22ᴱ.q.67.1.2ᵐ.

23 Iudicium Ecclesiæ, debet esse conforme iudicio Dei: & nō astringi legibus humanis, 22ᴱ.q.10.11.c. & q.108.4.2ᵐ.

24 Potestas secularis, subditur potestati spirituali: ideo iudicium non est vsurpatum, si prælatus spiritualis iudicat de temporalibus, quantum ad permissa, vel inqnantum ei subduntur, 22ᴱ. q.60.6.3ᵐ.

25 Iudiciaria potestas conuenit toti trinitati: sed appropriatur patri ratione auctoritatis, filio quo ad rationem iudicij, & spiritui sancto, quo ad affectum iudicandi, quem homines habent, 3ª. q.59.1.o.

26 Auctoritas principalis iudicandi, conuenit soli Deo, sed committitur hominibus, & maxime Christo secundum naturam humanam, 3ª.q.58.o. & q.59.2.o.

27 In iudicio Dei, idem potest esse accusator simul & testis, non autem in iudicio humano, 22ᴱ.q.67.1.1ᵐ.& 3.3ᵐ.& q.89.1.3ᵐ.

28 Deus in iudicio suo, vtitur conscientia peccantis, & euidentia facti quo ad ipsum, pro accusatore, 22ᴱ.q.67.1.1ᵐ.

29 Christus hic viuens, noluit administrare temporaliter regnum terrenum, nec iudiciariam exercere potestatem super res temporales, 3ª.q.59.4.1ᵐ.

30 Christus propria voluntate subdidit se Pilati iudicio, sicut etiam alij possunt se subijcere, etiam non superioribus, 22ᴱ.q.67.1.2ᵐ.

31 Iudiciaria potestas conuenit Christo, propter diuinam personam, dignitatem capitis, gratiæ habitualis plenitudinem, & propter meritum eius, 3ª.q.59.3.o.

32 Christus habet potestatem iudiciariam, super omnes creaturas: quia anima eius, est super omnes creaturas, 3ª.q.59.1.3ᵐ.

33 Christus secundum naturam humanam, habet potestatem iudiciariam super omnes angelos, quo ad dispensationes, & præmium accidentale: sed quo ad præmium essentiale, secundum naturam diuinam tantum, 3ª.q.59.6.o.

34 Iudiciaria potestas quo ad omnes res humanas, conuenit Christo secundum vtramque naturam, 3ª.q.39.4.o.

35 Angeli trahuntur ad iudicium pro custoditis qui damnātur, non quidem vt rei, sed vt testes, 1ª.q.113.7.4ᵐ.

36 Omnes homines iudicabuntur, quo ad receptionem præmij, vel punitionis: sed perfecti, & infideles non iudicabuntur iudicio discussionis, 3ª.q.56.2.3ᵐ.

37 Necesse est, esse generale iudicium, in fine mundi, præter iudicium particulare quod fit in morte, 3ª.q.59.5.o.

38 Dies iudicij quæ erit tempore secundi aduentus Christi, quod æstati comparatur, quando sol maxime exaltatur: est nota soli Deo, 3ª.q.46.9ª.3.3ᵐ.

IVDITH laudatur: non quia mentita est Holopherni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi: pro qua periculis se exposuit: quamuis dici possit, quod verba eius veritatem habēt secundum aliquem mysticum intellectum, 22ᴱ.q.110.3.3ᵐ.

IVGE sacrificium, fiebat mane & vesperi quotidie figurans perpetuitatem diuinæ beatitudinis, & perpetuitatem Christi, qui est agnus Dei, 12ᴱ.q.102.4.10ᵐ. & 3ª.q.22.3.3ᵐ.

IVMENTVM seu pecus, dicitur omne animal seruiens homini, 1ª.q.72.2ᵐ.

1 IVRAMENTVM est actus religionis, seu latriæ quia honorabilissimum est, 22ᴱ.q.89.4.o.

2 Iuramentum seu iurare, est Deum in testem vocare: propter defectum locutionis & cognitionis humanæ: ideo non fit nisi in necessariis, 22ᴱ.q.89.1.o. & 4.c.& q.98.2.c.

3 Iurare est implorare testimonium Dei, vt exhibendum: sed allegare sacram scripturam, est vti testimonio Dei, iam dato, 22ᴱ. q.89.1.1ᵐ.

4 Iuramentum Dei, & iuramentum angeli, in sacra scriptura, inducitur ad ostendendum infallibilitatem dispositionis diuinæ de aliqua re, non autem propter defectum dicti sui, 22ᴱ.q.89. 10.4ᵐ.

5 Iuramentum secundum se licitum est, & honestum, scilicet, ratione originis & finis: sed cedit in malum alicui, ex eo quod male vtitur eo, id est, sine necessitate & cautela debita, vel quia imminet periculum periurij, quia de facili homo in verbo delinquit, 22ᴱ.q.89.2.o. & 3.c.

6 Iuramentum quæritur ad subueniendum alicui defectui, quo scilicet vnus homo alteri discredit: ideo iuramentum non est per se appetendum, sed tantū in necessitate, vt medicina, vtendum est eo, 12ᴱ.q.107.2.c.3ᵐ. & q.108.3.1ᵐ.& 22ᴱ.q.5.3.art.1.& q. 89. & 3.c. & 5.o.

7 Iuramentum debet habere tres comites, scilicet, veritatem, iudicium, & iustitiam, 22ᴱ.q.89.3.o. & 7.c.& 98.1.1ᵐ.

8 Iurare per creaturas non licet, nisi secundum quod in eis veritas diuina, vel affectus testificationis eius ostenditur: sicut iurauit Ioseph, per salutem Pharaonis, scilicet vel per modum execrationis, quasi salutem Pharaonis obligauerit Deo, vel per modum contestationis, quasi contestando veritatem diuinæ iustitiæ, ad cuius executionem principes terræ constituuntur, 22ᴱ.q.89.6.o.

9 Assumuntur ad iuramentum aliquæ creaturæ, non quidem secundum se, sed inquantum in eis diuina veritas manifestatur: sicut iuramus per euangelium, id est, per Deum, cuius veritas in euangelio manifestatur: & per sanctos qui hanc veritatem crediderunt & obseruauerunt, 22ᴱ.q.89.6.

10 Soler homo iurare per caput suum, aut per filium suum, aut per aliquam aliquam rem quam diligit: sicut & Apostolus iurauit in animam suam, 22ᴱ.q.89.6.c.

11 Punitur per canones clericus, per creaturam iurans, quod ad blasphemiam infidelitatis pertinet, eo quod Dominus prohibuit iurare per creaturas, ita, scilicet quod eis adhibeatur reuerentia diuina, 22ᴱ.q.89.6.1ᵐ.

12 Iuramentum duplex, scilicet assertorium, id est de præsenti vel præterito: & promissorium, id est, de futuro, 22ᴱ.quæst.89.1.c. & 7.o.

13 Iuramenrum duplex, scilicet per simplicem contestationem Dei, & per execrationem, scilicet obligando se, vel aliquid sui ad pœnam, 22ᴱ.q.89.1.3ᵐ. & 6.c.

14 Deus dupliciter est testis in iuramento, scilicet manifestando veritatem in mente, vel in publico & puniendo mendacem, 22ᴱ.q.89.1.3ᵐ. & 2.3ᵐ.

15 Iurare per Deum, secundum se est maius, quàm iurare per euangelia: sed ratione maioris solennitatis & maioris deliberationis, & econuerso, 22ᴱ.q.86.10.2ᵐ. & q.98. 3.3ᵐ.

16 Obligatio voti causatur ex fidelitate ad Deum: ideo est maior, quam obligatio iuramenti, quæ est ex reuerentia Dei, 22ᴱ.q 89.8.o.

17 Iuramentum obligat, secundum intensionem iurantis sine dolo, aliàs obligat, secundum secundarium intellectum eius cui iuratur, 22ᴱ.q.89.7.4ᵐ.

18 In iuramento promissorio, est duplex obligatio, scilicet ad peccatum, si desit veritas: & obligatio ad faciendum illud quod promisit: sed in iuramento assertorio, est tantum prima obligatio, 22ᴱ.q.89.7.c.3ᵐ.

19 Iuramentum coactum, obligat in conscientia, non autem in foro contentioso: tamen potest repetere, vel denunciare superiori, etiam si oppositum iurasset, 22ᴱ.q.89.7.3ᵐ.& q.98.3.1ᵐ.

20 Cum quis iurat facere voluntatem alterius, vel promittit, intelligenda est debita conditio, si scilicet id quod ei mandatur licitum sit, & honestum, & portabile, siue moderatum, 22.q. 98.2.3ᵐ.

21 Iuramentum & votum, cum vergunt in deteriorem exitum, vel cum fit illicitum, non debet seruari, 22ᴱ.q.88.2.2ᵐ. & 10.c.& 12. 2ᵐ. & q.89.7.o.

22 Iurans aliquid illicitum facere, vel iurans abstinere à bono, vt à religione, non obligatur seruare illud: sed est periurus ipso facto, 22ᴱ.q.89.7.c.2ᵐ. & 9.3ᵐ.& q.98.1.1ᵐ.2.1ᵐ.& 2ᵐ.

23 Nouus ciuis obligatur seruare iuramenta ciuitatis, ex fidelitate, non autem ex iuramento: quia est actio personalis, 22ᴱ.q.98. 2.4ᵐ.

24 Canonicus iurans seruare statutā collegij, tenetur ad statuta futura, ex vi eorum, non autem ex iuramento, nisi hoc intenderit, 22ᴱ.q 98.2.4ᵐ.

25 Ille cui iuratur, potest liberare à iuramento promissorio, quo ad vtilitatem eius, non autem quo ad vtilitatem aliorum, nec quo ad honorem Dei, 22ᴱ.q.89.6.2ᵐ.

26 Quilibet potest irritare iuramentum sui subditi, circa ea quæ subduntur eius potestati: vt pater vel maritus, 22ᴱ.q.89.9.3ᵐ.

27 In iuramento assertorio non potest dispensari: nec in promissorio secundum se, sed tantum ratione materiæ indebitæ, 22ᴱ.q. 89.9.o.

28 Si dubium est, an sit licitum, vel proficuum, quod iuratum est, potest à quolibet episcopo dispensari: si autem sit licitum manifestè non videtur dispensabile, nec commutabile: nisi occurrat aliquid melius, ad communem vtilitatem, quod ad Papam maxime pertinet, 22ᴱ.q.89.9.3ᵐ. & q.98.3.1ᵐ.

29 Iurans debet esse ieiunus, nisi in necessitate, 22ᴱ.q.89.10.o.

30 In festo non licet iurare pro re temporali, nisi forte ex magna necessitate, sed iurare pro re spirituali licet, 22ᴱ.q.89.10.c.& 31 Pueri & periuri non coguntur iurare, quia iurarent sine reuerentia,

rentia, nec sacerdotes, nisi in necessitate, & pro re spirituali, 22ᴱ.q.89.10.o.

6 Liber vitæ in diuinis dicitur essentialiter, non autem personaliter, & appropriatur filio, ratione notitiæ : sed spiritui sancto, ratione vitæ, 1ª.q.39.8.fi.
7 Liber vitæ non est prædestinatio, sed est notitia eius, 1ª.q.24.1.4ᵐ.
8 Liber vitæ & electio, sunt tantum de vita gloriæ creaturarum, non autem propriè de vita naturæ, nec de vita gratiæ, nec de vita Dei, 1ª.q.24.2.o.
9 Scripti simpliciter in libro vitæ, scilicet prædestinati, nunquam delentur de libro vitæ, sed scripti secundum gratiam, delentur de libro vitæ, 1ª.q.24.3.o.
10 Sicut potest aliquis deleri de libro vitæ, sic potest in eo scribi de nouo, scilicet vel secundum opinionem,vel secũdum gratiam, non autem simpliciter, 1ª.q.24.3.3ᵐ.
11 Nullus liber dicitur liber mortis, sicut dicitur liber vitæ,quia electi solent ascribi, non autem repudiati, 1ª.q.24.1.3ᵐ.
12 Libri aperiendi in die iudicij, sunt conscientiæ singulorum, vel sancti vtriusque testamenti,vel sententia iudicis,vel vis diuina ostendens omnia,qua cuilibet nota sient facta sua, 1ª.q.24.1.1ᵐ.

1 LIBERALITAS est virtus dispensandi bene diuitias, in vsus bonos sibi suisque, & aliis, 22ᵉ. q.117.1.o.
2 Ad liberalem non pertinet,esse promptum ad recipiendum,& minus ad petendum:sed solicitè procurat fructus suarum possessionum, ad liberaliter dandum, 22ᵉ.q.177.4.3ᵐ.
3 Propria materia mediatè libertatis, est pecunia,id est,res possessa, sed materia immediata, est passio circa pecuniam, 12ᵉ.q.60.5.c. & 22ᵉ.q.31.1.2ᵐ.& q.32.1.4ᵐ.& q.58.9.2ᵐ.& q.117.2.3.o. & 6.c.& q.118.3.c.2ᵐ.& q.157.1.c.
4 Liberalitas moderatur amorem pecuniatũ & timorem de amissione earum, 22ᵉ.q.123.4.2ᵐ.
5 Proprius actus liberalitatis duplex,scilicet bene vti pecunia in se & in alios : secundarius autem est, præparare & conseruare eas ad bonum vsum, 22ᵉ.q.117.3.4.o.
6 Proprius & principalior actus liberalitatis est dare, quàm accipere,vel acquirere,vel conseruare, vel vti pro se, 22ᵉ.q.117.4.o. & q.119.1.2ᵐ.& 3ᵐ.
7 Liberalis tristatur quod aliquid detur non conuenienter,sed magis quando ipse dat non conuenienter, quia plus opponitur actui eius proprio, 22ᵉ.q.117.4.2ᵐ.
8 Dare aliquid cum concupiscentia retinendi, derogat liberalitati, non autem amicitiæ vel charitati, sed magis ostenditur perfectio eius, 22ᵉ.q.31.1.2ᵐ.
9 * Liberalitas est subiectiuè in voluntate, 1ª.q.21.1.1ᵐ.
10 Dantes omnia pro Christo, non sunt prodigi, sed liberales, 22ᵉ. q.119.2.3ᵐ.
11 Solus Deus est maximè liberalis, 1ª.q.44.4.1ᵐ.
12 Christus omnes diuitias contemnendo, ostendit in se summum gradum liberalitatis & magnificentiæ, 3ª.q.7.2.3ᵐ.
13 Omnis virtus theologica & cardinalis, est simpliciter, id est, secundum propriam materiam nobilior liberalitate, quæ tamen habet quandam excellentiam, inquantum est vtilis ad multa, 22ᵉ.q.117.6.o.
14 Iustitia se extendit ad omnes, non autem liberalitas, 22ᵉ.q.58.12. 1ᵐ. & q.123. 12.5ᵐ.
15 Iustitia est simpliciter maior liberalitate,quia est communior, & fundamentum eius est, & potest esse sine ea, non autem econuerso, secundum quid est econuerso, scilicet vt est ornamentum iustitiæ, 22ᵉ.q.66.4.1ᵐ. & q.123.12.5ᵐ.
16 Liberalitas conuenit cum iustitia, quia vtraque est principaliter ad alterum, & circa exteriora, sed prima attendit exteriora vt propria : secunda vero vt sunt alterius, & ratione debiti, ideo liberalitas non est species iustitiæ, sed est pars sibi annexa, 22ᵉ. q.58.12.1ᵐ. & q.117.2.3ᵐ. & 3.2ᵐ.5.o. & q.118. 3.2ᵐ. & q.134.4.1ᵐ. q.157. 1.c.
17 Liberalitas est ad se in sumptibus, non autem in dationibus, sed iustitia nullo modo est ad se, 22ᵉ.q.106.3.1ᵐ. & q.117.3.3ᵐ.

1 LIBERTAS cuiuslibet rei est dominium & potestas sui actus, ad opposita, 1ª.q.83.3.4.o.
2 De ratione vel necessitate libertatis non est esse primam causam sui, id quod liberum est, 1ª.q.83.1.3ᵐ.
3 Posse velle malum, non est libertas, nec est pars libertatis,1ª.q.62. 8.3ᵐ. & 22ᵉ.q.88.4.1ᵐ.
4 Tota radix libertatis, vt subiectum, est voluntas : ratio autem vt causa, 12ᵉ.q.6.2.2ᵐ.& q.17.1.2ᵐ.
5 * Libertas opponitur necessitati coactionis,non autem necessitati finis, 1ª.q.82.1.c.1ᵐ. & 22ᵉ.q.44.1.2ᵐ.& 3ª.q.14.2.c.
6 Libertas prima est debilitata per peccatum, non autem omnino amissa, 1ª.q.83.2.3ᵐ.

1 LIBERVM arbitrium non est habitus propriè,sed est potentia, 1.q.83.1.o.
2 Liberum arbitrium est idem realiter quod voluntas, secundum quod in ea est virtus intellectus : vnde liberum arbitrium esse dicitur facultas voluntatis & rationis, 1ª.q.83.3.4.o.& 12ᵉ.q.1.1.c. & 22ᵉ.q.24.1.3ᵐ. & q.95.5.c.
3 Liberum arbitrium est tantum eorum, quæ sunt ad finem, 1ª.q.19. 1.c. & q.82.1.2.c. & q.83.1.5ᵐ.
4 Liberum arbitriũ vt de actibus,est tantum de contingentibus:sed vt de obiectis,est etiã de præteritis & necessariis, 22ᵉ.q.24.1.3ᵐ.
5 * Liberum arbitrium est per se ordinatum in bonum, nec tendit in malum nisi sub ratione boni, 1ª.q.63.1.4ᵐ.& 3ª.q.34.3.1ᵐ.
6 * Nullius creaturæ liberum arbitrium potest naturaliter esse confirmatum in bono, sed tantum ex gratia, 1ª.q.63.1.c.

7 Liberum arbitrium viatoris,potest per gratiam confirmari in bono aliquo modo,non autem simpliciter,3ª.q.52.7.3ᵐ.& q.79.6. 1ᵐ.& 2ᵐ.
8 Liberum arbitrium in damnatis est obstinatum in malo, quod non potest esse in via perfecte,22ᵉ.q.14.3.3ᵐ.& 3ª.q.52.6.3ᵐ. & q. 86.1.c.
9 Liberum arbitrium est in omni,& solo habente intellectum,1ª.q. 59.3.c.
10 Liberum arbitrium est in Deo,1ª.q.19.10.o.
11 Liberum arbitrium est in beatis,& est in damnatis, 3ª.q.18.4.3ᵐ.
12 Homo habet liberum arbitrium,1ª.q.83.1.o.& 12ᵉ.q.13.6.o.
13 Homo per peccatum amisit liberum arbitrium,quo ad libertatem à culpa & miseria,non autem quo ad naturam,1ª.q.83.1.3ᵐ.
14 Liberum arbitrium non est in brutis,1ª.q.59.3.c.
15 Liberum arbitrium non suscipit magis & minus secundum essentiam,sed secundum dispositionem subiecti ; tamen est maius secundum nobilitatem rei,cuius est,1ª.q.59.3.3ᵐ.
16 Omnis actus humanus est à libero arbitrio vel elicitiue, vel imperatiue,12ᵉ.q.1.1.c.
17 Eligere est proprius actus elicitus liberi arbitrij, 1ª.q.83.3.4.o. & 3ª.q.18.4.b.& c.

Libido voluntatis grauat peccatum,sensibilis autem leuiat, 22ᵉ. q.154.3.1ᵐ.& q.156.3.c.3ᵐ.
Non licere aliquid alicui,contingit dupliciter,scilicet ratione prohibitionis,& ratione defectus,22ᵉ.q.187.1.c.

1 LIGNVM vitæ,& arbor scientiæ boni & mali,sunt materialia,sed significant res spirituales,1ª.q.102.1.4ᵐ.
2 Lignum vitæ causabat immortalitatem in Adam, per solam fortificationem virtutis:alij vero cibi,restaurando deperditum,1ª. q.97.4.o.
3 Causa principalis immortalitatis Adæ, erat virtus supernaturalis ei data,non autem lignum vitæ,sed tamen erat coadiuuans ad continuationem vitæ,1ª.q.97.4.c.fi.
4 Si post peccatum,homo comedisset de ligno vitæ,non potuisset euadere mortem,sed potuisset eam deferre,22ᵉ.q.164.2.6ᵐ.
1 Idem locus & status sanctorum ante aduentum Christi, dicebatur sinus Abrahæ,ratione requiei : & limbus inferni , ratione defectus gloriæ,non autem sunt omnino diuersi,3ª.q.52.2.4ᵐ.
2 Gaudium magnum erat in eo,de gloria sperata,3ª.q.52.5.1ᵐ.
3 In limbo patrum erat dolor,de dilatione gloriæ,non autem pœna sensibilis pro peccato , sed Christus solvit vtrunque , scilicet præseruando à secundo,& dando gloriam,3ª.q.52.2.2ᵐ.& 5.1ᵐ.
4 Limvs est terra permista aquæ , ideo corpus hominis dicitur componi ex eo,id est ex quatuor elementis,1ª.q.91.1.o.

1 LINGVA infirmi,quę infecta est cholerico,& amaro humore,non potest percipere aliquid dulce,sed omnia videntur ei amara,1ª.q.75.2.c.& q.111.4.c.
2 Donum linguarum,est gratia gratis data,& necessaria fuit duplici ratione,scilicet vt prima discipuli Christi per vniuersum orbem discurrentes fidem eius vbique prædicarent:& vt sicut gẽtibus ad idololatriam declinantibus, introducta est diuersitas linguarum , ita etiam quando erant gentes ad cultum vnius Dei reuocandæ , contra huiusmodi diuersitatem , remedium adhiberetur,per donum linguarum,22ᵉ.q.176.1.o.
3 Christus habuit donum linguarum,quo tamen non est vsus:quia tantum in vna gente prædicauit,22ᵉ.q.176.1.3ᵐ.& 3ª.q.7.7.3ᵐ.

Litigivm proprie est contradictio in verbis , non ex defectu amoris animos vnientis,sed ex hoc quod quis non veretur cõtristare personam:primum est contentio,& pertinet ad discordiam contrariam charitati : secundum contrariatur amicitiæ vel affabilitati,non autem mansuetudini vel temperantiæ, licet oriatur aliquando ex ira,vel concupiscentia generali, & ex multis aliis,22ᵉ.q.116.1.o.
Figuræ literarum,quibus tria & sex repræsentant Græci, satis sunt propinquæ apud eos, 3ª.q.46.9.2ᵐ.fi.

1 LOCA. * Inter quælibet duo loca,sunt infinita loca,tam diuisibilia,quam indiuisibilia,1ª.q.53.2.c.
2 Respectus & inclinatio,& ordo corporis grauis ad locum mediũ, est relatio realis,1ª.q.28.1.c.
3 Esse in loco dicitur dupliciter,scilicet sicut esse in aliqua re, vel esse sicut locatum in loco.1ª.q.8.2.c.
4 Esse in loco contingit dupliciter, scilicet circunscriptiue & diffinitiue,1ª.q.52.1.o.
5 Quod est in aliquo loco totum,totalitate essentiæ , potest simul esse extra:non autem totalitate quantitatis,1ª.q.8.2.3ᵐ.
6 *Incorporalia sunt in loco,1ª.q.8.2.1ᵐ.& 2ᵐ.
7 Deus non est in loco circunscriptiue neque diffinitiue , quia est vbique,1ª.q.52.2.c.fi.& 3ª.q.52.3.3ᵐ.
8 Deus dicitur esse in loco metaphorice,quia implet locum causalitate effectuum,non autem distantia dimensionum,1ª.q.8.2.c.
9 Deus est in loco,non quidem vt quid mensuratum loco , sed vt dans virtutem loco,locandi & continendi.Ibidem.

1 LONGANIMITAS est virtus, qua habetur animus tendendi in aliquid distans in longinquum,& cõuenit dupliciter cum patientia,sed magis cum magnanimitate,scilicet primo quidem , quia patientia sicut & fortitudo sustinet aliqua mala,propter aliquod bonum : quod si ex propinquo expectetur,facilius est sustinere : si autem in longinquum differatur, difficilis est expectatio:secundo quia hoc ipsum quod est differri bonum speratum,natum est causare tristitiam:& sic secũdum quod sub eadem ratione mali contristantis , potest comprehendi & dilatio boni sperati , quæ pertinent ad longanimitatem,& labor quem homo sustinet in continuata executione boni operis,quod pertinet ad constantiam, tam longanimitas quam etiam constantia sub patientia comprehenduntur,12ᵉ.q. q.70.3.c.& 22ᵉ.q.137.5.3ᵐ.& q.136.5.o.
2 Longanimitas magis respicit spem,quàm timorem, vel audaciã, vel tristitiam,sicut etiam magnanimitas,22ᵉ.q.136.5.o.

1 INdiuersis linguis,sunt diuersi modi loquendi,1ª.q.39.3.2ᵐ.
2 Deus loquitur angelis vel hominibus,ostendẽdo aliquid:& fortassis Deus primis hominibus antea loquebatur,sicut cum angelis loquitur,ipsa incommutabili veritate illustrans mentes eorum,& si non tanta participatione diuinæ essentiæ, quanta capiunt angeli,secundum Augustinum,1ª.q.94.1.c.fi.
3 Loqui videntur bruta,per illusionem Simonis Magi,vel operante dæmone:sicut & asina Balaam,per angelum,22ᵉ.q.165.2. 4ᵐ.

Loth culpandus est secundum Augustinum , non quantum ille incestus,sed quantum ebrietas meruit,22ᵉ.q.105.4.c.fi.
Lotio pedum veteris testamenti , prætermittitur in nouo testamento,& retinetur lotio manuum,quia est in promptu,&idem significat,scilicet perfectam mundiciam,3ª.q.83.5.1ᵐ.
Lvcia verum dixit, quod corpus non coinquinatur nisi de consensu mentis,22ᵉ.q.64.5.1ᵐ.
Lvcifer peccauit grauius cæteris angelis, inquantum in eo minor flexibilitas fuit ad peccatum,1ª.q.63.8.3ᵐ.
Lvdicra seu iocosa,sunt dicta vel facta,in quibus non quæritur nisi delectatio animalis.22ᵉ.q.168.2.c.
Lvdificatio dæmonum,mutat homines in bestias,secundum apparentiam tantum,non autem secundum rei veritatem,1ª.q. 114.4.2ᵐ.& 22ᵉ.q.165.2.4ᵐ.

1 LVDVS est in remedium , contra fatigationem animalem, dans animę quietem,id est,delectationem,12ᵉ.q.1.6.3ᵐ.& 22ᵉ. q.168.2.3ᵐ.
2 Ambrosius reprobat omnes ludos in sacra scriptura , non autem in aliis,22ᵉ.q.168.2.1ᵐ.
3 Ludus triplex,scilicet turpis,deuotus,& recreatiuus.Primus debet vitari à quolibet:secundus est laudabilis:tertius debet sumi,sed temperatius à pœnitente,22ᵉ.q.168.4.1ᵐ.
4 In ludis cauenda sunt tria,scilicet dicta & facta turpia & nociua, resolutio grauitatis,& indebitæ circunstantiæ.22ᵉ.q.168.2.o.
5 Ludere inordinate ratione recreationis,opponitur enutrapeliæ,sed pertinet ad molliciem,ratione quietis,22ᵉ.q.138.1.3ᵐ.
6 Defectus ludi est peccatum,sed minus quam excessus eius, 22ᵉ.q. 168.4.o.
7 Excessus ludi duplex,scilicet ratione turpitudinis vel nocumenti,& ratione indebitæ circunstantiæ:primus est peccatum mortale:secundus autem,est peccatum veniale,nisi ponatur finis in hoc,22ᵉ.q.168.3.o.
8 Superfluitas ludi pertinet ad ineptam lætitiam , filiam gulæ, 22ᵉ. q.168.3.3ᵐ.
9 Peccata ratione solius intensionis excusantur per ludum,non autem peccata ex sua specie:sed reddunt ludum obscœnum & flagitiosum,22ᵉ.q.168.3.1ᵐ.

1 LVMEN dupliciter potest inesse alicui , scilicet vel per modum formæ permanentis,vel per modum passionis trãseuntis,22ᵉ.q.171.2.c.& q.175.3.2ᵐ.
2 Maius lumen offuscat minus lumen , scilicet alterius illuminantis:non autem minus lumen illuminati:sed perficit ipsum , 3ª. q.5.4.2ᵐ.& q.9.1.2ᵐ.
3 Lumen naturale intellectus,nihil aliud est , quàm manifestatio veritatis,1ª.q.67.1.c.& q.106.1.c.
4 In homine est triplex lumen,quo non participant bruta, scilicet lumen naturæ,gratiæ & gloriæ,1ª.q.106.1.2ᵐ.
5 Lumen naturale intellectus confortatur per infusionem luminis gratuiti,1ª.q.12.13.c.
6 Lumẽ supernaturale intellectus,id est,intellectus qui ponitur donum spiritusſancti,est quædam acuta perspectio diuinorum,1ª. q.106.1.2ᵐ.& 22ᵉ.q.49.2.2ᵐ.
7 Lumen intelligibile imprimitur diuinitus,ad iudicandum visa ab aliis,ad intelligendum scripturas,& ad interpretãdum,sicut Apostolis ad cognita naturaliter,& ad agenda,22ᵉ.q.173.2.c.fi.
8 Lumen gloriæ non potest esse connaturale alicui creaturæ , 1ª.q. 12.5.3ᵐ.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 Productio plantarum,præmittitur productioni luminarium, ad excludendum idololatriam,1ª.q.70.1.1ᵐ.& 4ᵐ.
2 Luminaria producta sunt primo die,quo ad substantiam:sed quo ad collationem determinatę virtutis,producta sunt quarta die, 1ª.q.70.1.1ᵐ.& q.74.1.4ᵐ.
3 Luminaria sunt fixa in sphæris, secundum Aristotelem, nec mouentur sine suis sphæris:sed oppositum tenet Ptolomeus, 1ª.q. 70.1.3ᵐ.
4 Sol dicitur luminare magnum,& luna luminare minus: sed sol propter quantitatem & propter virtutem: luna vero dicitur magna,propter quantitatem apparentem & claritatem,& propter propinquitatem ad nos,& propter manifestos eius effectus,1ª.q.68.1.c.fi.& q.70.1.5ᵐ.
5 LVNA plena oritur vespere,& occidit mane:ideo dicitur præsse nocti,quia probabile est quod producta sit perfecta,sicut & plătæ & animalia,1ª.q.70.2.5ᵐ.
2 Luna non dicitur præsse diei,sicut nocti, licet appareat in die, quia non dominatur diei, propter præsentiam maioris luminaris,scilicet solis,1ª.q.68.1.c.fi.& q.70.1.5ᵐ.
3 Luna secundum proprium motum,est velocior sole:sed secũdum motum diurnum,est econuerso,3ª.q.44.2.2ᵐ.

1 LVX seu lumen,non est corpus,nec est euidentia coloris,1ª.q. 67.2.0.& q.76.7.c.& q.91.1.2ᵐ.
2 Lux non est forma substantialis solis,sed est qualitas actiua cuiuslibet lucentis à se,1ª.q.67.3.0.
3 Lux proprie est tantum in corporibus, quantum ad illud à quo sumitur nomen,sed quantũ ad illud cui imponitur:magis conuenit spiritualibus quàm corporalibus,1ª.q.67.1.0.& q.74.2.c.
4 Lux non habet contrarium,quia est qualitas primi alterantis, 1ª. q.67.3.2ᵐ.
5 Lux dicitur esse sine numero, pondere, & mensura, quia virtus eius se extendit ad omnia corporalia, non autem simpliciter, 1ª.q.5.5.5ᵐ.
6 Lux primo creata,fuit sol:sed adhuc informis,quo ad determinationem virtutis,factam quarta die: nec lux erat nubes, nisi secundum similitudinem,1ª.q.67.4.0.& q.68.1.c.fi.& q.70.1.2ᵐ.& q.74.1.c.4ᵐ.& 3.5ᵐ.
7 *Lux non videtur per aliquam similitudinem, sed per essentiam suam informat oculum,1ª.q.56.3.c,
8 *Lux facit quod color qui est visibilis in potentia, fiat visibilis in actu,1ª.q.67.3.3ᵐ.& q.79.3 2ᵐ.
9 *Eodem actu videtur color & lux,vt ratio videndi,non autem vt obiectum,12ᵉ.q.8.3.2ᵐ.& q.12.4.c.
10 Alium effectum facit lux solis,alium lux Iouis:& sic de aliis Planetis,1ª.q.67.3.c.& q.70.1.2ᵐ.
11 Lux agit ad productionem formæ substantialis, vt instrumentum cæli,1ª.q.67.3.3ᵐ.

1 LVXVRIA principaliter, est circa voluptates venereas, secundario autem dicit excessum in aliis,22ᵉ.q.153.1.o.
2 Omnis actus luxuriæ est peccatum,22ᵉ.q.153.3.o.
3 Omnis actus luxuriæ deliberatus extra limites mattimonij, est peccatum mortale:aliter vero est veniale, 22ᵉ.q.35.3.c.& q.36.3. c.q.153.3.o.
4 Luxuria est vitium capitalo,22ᵉ.q.153.4.o.
5 Peccata luxuriæ inter vitia intemperantiæ, sunt maximè exprobrabilia,22ᵉ.q.151.4.3ᵐ.
6 Species luxuriæ sunt sex,scilicet fornicatio,adulterium,incestus, stuprum,raptus,& luxuria contra naturam,22ᵉ.q.154.o.
7 Stuprum aliquando sumitur communiter pro omni peccato luxuriæ,22ᵉ.q.154.6.2ᵐ.
8 Sacrilegium reducitur ad species tres luxuriæ,scilicet vel ad stuprum,vel ad adulterium, inquantum violatur virgo Deo desponsata: vel ad incestum,inquantum est cum cognata spirituali,22ᵉ.q.154.1.3ᵐ.& 10.2ᵐ.
9 Peccatum luxuriæ contra naturam,non est humanum,sed bestiale,22ᵉ.q.142.4.3ᵐ.& q.154.11.o.
10 Vitium contra naturam est grauissimum inter species luxuriæ:secundo raptus:tertio incestus: quarto adulterium: quinto stuprum,& minima fornicatio,12ᵉ.q.73.7.c.& 22ᵉ.q.154.12.o. & q. 170.1 2ᵐ.
11 Species luxurię contra naturam sunt quatuor,quarum grauissima est bestialitas:secundo Sodomia:tertio cum muliere extra naturam:quarto mollities,22ᵉ.q.154.11.o.& 12.4ᵐ.
12 Circa tempora Abrahæ, humanum genus venerat ad profundissimum peccatorum, scilicet ad infidelitatem, & ad turpissimum vitium contra naturam,3ª.q.70.2.1ᵐ.
13 Filiæ luxuriæ sunt octo, scilicet cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio,incõstantia,amor sui,odium dei,affectus præsentis sæculi,& desperatio futuri sæculi,22ᵉ.q.53.6.o.& q.153.4.5.o.
14 Gradus luxuriæ quintuplex scilicet aspectus, cogitatio, delectatio,consensus,& opus,12ᵉ.q.72.27.c.fi.& 3ᵐ.
15 Ex luxuria oriuntur quatuor inordinati actus locutionis,scilicet turpiloquia,stultiloquia,scurrilia,& ludicra,22ᵉ.q.153.5.4ᵐ.
16 Nulla passio ita deprimit rationem,sicut gula & luxuria,22ᵉ.q.53. 6.o.& q.55.8.1ᵐ.& q.180.2.3ᵐ.fi.
17 Homo incurrit quintuplex damnũ ex luxuria, scilicet depressionem mentis,exhæredationem,periculum personæ, & periculum rerum,& impedimentum bonorum operum, 22ᵉ.q.46.3.c.
18 Luxuria vix vitari potest, nisi vitetur principiũ eius,scilicet aspectus mulieris pulchræ,& præcipue aspectus virginis,22ᵉ.q.167. *2.c.
19 Luxuria vincitur fugiendo,sed accidia & cætera vitia resistendo. 12ᵉ.q.35.6.3ᵐ.& q.74.3.2ᵐ.

M

1 MACERATIO proprie corporis,non est accepta Deo, nisi discreta,vt concupiscentia restæuetur, & natura non nimis grauetur,22ᵉ.q.88.2.3ᵐ.& q.147.1.2ᵐ.& q.188.6.3ᵐ.
1 MACVLA in corpore,& macula in anima,contingit dupliciter, scilicet priuatione decoris per peccatum mortale,& ex superinductione,per peccatum veniale,3ª.q.87.2.3ᵐ.
2 Macula peccati est defectus nitoris animæ,scilicet luminis diuini,& rationis,& gratiæ,ex inordinato amore temporalium,12ᵉ. q.86.o.& q.89.1.o.& 22ᵉ.q.87.6.c.
3 Macula non dicit aliquid positiuum in anima, nec priuationem tantum,sed in respectu ad suam causam,scilicet ad peccatum: ideo diuersorum peccatorum,sunt diuersæ maculæ,12ᵉ.q.86.1. 3ᵐ.& 3ª.q.88.1.c.
4 Macula peccati nihil aliud est quam priuatio gratię,12ᵉ.q.109.7.c.
5 Actus peccati facit distantiam à Deo,quam sequitur macula, 12ᵉ. q.86.2.3ᵐ.& 6.c.
6 Cessante macula peccati,remanet reatus,12ᵉ.q.87.6.o.
7 Remisso peccato quantum ad maculam,semper remittitur pœna æterna,non autem pœna temporalis,12ᵉ.q.87.6.c.
8 Macula peccati,manet transeunte actu peccati,12ᵉ.q.86.2.o. & q. 87.6.c.1ᵐ.
1 MAGI adorantes Christum secundum Augustinum,fuerunt malefici:sed secundum alios fuerunt sapientes,astrologi,& potentes,3ª.q.36.3.c.2ᵐ.& 5.c.
2 Magi moti sunt ex scriptura Seth,ad sequendum stellam, vel ex prophetia Balaam,vel ducti ab angelis,vel inspirati à Deo, 3ª. q.36.5.4ᵐ.
3 Magi secundum Augustinum,venerunt de remotissimis partibus orientis,per biennium:secundum vero alios, venerunt in diebus tredecim:secundum alios autem, venerunt de prope,3ª.q. 36.3.3ᵐ.& 5.4ᵐ.& 6.c.3ᵐ.
4 Magi venerunt ad Christum,tanquam primitiæ gentium, docti à spiritu sancto,offerentes munera congrua dignitati Christi,3ª. q.36.3.1ᵐ.& 8.o.
5 Magi amiserunt stellam quadruplici ratione, scilicet propter Iudæorum cõfusionem,propter Magorum instructionem, propter institutionem nostram dupliciter:primo quia qui humanum auxilium quærunt,deseruntur ab auxilio diuino:secundo instruimur quantum ad hoc,quia qui fideles sumus,non debemus quærere signa, sed debemus esse contenti doctrinis prophetarum,quia signa data sunt infidelibus,3ª.q.36.8.3ᵐ.
6 Herodes post duos annos, à recessu Magorum, occidit pueros, quia accusatus iuit Romam: vel territus aliquo periculo, vel credens magos confusos,3ª.q.36.6.3ᵐ.
7 Substantia non dicitur magis & minus,sic quod participetur quãdoque cum magis & minus in eadem specie:sicct vna substantia sit perfectior alia,1ª.q.93.3.3ᵐ.& 12ᵉ.q.52.1.col.2.
MAGISTER sententiarum non est autenticus:ideo in multis non tenetur,1ª.q.94.4.2ᵐ.& 22ᵉ.q.23.2.o.
1 MAGNANIMITAS importat extensionem animi, vel ad magna absolute,vel secundum proportionem, 22ᵉ.q.129. 1.c.& q.136.5.c.
2 Magnanimitas est virtus,quia tendit ad maxima, secundum rectam rationem,22ᵉ.q.129.3.o.& q.130.2.c.
3 Magnanimitas est circa spem & desperationem,12ᵉ.q.60.4.c.fi.
4 Magnanimitas principaliter est circa honores, sed mediate: immediate verò,est circa spem,22ᵉ.q.129.1.o.& 48.c.& q.128.c.&q. 131.2.c.& q.132.2.c.
5 Propria materia eius est honor magnus,mediocris autem est materia cuiusdam virtutis innominatæ,12ᵉ.q.60.5.c. & 22ᵉ.q.129.2. o.& 4.1ᵐ.& q.130.2.2ᵐ.
6 Magnanimitas est circa gloriam,quia moderate vtitur gloria, sicut & honore,22ᵉ.q.132.2.c.
7 Magnanimitas ad duo respicit,scilicet ad honorem,sicut ad materiam, & ad opus magnum, sicut ad finem, 22ᵉ.q.129.8.c.& q. 131.2.1ᵐ.
8 Ratione primi opponitur ei secundum excessum ambitio, & ratione secundi præsumptio,22ᵉ.q.131.2.1ᵐ.& 2ᵐ.
9 Ea quæ opponũtur aliis virtutibus, opponuntur etiam magnanimitati,

mitati,secundum quod parua pro maguis habentur, 22ᵉ.q.132. 2.1ᵐ.
10 Magnanimitas est in irascibili subiectiue,12ᵉ.q.60.5.c.& 22.q.129. 1.1ᵐ.& q.134.4.1ᵐ.
11 Magnanimus non quærit honorem tanquam finem,quia hoc reputat parum,sed quærit fieri dignus honore,22ᵉ.q.129.1.3ᵐ.& 2. 3ᵐ.& q.131.1.2ᵐ.
12 Magnanimus bene vtitur magnis & paruis honoribus, quia non extollitur nec frangitur oppositis, sed contemnit, 22ᵉ.q. 129. 2.3ᵐ.
13 Magnanimus contemnit bona exteriora,ideo non gaudet si acquirat ea,nec tristatur,si perdat ea,22ᵉ.q.129.8.2ᵐ.& 3ᵐ.& q.132. 2.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3ᵐ.
14 Magnanimus non est contentiosus,quia nihil extrinsecum æstimat magnum,22ᵉ.q.129.1.3.3ᵐ.& q.132.2.3ᵐ.
15 Magnanimus non amat pericula,nec timet ea:sed promptissime se exponit periculis magnis,22ᵉ.q.129.5.2ᵐ.
16 Magnanimus nullo indiget,scilicet modo humano, non autem simpliciter,22ᵉ.q.129.6.1ᵐ.
17 Magnanimus habet vocem grauem,locutionem stabilem:*quia non de omnibus facile contendit aut loquitur,sed de magnis. Non est memor beneficiorũ,quia non delectatur in hoc,nisi vt maiora compensẽt.Est tardus & ociosus,quia non vilibus, sed magnis intendit. Vtitur ironia, non quæ opponitur veritati, sed quia non omnibus,animi magnitudinem ostendit. Cum aliis non potest conuiuere,sed cum amicis tantum,& magnis. Habet infructuosa, quia magis honesta quærit, quàm vtilia, 22ᵉ.q.47.9.3ᵐ.& q.129.3.3ᵐ.& 5ᵐ.
18 Nullus potest esse magnanimus, nisi virtuosus, qui est habilis ad magna,12ᵉ.q.66.4.3.
19 Magnanimo attribuuntur actus aliarum virtutum, sub ratione excellentiæ,scilicet quod est communicatiuus, benefactiuus, retributiuus plurium veridicus,non planctiuus, non incertus, nec fugiens commouentem,22ᵉ.q.129.4.1ᵐ.& 2ᵐ.
20 Magnanimus magis curat de veritate, quàm de opinione; nec quærit laudem humanam,22ᵉ.q.132.2.1ᵐ.
21 Magnanimitas est generalis virtus,inquantum operatur magna in qualibet virtute,faciens eam maiorem:sed est virtus specialis,inquantum ponit specialem modum,circa specialem materiam,22ᵉ.q.129.4.o.& 5.2ᵐ.& q.134.2.2ᵐ.
22 Magnanimitas est ornamentum omnium virtutum, 12ᵉ.q.66.4. 3ᵐ.& 22ᵉ.q.129.4.3ᵐ.
23 Magnanimitas superueniens iustitiæ,auget bonitatem eius, sed sine iustitia,non habet rationem virtutis,22ᵉ.q.58.12. 2ᵐ.
24 Magnanimitas & magnificentia, habent connexionẽ cum omni virtute,secundum principia virtutum, scilicet secundum prudentiam & gratiam,non autem secundum actum,12ᵉ.q.65.1.1ᵐ. & 22ᵉ.q.129.3.2ᵐ.& q.134.1.1ᵐ.
25 Magnanimitas & magnificentia tenẽt extremum secundum quãtitatem rei:medium autem, secundum regulam rationis,12ᵉ.q. 61.1.2ᵐ.& 3ᵐ.& 22ᵉ.q.92.1.c. & q.129.3.1ᵐ. & q.130.2.c. & q.134.1. 2ᵐ.& q.152.2.2ᵐ.
26 Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem,quo ad materiam eius,scilicet quo ad honores,& etiam quo ad finem eius,scilicet operari magna,22ᵉ.q.129.8.o.

1 MAGNIFICENTIA est virtus factiua magnorum, & est virtus generalis,si sumatur facere communiter, scilicet pro omni opere si vero proprie,scilicet pro operatione exteriori,est virtus specialis,22ᵉ.q.134.1.2.o.
2 Materia eius sunt sumptus magni, præcipue ad cultum Dei: secundo pecunia pro eis:tertio amor pecuniæ,22ᵉ.q.134.1.3ᵐ.& 2. 3ᵐ.& 3.o.
3 Magnificentia est rerum magnarum & excelsarum, cum animi quadam ampla & splendida proportione cogitatio & administratio,22ᵉ.q.128.c.
4 *Magnificentia est in voluntate subiectiue,1ª.q.21.1.1ᵐ.
5 Non oportet ad magnificẽtiam habere multas diuitias,sed oportet sic disponi,quod quando oportet & decet, velit eas optime tet sic disponi,quod quando oportet & decet, velit eas optime dispensare, & sic fuit in Christo, 22ᵉ.q.134.1.1. & 3.4ᵐ. & q.152. 3.3ᵐ.
6 Magnificus non principaliter facit magnos sumptus pro persona sua,quia non est quid magnum,nisi quæ tantum semel fiunt,vt nuptiæ:vel permanentia,vt domus,22ᵉ.q.134.1.3ᵐ.
7 Magnificentia facit & intendit aliquod magnum, in factibili tãtum:sed magnanimitas in omni materia,22ᵉ.q.134.2.1ᵐ.fi.
8 Magnificentia est in maximis donis & sumptibus, sed liberalitas in mediocribus, 12ᵉ.q.60.5.c.co.2. & 22ᵉ. q.117.3.1ᵐ. & q.118.8. 4ᵐ.& q.128.1ᵐ.& q.129.2.c.fi.& q.134.2.3.o. & 4.1ᵐ. q.152.3.c. & q. 160.1.c.
Crimen læsę maiestatis maxime punitur,22ᵉ.q.10.7.o.& q.11.3.c.& q. 108.4.2ᵐ.
1 MALVS dicitur dupliciter,scilicet intẽsiue & extẽsiue,3ª.q.1.4.c.

1 MALEDICERE contingit tripliciter,scilicet enuntiatiue, id est,detrahendo,causaliter vel imperatiue & optatiue, & hoc dupliciter,scilicet per se,id est,sub ratione mali: & sic est peccatum, non autem si per accidens, id est, sub ratione boni duplicis,scilicet iusti,sicut iudex per sententiam, ecclesia per excommunicationem,prophetæ conformando se Deo,vel sub ratione boni vtilis,scilicet vt aliquis melior fiat,vel ne noceat aliis,22ᵉ.q.76.1.o.& q.83.8.1ᵐ.& 2ᵐ.
2 Maledicere sub ratione mali est peccatum mortale: & est tanto grauius,quanto plus persona debet amari & reuereri, tamen tripliciter est veniale,scilicet ratione parui mali: vel ratione affectus,scilicet ex ioco vel leui motu,vel ratione surreptionis, 22ᵉ.q.76.3.o.
3 Detractio,contumelia,susurratio,& derisio,sunt de malo culpæ, & nocent enunciando; ideo sunt secundum se grauiora maledictione,quæ est de malo pœnæ optando,22ᵉ.q.76.4.o.
4 Benedictio vel maledictio proprie conuenit tantum ei,cui potest bene vel male contingere,scilicet naturæ rationali, vel aliis in ordine ad naturam rationalem auxiliando,sicut Deus maledixit terram,& Dauid montes:vel significando, sicut Christus maledixit ficum:vel continendo,sicut Iob maledixit diem, & Dauid montes:vel in ordine ad Deum,& sic est blasphemia:vel secundum se,& sic est quid vanum,22ᵉ.q.76.2.o.& 4.1ᵐ.
5 Diabolus quo ad culpam debet maledici, non autem quo ad naturam eius,22ᵉ.q.76.1.4ᵐ.
1 *MALITIA ex qua dicitur aliquis peccare, est triplex, scilicet habitus cuiuscunque vitij, electio mali, & peccatum præcedens,12ᵉ.q.78.1.3ᵐ.
2 Omnis peccans ex habitu, peccat ex certa malitia, & non econuerso,12ᵉ.2.q.78.2.3.o.
3 Peccatum ex certa malitia, vel ex industria, contingit ex inordinatione voluntatis præponentis minus bonum meliori bono, 12ᵉ.q.78.1.o.
4 Peccatum ex certa malitia,est grauius peccato ex passione: quia est magis voluntarium,magis durat,& est circa finem: peccatum autem ex passione,est circa ea quę sunt ad finem;12ᵉ.q.47. 2.c.& q.78.4.o.& 22ᵉ.q.73.c.

1 MALVM est aliquid,& est ens rationis,non autem ens reale, 1ª.q.48.2.2ᵐ.
2 Malum non est negatio pura, sed priuatio boni, 1ª.q.14.10.o.& q.48.2.1ᵐ.& 3.c.2ᵐ. & 5.c.1ᵐ. & 12ᵉ.q. 25.2.c. & q.36.1.c. & q. 75. 1.c.
3 Nullum ens est malum per essentiam; nec per participationem, sed per priuationem participationis, 1ª.q.49.3.c. 4ᵐ. & q.65.1. 2ᵐ.& 3ᵐ.
4 Malum non est cognoscibile,nisi per bonum, 1ª.q.14.10.4ᵐ. & q. 48.1.c.
5 Omnis priuatio inquantum,huiusmodi:habet rationem mali:sicut omnis forma habet rationem boni,1ª.q.48.1.1ᵐ.& 2.c.1ᵐ.
6 Mala esse ratio & experientia docent,1ª.q.48.1.1ᵐ.& 2.c.1ᵐ.
7 Malum non est existens.id est,aliqua natura,neque est in existentibus,vt pars perfectionis, sed vt priuatio in subiecto,1ª.q.48.1. o.& 2.1ᵐ.& 2ᵐ.& 3.1ᵐ.
8 *Si vniuersaliter malum non esset, vniuersum esset imperfectius, 1ª.q.22.2.2ᵐ.& q.48.2.c.3ᵐ.& q.49.2.c.
9 *Impossibile est esse summum malum, 1ª.q.49.3.o.& q.103.7.1ᵐ. & 22ᵉ.q.172.6.c.
10 Malum non habet causam,nisi per accidens,1ª.q.49.1.o.& 3.5ᵐ. & 12ᵉ.q.75.1.c.
11 *Omne malum habet causam efficientem & materialem, non autem formalem nec finalem,1ª.q.49.1.c.
12 Malum est causa per accidens,non autem causa per se, 1ª.q.48.1. 4ᵐ.& q.49.3.c.
13 *Malum duplex.s.malum naturæ,& malum culpæ, & vtrumque est vt in paucioribus,1ª.q.63.9.o.
14 Malum culpæ,secundum totam speciem humanam,est vt in pluribus:in aliis autem est vt in paucioribus, sicut etiam malum naturæ,1ª.q.49.3.5ᵐ.& q.63.9.1ᵐ.& 12ᵉ.q.71.2.3ᵐ.
15 Malum non simpliciter,sed in solis voluntariis duplex.s. malum pœnæ,& malum culpæ,1ª.q.48.5.o.
16 *Malum pœnæ opponitur bono creaturæ: malum vero culpæ, bono increato,1ª.q.48.6.c.& q.79.1.4ᵐ.
17 Defectus,malum,peccatum,& culpa,differunt:quia primum dicit negationem:secundum priuationem in omnibus: tertium in actione tantum:quartum in voluntariis tantum,1ª.q.48.5. c. 1ᵐ.& 12ᵉ.q.21.1.c.& 2.o.
18 Malum in naturalibus,nunquã est in effectu,nisi præexistat aliud malum in agente vel in materia,sed bene in voluntariis, 1ª.q. 49.1.3ᵐ.
19 Malum naturæ duplex.s.malum naturæ à causa naturali,vt mors naturalis,& priuatio boni naturę à causa non naturali,vt mors violenta,12ᵉ.q.42.2.o.

Universidad de Deusto Biblioteca

20 Malum est differentiæ actus moralis,ratione finis,cui accidit aliqua priuatio,1ª. q. 48,1.2m. & 12ᴱ.q.18.5.2m. & q.54.3.2m, & q 79. 2.3m.

21 Malum moris ex voluntate, contingit per hoc, quod deficit ab ordine rationis & proprij finis,12ᴱ.q.71.2.c.3m.& 6.c.

22 Malum per prius dicitur de culpa,quàm de pœna,22ᴱ.q.19.1.c.

23 Culpa magis habet rationẽ mali, quàm pœna,1ª.q.48.6.o. & 22ᴱ. q.19.1.c.& q.76.4.c.

24 Mali semper hic puniuntur spiritualiter,& boni præmiantur,nõ autem corporaliter,12ᴱ.q.69.2.2m.

MAMMONA iniquitatis dicuntur diuitiæ,vel quia solas eas esse, reputant iniqui,vel quia sunt occasio iniquitatis: vel quia inæqualiter sunt diuisæ,vel quia iniuste à primo sunt acquisitæ, 22ᴱ.q.32.7.2.c.1m.

I MANDATVM est de meliori,& quod per alios mandatur: sed præceptum est de necessario,& quod quis per se iussit,12ᴱ.q.99. 5.c.

2 Differentia inter præcepta,mandata, testimonia, & iustificationes.ibidem.

MANSIONES in cælis,sunt diuersi gradus beatitudinis:ideo non sunt in limbo nec in purgatorio,12ᴱ.q.5.2.c.1m.

I MANSVETVDO diuersimode numeratur inter beatitudines,fructus,& virtutes,22ᴱ.q.157.2.3m.

2 Mansuetudo est circa iram, 1ª.q.21.1.1m. & 12ᴱ. q.60.4.b.& c. fi. & 4m.& 22ᴱ.q.143.c.& q.157.1.2.o.& 3.4.c.& q.161.c.4m.

3 Mansuetudo præparat hominem ad cognitionem Dei, remouẽdo duplex impedimentum, scilicet iram,& contradictionem veritatis,22ᴱ.q.157.4.1m.

4 Mansuetudo maximè facit hominem compotem sui,22ᴱ.q.157.4. c.1m.

5 Mansuetudo est in irascibili subiectiuè,3ª.q.15.2.c.

6 Homo est naturaliter mansuetus, quia est complexionis temperatissimæ,ideo mitigat iram:sed irasci conuenit ei naturaliter, inquantum ratio nunciat causam iræ,12ᴱ.q.46.5.1m.

MANVMISSVS reducitur in pristinam seruitutem, propter aliquam offensam in dominum eius,3ª.q.88.3.2m.

MANVS est organum organorum, quia facit omnia instrumenta:& est loco omnium instrumentorum,3ª.q.83.5.1m.

I MARCVS amputando sibi pollicem ne fieret sacerdos,non peccauit: quia creditur fecisse hoc ex instinctu Dei,22ᴱ.q.185.2. 3m.

I Fluxus & refluxus maris est ei naturalis: quia est ex motu lunæ, cui aqua naturaliter subditur,1ª.q.105.6.1m.

2 In aquis maris sunt duo mira,scilicet primum quod non cooperiant totam terram contra naturam, cum sint etiam altiores ea:secundum vero,quod semper mare est eiusdem quantitatis. 1ª.q.69.1.2m.

3 Diuisio maris rubri,fuit mira tripliciter,scilicet ratione soni ventorum tantæ aquæ,& tantorum effectuum.Ibidem.

I MARIA & Ioseph erant de eadem tribu: & do semine Dauid.3ª.q.28.1.2m.& q.31.2.1m.

2 *Maria fuit de stirpe Aaron,*non quidem secundum successionem generis masculini,sed propter affinitatem contractam ex matrimonio: sibi enim duæ tribus in matrimonio iungebantur,scilicet sacerdotalis,cuius erat Aaron: & regia, cuius erat Maria,3ª.q.29.1.4m.& q.31.2.2m.

3 Maria nata est ex Melchi,Salomone,Ieconia,& Heli.3ª.q.31.2.3m. & 3.2m.

4 Quicquid acceptum à parentibus fuit in Maria, fuit pars eius actu:ideo non fuit in Christo,3ª.q.31.6.c.

5 Maria in ventre matris suæ,non habuit vsum liberi arbitrij,quia hoc est priuilegium,3ª.q.27.3.c.

6 Maria habuit tantam claritatem in facie, quod Ioseph non cognoscebat eam sensibiliter,3ª.q.28.3.5m.

7 *Maria fuit sanctificata,priusquam nata ex vtero,3ª.q.27.1.o.& 2. 2m.

8 Maria non potuit sanctificari in parentibus, nec in conceptione eius,nec ante infusionem animæ rationalis,3ª.q.27.1.1m.& 2. o.

9 Maria fuit bis sanctificata,scilicet in vtero matris,& quando cepit Christum: in prima fomes fuit ligatus:in secunda vero totaliter ablatus,3ª.q.27.3.o.& 4.1m.& 5.2m.

10 Maior sanctificatio fuit in Maria,quàm in Ioanne baptista:& maior in eo,quam in Hieremia,3ª.q.27.6.1m.

11 Maria super omnes post Christum,habuit plenitudinem gratiæ. 3ª.q.7.2.o.1m.& q.27.1.c.& 5.o.

12 Maria habuit triplicem perfectionem gratiæ scilicet in eius sanctificatione, in conceptione Christi, & in eius glorificatione: tertia est potior secunda,& secunda quàm prima,3ª.q.27.5.2m.

13 In prima perfectione gratiæ,Maria mundata fuit à culpa originali:in secunda à fomite,& in tertia ab omni miseria.Ibidem.

14 In prima adepta est gratiam inclinantem ad bonum:in secunda fuit confirmata in gratia,& adepta est gratiam consummatam & confirmantem eam in bono: & in tertia adepta est gratiam consummatam & perficientem eam in fruitione omnis boni, 3ª.q.27.5.2m.

15 Plenitudo gratiæ & obseruatio consiliorum, inchoauit in beata Maria, sed primum fuit in ea perfectè: & secundum perfectè cœpit in Christo,3ª.q.28.4.2m.

16 Maria est perfectè beata secundum corpus,quia cum corpore assumpta est in cælum.Credimus enim,quod post mortem resuscitata fuerit,& portata in cælum,3ª.q.27.1.c.& q.83.5.8m.

17 Maria habuit donum prophetiæ,sapientiæ,& miraculorum, sed non secundum omnem vsum,3ª.q.27.5.3m.

18 Puritas Mariæ fuit maxima sub Deo,12ᴱ.q.81.5.3m.& 3ª.q.27.2.2m.

19 *Maria meruit Christum portare, id est,meruit gradum puritatis & sanctitatis,quo congruè esset mater Dei,nõ autem incarnationem Dei,3ª.q.2.11.3m.

20 Quamuis beata virgo Maria sit super omnes angelos exaltata, non tamen est exaltata vsque ad æqualitatem Dei, vel ad vnionem in persona: & ideo non dicitur sedere ad dexteram, sed astare à dextris,inquantum honor filij aliquo modo participatiue,non plenarie redundat in ipsam inquantum mater Dei dicitur,sed non Deus,1ª.q.25.6.4m.& 3ª.q.25.5.o.

21 Maria fuit vere mater Christi,3ª.q.35.3.o.

22 Matrimonium verum fuit inter Mariam & Ioseph, habuitque triplex bonum,& vtranque perfectionem requisitam, præter coitum: & nuptiæ factæ sunt, 3ª.q.20.2.o.& 4.d.30.q.2.2.o. & Opus.60.co.2.& co.3.& Matth.co.20.fi.

23 Maria fuit expers maledictionis Euæ,quia peperit sine dolore, & non multiplicauit conceptus, nec fuit subiecta viro, 3ª.q.30.2. 2m.& q.35.6.1m.

24 Angelus prius apparuit Mariæ,quàm Ioseph,3ª.q.30.2.2m.

25 Angelus excellentius apparuit Mariæ, quàm Ioseph, 3ª.q.30.3. 2m.

26 Maria secundum aliquos,non fuit turbata in visione angeli,quia assueta erat visionibus angelorum:sed in sermone eius, ex admiratione dictorum,3ª.q.13.3.3m.

27 Non inconueniens est, quod angelus instrueret Mariam, quia Maria erat inferior eo secundum statum:licet esset econuerso secundm prædestinationem,3ª.q.30.2.1m.

28 Maria est super omnes ordines angelorum,3ª.q.30.2.1m.

29 Spiritussanctus fecit duplicem purgationem in Maria, scilicet præparatoriam ad conceptionem Christi, colligens mentem eius in vnum:secundam vero à fomite,mediante conceptione Christi,3ª.q.27.3.3m.

30 Purgatio prima non fuit ad remouendum transfusionem peccati originalis,sed vt digna esset Christo,12ᴱ.q.81.5.3m.

31 Immunitas à peccato in Maria,causabatur ex tribus,scilicet ex ligatione formitis,gratia inclinante ad bonum, & prouidentia Dei,3ª.q.27.3.c fi.& 4.1m.

32 Maria voluit purgari post partum,non quidem propter aliquam immunditiam:sed propter humilitatem,& obedientiam,& vt approbaret legem,& vitaret calumniam,3ª.q.37.4.o.

33 Emundatio & confirmatio Mariæ,inchoata fuit in prima sanctificatione,sed in secunda consummata est in perfectione viæ. In assumptione vero eius,perfectione gloriæ,1ª.q.100.2.c.& 3ª. q.27.5.2m.

34 Maria sanctificata fuit in vtero à peccato originali,quoad maculam & reatum personalem, non autem à reatu totius naturæ: ideo si ante passionem Christi fuisset defuncta, non intrasset paradisum,nec vidisset Deum per essentiam,sicut nec alij sancti,3ª.q.27.1.3m.

35 Cum beata virgo Maria credatur omnino fuisse immunis à fomitis inclinatione propter eius sanctificationem perfectam, non est pium,ponere aliquam pugnam à carne fuisse in ea,cum talis pugna non sit nisi ex fomitis inclinatione,nec tentatio quæ est à carne,sine peccato esse possit,vt patet per glosam:& quãuis non habuerit pugnam per tentationem quæ est à carne:habuit tamen pugnã per tentationẽ ab hoste,qui nec ipsum Christum reueritus est,3ª.q.15.2.3m.

36 Fomes in Maria adeo debilitatus est,& extinctus,vt ad peccatum actuale nunquam inclinaretur,3ª.q.27.3.c.& 4.1m.& 5.2m.

37 Maria per primam sanctificationẽ fuit semper immunis ab omni peccato actuali,3ª.q.27.4.o.& 6.1m.

38 Tabernaculum veteris legis figurabat Mariam,3ª.q.27.2.b.

39 Festo neomeniæ succedit festum Mariæ, in qua primo apparuit illuminatio solis,id est Christi,per copiam gratiæ,12ᴱ.q.103.3. 4m.

I MARTYRIVM est actus virtutis quadruplicis,scilicet fortitudinis vt elicientis principaliter,patientiæ vero,vt eliciẽtis consequenter,sed charitatis vt imperantis, & fidei vt finis, 22ᴱ.q.124.1.2.o.

2 Martyrium est actus maximæ perfectionis,non quidem secundũ se,sed vt imperatur à charitate, & vt eam ostendit, 22ᴱ.q.124.3.o. & q.184.3.3m.

3 Martyrium habet quod sit meritorium ex charitate,sine qua nihil valet,22ᴱ.q.124.2.2m.

4 Mors est de ratione martyrij,22ᴱ.q.124.4.o.

5 Confessio cuiuscunque alterius veritatis quàm fidei,non est causa sufficiens ad martyrium ratione materiæ, sed tantum ratione finis,referendo ad Christum,22ᴱ.q.124.5.c.2m.

6 *Martyrium Ioannis baptistæ celebratur,licet mortuus sit, non quidem pro fide, sed pro repræhensione adulterij, 22ᴱ.q.124. 5. c.

7 Moriens pro quocunque opere bono propter Deum, est martyr Dei: quia causa cuiuscunque martyrij, est veritas fidei, vt est operans,22ᴱ.q.124.5.c.

7 Vulneratus letaliter,licet superuiuat habebit aureolam martyrij, sicut sancta Lucia,similiter vulneratus non letaliter,tamẽ moriens ex incuria non mortali,vt Marcellus papa,habebit aureolam martyrij:non autem si afflictio non continuetur vsque ad mortem,sicut de Sylvestro Papa.22ᴱ.q.124.4.4m.

8 Martyrium est do præcepto, secundum præparationem animi tantum,22ᴱ.q.124.1.1m.& 3m.1m.

9 Martyrium oblatum debet tolerari patienter,sed non debet quæri;quia non debet dari occasio agendi iniuste,22ᴱ.q.124.1.3in.

10 Vniuersalis absolutio fit in perceptione baptismi & in martyrio, propter quod dicitur quod in martyrio omnia sacramenta baptismi complentur in virtute passionis Christi, scilicet quantum ad plenam liberationem à culpa & à pœna, 3ª.q.68.2.1m. & q.87.1.2m.

MAS & fœmina in hominibus coniunguntur,non tantum propter generationem,vt in brutis,sed etiam propter communicationem operum:ideo in solis hominibus,mas est principium fœminæ,& fœmina facta est ex masculo,1ª.q.92.2.o.

I *MASCVLINVM genus & fœminium absolutè prædicantur tantum de supposito,1ª.q.31.2.4m.

MATER dicitur aliqua ex hoc quod concepit & genuit, 3ª.q.35.3. 4.c.

I MATERIA non semper fuit, licet sit ingenerabilis & incorruptibilis,1ª.q.46.1.3m.

2 Materia prima est maximè in potentia & principiũ imperfectissimum,nec talis potentia materiæ, etiam dato quod sit sua essentia,est potentia ad operationem,sed ad esse,1ª.q.4.1.c.

3 *Materia inquantum habet esse saltem in potentia, est similis Deo,1ª.q.14.11.3m.& 12.c.fi.

4 Materia non potest esse in alio,cum sit primum subiectum, 1ª.q. 3.2.3m.& 3ª.q.77.2.c.

5 Materia prima est sua potentia passiua,sicut Deus est sua potentia actiua,1ª.q.54.3.3in.& q.27.1.2m.& q.115.1.2m.

6 *In materia nulla est potentia actiua,3ª.q.32.4.c.3m.

7 Materia prima dicitur terra,quia est informis:dicitur aqua, quia est receptiua:dicitur abyssus,quia est turpis,1ª.q.66.1.1m.

8 *Partes habent rationem materiæ,totum vero,rationem formæ. 1ª.q.7.3.3m.& q.65.2.c.& 3ª.q.90.1.c.

9 Vnitas materiæ primæ, est tantum in iis quæ conueniunt in generatione & corruptione,1ª.q.66.2.o.

10 Materia prima omnium rerum,est vna,vnitate ordinis tantum. 1ª.q.66.2.1m.

11 Omnium generabilium & corruptibilium est eadem materia.1ª. q.66.2.c.

12 Materia duplex,scilicet naturalis & mathematica, 1ª.q.85.1.2m. & 3ª.q.77.2.4m.

13 Materia triplex,scilicet ex qua,in qua, & circa quam, & tantum tertio modo coincidit cum fine,12ᴱ.q.55.4.c.

14 Duplex est conditio materiæ, scilicet conditio quæ eligitur ab agente,& quæ consequitur naturam materiæ,1ª.q.76.1.5m. & q. 91.3.c.& 12ᴱ.q.85.6.c.& 22ᴱ.q.164.1.1m.

15 Materia non est diuisibilis nisi per quantitatem, 1ª.q.50.2.c. & q. 75.7.c.& q.76.4.4m.& 3ª.q.77.2.c.fi.

16 *Materia prima,secundum potentiam non est infinita simpliciter,quia se extendit solum ad formas materiales,1ª.q.7.2.3m.

17 Materia intelligibilis ponitur in diffinitione quantitatis,non autem materia sensibilis,1ª.q.85.1.2m.

18 Materia & priuatio,distinguuntur realiter secundũ Atistotelem, non autem secundum Platonem,1ª.q.5.2.1m.& 3.3m.

19 Quæ non habent materiam,non habent causam sui esse, scilicet quæ transmuret de potentia ad actum, nec aliquam causam formalem.1ª.q.61.1.2m.& q.75.5.3m.

MATHEMATICA scientia,non demonstrat per causam efficientem nec per causam finalem,licet habeat eas,quia mathematica accipiuntur, vt abstracta secundum rationẽ: cum tamen non sint abstracta secundum esse. Vnicuique autem competit habere causam agentem,secundum quod habet esse,licet igitur ea quæ sunt mathematica,habeant causam agentem, non tamen secundum habitudinem quam habent ad causam agentem,cadunt sub consideratione mathematica,& ideo in scientiis mathematicis non demonstratur aliquid per causam agentem vel finalem,1ª.q.44.1.3m.

MATHIAS electus est sorte,id est,per diuinum donum,declarans eum electum esse diuinitus,22ᴱ.q.95.8.c.

I MATRIMONIVM est formaliter coniunctio & vinculum animorum,& relatio coniugum: vnde coniunctio viri & vxoris est potior,quàm coniunctio vxoris ad consanguineos viri,non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium, quod est vnitas quædam,sicut homo est sibiipsi idem,non cõsanguineus,3ª.q.29.2.c.

2 Matrimonium erat in lege veteri,vt in officium naturæ,& non vt sacramentum coniunctionis Christi & ecclesiæ, quæ nondum fuerat facta,12ᴱ.q.102.5.3m.

3 Inseparabilitas conuenit matrimonio,vt est sacramentum, & vt est in officium naturæ,sed primo modo est de prima intentione matrimonij:secundo autem modo, de secunda, 12ᴱ.q.102. 5.3m.

4 Commistio carnalis,est de secunda perfectione matrimonij,non autem de prima,3ª.q.29.2.o.

5 Pater non potest cogere filium, vt consentiat ad matrimonium per præceptum, sed potest inducere causam rationabilem; & tũc filius tenetur ad præceptum,sicut ad causam,22ᴱ.q.104.5.c.

6 Quælibet persona libera potest sine consensu parentum,contrahere matrimonium,& intrare religionem,22ᴱ.q.22.8.2m.& 9.c. & q.104.5.c.& 3ª.q.68.10.c.

7 Matrimonium secundum diuersos status, institutum est à lege naturæ,Moysis,Christi,& à lege ciuili.22ᴱ.q.154.2.c.& 9.3m.

8 Finis matrimonij duplex.s.finis principalis.i. generatio & educatio prolis,& finis secundarius.s.mutuum obsequium,22ᴱ.q.154. 2.c.& 3ª.q.29.2.c.

9 *Actus matrimonij potest esse sine peccato,& meritorius, 12ᴱ.q. 24.1.1m.& 22ᴱ.q.153.2.o.

10 In matrimonij sacramento confertur gratia,22ᴱ.q.100.2.6m.

11 Matrimonium non debet esse inter propinquos,22ᴱ.q.154.9.c.

12 Defectus ætatis.s.ante pubertatem, quæ communiter est in masculo,anno quartodecimo,in fœmina vero in anno duodecimo,impedit matrimonium & dirimit,22ᴱ.q.189.5.c.

13 Seruus potest contrahere matrimonium,& vouere continentiã, nesciente domino eius,vel contradicente,non autem religionem ingredi,vel ordinẽ suscipere,22ᴱ.q.88.8.2m. & q.104.5.c.fi.

14 Sex crimina impediunt matrimonium contrahendum solum, scilicet incestus, vxoricidium,raptus alienæ sponsæ,susceptio proprij filij de fonte per dolum,interfectio presbyteri, & pœnitentia solennis,22ᴱ.q.154.7.3m.

15 In lege veteri,Iudæi prohibebantur contrahere matrimonium Chananeis,quia Chananei debebant deleri,& Iudei erant proni ad ritus & mores eorum,propter conuersationem cum eis: sed cum aliis infidelibus,vbi non erat periculum,permittebantur,sicut patet de Ioseph,Moyse,& Hester.12ᴱ.q.105.4.6m.

16 Matrimonium de lege naturæ,est indissolubile,22ᴱ.q.154.2.c.

I *MEDIATOR Dei & hominum,est solus Christus principaliter, instrumentaliter autem sunt prophetæ,& sacerdotes vtriusque testamenti & angeli:non autem spiritussanctus, * quia cum sit per omnia Deo æqualis,non potest dici mediator inter Deum & homines:Christus autem ersi sit Deus, tamen est etiam homo.Nec dæmon,quia cum sit immortalis & miser, non coniungere hominem Deo intendit,quod mediatoris est proprium, sed separare ab illo,& ad miseriam ducere,3ª.q.26.1.o.

I MEDICINA duplex, scilicet remouens morbum, & promouens ad perfectam sanitatem: prima conuenit infirmis, secunda vero sanis,3ª.q.80.4.2m.

2 Obiectum artis medicinæ,est sanitas, quia nihil considerat, nisi in ordine ad eam,22ᴱ.q.1.1.c.

3 Pro necessitate corporis,licet vti pretiosis medicinaliter, sed in pertinentibus ad solam decentiam honestatis, debemus esse contenti simplicibus,3ª.q.51.2.3m.

4 Quandoque medicina fortis,statim inducit sanitatem: sic & habitus virtutum,12ᴱ.q.51.3.c.fi.

I MEDICVS accipiens in curam infirmitatem desperatam, nulli facit iniuriam.22ᴱ.q.71.1.1m.

2 Sapiens medicus permittit minorem morbum, vel procurat, vt curet vel vitet maiorem,12ᴱ.q.101.3.3m.& 22ᴱ.q.64.2.c.& q. 162. 6.3m.

3 Medicus tenetur gratis curare pauperes, quando nec per se, nec per alios magis coniunctos,nec per eos qui magis possunt,valent curari,22ᴱ.q.71.1.o.

4 Medicus quadam coactione vtitur in phreneticum,qui eius curã nõ vult recipere:& huic similatur correctio prælatorũ,quæ habet vim coactiuam,nõ autẽ simpliciter correctio fraterna, 22ᴱ. q.33.6.

q.33.6.1[m].

5 Medicus non tanto magis sanat,quanto maiorem dat medicinã, sed quanto medicina est magis proportionata morbo:sic non oportet quod religio tanto sit perfectior quanto maiorem habet paupertatem:sed quanto eius paupertas est magis proportionata fieri communi & speciali,22[ę].q.188.7.1[m].

1 MEDIVM.& Actio transiens,est realiter medium inter agẽs & passum, non autem actid immanens,nisi secundum modum significandi.1[a].q 54.1.3[m].

2 Inter habens & habitum,aliquando nihil est medium,aliquando tantum relatio, & aliquando aliquid per modum actionis & passionis, non autem actio vel passio:& sic est speciale prædicamentum,scilicet prædicamentum habitus.12[ę].q.49.1.c.2[m].

3 Inter habitum & priuationem quæ est in priuati,& aliquid habitus relinquens,potest esse medium,circa proprium subiectum, sicut inter bonum & malum est actus indifferens,non autem inter habitum & priuationem quæ est in priuato esse,nihil relinquens de habitu.12[ę].q.18.3.1[m].

4 Inter substantiam & accidens quintum prędicabile,datur mediũ, non autem vt accidens diuiditur contra substantiam.1[a].q.76.4.4[m].& q.77.1.5[m].

5 Virtus non est medium inter passiones secundum essentiam, sed secundum effectum,quia constituit medium inter eas.12[ę].q.59.1.1[m].

6 In passionibus accipitur medium, per hoc quod attingitur recta ratio,in quo consistit ratio virtutis.12[ę].q.17.1.1[m].& 5.2[m].

7 Virtutes theologicæ habent medium per accidens,id est,ex parte nostra,nõ autem per se,id est,respectu Dei,12[ę].q.64.4.o. & 22[ę]. q.17.5.2[m].

8 Quælibet virtus intellectualis consistit in medio, per conformitatem intellectus ad res,scilicet in vero,cuius excessus est affirmatio falsa:defectus autem, est negatio falsa.12[ę].q.64.3.o.& 4.1[m].& 2[m].

9 Virtus moralis,respectu materiæ est mediũ,sed respectu rationis, est extremum.12[ę].q.64.1.1[m].

10 Medium virtutis moralis,attenditur secundum rationem rectam in omni circunstantia,non autem secundum quantitatem absolutam.12[ę].q.64.1.2[m].& 3[m].& 22[ę].q.92.1.c.& q.104.2.2[m].& q.123.4.3[m].& q.147.1.2[m].

11 Virtus moralis consistit in medio inter excessum & defectum.12[ę]. q.64.1.o.& 4.1[m].& 2[m].22[ę].q.17.5.2[m].& q.92.1.c.

12 Omne medium virtutis,est medium rationis, sed solius iustitiæ, medium est rei & rationis.12[ę].q.64.2.o. & 22[ę].q.58.10.o. & q. 8. 2.1[m].

13 Medium iustitiæ est æqualitas,quam constituit iustitia inter aliquos.3[a].q.85.3.2[m].

14 Medium iustitiæ distributiuæ,sumitur secundum proportionem geometricam:commutatiuę vero medium,sumitur secundum proportionem arithmeticam.22[ę].q.61.2.o.& 4.c.fi.

15 MEL non offerebatur in sacrificiis Dei,quia offerebatur idolis: & ad excludendum omnem carnalem dulcedinem & voluptatem à sacrificeantibus Deo,12[ę].q.102.3.14[m].

MELCHISEDECH dicitur esse sine patre, matre, genealogia, principio,& fine,quia scriptura non ponit,licet habuerit, quia fuit Sem,primogenitus Noë, vt Hebræi dicunt,3[a].q.22.6.3[m].

*MELIVS alio aliquid dicitur *simpliciter,quod tamẽ minus propriè recipit alicuius prædicationem: sicut cognitio patriæ, est nobilior cognitione viæ,quæ magis proprie dicitur fides. 22[ę]. q.74.1.2.3[m].

1 MEMBRVM omne,& quælibet potentia animæ,operantur toti,& non sibi soli.12[ę].q.17.5.2[m].

2 Caput est membrum,habens virtutem influendi in alia membra, & recipit ab aliis membris nutrimentum,& alia obsequia.3[a].q. 8.1.6.7.8.c.

3 Membra hominis non applicantur operi,nisi de consensu rationis 12[ę].q.74.7.o.& q.77.7.c.fi.

4 Membra naturalia & instrumenta artificialia,in scripturis,significant operationes,quarum sunt principia.1[a].q.2.1.3[m].

5 MEMORIA duplex scilicet conseruatiua specierum tãtum, alia cuius obiectum est præteritum vt præteritum:prima est potẽtia purè cognoscitiua,& est in parte intellectiua, secunda vero in parte sensitiua tantum.1[a].q.77.8.4[m].& q.79.6.o.

6 *Memoria quæ est altera pars imaginis, non est præteritorum, quia abstrahit ab omni tempore,cum sit in intellectu, & non in parte sensitiua.1[a].q.79.6.2[m].

7 *Memoria intellectiua,non differt realiter ab intellectu possibili,sed est habitualis retentio eius cuius actus est intelligentia, quæ oritur ex memoria, sicut actus ex habitu.1[a].q.79.7.o.& q. 93.7.3[m].

8 Memoria sensitiua,est thesaurus specierum intentionalium, id est intentionum sensibilium,cum sensu acceptarum:cuius origanum est in extrema parte capitis.1[a].q.78.4.c.

5 Ea quæ magna æstimamus,magis memoriæ infigimus,12[ę].q.47.2.3[m].

6 Consuetudo multum operatur ad bene memorandum,12[ę].q.50.3.3[m].& 22[ę].q.49.1.2[m].

7 Illud quod scribitur,non de facili à memoria labitur,sed succurrit memoriæ.1[a].q.24.1.c.

8 Necessarium est eosdem actus pluries reiterari, vt aliquid firmiter memoriæ imprimatur, quia meditatio confirmat memoriam,secundum philosophum,12[ę].q.51.3.c.& 22[ę].q.49.1.2[m].

9 Memoria in angelis potest poni,vt est in mente:non autem vt est in sensu.1[a].q.54.5.2[m].

10 Memoria intellectiua,manet in anima separata:non autem memoria sensitiua,sed corrumpitur,1[a].q.77.8.4[m].& q.89.6.1[m].

11 Documenta quatuor ad bene memorandum, scilicet similitudines rerum assumere conuenientes,nec tamen omnino consuetas,ordinate eas disponere: solicitudinem circa eas apponere & affectum adhibere,& eas frequenter meditari.22[ę].q.49.1.2[m].

1 MENDACIVM dicitur tripliciter,scilicet materialiter,id est dictum falsum:formaliter,id est voluntas falsum enunciandi:& effectiue, id est voluntas decipiendi, 22[ę].q.98.1.3[m].q. 110.1.o.

2 Cupiditas fallendi,pertinet ad perfectionem mendacij, non autem ad speciem eius,22[ę].q.110.1.c.3[m].

3 Omne mendacium est peccatum,22[ę].q.69.1.2.o. & q.70.4.c. & q. 110.3.o.& 4.c.& q.111.1.c.& q.124.5.2[m].

4 Mendacium secundum se,diuiditur tantum in duas species,scilicet in iactantiam,& ironiam:secundum gradus autem eius rationes finis, diuiditur in pernicioſum, iocoſum,& officioſum, vel in octo gradus eius,scilicet quorum primus est in doctrina religionis: secundus quod nulli prosit,& obsit alicui : tertius quod prosit vni,& alteri obsit:quartus quod sit sola mentiendi fallendique libidine:quintus quod sit placẽdi cupiditate:sextus quod nulli obest,& prodest alicui:ad conseruandam pecuniã: septimus quod nulli obest,& prodest alicui,ad vitandum mortem:octauus quod nulli obest,& prodest alicui, ad vitandum immundiciam corporalem,22[ę].q.110.2.o.

5 Mendacium est peccatum mortale tantum tripliciter.s.secundũ se,id est quando est contra charitatem Dei vel proximi,ex intentione & ratione scandali,22[ę].q.69.1.2.o.& q.70.4.c.& q. 110. 4.o.

6 Mendacium per se,directè & formaliter opponitur virtuti, quæ dicitur veritas,22[ę].q.110.1.o.& 2.c.

7 *Dicens verum,credens se dicere falsum, dicit mendacium per se,& formaliter,non autem econuerso,nisi per accidens & materialiter,22[ę].q.110.1.

8 Intendens significare falsum nutibus,mendacium dicit,22[ę].q.110. 1.2[m].

9 Mendacium verbo,vel facto vel nutibus,est æqualiter peccatum. 22[ę].q.111.1.c.4[m].

10 Nullus debet dicere mendacium,vt ipse vel alius euadat mortẽ, vel immundiciam corporalem,22[ę].q.110.3.4[m].& q.113.1.3[m].

11 Nec mendacium,nec aliquid quod ex genere suo,non est peccatum mortale,est perfectis peccatum mortale,nisi sit contra eorum votum,vel ratione scandali,22[ę].q.69.1.2.o.& q.70.4.c.& q. 110.4.3[m].

12 Si res visa vel audita,recitetur non eodem modo,nec eisdem verbis,non est mendacium (vt patet in Euangelio & in aliis scripturis diuinis,in quibus nihil est falsum.)22[ę].q.110.1.1[m].

13 Non seruans promissum,propter superueniens impedimentum, vel re mutata,excusatur à mendacio, vt sanctus Paulus, 22[ę].q. 110.3.5[m].

14 In sacra scriptura aliqui laudantur dupliciter.s. vt exempla perfectæ virtutis,vt Abraham & Iacob:& propter indolem virtutis,vt Iudith & obstetrices:primi excusantur à mendacio, quia figuraliter & prophetice locuti sunt,non autem secundi, licet verum dixerint mystice,22[ę].q.110.3.3[m].& q.111.1.1[m].& 2[m].

MENDICITAS duplex.scontraria voluntati & voluntaria:prima est occasio furti & perturij,non autem secunda : ideo Christus elegit eam,22[ę].q.187.5.c.& 3.q.40.3.1[m].

1 MENS dicitur à metiendo,vel à meminendo,1[a].q.79.9.4[m].

2 Mens dicitur tripliciter,scilicet natura intellectiua, intellectus & memoria,1[a].q.79.1.1[m].

3 Aliquid inhærens menti rationali,est maius ea secundum quid, non autem simpliciter,sed nihil subsistens præter Deum, est maius ea,1[a].q.16.6.1[m].

1 MENSTRVOSVS sanguis est in fœminis, loco seminis, & est propria materia corporis Christi & aliorum,non autem semẽ fœminæ,3[a].q.31.5.o.& 6.3[m].& q.32.4.c.& q.35.3.3[m].

2 Menstruum non est sanguis primo generatus ex cibis,sed est residuum eius quod ab vltima digestione nutritiua ministratur generatius

ratinæ.3[a].q.31.5.c.

3 Menstruum est potentia totum,secundum potentiam passiuam; sicut semen viri est potentia totum,secundum potentiam actiuam.3[m].q.31.5.1[m].& 6.c.

1 MENSVRA duplex,scilicet aquiparata mensurato per replicationem,& ratio cognoscendi ipsum.1[a].q.3.5.2[m].

2 Mensura est illud,per quod cognoscitur quantitas rei, & est quid minimũ,vel simpliciter,vt in numeris in quibus primo inuenitur:vel quo ad nos,vt in continuis:deinde primum in quolibet genere.12[ę].q.90.1.c.

3 Non oportet quod omnis mensura sit omnino infallibilis,& certa,sed vt est possibile in genere sũo.12[ę].q.91.3.3[m].& q.97.1.2[m].

4 *Mensura debet esse homogenea, id est, eiusdem generis cum mensurato.1[a].q.3.5.2[m].& 12[ę].q.19.4.2[m].

5 *Ratio naturalis & principia ei naturaliter indita,sunt regulæ generales,& mensuræ omnium agendorum ab homine,non autem naturalium.12[ę].q.91.3.2[m].

6 Ad hoc quod aliqua mensurentur per aliquod vnum,non requiritur quod illud vnum sit causa omnium eorum, sed quod sit simplicius.1[a].q.10.6.4[m].

7 Intellectus Dei est mensura prima omnium rerum non mensurata,res est mensura secunda mensurata:sed intellectus noster est mensuratus à rebus non mensuratis. 1[a].q.21.2.c. & 12[ę].q.93. 1.3[m].

8 Cum dicitur Deus mensurati sua æternitate, accipitur ibi ratio mensuræ,secundum apprehensionem nostram tantum.1[a].q.10. 2.3[m].

1 MERCATORES sperare possunt lucrum ex mercatore, quod non possunt dantes mutuo.22[ę].q.78.1.o.

MERCES est terminus operis.12[ę].q.114.5.c.

2 Merces est id quod recompensatur pro retributione operis. ideo reddere mercedem,est actus iustitiæ,sicut reddere pretium rei emptæ 12[ę].q.114.1.c.& 3[a].q.49.6.c.

3 Meretrix etiam nunc debet permitti,id est,tolerati in ciuitate,vt vitetur peius malum,scilicet sodomia,adulterium,& huiusmodi,quia sapientis legislatoris est,minores transgressiones permittere,vt maiores caueantur, & in regimine humano illi qui præsunt,recte aliqua mala tolerant,ne aliqua mala peiora incurrantur:vnde dicit Augustinus in libr. de ordi. Aufer meretrices de rebus humanis,turbaueris omnia libidinibus. 12[ę].q. 101.3.2[m].& 22[ę].q.10.11.c.

4 Meretrix potest sibi retinere,quod sibi datum est propter fornicationem, sed si superflue ad fraudem vel dolum extorsisset, teneretur eidem restituere.22[ę].q.62.5.2[m].

1 MERGVLVS significat gulosos,qui se delitiis immergunt.12[ę]. q.102.6.2[m].& c.3.

1 MERITVM duplex,scilicet congrui,& condigni.12[ę].q.114. 6.o.

2 Aliquid cadit sub merito dupliciter.scilicet simpliciter,vt vltimus finis,& omne quod perducit ad eum,& secundum quid,scilicet temporalia.12[ę].q.114.10.c.

3 Efficacia meriti, mensuratur ex tribus, scilicet,ex charitate vel gratia,voluntate & obiecto.1[a].q.95.4.c.& 12[ę].q.19.8.o.

4 Actus humani habent rationem meriti ex duobus, scilicet principaliter ex ordinatione Dei:secundario autem ex libero arbitrio.12[ę].q.114.4.6.c.& 22[ę].q.2.9.c.

5 Meritum importat æqualitatem iustitiæ.3[a].q.49.6.c.

6 Meritum non potest esse sine actu, quia requiritur quod faciat quod debet qui meretur.12[ę].q.71.5.1[m].& 22[ę].q.79.3.4[m].

7 Meritum est actio qua iustum est, vt agenti aliquid detur. 3[a].q. 49.6.c.

8 Meritum consistit in hoc,quod homo contemptis creatis inhæret Deo:sed peccatum est econuerso.22[ę].q.104.3.o.

9 Omne meritum est supra naturam,& omne demeritum est infra, & contra naturam.12[ę].q.71.2.o.

10 Meritum non diminuitur propter obligationem obedientiæ, si propter hoc fiat,maximè apud Deum qui non solum exteriora operatur,verum etiam interiorem voluntatem videt.22[ę].q.104.1.3[m].

11 Mereri aliquo dicitur dupliciter, scilicet formaliter, id est, actibus,& vt principio,scilicet habitibus.12[ę].q.55.1.3[m].

12 Quælibet opera virtutum quarumlibet, ex hoc meritoria sunt, quod fiunt vt obediatur Deo.22[ę].q.104.3.c.

13 *Non potest idem actus numero* esse meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis qui est fruitio beata:cum vnus sit gratiæ imperfectæ,& alius gratiæ consummatæ.1[a].q.62.4.c.& 5.2[m].

14 Principium merendi est ex parte animæ: sed corpus est instrumentum actus meritorij.3[a].q.49.6.1[m].

15 Passionibus meremur vt regulantur à ratione, & passionibus demeremur, inquantum sunt contra rationem : non autem secundum se 12[ę].q.24.1.3[m].& 22[ę].q.158.2.1[m].

16 Passio corporalis martyrum,facit ad meritum præmij accidentalis,non autem ad meritum præmij essentialis,nisi inquantum est volita.3[a].q.48.1.1[m].

17 Gratia est principium meritorij operis, mediantibus virtutibus; sicut essentia animæ est principium operum vitæ,mediantibus potentiis eius.12[ę].q.114.4.2[m].& 3[a].q.49.6.c.

18 Nullus potest sibi mereri gratiam ex condigno, sed ex congruo tantum.12[ę].q.114.5.6.& 22[ę].q.177.1.3[m].& 3.q.2.11.c.

19 Nullus purus homo potest alteri primam gratiam mereri ex cõdigno,sed tantum ex congruo.12[ę].q.114.6.o.& 7.2[m].

20 Existens in gratia,meretur ex condigno vitam æternam ratione gratiæ:sed tantum ex congruo ratione liberi arbitrij.1[a].q.93.1. 4[m].& 6[m].& 12[ę].q.114.5.o.& 3[a].q.48.1.c.

21 *Homo quilibet actu meritorio, meretur augmentum gratiæ, sed non statim augetur.12[ę].q.114.8.o.

22 Omnis actus informatus gratia,est meritorius,22[ę].q.2.9.c.

23 Gratia non potest cadere sub merito, quia est merendi principium.3[a].q.2.11.c.

24 Efficacia & radix merendi,est ex charitate : sed singulæ virtutes merentur præmia singula.12[ę].q.114.4.o.& 22[ę].q.182.2.c.

25 Radix merendi præmium essentiale,est charitas ; difficultas autem est radix,respectu præmij accidentalis,1[a].q.95.4.c.& 22[ę].q. 182.2.1[m].

26 *Nullius virtutis actus est meritorius, nisi sit informatus charitate.12[ę].q.114.4.3[m].& 22[ę].q.2.9.1[m].& q.83.13.15.c.& q.124.2.2[m].

27 Meritum vitæ æternæ : primo pertinet ad charitatem : secundo ad alias virtutes, secundum quod actus earum imperantur à charitate.12[ę].q.57.1.c.2[m].& q.114.4.o.

28 Quilibet actus charitatis meretur vitam æternam, & augmentũ charitatis, 1[a].q.62.5.c. & 12[ę].q.114.7.3[m]. & 8.3[m]. & 22[ę].q.24.6.c. 1[m].

29 Nobilius est habere aliquid ex merito, quàm sine merito : & dignitas merendi maior,est quam gloria corporis,3[a].q.19.3.c.

30 Quanto magis est arduum opus tanto est magis meritorium ratione bonitatis,non autem ratione difficultatis, nisi per accidens ratione maioris conatus vel attentionis.22[ę].q.27.8.3[m].

31 *Meritum est æquale præmio vitæ æternæ,æqualitate quantitatis,12[ę].q.114.3.o.

32 Quantitas meriti potest attendi ex duobus,scilicet ex difficultate & bonitate operis,& ex voluntate & charitate operantis. 1[a]. q.95.4.c.

33 Voluntas cum opere,magis meretur vel demeretur accidentaliter,quàm voluntas sola : non autem essentialiter , nisi ratione triplicis inæqualitatis,scilicet numeri,continuati motus,& intensionis 12[ę].q.20.4.o.

34 Natura comparatur ad principium merendi , scilicet ad charitatem,sicut materia ad formam:fides autem , vt dispositio eius: ideo actus vtriusque non est meritorius, nisi cum charitate, 22[ę].q.2.9.1[m].

35 Aliquis potest sibi mereri perseuerantiam glorię,non autem viæ. sed vtragque potest & aliis impetrare per orationes. 12[ę].q.114. 9.o.

36 Bona temporalia,vt vtilia ad opera virtutum, per quæ peruenitur ad gloriam,cadunt sub merito simpliciter:in se autem, secundum quid.12[ę].q.114.10.o.& 22[ę].q.123.5.4[m].

37 Quilibet agens in bonum vel malum personæ vel communitatis vel sui,meretur vel demeretur retributionem ab vtroque, 12[ę]. q.21.3.4.o.& 22[ę].q.59.3.2[m].& q.64.5.c.& q.65.1.c.

38 Nullus meretur id quod iam habet, 1[a].q.62.4.c. & 12[ę].q.114.5.c. & 3[a].q.19.3.c.

39 *Nullus potest sibi mereri ex condigno,nec ex congruo reparationem post lapsum.12[ę].q.114.7.o.

40 *Homo potest aliquid mereri à Deo secundum quid,præsuppositа Dei ordinatione, non autem simpliciter. 22[ę].q.21.4.o.& q. 114.1.o.

41 *Nullus meretur nisi viator,& pro viatore tantum.1[a].q.62.9.o. & 22[ę].q.13.4.2[m].& q.182.2.2[m].& 3[a].q.19.3.1[m].

42 *Meritum animæ separatæ vel demeritum, non potest augeri nec minui.1[a].q.92.6.c.

1 METAPHYSICA est de substantiis immaterialibus, inquantum tales substantiæ:de sensibilibus autem,vt substantiæ,vel vt entia tantum,12[ę].q.66.5.1[m].

1 METAPHORA.&,Nomen non dicitur propriè,sed metaphorice de eo , in quo non est tota ratio nominis , sed aliquid eius per similitudinem,1[a].q.13.9.c.& q.33.3.c.

2 Quæ dicuntur metaphoricè , non oportet secundum omnia esse similia.3[a].q.2.6.1[m].& q.8.1.2[m].& q.46.4.1[m]. & q.48.3.1[m]. & q.76. 6.2[m].

3 Ex eadem re potest fieri metaphora ad contraria,propter diuersas proprietates eiusdem rei.12[ę].q.33.1.1[m].

4 Metaphora in diuinis , potius transfertur ex natura irrationali & vili,quàm ex natura rationali & nobili,ad vitandum errorem. 1[a].q.19.3[m].

Theo

5 Theologia vtitur metaphoris.1ª.q.1.9.0.& q.10.1.4ᵐ.& q.12.3.3ᵐ.& q.13.3.1ᵐ.& q.14 11.c.& q.19.11.c.

MICHAEL est de ordine principatuum,vel archangelorum.1ª.q. 113.3.c.

1 Miles in exercitu debet primo subdi duci,secundo aliis coordinari, sed contrarium primi est grauissimum peccatum. 12ᵉ.q.100. 6. c.

2 Milites charactere insigniuntur,quasi ad militiam deputati. 3ª.q. 63.3.c.

MILITARIS ars, quæ est propter victoriam, ad quam ordinatur omne officium bellicum, ordinat artem equestrem & nauale,& omnia huiusmodi in suum finem.22ᵉ.q.23.4.2ᵐ.

Negociatio est valde contraria militiæ,ideo secundum iura ciuilia, negociatio interdicitur militibus.22ᵉ.q.40.2.c.

MILLIA millium ministrantium & assidentium Deo. 1ª.q.112. 4. 2ᵐ.

MILVVS maximè insidians, significat fraudulentos. 12ᵉ.q.102.6. 1ᵐ.& co.2.fi.

MINERALIA non nominantur in vniuersali productione rerum,quia sunt occulta,nec addunt aliquam dignitatem supra elementa.1ª.q.69.2.3ᵐ.

1 MINISTER.& Ministri noui testamenti, sunt maioris dignitatis,quàm ministri veteris testamenti. 22ᵉ.q.87.1.c.fi. & q.174.4.3ᵐ.

2 *Quicunque existens in aliquo peccato mortali, exhibet se ministrum ecclesiæ in aliquo spirituali,peccat mortaliter.3ª.q.64. 6. o.

1 MIRACVLVM dicitur quasi admiratione plenum, id est, quod habet causam occultam simpliciter & omnibus, scilicet Deum.1ª.q.105.7.c.& 12ᵉ.q.113.10.c.

2 Miraculum non dicitur respectu potentiæ diuinæ, sed respectu naturæ quam excedit.1ª.q.105.8.o.

3 Miraculum propriè est præter ordinem totius naturæ creatæ.1ª.q. 110.4.c 2ᵐ.& 4ᵐ.& q.114 4.c.

4 De ratione miraculi sunt tria, scilicet esse arduum, id est supra virtutem naturæ creatæ agentis,præter spē naturæ, id est quod non habeat ad illud naturalem ordinem,sed ordinem obediētialem:& quod fit insolitum,id est præter modum eius cōsuetum.1ª.q.105.7.2ᵐ.& 12ᵉ.q.113.10.c.

5 Miracula dicuntur,quia sunt supra naturam:signa vero,quia manifestant aliquid supernaturale: prodigia autem & portenta, propter excellentiam.22ᵉ.q.178.1.1ᵐ.

6 Gradus miraculorum triplex,scilicet maximus,id est,quo ad substātiam facti:medius,id est quo ad illud in quo fit, & minimus id est,quo ad modum.1ª.q.105.8.o.& 12ᵉ.q.113.10.c.

7 Creatio animarum,vel aliorum,non est propriè miraculum.1ª.q. 105.7.1ᵐ.& 12ᵉ.q.113.10.c.

8 Spirituales effectus Dei,vt iustificatio impij,& illuminatio, non suni miracula, sed finis miraculorum. 1ª.q.105.7.1ᵐ.& 12ᵉ.q.113. 10.o.& 3ª.q.44.3.1ᵐ.& 3ᵐ.

9 Conceptio Christi ex virgine,fuit miraculosa.3ª.q.33.4.o. & q. 35. 3.2ᵐ.

10 Natiuitas Christi fuit miraculosa.3ª.q.35.3.2ᵐ.

11 In natiuitate & passione Christi,ostensa sunt maxima miracula, circa luminaria cœli:quia tunc maximè apparuit infirmitas humanitatis eius.3 .q.44.2.3ᵐ.

12 Gratia miraculorum: non est gratia habitualis, sed impressio transiens.22ᵉ.q.178.1.1ᵐ.

13 Gratia miraculorum cōfert commune beneficium,scilicet notitiam Dei,sed gratia sanitatum, addit aliquid speciale, scilicet beneficium sanitatis,ideo ab inuicem distinguuntur.12ᵉ.q.178. 1.4ᵐ.

14 Gratia miraculorum,excellentissime data est animæ Christi, vt miracula faceret,& eam in alios transfunderet.3ª.q.13.2.c.3ᵐ.

15 *Operatio miraculorum,attribuitur gratiæ gratis datæ, vt principio proximo, fidei vero, vt virtuti disponenti ad hanc gratiam consequendam.22ᵉ.q.178.1.o.

16 Operatio miraculorum attribuitur principaliter fidei,vt virtuti disponenti, quibus cooperantur abstinentia & continentia,22ᵉ. q.178.1.5ᵐ.

17 *In reliquiis sanctorum, & verbis diuinis, non est aliqua virtus vel forma,qua fiunt miracula.22ᵉ.q.178.1.1ᵐ.

18 Miracula diminuunt meritum fidei,nolentium credere,nisi per miracula.1ª.q.41.3.3ᵐ.

19 Miracula Christi de quibus est fides,fuerunt occulta, probantia vero fidem fuerunt manifesta.3ª.q.29.1.2ᵐ.

20 Discipuli Christi crediderunt in eum, antequam vidissent eum facere miracula.3ª.q.43.3.3ᵐ.

21 Solus Deus potest per se facere vera miracula.1ª.q.110.4.o.&q.114. 4.c.&12ᵉ.q.111.4.c.& q.113.10.c. & 22ᵉ.q.178.1.1ᵐ.& 2ᵐ. & 4.o. & 3ª.q.43.2.c.& 4.c.3ᵐ.& q.78.4.2ᵐ.

22 Omnia miracula fiunt ministerio angelorum.1ª.q.110.4.1ᵐ.

23 Angeli & alij sancti faciunt miracula ministrando, vel impetrando,1ª.q.110.4.1ᵐ.& 3ª.q.13.2.3ᵐ.& q.78.4.2ᵐ.

24 Sancti faciunt miracula dupliciter,scilicet postulatione,& potestate,id est,non præcedente oratione manifestata:tamē in vtrisque Deus operatur principaliter, sancti autem instrumentaliter.1ª.q.117.3.1ᵐ.& 22ᵉ.q.178.1.1ᵐ.& 3ª.q.84.3.4ᵐ.

25 Miracula Iosue,Isaiæ,& Heliæ, fuerunt maiora secundum substantiam, quàm miracula Moysis, sed secundum modum est econuerso.22ᵉ.q.174.4.2ᵐ.

26 Miracula ad commendationem sanctitatis propriæ fiunt tātum à sanctis,sed ad confirmationem doctrinæ,fiunt etiam à malis per veram fidem, & per nomen Christi.1ª.q.110.4.2ᵐ. & 22ᵉ.q. 178.2.o.& 3ª.q.43.1.4.c.

27 Miracula bonorum differunt à signis malorum quintupliciter, scilicet in efficacia, duratione, vtilitate,fine, & modo.1ª.q.114. 4.2ᵐ.

28 Magi faciunt miracula,per priuatos contractus,id est,per dæmones:boni vero per publicam iustitiam,id est per Deum:sed mali Christiani,per signa publicæ iustitiæ,id est per nomen Christi,vel per aliqua eius sacramenta. 1ª.q.110.4.2ᵐ. & q.114.4.3ᵐ. & 22ᵉ.q.178.2.3ᵐ.

29 Omnia miracula dæmonum sunt falsa ratione rei,vel miraculi. 1ª.q.110.4.2ᵐ.& 4ᵐ.& q.114.4.o.& 22ᵉ.q.178.2.c.

30 Antichristus facier aliqua vera miracula,quo ad naturam rei, vi tute dæmonum:sed falsa quo ad rationem miraculi, & ad decipiendum.1ª.q.114.4.1ᵐ.& 22ᵉ.q.178.1.2ᵐ.

31 Ioannes Baptista nullum fecit miraculum,vt homines principaliter Christo attenderent.3ª.q.38.2.2ᵐ.& q.40.2.1ᵐ.

32 Conuenientissimum fuit,vt Christus faceret miracula, vt ostenderetur eius gratia vnionis,& eius doctrina supernaturalis. 3ª. q.43.1.o.& 4.c.

33 Christus faciebat miracula virtute diuina.3ª.q.13.2.c.3ᵐ.& q. 43.2. c.& 3.2ᵐ.& 4.c.& q.44.3.3ᵐ.

34 Christus faciebat miracula virtute propria,alij vero sancti, virtute aliena.3ª.q.43.4.o.

35 *Anima Christi,vt instrumentum verbi sibi vniti, habuit instrumentalem virtutem,ad omnes mutationes miraculosas, ordinabiles ad instaurationem rerum,non autem ad annihilationem rerum.3ª.q.13.2.c.3ᵐ.

36 Quæ fiebant à Christo miraculosè,erant perfectissima.3ª.q.44.3. 2ᵐ.& 3ᵐ.& q.46.6.c.

37 Miracula Christi sufficienter ostendebāt eum esse Deum.3ª.q.43. 4.o.

38 Christus cepit facere miracula in nuptiis,non autem prius,ne humanitas eius phantastica videretur.3ª.q.36.4.3ᵐ.& q.43.3.o.

39 Christus conuenientissime fecit miracula circa dæmones,angelos,cœlos,homines,bruta,& elementa.3ª.q.44.o.

MIRVM simpliciter,idem est quod miraculum,non autem secundum quòd est mirum alicui.1ª q.105.17.c.

1 MISERIA non est quicunque defectus,sed tantum defectus naturæ rationalis:quia opponitur felicitati.1ª.quæst.21.4.c.& 22ᵉ. q.30.1.c.

2 *Nullus potest velle miseriam, sed quilibet naturaliter eam fugit.1ª.q.94.1.c.

1 MISERICORDIA est compassio alienæ miseriæ in corde,qua,si possumus,subuenire compellimur.1ª.q.21.3. & 22ᵉ. q.30.1.c.2ᵐ.& 2.3.c.

2 Misericordia vt est motus appetitus,regulatus ratione, est actus virtutis moralis,& virtutis specialis: non autem vt passio tantum.22ᵉ.4.59.1.3ᵐ.& 22ᵉ.q.30.3.o.& q.36.3.3ᵐ.

3 Misericordia vt virtus,est virtus moralis circa passiones,& reducitur ad medietatem,quæ dicitur Nemesis,sed eas Aristoteles non ponit virtutes:quia vt passiones sunt,sunt laudabiles, tamen vt sunt ab aliquo habitu electiuo, sumunt rationem virtutis.22ᵉ.q.30.3.4ᵐ.

4 Misericordia secundum se est maxima virtutum.22ᵉ.q.30.4.o.

5 Inter omnes virtutes quæ ad proximum sunt,misericordia est potissima,sicut etiam est potioris actus.22ᵉ.q.30.4.c.

6 Liberalitas coniectat bonum,in dationibus communiter,misericordia vero secundum rationem specialem, scilicet vt est releuatio miseriæ alienæ,22ᵉ.q.31.1.3ᵐ.& q.117.5.3ᵐ.

7 Datio beneficij ex misericordia, procedit ex affectione ad eum cui homo dat.ideo misericordia pertinet ad charitatem, liberalitas vero ad pecuniam.22ᵉ.q.117.3ᵐ.

8 Longe melius,& humanius,& piorum sensibus accommodatius in Cęsaris laude locutus est Tullius,vbi ait:nulla de virtutibus tuis,nec admirabilior,nec gratior misericordia.22ᵉ.q.30.3.c.

9 Misericordia potest præcedere,& sequi iustificationem,& potest secum concurrere:quia operatur contra peccatum per modum satisfactionis.& per modum præparationis.12ᵉ.q.113.4.1ᵐ.

10 Misericordia est effectus charitatis. 22ᵉ. q. 28. principio. & q. 32. 1.c.& q.36.3.1ᵐ.

11 Motiua ad misericordiam sunt tria maxime.s.mala contra naturā,contra spem,& contra merita alicuius.22ᵉ.q.30.1.c.

12 Defectus, est ratio miserendi semper, propter vnionem amoris, vel propter possibilitatem patiendi similia, 22ᵉ.q.30.2.o.

13 Culpa inquantum huiusmodi, non est motiua ad misericordiam, quia est volita, sed est motiua vt est annexa alicui contra voluntatem, 22ᵉ.q.30.1.1ᵐ.

14 Misericordia propriè non est ad se, nec ad personas multum coniunctas,vt ad parentes & filios:sed ad eos est dolor,& in iis dūrum est expultiuum miserationis *, quia in iis non miseremur propriè, sed debemus, & durum quid patimur, 22ᵉ.q.30.1.2ᵐ. & q.32.9.3ᵐ. & q.106.3.1ᵐ.

15 Iniuriæ illatæ miserabilibus,scilicet pupillis & viduis,exaggerantur,quia magis opponuntur misericordiæ, & nocumenta sunt eis grauiora, quia non habent releuantem, 22ᵉ.q.65.4.2ᵐ.

16 Amici, senes, sapientes, debiles,& timidi,maximè miserentur,nō autem superbi,audaces,& contumeliæ dispositi, 22ᵉ.q.30.2.o.

17 Misericordia est in Deo, secundum effectum, & secundum affectum voluntatis: non autem secundum passionem, 1ª.q.21.3.o. & 22ᵉ.q.30.2.1ᵐ.

18 Proprium opus Dei est tantum vnum, scilicet benefacere & misereri: sed punire conuenit ei, propter culpam peccantis, 22ᵉ.q. 21.2.c.

19 Deus dicitur omnipotentiam suam parcendo maxime & miserando manifestare:non tam quo ad substantiam facti, quàm etiam quo ad licentiam faciendi, 1ª.q.25.3.3ᵐ.& 22ᵉ.q.30.4.c.

20 Deus semper miseretur, puniendo citra condignum,& præmiando vltra condignum, 1ª.q.21.4.1ᵐ.

21 Misericordia Dei dicitur dupliciter,scilicet repulsio miseriæ præcedentis sine debito:& remotio cuiuscunque defectus sine debito, 1ª.q.23.1.3ᵐ.

22 In omni opere Dei est misericordia,& iustitia, 1ª.q.21.4.o.

23 Deus agendo misericorditer, non agit contra iustitiam,nec econuerso, 1ª q.21.3.2ᵐ. & 3ª.q.46.2.3ᵐ.

24 In omni opere Dei, misericordia semper eminet iustitiæ, 1ª.q.21. 3 2ᵐ. & 4.c.fi.

25 Opus iustitiæ Dei, semper fundatur in opere misericordiæ:& ipsum præsupponit, 1ª.q.21.4.c. & q.25.3.3ᵐ.

26 Maioris misericordiæ est, impios iustificare, quàm iustos creare:sed sunt æqualis potentiæ Dei, 3ª.q.43.4.2ᵐ.

1 MISSA dicitur, quasi transmissa,scilicet à populo ad Deum, & econuerso: vel dicitur ab emissione catechumenorum,& excommunicatorum, 3ª.q.83.4.9ᵐ.

2 Ratio,& expositio eorum quæ dicuntur & fiunt in missa,& de singulis partibus missæ, 3.q.83.4.5.o.

3 Defectibus & periculis in missa, sufficienter occurritur, 3ª.quæst. 83. 6.o.

4 Debilitas vel ægritudo,impedit à celebratione missæ,propter impossibilitatem, vt in priuatis vsu oculorum vel digitorum, vel linguæ, vel propter periculum, vt in morbo caduco, & alienatione mentis:vel propter abominationem, vt in lepra: sed lepra ordinem non tollit, 3ª.q.82.10.3ᵐ.

5 Audire missam & communionem accipere à peccatore non sententiato ab Ecclesia, licet: quia suspensus est à Deo quo ad se, non autem quo ad alios, 3ª.q.82.9.c.

6 * Celebrans missam in peccato mortali,vel inducens talem scienter,vel audiens missam præcisi per sententiam Ecclesiæ,vel notorij fornicatij, licet sustineatur à prælatis, peccat mortaliter, 3ª.q.82.9.o.

7 Accipere pro missa aliquid,quasi pretium eius, est simonia: non autem accipere quasi stipendium laboris, 22ᵉ.q.100.2.2ᵐ.

8 Missa non debet celebrari,nisi pro membris Ecclesię:nec in canone missæ debet orari, nisi pro membris Ecclesiæ, 3ª.q.79.7.2ᵐ.

9 Missam licet dicere in loco non sacro, causa necessitatis, scilicet in itinere:vel propter destructionem Ecclesiarum, sed eum altari portatili,& aliis necessariis:non autem aliter, nisi de licentia episcopi, 3ª.q.83.1.o.

10 Plures debent interesse missæ solenni:sed in missis priuatis sufficit vnus, scilicet seruitor, 3ª.q.83.5.12ᵐ.

11 Missa quotidie celebratur in Ecclesia quintuplici ratione, scilicet quia semper oportet paratam esse medicinam contra quotidiana peccata:vt signum vitæ semper sit in medio paradisi:vt nobis quotidie Christus vniatur sacramētaliter,& nos ei spirituabiliter, vt sit apud nos iugis memoria passionis Christi, vt vero agno loco typici agni quotidie vramur ad vesperam, quem Iudæi ad vesperam conuertendi esurient, 3ª.q.83.2.c.1ᵐ.

12 Missa potest dici, quando incipit apparere aurora:non autem de nocte, nisi in natiuitate Christi, & in vigilia Paschæ, in principio noctis, 3ª.q.83.2.4ᵐ.

13 Hora missæ in festis, est tertia, in pro festis diebus est sexta, in ieiuniis nona: sed potest tardari, maxime tempore ordinum, 3ª.q.83.2.3ᵐ.

14 Missa regulariter celebratur solenniter hora passionis Christi, scilicet ab hora tertia vsque ad nonam, 3ª.q.83.2.c.

15 Missæ priuatæ possunt dici à mane vsque ad tertiam, vel vsque ad nonam,in diebus ieiuniorum,3ª.q.83.2.3ᵐ.

16 In Natali Christi, quilibet sacerdos potest dicere tres missas,scilicet primam in nocte,secundam in aurora,& tertiam in die,propter triplicem natiuitatem Christi, scilicet quarū vna est æterna,quæ quantum ad nos, est occulta, licet secundum se, sit in plena luce:alia est temporalis,sed spiritualis:qua,scilicet Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris: tertia vero est temporalis & corporalis, secundum quam visibilis nobis processit ex vtero virginali carne indutus, 3ª.q.83.2.3ᵐ.& 5ᵐ.

17 Non licet alio die, plures missas ab eodem celebrari, pro pecunia, vel adulatione secularium:sed tantum pro vrgenti necessitate, 3ª.q.83.2.5ᵐ.

18 Quando in vna die occurrunt diuersa beneficia Dei commemoranda, vel impetranda pro viuis vel mortuis: oportet missam pluries celebrari,si adsit facultas, puta vnam pro festo,& aliam pro ieiunio, vel pro mortuis, 3ª.q.83.3.2ᵐ.

19 Multiplicatio missarū, multiplicat oblationem sacrificij, & multiplicat eius effectus, non autem multitudo hostiarum in vna missa, ideo sumens multas hostias in vna missa, non percipiet maiorem effectum, 3ª.q.79.7.3ᵐ.

20 Missa melioris sacerdotis, est melior, quo ad annexa: ideo melius est eam audire, licet quo ad sacramentum, & effectum sacramenti, omnes missæ sint æquales, 3ª.q.82.6.o.

1 MISSIO de ratione sua importat respectum missi ad mittentem,& ad aliquem terminum, 1ª.q.43.1.c.& 2.c.3ᵐ.

2 Missio non dicit gradum dignitatis, sed auctoritatem principij in vno, respectu exeuntis ab eo, 1ª.q.43.1.1ᵐ. & 3ª.q.39.8.1ᵐ.

3 Missio visibilis in diuinis, est signum missionis inuisibilis factæ, non quidem tunc, sed prius, 1ª.q.43.7.6ᵐ.

4 * Mittere filium & spiritum sanctum, conuenit cuilibet personæ diuinæ, & toti trinitati, 1ª.q.43.8.o.

5 Spiritus sanctus non mittit so propriè, quia missio dicit distinctionem mittentis à misso, secundum Præpositiuum & Altisiodorensem, sed mittit se impropriè, id est, dat se,1 .q.43.8.o.

6 Homo nullo modo potest mittere spiritum sanctum, 1ª.quæst. 83. 8. c. fin.

7 Mitti secundum imperium,vel secundum consilium, non conuenit Deo, quia dicit minoritatem, nec vbi non fuit prius, quia dicit recessum, sed secundum originem:& secundum nouum modum, 1ª.q.43.1.o.& 3.c.& 4.3ᵐ.& 5.c.3ᵐ.& 6.c.& q.112.1.c.3ᵐ.

8 Mitti conuenit filio, & spiritui sancto, sed nullo modo conuenit patri, nec trinitati, 1ª.q.43.4.8.o. & q.112.1.c. & 3ª.q.39.8.1ᵐ.

9 Mitti inuisibiliter, conuenit filio & spiritui sancto, non autem patri, 1ª.q.43.5.o.

10 Mitti visibiliter vt donum, & vt sanctificationis indicium, conuenit spiritui sancto, filio autem, vt sanctificationis auctori, 1ª.q.43. 7.o.

11 Missio filij & spiritus sancti, distinguitur secundum originem, & secundum effectus illuminationis,& inflammationis: sed conueniunt in gratia,nec vna potest esse sine alia, 1ª.q.43.5.3ᵐ.

12 Missio filij est prior missione spiritus sancti, ratione donorum,& exitus, sed ratione dantis, est econuerso, 3ª.q.7.13.c.

13 Missio filij, prior est ordine naturæ, missione spiritus sancti, sicut ordine naturæ, spiritus sanctus procedit à filio,& à sapientia dilectio, 3ª.q.7.13.c.

14 Missio filij Dei triplex, scilicet in mente, in carne, & ad prædicandum, 3ª.q.42.1.o.

15 Non est missus Christus ad prædicandum,nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, quadruplici ratione,scilicet primo vt ostenderet impleri promissiones factas Iudæis, & non gentibus: secundo vt eius aduentus ostenderetur esse à Deo, tertio vt Iudæis auferret calumniandi materiam:quarto quia Christus per crucis victoriam meruit potestatem,& victoriam,& dominiū, super gentes, 3ª.q.42.1.o.

16 Missio inuisibilis, non fit ad sacramenta, quia non fit nisi respectu termini, 1ª.q.43.6.4ᵐ.

17 Missio inuisibilis fit ad omnes existentes in gratia, 1ª.q.43.6.o.

18 Ad patres veteris testamenti, facta est missio inuisibilis, 1ª.quæst. 43. 6.1ᵐ.

19 * Missio inuisibilis fit ad sanctos, in omni augmento gratiæ, secundum extensionem ad nouum effectum: non autem secundum intensionem, 1ª.q.43.6.2ᵐ.

20 Ad beatos facta est missio inuisibilis, in principio beatitudinis, non autem postea, quo ad intensionem gratiæ, sed quo ad extensionem, id est, quo ad aliqua mysteria, quæ eis reuelantur de nouo, vsque ad diem iudicij, 1ª.q.43.6.3ᵐ.

21 Missio inuisibilis facta est ad Christum,in primo instanti suæ conceptionis:& nulla vltetius, 1ª.q.43.6.3ᵐ. & 7.6ᵐ.

22 Missio inuisibilis plenior fit post incarnationem,quàm prius secundum communem statum: licet in spirituali sit econuerso, 1ª.q.43.7.6ᵐ.

Universidad de Deusto Biblioteca

23 Ad patres veteres testamenti non fuit facta missio visibilis, quia prius debuit perfici missio visibilis filij, quàm spiritus sanctus manifestetur enim, 1ª.q.43.6.1m. & 7.6m.
24 Missio visibilis primo facta est Christo, & post Apostolis, quia per eos gratia in alios diffusa est, secundum quòd per eos Ecclesia plantata est, 1ª.q.43.7.6m.
25 Missio visibilis facta est ad patres in primitiua Ecclesia, vt ad fundatores Ecclesiæ, non autem nunc, quia per eam firmamur, 1ª. q.43.7.6m.
26 Ad Christum facta est missio visibilis spiritus sancti bis, scilicet in baptismo in specie columbæ, & in transfiguratione in nube lucida, sed & ad Apostolos bis, primo in flatu, secundo in linguis igneis, propter multa mysteria, 1ª.q.43.7.6m. & 3ª.q.39.6.4m. & q.72.2.1m.
27 Natura humana in qua, & per quam, facta est missio visibilis filij Dei, est illa ad quam fit missio: ideo filius Dei est in ea nouo modo: non autem creatura secundum quam fit missio visibilis spiritui sancti, 1ª.q.43.7.1m.
28 Missio visibilis, non fit secundum visionem imaginariam, vt prophetia, nec secundum res præexistentes, vt sacramenta vtriusque testamenti, sed sicut in signis, sicut flamma rubi, & columna ignea, 1ª.q.43.7.2m. & 3ª.q.39.8.2m.
1 MODALIS distinctio, per sensum compositum, & sensum diuisum, non tenet in formis inseparabilibus, 1ª.q.14.13.3m.

1 MODESTIA est virtus moderatiua passionum: ideo adiungitur temperantiæ, vt virtuti principali: quia est circa difficillima, 22ᴱ.q.143.0. & q.160.0.
2 * Modestia est circa actiones interiores, & exteriores, 22ᴱ.q.160.2.c.1m. & q.168.1.o.
3 Modestia moderatur exteriorem hominis vitam in incessu, habitu, & huiusmodi: sed epieichia moderatur obseruantiam verborum legis: potest tamen esse quod nomen epieichiæ apud Græcos per quandam similitudinem, trãsfertur ad omnes moderationes, 22ᴱ.q.120.2.3m.
4 Partes modestiæ, à diuersis assignantur diuersimodè, 22ᴱ.quæst. 106.2.2m.
5 Partes modestiæ secundum Andronicum, sunt tres, scilicet bona ordinatio, quæ discernit quæ & quo ordine sunt agenda: ornatus, qui seruat decentiam in agendis: & austeritas, scilicet in verbis, 22ᴱ.q.143.c.fi. & q.160.2.fi. & q.168.1.c.fi.
6 Partes modestiæ secundum Tullium, sunt quatuor, scilicet humilitas, studiositas, mansuetudo, & simplicitas: & secundum Aristotelem, etiam eutrapelia, 22ᴱ.q.160.2.c. & q.161.4.o. & q. 166.2.c.fi. & q.168.2. c.fi.
7 Sub modestia continetur omnis moderatio motuum corporalium, rerum exteriorum: & spei, secundum Tullium, 22ᴱ.q.143. 4m. & q.160.2.c.
8 Omnis modus inquantum modus, bonus est, sed malus ideo dicitur, quia minora sunt quædam, quàm esse debuerant, aut quia non iis rebus accommodantur, quibus accommodanda sunt: & ideo dicuntur mala, quia sunt aliena & incongrua, & ita dicitur malus modus, vel mala species, vel malus ordo, 1ª.q.5.5.4m.
1 MOLLICIES propriè respicit defectum delectationum, sed delitiæ respiciunt causam inpeditiuam earum, scilicet laborem vel aliquid tale: ideo delitiæ sunt quædam mollicies, 22ᴱ.q. 138.1.2m.
2 Mollis dicitur, qui recedit à bono, propter tristitias causatas ex defectu delectationum, quasi cedens debili mouenti, non autem si graui mouenti cedant, 22ᴱ.q.138.1.c.
3 Mollicies est vitium oppositum perseuerantiæ, & causatur dupliciter, scilicet ex consuetudine, & ex naturali dispositione, 22ᴱ. q.138.1.o. & 2.c.
4 Qui patiuntur muliebria, dicuntur molles, quasi mulieres effecti, 22ᴱ.q.138.1.3m.
MONETA, & Cudentes falsam monetam, possunt iustè occidi in iudicio seculari, & rebus suis spoliari, 22ᴱ.q.11.3.c.
MONSTRA dicuntur peccata, inquantum sunt ex peccato in actu naturæ à fine vltimo, non autem à fine proximo, 12ᴱ.quæst.21. 1.1m. & 2m.
MORALIA specificantur ex fine, 1ª.q.48.1.2m.

1 MORS & omnis defectus corporalis, & rebellio carnis ad spiritum, sunt pœna peccati primorum parentum, consequens pœnam principalem, scilicet subtractionem originalis iustitiæ, 12ᴱ.q.85.5.o. & q.87.7.c.1m. & q.94.5.2m. & q.100.8.3m. & q. 102.5.1m. & 22ᴱ.q.163.2.1m. & 2m. & 3m. & q.164.o. & 3ª.q.1.4.2m. & q.14 1.c. & 3.c.2m. & 4.c.3m. & q.52.5.c.
2 Causa mortis, & aliorum defectuum corporalium in natura humana, est duplex, scilicet remota, id est, contrarietas principiorum, & proxima, scilicet peccatum, 22ᴱ.q.164.1.1m. & 3ª.q. 14.3.2m. & q.15.2.1m.
3 Mors vt iusta pœna, est à Deo, non autem vt est malum naturæ humanæ, 12ᴱ.quæst.85.5.c. fi. & q.94.5.2m. & q.100.8.3m. & 22ᴱ. q.164.1.4m.
4 Mors & alij defectus: non sunt æqualiter in omnibus, triplici ratione, scilicet propter peccata parentum, vtilitatem filiorum, & diuersam complexionem, 12ᴱ.q.85.5.1m. & q.87.7.1m. & 22ᴱ. q.164.1.4m.
5 Primi parentes senescendo, incæperunt mori prima die qua peccauerunt, licet postea multum vixerint, 22ᴱ.q.164.1.8m.
6 Ante resurrectionem omnes morientur, 12ᴱ.q.81.3.1m. & 3ª.q.46. 11.1m.
7 Pœna mortis in præsenti non infligitur pro quolibet peccato mortali, sed tantum pro peccato inferente damnum irreparabile, vel pro horribili deformitate, 22ᴱ.q.66.6.2m. & q.108.3.3m.
8 Nullus debet eripi de morte contra iura, 22ᴱ.q.10.12.2m. & q.59.4. 3m. & 3ª.q.58.10.1m.
9 Mors vt priuatio vitæ, vel sit terminus alterationis præcedentis, est pœna damni, non autem est pœna sensus: nec affligit, nisi ratione alterationis præcedentis, 22ᴱ.q.164.1.7m.
10 Mors est meritoria, licet sit pœna: quia boni bene vtuntur bonis & malis, sicut mali male vtuntur & bonis & malis, 22ᴱ.quæst. 164.1.6m.
11 Mors illata, etiam pro criminibus, aufert totam pœnam pro criminibus debitam in alia vita, vel partem pœnæ, secundũ quantitatem culpæ, patientiæ & contritionis, non autem mors naturalis, 22ᴱ.q.25.6.2m.
12 Mors & alij defectus naturæ, causant dolorem & timorem, quia sunt contra naturam particularem, 12ᴱ.q.42.2.3m.
13 Mors secundũ se, est odibilis naturaliter: sed est appetibilis, propter beatitudinem, 12ᴱ.q.5.3.c.& 3ª.q.46 6.c.4m.
14 Quilibet tenetur mori, pro salute animæ proximi certa, aliter est de consilio, 22ᴱ.q.26.5.1m.
15 Exponere se, & suos, periculo mortis, pro liberatione personæ per quam sustentatur Ecclesia, vel respublica, est laudabile, 22ᴱ. q.32.6.c.
16 Virtuosus maximè tristatur de morte sua, quia priuatur maximo bono, quo maximè dignus est, scilicet vita & virtutibus, secundum præsentem vsum: licet quidam gaudeant, propter spem beatitudinis, 22ᴱ.q.123.8.2. & 3ª.q.46.6.8m.
17 * Decens fuit Christum mori, 3ª.q.50.1.o. & q.52.1.c.
18 Christus habuit simpliciter necessitatem moriendi absolutam, etiam si non occideretur secundum aliquos, sed ratione humanitatis tantum, necessitatem vero finis habuit etiam ratione personæ, 3ª.q.14.2.o.
19 Mors Christi fuit violẽta, ex parte naturæ humanæ: licet personæ eius non potuerit inferri violentia: sed quantum in occidentibus fuit, intulerunt mortem, 3ª.q.14.2.o. & q.46.3.2m. & q.47.1.o.
20 Christus mortuus est ex obedientia & charitate triplici ratione, scilicet ratione iustificationis humanæ, ratione reconciliationis diuinæ, & ratione victoriæ Christi, 3ª.q.47.2.o. & q.48.2.3.c. & q.49.1.c. & 4.3m. & q 51.4.c. & q.53.1.c.princip.
21 In symbolo fidei dicitur, quod filius Dei est passus, mortuus, & sepultus, 22ᴱ.q.1.8.c. & q.2.7.o. & q.50.2.b. & c.fi.
22 Mors Christi in fieri causauit nostram salutem, merendo eam, non autem in facto esse, sed tantum effectiuè, destruendo mortem animæ, id est, peccatum & mortem corporis, 3ª.q.50.6.o. & q.51.1.2m. & 2.4m. & 4.c.2m. & q.53.2.c.3m. & q.56.1.4m.
23 Mors Christi est causa efficiens gratiæ, & causa sufficiens salutis nostræ, 3ª.q.50.6.o. & q.51.1.2m. & 2.4m. & 4.c.2m. & q.53.2.c.2m. & q.56. 1.4m.
24 Christus noluit mori ex morbo, nec in senectute, sed ex passione illata, & in iuuentute, ne inuitus, vel ex infirmitate putaretur mori, 3ª.q.46.3.2m. & 9.4m. & q.51.3.c.
25 * Christus fuit simpliciter mortuus, 3ª.q.50 4.c. & 5.c.
26 Licet Deus sit immortalis, tamen conuenienter confitemur, vnigenitum Dei verbum fuisse passum & mortuum: quia non hæc ei attribuimus, secundum naturam diuinam, sed secundum humanam, quam pro nostra salute in vnitatem personæ assumpsit, 22ᴱ.q.1.8.c.
27 In morte Christi, fuit separata anima à corpore, 3ª.q.50.5.b. & c. 4m. & 4.c.1m. & 6.c.& q.52.3.c. & q.53.1.1m. & 54.1.c.
28 In morte Christi deitas non fuit separata ab anima eius, 3ª.q.50. 3.o. & 4.1m. & q.52.3.c. & q.53.4.c.
29 Nec à carne eius, 3ª.q.50.2.o. & 3.1m. & 4.1m. & 6.c. & q.52.3.c. & q.53.1.2m. & 4.c. & q.76. 1.1m,
Nec à sanguine eius, 3ª.q.25.2.c.

1 MOS primo significat consuetudinem, id est, frequentiam eorum quæ sunt in potestate nostra, secundo actum, vel inclinationem appetitus humani, à natura, vel consuetudine, vel infusione, 12ᴱ.q.58.1.c.
2 Mores in brutis, dicuntur per similitudinem, ea quæ fiunt ab eis, ex passionibus appetitus, 12ᴱ.q.24.4.3m. & q.58.1.
3 Mores diuinos debemus imitari, 22ᴱ.q.10.11.c.princip.

1 MOTVS propriè, significat actum imperfectum mobilis, sed secundum similitudinem, prædicatur de omni operatione, 1ª.q.9.1.1m. & q.14.1.1m. & q.18.1.c. & 3.1m. & q.19.1.1m. & 3m. & q. 50.1.2m. & q.53.1.2m. & q.58. 1.1m. & q.59.1.3m. & q.73.2.c. & 12ᴱ. & q.31.2.1m. & q.109.1.c. & 22ᴱ.q.170.1.3m. & q.180.6.c. & 3ª.q.21. 1.3m. & q.34.1.c.
2 Omnis motus vel mutatio, est actus existentis in potentia, inquantum huiusmodi, 1ª.q.9.1.c.
3 Motus dicitur æquinoctium, de operatione corporali, & spirituali, 2ª.q.18.3.1m. & q.53.1.o. & q.56.1.3m.
4 Omnis motus vel mutatio, sequitur aliquam potentialitatem, 1ª. q.9.1.c.
5 Motus duplex, scilicet naturalis, & voluntarius, & de ratione vtriusque est, quòd sit à principio intrinseco, 12ᴱ.q.6.1.3m. & 4.5.c.
6 Motus naturalis est tantum ad vnam partem, & perficitur quiete naturali, est corporis existentis extra vbi naturale: voluntarius autem est ad opposita, 1ª.q.20.1.c.
7 Motus dicitur naturalis dupliciter, scilicet à principio actiuo, vel à principio passiuo & materiali, 12ᴱ.q.6.5.2m. & 3ª.q.32.4.c.
8 Motus reducitur ad genus sui termini, inquantum procedit de potentia ad actum: quia terminus est in motu in potentia, 1ª.q. 62.4.2m. & 3ª.q.62.4.2m.
9 Motus reducitur ad genus sui termini, quo ad substantiam suam, licet ponatur in prædicamento passionis, inquantum importat ordinationem mouentis & mobilis, 3ª.q.62.2.2m.
10 Nullus motus denominatur à subiecto, sed à termino, 3ª.quæst. 35.1.2m.
11 Terminus motus duplex, scilicet res ad quam tendit, & quies in ea: & vterque duplex, scilicet totius, & partis, 1ª.q.5.6.c.& 12ᴱ.q. 11.3.c. & q.12.2.o.
12 Vnius motus non possunt esse plures termini ex eadem parte, nisi subordinati, 12ᴱ.q.12.3.2m.
13 Motus accipit speciem à termino ad quem, non autem à termino à quo, 1ª.q.23.1.3m.
14 Motus existentis in potentia, est propter indigentiam suam, non autem motus existentis in actu, sed est propter indigentiam alterius, 1ª.q.53.1.3m.
15 Motus est actus imperfecti, sed operatio est actus perfecti, 1ª.q.18. 1.c. & 7.1m. & q.53.1.2m. & q.56.1.3m. & q.58.1.1m. & q.59.1.3m. & q.73.2. c.
16 In motu discreto, potest dici aliquid moueri in termino à quo, & in termino ad quem, & in quolibet vbi in quo est mobile, quia successio diuersorum vbi, dicitur motus, non autem in motu continuo, 1ª.q.53.1.1m. & 3.3m.
17 Quando ex vna causa prouenium multi motus, tantum primus motus respicit necessario illud principalius quod respicit causa: cæteri verò respiciunt principalius quod conuenit ei secundum propriam rationem, 12ᴱ.q.36.1.3m.
18 Nomen motus & distantiæ, & omnium huiusmodi, deriuatum est à motu locali, ad omnes alios motus, 12ᴱ.q.71.c.
19 Motus localis est perfectior cæteris motibus, 1ª.q.110.3.c.& 22ᴱ.q. 180. 6. c.
20 Motus localis, est primus, 1ª.q.67.2.3m. & 22ᴱ.q.182.6.c.
21 Per motum localem nihil acquiritur in mobile, sed tantum acquiritur aliquid extra, scilicet locus, 1ª.q.110.3.c.
22 Necesse est esse aliquod mouens omnino immobile, 1ª.q.2.3.c. & q.9.1.o. & q.75.1.1m.
23 Motus semper ab immobili procedit, & ad aliquid quietum terminatur, 1ª.q.79.8.c. & q.82.1.c.fi. & q.84.1.3m. & q.115.3.c.
24 Primum mouens in quolibet genere, est non motum in illo genere motus, 3ª.q.12.3.c. & q.22.4.c.
25 Deus mouet, sicut desideratum & intellectum, non quidem semper à moto, sed à seipso, 1ª.q.105.2.2m.
26 In omnibus mouentibus ordinatis, virtus secundi, deriuatur à primo: quia secundum non mouet, nisi inquantum mouetur à primo, 12ᴱ.q.93.3.c. & q.109.1.c.
27 In omnibus motoribus & mobilibus ordinatis, motor inferior habet motum proprium, & præter hoc, sequitur motum superioris motoris, 22ᴱ.q.2.3.c.
28 Res naturalis dupliciter non potest ab aliquo moueri, scilicet propter impedimentum fortioris motoris: vel quia non subijcitur ei quo ad illud, 22ᴱ.q.104.5.c.
29 Omne quod mouetur, ab alio mouente mouetur, 1ª.q.2.3.c.
30 In mouentibus & motis, non proceditur in infinitum, 1ª.q.2.3.c. & q.51.3.3m.
31 Res intantum indiget moueri ab alio, inquantum est in potentia quo ad exercitium actus: vel quo ad determinationem obiecti, 1ª.q.2.3.c. & 12ᴱ.q.9.1.c.
32 Omne mouens trahit ad se, vel pellit à se, 12ᴱ.q.23.4.c.
33 Omne mouens, dat moto tria, scilicet inclinationem, motum, & quietem, 12ᴱ.q.23.4.c. & q.26.2.c.
34 Omne mouens se, diuiditur in duas partes, scilicet in partem mouentem, & partem motam, quod conuenit tantum animatis, 3ª.quæst.32.4.c.
35 Idem secundum diuersa, potest se mouere, non autem secundum idem, 12ᴱ.q.9.3.o. & q.51.2.2m. & 22ᴱ.q.59.3.c.
36 Eorum quæ mouentur à principio intrinseco, quædam mouent se, scilicet omnia quæ cognoscunt finem, non autem alia, 12ᴱ. q.6.1.c.
37 Mouentium se, quintuplex gradus, scilicet secundum executionem tantum, vt plantæ: secundum formam imperfectè, vt fixa: vel perfectè: vt bruta: secundum finem aliquorum, vt homo: vel vniuersaliter, vt Deus, 1ª.q.18.3.c.
38 In omni natura, in qua differt operatio à substantia, oportet esse aliquem modum motus, 1ª.q.9.2.o.
39 Non omne quod mouetur est corpus, nisi per se in motu naturali, 1ª.q.75.1.1m.
40 In omnibus rebus creatis est aliquid stabile ad minus materia prima, & aliquid mobile siue ad motum pertinens, vel ad operationem, & quantum ad vtrunque, res indigent gubernatione, alias in nihilum deciderent, 1ª.q.103.1.3m.
41 Omne quod mouetur, manet secundum aliquid, & secundum aliquid transit: ideo est compositum, 1ª.q.9.1.c.
42 Omne quod mouetur, suo motu acquirit aliquid, & pertingit ad aliquid, ad quod prius non pertingebat, 1ª.q.9.1.c.
* MOYSES secundum Dionysium, propter multam suam mansuetudinem, fuit dignus apparitione diuina, ideo mansuetudo debet maximè appeti, 22ᴱ.q.157.4.ar.1.

1 MVLIER facta est ex viro quadruplici ratione, scilicet vt primus homo esset similis Deo, in ratione principij: vt eam plus diligeret: vt ei præesset: vt significaret quod Christus est principium Ecclesiæ, 1ª.q.92.2.o.
2 Mulier debuit produci seorsum, in prima rerum productione, vt esset maior discretio sexuum in hominibus, & vt vacent magis operationi nobiliori, scilicet contemplationi, 1ª.q.92.1.c.
3 Mulier facta fuit in adiutorium viri, quo ad generationem tantum, quia in aliis melius adiuuatur vir per virum, quàm per mulierem, 1ª.q.92.1.c.princip. & q.98.2.b.2.
4 Mulier in statu innocentiæ, fuit imperfectior viro, & secundum corpus, & secundum animam, non autem in statu gloriæ, 1ª. q.92.1.2m.
5 In statu innocentiæ, fuissent tot mulieres, quot viri, 1ª.q.99.2.3m.
6 In actu tentationis diaboli, mulier assumebatur quasi instrumentum tentationis ad deijciendum virum, quia mulier erat infirmior viro: vnde magis seduci poterat, 22ᴱ.q.165.2.1m.
7 Mulier propter elationem præcedentem, seducta est vt crederet quod serpens haberet vsum loquendi, non quidem per naturam, sed supernaturaliter, 1ª.q.94.4.1m. & 2m. & 12ᴱ.q.89.3.2m. & 22ᴱ.q.163.1.4m. & 4.1m.
8 Inspectio mulierum ordinatur, ad aliquid noxium, scilicet ad concupiscendum, 22ᴱ.q.167.2.c.
9 In mulieribus non est sufficiens robur mentis ad hoc vt concupiscentiis resistant, 22ᴱ.q.149.4.c. & q.165.2.1m.
10 Non est crimen mulieris per violentiam violatæ, si consensus non adsit, 22ᴱ.q.64.5.3m.
Multiloquium est filia gulæ, 22ᴱ.q.148.6.c.
11 MVNDANA quælibet reducuntur ad tria, scilicet ad honores, ad diuitias, & ad delitias, 12ᴱ.q.108.3.4m. & 4.c.
12 MVNDICIA cordis duplex, scilicet ab affectionibus inordinatis per virtutes & dona appetitus, & à phantasmatibus & erroribus per donum intellectus: & hæc est cõpletiua visionis Dei, prima autem disponit ad eam, 22ᴱ.q.8.7.o.

1 MVNDVS. esse in seculo in mundo, dicitur dupliciter, scilicet secundum præsentiam corporalem, & secundum affectum mentis, 22ᴱ.q.188.2.3m.
2 Mundus est necessariò vnus, 1ª.q.47.3.o.
3 Mundus non est factus à casu, sed à solo Deo, 1ª.q.15.1.o. & q.47. 1.o. & q.103.1.o.
4 Mundus habet esse post non esse, ex sola volũtate Dei, 1ª.q.46.2.o.
5 Antequam esset, possibile erat mundum esse potentia Dei, non autem potentia materiæ, 1ª.q.9.2.c. & q.46.1.1m.
6 Deus præcessit mundum duratione æternitatis, non autem duratione temporis, 1ª.q.46.1.8m.
7 Si mundus semper fuisset, non æquaretur Deo in duratione, 1ª. q.46.2.3m.
8 Mundus necessariò gubernatur ab vno, scilicet à Deo, 1ª.q.103.1.3. o. & 12ᴱ.q.91.1.c.
9 Facillima via, ad ostendendum Deum esse, & omnia esse ab eo, est ex suppositione nouitatis mundi, 1ª.q.46.1.6m.
10 Solutiones earum rationum falsarum argumentium æternitatem mundi ponuntur, 1ª.q.46.1.o.
11 Si mundus esset æternus, sequeretur necessariò, animas esse infinitas, vel animam pluries vniri diuersis corporibus, vel esse vnum tantum intellectum omnium hominum, 1ª.q.46.2.8m.

Universidad de Deusto Biblioteca

12 Nouitas vel æternitas, mundi, non potest probari demonstratiuè, 1ª.q.46.1.2.o.
13 * Aristoteles non intendit demonstrare æternitatem mundi, sed disputatiuè tantum procedere, 1ª.q.46.1.c.
14 Ante mundum fuit tempus, intelligitur secundum imaginationem tantum, 1ª.q.46.1.8ᵐ.

1 MVNVS datum vel acceptum pro re spirituali, quasi pretium eius, est simonia, non autem quasi stipendium, & est triplex munus, scilicet munus à manu, à lingua, & ab obsequio, 22ᵉ.q.78.2.3ᵐ. & q.100.2.2ᵐ. & 5.o.
2 MVSICA instrumenta, & cantus, erant in veteri testamento, sed Ecclesia assumpsit secundum, quia morale est: non autem assumpsit primum, quia instrumenta illa figuralia sunt, & nimis occupant animum, & ipsum mouent ad corporalem delectationem, ideo sunt contra sapientiam, & ideo subtrahuntur in Ecclesia instrumenta musica, vt à corporalibus retrahantur, diuinis laudibus mancipati, 22ᵉ.q.91.2.4ᵐ.

1 MVTABILE dicitur dupliciter, scilicet per potentiam in eo existentem, vel per potentiam existentem in alio, 1ª.q.9.2.c.
2 Mutabilitatis principium & causa, est rei potentialitas, 1ª.q.9.1.c.
3 Philosophi non consideraverunt mutabilitatem, nisi eam quæ est secundum formam à causa mutabili, 1ª.quæst.44.2.c. & q.45.2.1ᵐ.
4 Angeli non sunt hac mutabilitate mutabiles, quàtum ad id quod in eorum natura est, 1ª.q.44.2.c. & q.45.2.1ᵐ.

1 MVTATIO triplex, scilicet naturalis, miraculosa, & annihilatio, 3ª.q.13.2.c.
2 Nihil potest esse vbi prius non fuit, nisi vel eo mutato, vel mutato alio in ipso, 3ª.q.75.2.c.
3 Omne quod quocunque modo mutatur, est in potentia, & manet quo ad aliquid, & quo ad aliquid transit, & est compositum, & acquirit aliquid prius non habitum, 1ª.q.9.1.c.
4 Mutatio accipit speciem & dignitatem à termino ad quem, non autem à termino à quo, 1ª.q.45.1.2ᵐ.
5 In omni mutatione oportet aliquid idem esse sub vtroque termino habens se nunc aliter quàm prius, 1ª.q.45.2.1ᵐ.
6 Omnis mutatio possibilis fieri à quacunque creatura, potest fieri ab anima Christi, inquantum est instrumentum diuinitatis, non autem secundum se, 3ª.q.13.2.2ᵐ.

MVTATVM esse, est pars motus discreti, & terminus motus continui, 1ª.q.53.2.3ᵐ.

MVTILATIO membrorum est illicita, nisi fiat propter salutem totius corporis, non autem animæ: vel nisi fiat per publicam potestatem, propter bonum cõmune, 22ᵉ.q.62.2.1ᵐ. & q.65.1.o.

N

1 NATIVITAS est exitus à generante coniuncto, à quo habet principia sufficientia, & dicitur oriri, rationo primi: nasci ratione secundi, & gigni ratione tertij, 1ª.q.27.2.c.
2 Natiuitas attribuitur alicui dupliciter, scilicet vt subiecto nascenti, & vt termino, primum conuenit tantum supposito, secundum autem formæ & naturæ, 3ª.q.35.1.c. & 2.c.3ᵐ. & 4.c.
3 Esse, fieri, & nasci propriè, conuenit tantum subsistenti, sed conuenit formis consequenter, accidentibus autem per accidens, 3ª.q.35.1.o.
4 Nasci & oriri conuenit omni & soli viuenti generabili, sed secundum similitudinem conuenit accidenti, aquæ, & soli, 1ª.q.27.2.c.
5 Fructus arborum, capilli, oua, & huiusmodi, dicuntur nasci, sed non dicuntur filij, 1ª.q.27.2.c. & 3ª.q.32.3.c.
6 Natiuitas Christi ex parte matris fuit naturalis, sed ex parte operationis spiritus sancti, fuit mitaculosa: vnde beata Virgo est vera & naturalis mater Christi, 3ª.q.35.3.2ᵐ.fi.
7 Christus potest dici bis natus, 3ª.q.35.2.4ᵐ.
8 Natiuitas Christi duplex, scilicet natiuitas æterna à patre, & natiuitas temporalis à matre, 3ª.q.35.2.o. & 5.c.
9 Christus non fuit subiectus tempori in nascendo, sicut cæteri homines: sed elegit tempus quo conuenientissime nasceretur, 3ª.q.35.8.o.
10 Christus natus est nocte, quia venit ad tenebras infirmitatis nostræ, 3ª.q.83.2.2ᵐ. & 4ᵐ.
11 Christus voluit nasci in Bethleem, in diuersorio, propter humilitatem: non autem in Hierusalem, nec Romæ, nec Nazareth, 3ª.q.35.7.o. & q.46.10.1ᵐ.
12 Christus voluit nasci de populo Iudæorum, quia decebat eum nasci ex populo pollente speciali prærogatiua sanctitatis, 12ᵉ.q.98.4.c.1ᵐ. & 5.c. & 3ª.q.4.6.3ᵐ.
13 Christus natus est per genitalia beatæ Virginis, dummodo per hoc, perfectioni virtutis nihil subtrahatur, secundum Hieronymum cõtra Heluidium: & cum dicit Ambrosius, quòd Christus aperuit matris suæ vuluam, hoc dicit exponens illud, quod euangelista de lege induxit: quod quidem, vt Beda dicit, consuetæ natiuitatis more loquitur: non quod dominus sacri ventris ostium, quod ingressus sanctificauerat, egressus deuirginasse credendus sit: vnde illa adaptatio, nõ significat referationem communem clausuri pudoris virginei, sed solum exitum prolis de vtero matris, 3ª.q.28.2.1ᵐ.
14 Natiuitas Christi, non debuit omnibus manifestari: sicut aduentus eius, nec tantum parentibus, nec omnibus occultari, 3ª.q.36.1.2.o. & q.39.8.3ᵐ.
15 Electi sunt conuenienter aliqui, de qualibet conditione hominum quibus ostendetetur primo natiuitas Christi, 3ª.q.36.3.o.
16 Christus manifestauit natiuitatem suam, primo per alias creaturas, secundo autem per seipsum, 3ª.q.36.4.o.
17 Natiuitas Christi ostensa fuit per signa conuenientia, scilicet per angelos, per stellam, & per inspirationem, 3ª.q.36.5.o.
18 Natiuitas Christi fuit ostensa conuenienti ordine, scilicet primo pastoribus, secundo magis, tertio Simeoni & Annæ, 3ª.q.36.3.6.o.
19 Quando Christus natus est, oleum fluxit Romæ, & in Hispania, apparuerunt tres Soles paulatim vniri, 3ª.q.36.3.3ᵐ.
20 Ostensa natiuitate Christi, Herodes turbatur ad dignitatem Christi, in figuram iudiciariæ potestatis eius, & in figuram dejectionis diaboli: sed Iudæi turbantur, quia iniqui erant, & adulantes, 3ª.q.36.2.3ᵐ.

1 NATVRA dicitur à nascendo, 1ª.q.29.1.4ᵐ. & 3ª.q.2.1.c.
2 Natura non est serua, nec est domina, sed persona est serua vel domina, ratione naturæ, 3ª.q.20.1.2ᵐ. & 2.o.
3 Tota natura comparatur Deo, vt instrumentum, agenti principali, 12ᵉ.q.1.2.c. & q.6.1.3ᵐ.
4 Omne perpetuum est per se intentum à natura, & nihil aliud, 1ª.q.98.1.c.
5 Vnum respondet semper naturæ, sicut natura est vna, scilicet vel numero, vel specie, vel genere, 12ᵉ.q.10.1.3ᵐ.
6 Natura sumit principium à perfectis, secundum causam agentem & formalem, non autem secundum causam materialem, sed ab imperfectis, 22ᵉ.q.1.7.3ᵐ. & 3ª.q.1.5.2ᵐ. & 6.c.
7 Natura dicitur dupliciter secundum aliquos, scilicet natura naturans, id est, Deus ordinans naturas omnium, siue autor naturæ, vel qui creauit omnes naturas: & vt instrumentum eius, 12ᵉ.q.1.2.c. & q.6.1.3ᵐ. & q.26.1.c. & q.67.1.c.princip.
8 Natura dicitur dupliciter, scilicet quælibet substantia vel accidens, & principium motus intrinsecum, 12ᵉ.q.10.1.c.
9 Natura significat quadrupliciter, primo generationem viuentiũ, id est, natiuitatem: secundo principium intrinsecum cuiuscunque motus: tertio materiam & formam: & quarto essentiam cuiuscunque rei, 1ª.q.29.1.4ᵐ. & 3ª.q.2.1.12.c.
10 Supra facultatem naturæ, est aliquid tripliciter, scilicet quantum ad substantiam facti, quantum ad id in quo fit, & quantum ad modum & ordinem faciendi, 12ᵉ.q.113.9.o. & 3ª.q.43.4.2ᵐ.
11 Quæ sunt supra naturam, sola fide tenemus, 1ª.q.99.2.c.
12 Visio Dei est supra naturam animæ rationalis, inquantum propria virtute ad eam peruenire non potest: sed est secundum naturam eius inquantum est capax eius: scientia vero increata, est ei supra naturam omnibus modis, 3ª.q.9.2.3ᵐ.
13 * Nulla natura potest supra se, id est, in actum excedentem proportionem virtutis suæ, sed potest in obiectum supra se, 1ª.q.11.1.3ᵐ.fi. & q.84.1.2ᵐ.fi. & 22ᵉ.q.109.3.2ᵐ.
14 Ad perfectionem naturæ inferioris concurrunt duo, scilicet aliquid secundum motum proprium, & aliud supernaturali perfectione secundum motum naturæ superioris, 22ᵉ.q.2.3.c.
15 Perfectio rationalis creaturæ, non solum consistit in eo quod ei competit secundum suam naturam, sed in eo etiam quod ei attribuitur, ex quadam supernaturali perfectione diuinæ bonitatis, 22ᵉ.q.2.3.c.
16 In omnibus asserendis, sequi debemus naturam, præter tradita auctoritate diuina, quæ sunt supra naturam, 1ª.q.99.1.c. & q.101.1.c.
17 Contra naturam sumitur dupliciter, scilicet vt opponitur ei, quod est secundum naturam, id est conueniens naturæ, & vt opponitur ei, quod est esse à natura: primo modo potest assuefieri, nõ autem secundo modo, 12ᵉ.q.71.2.2ᵐ.
18 Deus non facit contra naturam, 3ª.q.44.2.1ᵐ.
19 Ea quæ Deus facit præter solitum cursum naturæ, non sunt contra naturam, 22ᵉ.q.104.4.2ᵐ. & 3ª.q.44.2.1ᵐ.
20 Si potestas maior in tantum inualescat, quòd mutet contrariam inclinationem in inclinationem propriam, iam non erit aliqua repugnantia, vel violentia, sicut quando agens fortius, corrumpendo corpus graue aufert ei inclinationem qua tendit deorsum: & sic ferri sursum non est ei violentum, sed naturale, 12ᵉ.q.36.4.c.
21 Sicut Deus non agit contra naturam, sed contra solitum cursum naturæ, sic non agit contra virtutes, nec præcipit contra eas, sed contra

contra solitum modum earum, 22ᵉ.q.104.4.2ᵐ. & q.154.2.2ᵐ.
22 Peccata contra naturam sunt contra Deum: ideo sunt grauiora sacrilegio, quanto ordo naturæ prior est quolibet ordine superaddito, 22ᵉ.q.154.12.1ᵐ. & 2ᵐ.
23 Omne peccatum est contra naturam hominis, quo ad differentiam eius, & aliqua etiam ratione generis, vt Sodomia, bestialitas, & huiusmodi, 12ᵉ.q.6.4.3ᵐ. & q.71.2.o. & q.94.3.2ᵐ. & 22ᵉ.q.34.5.c. & q.154.1.c. & 11.12.o.

1 NATVRALE est quod conuenit rei secundum substantiam eius, id est, quod per se inest ei, 12ᵉ.q.10.1.c.
2 Naturale duplex, scilicet quod est à natura vt à principio actiuo, vel quia in natura est inclinatio ad recipiendum illud ab extrinseco, 12ᵉ.q.9.6.3.2ᵐ.
3 Naturale duplex, scilicet causatum ex principiis essentialibus rei, & quod habetur à natiuitate, 1ª.q.2.12.o. & q.34.3.2ᵐ.
4 Naturale duplex, scilicet quod conuenit naturæ generis, vel naturæ speciei ratione differentiæ, 12ᵉ.q.94.2.c. & 3.2ᵐ.
5 Naturale duplex, scilicet secundum naturam speciei, & secundum naturam individui: & vtrunque est duplex, scilicet vel totum à natura, vel partim à natura & partim ab extrinseco, 12ᵉ.q.51.1.c. & q.63.1.c.
6 Naturale duplex, scilicet consequens formam, & consequens materiam: primum semper inest actu, non autem secundum, sicut quæ pertinent ad motum, 12ᵉ.q.10.1.2ᵐ.
7 Naturale duplex, scilicet vel ad quod natura inclinat mediante cognitione, vel sine ea, sed vt causatum ex necessitate naturæ 12ᵉ.q.9.41.3.o.
8 Naturale homini duplex. S. secundum rationem, & condiuisum rationis. S. secundum sensum, vel secundum corpus, 12ᵉ.q.31.7.o.
9 Naturale duplex, scilicet causatum ex principiis naturæ, & quasi progatum cum natura: & sic originalis iustitia, & peccatum originale, dicuntur naturalia, non autem primo modo, 1ª.q.100.1.c.3ᵐ. & 12ᵉ.q.81.2.c.
10 Omne quod fit ab agente, cui naturaliter subditur patiens, est naturale: licet non sit secundum propriam naturam patientis, 1ª.q.105.6.1ᵐ. & 12ᵉ.q.94.5.2ᵐ. & 22ᵉ.q.2.3.c. & 3ª.q.44.2.1ᵐ.
11 * In naturalibus & moralibus non quæritur quid semper fiat, sed quid fiat, vt in pluribus, 12ᵉ.q.84.1.3ᵐ. & q.96.1.3ᵐ. & 6.c. & 3ᵐ. & q.102.6.3ᵐ. & 22ᵉ q.88.9.10.c. & q.120.1.c. & q.147.4.c. & q.152.2.3ᵐ. & q.154.2.c.fi. & q.160.5.c.
12 Naturale inest semper in solo habente naturam immutabilem, 22ᵉ.q.57.2.1ᵐ.

NAZARETH interpretatur flos: ideo Christus voluit ibi conuersari, non autem nasci: quia voluit florere per virtuosam conuersationem, non autem per originem carnis, 3ª.q.35.7.2ᵐ.

1 NECESSITAS duplex, scilicet absoluta, & conditionata: & hæc dupliciter, scilicet ex agente, & ex fine: & hæc dupliciter, scilicet vel simpliciter, vel quo ad bene esse, 1ª.q.19.3.o. & 8.1ᵐ. & q.41.2.3ᵐ. & q.82.1.c. & 22ᵉ.q.58.3.2ᵐ. & q.83.13.c. & q.88.2.c. & 6.1ᵐ. & q.141.6.2ᵐ. & q.186.5.3ᵐ. & q.189.2.2ᵐ. & 3ª.q.1.2.c. & q.14.2.c. & q.46.1.c. & q.65.4.c. & q.84.1.c.
2 Necessitas ex fine duplex, scilicet necessitas absoluta, id est, sine qua non potest aliquis viuere, & necessitas conditionata, id est, quo ad decentem statum, 22ᵉ.q.32.5.6.c.
3 Necessitas duplex, scilicet coactionis, & obedientiæ: prima tollit rationem laudis & meriti: non autem secunda, 22ᵉ.q.58.3.2ᵐ. & q.81.6.3ᵐ. & q.186.5.3ᵐ.
4 Aliqua necessaria habent causam, 1ª.q.44.1.2ᵐ. & q.50.5.3ᵐ. & 12ᵉ.q.93.4.4ᵐ.
5 * Necessitas quæ prouenit ex principio intrinseco, vt omne compositum ex contrariis, necessario est corruptibile, est necessitas naturalis & absoluta, 1ª.q.82.1.c.
6 Necessarium & contingens, consequuntur ens, inquantum huiusmodi, 1ª.q.22.4.3ᵐ.
7 Necessitas coactionis absolutæ, causat omnino inuoluntarium: & omnino excludit culpam: non autem necessitas conditionata, vel misita, id est metus, 12ᵉ.q.6.4.c. & 5.o. & 6.1ᵐ.
8 Quilibet in extrema necessitate vel sua vel alterius, potest sine peccato auferre per vim, vel occultè, à quocunque: quia tunc omnia sunt communia, 22ᵉ.q.32.3.3ᵐ. & q.32.7.3ᵐ. & q.62.5.4ᵐ. & q.66.6.1ᵐ. & 7.o. & q.110.3.4ᵐ.
9 Necessitas non subditur legi, 12ᵉ.q.96.6.c.fi. & 22ᵉ.q.147.1.2ᵐ. & 4.c. & 3ª.q.80.8.c.fi.
10 In subuentione necessariorum, plus tenetur homo filio * quàm parenti: sed in honore, reuerentia, obedientia, & voluntate, est econuerso: quia honor filij, magis dependet ex honore patris, quàm econuerso, 22ᵉ.q.32.3.4ᵐ.
11 In extrema autem necessitate, magis licet deserere filios, quam parentes: quos nullo modo deserere licet propter beneficia, 22ᵉ.q.31.3.4ᵐ.

1 CAVSA negationis duplex, scilicet negatio causæ, & positio contrarij, 12ᵉ.q.75.1.c.

2 Negatio non est propriè in specie, sed reducitur ad speciem suæ affirmatiuæ, 1ª.q.33.4.3ᵐ. & 12ᵉ.q.71.6.1ᵐ. & q.72.6.3ᵐ. & 22ᵉ.q.79.3.1ᵐ.
3 Omnis negatio de aliqua re, fundatur super aliquid existens in ea, 12ᵉ.q.72.6.c.

NEGATIVE dicitur, quando res non habet aliquid quod est in alio, nec debet habere: priuatiuè vero, quando caret eo quod debet habere, 1ª.q.12.4.2ᵐ.

1 NEGLIGENS secundum Isidorum dicitur, quasi nec eligens, 22ᵉ.q.54.2.c.2.
2 Negligentia pertinet ad actum interiorem, ideo oritur ex accidia, sed pigritia & torpor pertinent ad executionem, scilicet prima tardando, & secunda remittendo, 22ᵉ.q.54.2.1ᵐ.
3 Negligentia deficit ab actu præcipiendi, per defectum promptæ voluntatis: inconstantia vero quasi impedita ab alio, 22ᵉ.q.53.2.c.fi. & q.54.2.3ᵐ.
4 * Negligentia est generale peccatum, 22ᵉ.q.54.1.o.
5 Negligentia est peccatum mortale dupliciter tantum, scilicet vel quando prætermittitur actus seu circunstantia necessaria ad salutem, vel ex contemptu, 22ᵉ.q.54.3.o.
6 Negligentia trahitur ad aliud genus peccati manifestius, quando prætermittitur aliquid necessarium ad salutem, 22ᵉ.q.54.3.3ᵐ.
7 Amor minor, per defectum feruoris charitatis, causat negligentiam venialem: per defectum vero essentiæ charitatis, causat negligentiam mortalem, 22ᵉ.q.54.3.c.1ᵐ.
8 Negligentia directè opponitur solicitudini: ideo pertinet ad imprudentiam: sed opponitur timori, inquantum timor excitat rationem contra negligentiam, 22ᵉ.q.53.princ. & q.54.2.o.
9 * Propter negligentiam considerandi nocumenta, quæ consequi possent, imputantur homini ad pœnam, mala, quæ eueniunt præter eius intentionem, si dabat operam rei illicitæ, 12ᵉ.q.83.8.c. & q.74.5.2ᵐ. 22ᵉ.q.62.5.2ᵐ.

NEGOCIA seculatia contingit dupliciter aliena tractare, scilicet seculariter, id est, vel propter fauorem hominum, vel propter lucra: & pie, id est, in auxilium indigentium & miserorum: secundum est religiosum: non autem primum, 22ᵉ.q.16.3.2ᵐ. & q.187.2.o. & q.188.2.2ᵐ. & q.189.6.1ᵐ.

1 NEGOCIATIO de se non est vitiosa, licet habeat turpitudinem: ideo licita est si fit ad finem honestum vel necessarium, id est, quòd negociator lucretur moderatè, scilicet vel ad sustentationem suæ domus, vel pauperum, vel communitatis, non in festo, iusto contractu, & non ad caristiam, 22ᵉ.q.77.4.o.
2 Commutatio naturalis, est licita clericis, non autem negociatio: quia fit ad lucrum terrenum, cuius debent esse contemptores, & est cum frequentia vitiorum: & nimis retrahit animum à spiritualibus, ad curas seculares, 22ᵉ.q.40.2.c. & q.77.4.3ᵐ. & q.187.2.o
3 Non omnis vendens carius quàm emit, est negociator, sed tantum si ad hoc emat, vt carius vendat, 22ᵉ.q.77.4.c.3ᵐ. & q.87.2.1ᵐ.

1 NEMESIS non potest esse de bonis honestis, sed de bonis temporalibus, & prohibetur à Deo: quia temporalia sunt quasi nihil respectu æternorum, licet secundum Aristotelem, Nemesis sit laudabilis, 22ᵉ.q.36.2.c.fi.
2 Nemesis & misericordia contrariantur secundum æstimationem, quia secunda dolet, æstimans aliquem indigna pati, sed prima gaudet, æstimans aliquem digna pati, dolens indignis bene accidere, & vtrunque est laudabile, 22ᵉ.q.30.3.2ᵐ. & 4ᵐ. & q.36.2.c.

NEOMENIA celebratur quolibet mense, in nouitate lunæ: ad cõmemorandum opus gubernationis Dei: non autem in plenilunio, propter idololatriam, & figurabat illuminationem Ecclesiæ per Christum, 12ᵉ.q.102.4.10ᵐ.

1 NESCIRE dicitur dupliciter, scilicet metaphoricè, id est reprobare, & propriè, id est, carere notitia: primum conuenit Deo respectu aliquorum, non autem secundum, 22ᵉ.q.188.5.1ᵐ.
2 Nescire illa quæ quis potest, & tenetur scire, vitiosum est, 1ª.q.12.4.2ᵐ. & 12ᵉ.q.76.2.3ᵐ. & 4.3ᵐ. & q.94.4.c.2ᵐ. & 3ᵐ. & 22ᵉ.q.16.2.3ᵐ.

1 NEVTRVM genus est informe & indeterminatum, ideo prædicatur de re perfecta & imperfecta, de re subsistente & non subsistente, 1ª.q.33.2.4ᵐ.

1 NIHIL fit ex nihilo naturaliter, id est, per motum: sed à Deo fit aliquid ex nihilo per creationem, 1ª.q.45.2.1ᵐ.
2 Maioris virtutis est, facere aliquid ex nihilo, quàm facere ex contrario, 1ª.q.45.5.2ᵐ.
3 Beatus Nicolaus, aurum furtim in domo proijciens, vitare voluit humanum fauorem, & verecundiam illius qui beneficium accepit, vt esset maius beneficium, 22ᵉ.q.107.3.4ᵐ.

NYCTICORAX est acuti visus in nocte, id est, significat eos qui sunt astuti in temporalibus: & hebetis visus in die, id est, in spiritualibus, 12ᵉ.q.102.6.1ᵐ.

NINIVITÆ speciali modo egerunt pœnitentiam: quibus aliquid

Universidad de Deusto Biblioteca

fuit adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ionæ, 3.q.84.7.1m.

1 NITOR animæ duplex, scilicet ex refulgentia luminis naturalis rationis: & ex refulgentia Dei, 12ę.q.86.c.1.
2 Nitor animæ duplex, scilicet habitualis, & actualis: sicut duplex nitor corporis, scilicet intrinsecus, & extrinsecus, 12ę.q.89.1.c.
3 Quod acquirit æqualem perfectionem per se, vel per pauciora, nobilius est, non autem si acquirat minorem, 1a.q.77.2.o. & 12ę.q.5.5.2m.
1 DE ratione pœnæ est, quòd noceat agenti in seipso culpæ vero, in actione, 1.q.48.5.4m.
2 Prius est quod nocet meliori, quàm quod nocet peiori, 12ę.q.39.4.3m.
3 Naturalis inclinatio inest homini, ad repellendum nociua dupliciter, scilicet defendendo se, ne inferantur iniuriæ, & vlciscendo illatas, 22ę.q.108.2.c.
4 Diuina prouidentia protexit hominem in primo statu, ab omni nociuo, 1a.q.97.2.4m.
5 Non fuerunt aliqua nociua homini à principio: sicut sunt nunc per peccatum: quæ tamen ei prosunt ad humiliatem, & ad contemplationem, 1a.q.69.2.2m. & q.72.6m. & 22ę.q.165 1.c.
NOLO significat actum voluntatis affirmatum, sed ipsum volitum negatum: ideo non est contradictorium de volo: sed est eius contrarium, 12ę.q.6.3.2m.

1 NOMEN imponitur ab eo per quod res cognoscitur, scilicet à proprietate, vel ab operatione, si humanitus imponatur, 1.q.13.2.2m. & 8.c. & q.18.2.c. & q.33.1.3m. & 3a.q.37.2.c.
2 Vnumquodque nominamus, sicut & cognoscimus, 1a.q.13.princ. & 1.c. & q.18.2.c. & q.32.2.c. & 12ę.q.7.1.c.
3 Quælibet res nomen habet à suo complemento, 3a.q.60.2.3m.
4 Quando in aliquo inuenitur perfecta ratio alicuius nominis, nullo modo prædicatur illud nomen de eo, cum determinatione diminuente, 3a.q.21.4.c. & q.32.3.c.2m.
5 In rebus per se notis nobis, idem est id à quo nomen imponitur, & id ad quod nomen imponitur, 1a.q.13.8.c.
6 Ratio nominis magis & principalius se tenet ex parte eius, ad quod nomen imponitur, quàm ex parte eius, à quo nomen imponitur, 22ę.q.92.1.2m.
7 Nomen potest dupliciter considerari, scilicet secundum primam eius impositionem, & secundum extensionem eius ad alia ex vsu eius, 1a.q.67.1.c. & 22ę.q.57.1.1m.
8 Nomina singularium nominum, semper imponuntur ab aliqua proprietate ipsorum, 3.q.37.2.c.
9 Nomina ponebantur in circumcisione, sicut nunc imponuntur in baptismo, quasi ante non fuerint, 3a.q.37.2.3m. & q.70.3.3m
10 Omne nomen impositum diuinitus alicui, significat aliquod donum gratuitum collatum ei, 3.q.37.2.c.
11 Nomen non sequitur modum essendi qui est in rebus, sed vt res est in cognitione nostra, 1a.q.13.9.2m. & q.41.2.2m.
12 Sapientis est non curare de nominibus, 1a.q.14.4.2m.fi.
13 * In iis quæ apud nos sunt, nunquam nomen ab aliqua forma imposcum, pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum, 3a.q.3.7.3m.
14 Nomen significat substantiam, id est, id cui nomen imponitur: & significat qualitatem, id est, id à quo nomen imponitur, 1a.q.13.1.3m.
15 Omne nomen significans naturam communem, potest supponere in concreto, pro quolibet eius supposito, 3.q.16.1.c.fi. & q.35.4.c.
16 Multiplicitas nominis, non attenditur secũdum prædicationem, sed secundum significationem eius, 1.q.13.10.1m.
17 Nomen potest dupliciter considerari, scilicet secundum primam eius impositionem: & secundum extensionem eius ad alia, ex vsu eius, 1a.q.67.1.c. & 22ę.q.57.1.1m.
18 Rebus ordinatis, aliquid inest tripliciter, scilicet per proprietatem, per excessum, & per participationem: & à primo tantum res nominantur propriè, 1a.q.108.5.c.
19 Hoc nomen Deus, dicitur ab æthin, id est ardere, vel à theaste, id est considerare, seu videre, vel a thein, id est currere vel fouere, 1a.q.13.8.a.1.
20 Hoc nomen Deus, dicitur analogicè de Deo vero, de Deõ falso, & de Deo per participationem: non autem vniuocè, nec æquiuocè, 1.q.13.9.10.o.
21 Hoc nomen Deus, non est nomen proprium, sed est nomen appellatiuum, 1a.q.13.9.2m. & 3.q.35.4.1ai.
22 Hoc nomen Deus, est nomen operationis, quamuis ad id à quo imponitur ad significandum: imponitur enim ab vniuersali prouidentia rerum, sed tamen significat naturam Dei, 1.q.13.8.o.
23 Hoc nomen Deus, significat naturam diuinam, vt in habente, 1a.q.13.9.2m.
24 Et habet aliquid vniuersalis, scilicet prædicari essentialiter de pluribus suppositis, & aliquid singularis, scilicet non multiplicari in eis, 1a.q.13.9.o. & q.39.4.1m.
25 Hoc nomen Deus, secundum rei veritatem, est incommunicabile, 1a.q.13.9.c.2m.
26 Et per se supponit pro natura communi: sed ex adiuncto supponit pro persona: homo autem econuerso, 1a. quæst. 39.4.3m. & 6.1m.
27 Hoc nomen Deus, potest supponere pro omnibus & singulis personis diuinis, 1a.q.39.4.o. & 3.q.16.1.c.fi. & q.35.4.c.3m.
28 Nomina Dei non exprimunt essentiam Dei secundum quod est, sicut hoc nomen homo, exprimit essentiam hominis, 1a.q.13.6.c. & 8.1m.
29 Deus est nominabilis à nobis ex creaturis & imperfectè: non autem secundum quod in se est & perfectè, 1a.q.13.1.o. & q.29.2.2m. & 3m.
30 Nomina Dei imponũtur à processibus diuinis ad creaturas: non autem ad significandum eos, 1a.q.13.2.2m.
31 Nomina dicta de Deo affirmatiuè & absolutè, significant essentiam eius, non autem negatiua, vel relata ad creaturas, 1a.q.13.2.o. & 4.6.c.
32 Omne nomen commune Deo & creaturis, prius dicitur de Deo quàm de creaturis quo ad rem, sed econuerso, quo ad impositionem nominis, 1a.q.13.3.c. & 6.o.q.33.2.4m. & 3.o.
33 Nomina quæ significant perfectionem absolutè, sunt communia Deo & creaturis, quæ autem dicunt modum participandi, sunt propria creaturis, quæ vero dicunt modum supereminentiæ, sunt propria Deo, 1a.q.13.3.1m. & 5.3m.
34 Nomina dicta de Deo absolutè, dicuntur de eo ab æterno: quæ vero dicuntur per respectum ad creaturas, dicuntur de eo ex tempore, 1a.q.13.7.o. & q.34.1.2m. & q.43.2.o.
35 Nomina quæ dicunt respectum ad creaturas, consequentem actiones immanentes, dicuntur de Deo ab æterno, si autem dicunt respectum consequentem actiones transeuntes, dicuntur de eo ex tempore, 1a.q.13.7.3m. & q.14.15.1m. & q.34.3.2m.
36 Omnia nomina dicta de Deo metaphoricè, vel causaliter tantum, prædicantur per prius de creaturis, quàm de Deo, 1a.q.13.6.o. & q.31.3.c.
37 Simplex & vnica scientia Dei, potest nominari omnibus nominibus nostræ cognitionis, 1a.q.14.12.2m.
38 Multa nomina dicta de Deo, non sunt synonyma: quia significant idem, secundum diuersas rationes, 1a.q.13.4.o.
39 Nullum nomen dicitur propriè de Deo, quo ad modum significandi: sed tantum ratione significati, 1a.q.13.3.o. & 12.1m.
40 Nomina quæ significant perfectiones absolutè, dicuntur propriè de Deo metaphoricè, 1a.q.13.1.1m. & 3m.
41 Omnis imperfectio debet excludi à nominibus, secundum quòd dicuntur de Deo, 1a.q.14.1.1m. & 2m. & 12ę.q.14.1.2m.
42 Nomina passionum, quæ important imperfectionem in suo formali, vt ira, tristitia, desiderium, & huiusmodi, non dicuntur de Deo, nisi metaphoricè: alia vero dicuntur propriè, tamen sine passione: vt gaudium, & amor, & huiusmodi, 1a.q.19.13.c. & q.20.1.1m. & 2m.
43 Quanto aliquod nomen est communius tanto conuenientius assumitur in diuinis, 1a.q.13.1.1.c. & q.33.1.1m.
44 Nomina negatiua, verius dicuntur de Deo, quàm affirmatiua, 1a.q.13.12.1m.
45 Nominibus Dei debetur reuerentia ratione rei significatæ, quæ est vna: non autem ratione vocum, quæ sunt multæ, ideo Deus dicitur in singulari, 22ę.q.122.3.3m.
NOMINALES antiqui reprobantur, 1a.q.14.15.3m.
1 NON ENS non est cognoscibile, nisi secundum quòd fit per intellectum cognoscibile, id est, ens rationis, 1.q.16.3.2m.
2 Ea quæ in seipsis non sunt, apud Deum existunt, inquantum sunt præcognita & præordinata ab eo, 12ę.q.91.1.1m.
3 Non ens non habet causam, nisi causam per accidens, 1a.q.104.3.1m.
4 Non ens potest esse causa per accidens, non autem causa per se, 12ę.q.76.1.1m.
NON VELLE sumitur dupliciter, scilicet vel in vi vnius dictionis, vel in vi orationis: primum est infinitium verbi nolo, non autem secundum: & primum causat inuoluntarium, non autem secundum, 12ę.q.6.3.2m.
1 * OMNIS nota est bona, 1a.q.22.3.3m. & 22ę.q.164.1.o.
NOTIO est propria ratio cognoscendi personam diuinam, 1a.q.32.2.2m. & 3.c.
2 Notiones, seu relationes, & proprietates personales in abstracto necessario sunt ponendæ in diuinis: contra Præpositiuum, 1a.q.32.1.o. & q.40.1.c.
3 Notiones in diuinis, non significantur vt res, sed vt rationes, licet sint ibi realiter, 1a.q.32.2.2m. & 3.2m. & 3m.
4 Eadem notio diuersis nominibus significatur secundum diuersas rationes eius, 1.q.34.2.3m.

Ad no

5 Ad notionem requiruntur tria, scilicet origo, dignitas, & specificatio, 1a.q.32.3.4m. & 5m.
6 Notiones in diuinis sunt tantùm quinque, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio cõmunis spiratio, & processio: & omnes notiones, sunt relationes, præter primam: & omnes sunt proprietates, præter penultimam, sed tãtùm tres sunt personales, id est constituentes personas, scilicet secunda & tertia & quinta, 1a.q.30.2.1m. & q.32.3.o.
7 Deus non dicitur quinus propter quinque notiones, sicut dicitur trinus, propter tres personas, & vnus, propter vnam essentiam 1a.q.32.3.2m.
8 Plures notiones patris, nõ distinguuntur realiter ab inuicem: quia non opponuntur relatiuè: nec tamen vna prædicatur de alia, 1a.q.32.3.3m.
9 * Filius & spiritus sanctus non conueniunt in eadem notione, quia non conueniunt in aliquo speciali, sicut pater & filius, 1a.q.32.3.5m. & q.35.2.c.
10 Nulla notio sumitur ex hoc, quòd nulla persona est à spiritu sancto quia hoc non est dignitatis, sicut quòd pater à nullo sit, 1a.q.32.3.4m.
11 Nulla notio sumitur à remotione processionis, sicut sumitur innascibilitas à remotione natiuitatis, 1.q.33.4.5m.
1 NOTORIVM tripliciter scilicet per sententiam conuicti, per confessionem in iure factam, & per euidentiam facti, 3a.q.82.9.3m.
2 Ars notoria est illicita, quia fit per dæmones, & est inefficax ad scientiam acquirendam, quia nullus vnquam per dæmones scientiam acquisiuit, quia ad dæmones non pertinet illuminare intellectum, 1a.q.64.1.5m. & 22ę.q.96.1.o.
1 NOTVM per se, est cuius prædicatum est de ratione subiecti: & hoc dupliciter, scilicet simpliciter: & quo ad nos, 1a.q.2.1.o. & q.17.3.2m. & q.85.6.c. & q.87.1.1m. & 12ę.q.94.2.c.
2 Per se notum, dicitur dupliciter, scilicet per nihil aliud notum, vt prima principia: vel notum non per accidens, 1a.q.87.1.1m.
3 Vniuersale est notius minus vniuersali, quo ad simplicem apprehensionem, sed est econuerso, quo ad inuestigationem vniuersalium proprietatum, & causarum, 1a.q.85.3.o.
4 Singulare est prius, & est notius vniuersali, quo ad nos: & vniuersalius est notius minus vniuersali, 1a.q.85.3.o.
5 *Veritatem esse in communi, est per se notum etiam quo ad nos, non autem veritatem primam, 1a.q.2.1.3m.
6 Facilius dispensandum est cum nouitiis & imperfectis, in iciuniis, quàm cum antiquioribus & perfectis, 22ę.q.147.4.5m. & q.189.1.4m.
NVGAE in ore sacerdotum sunt blasphemiæ & sacrilegium materialiter*, non autem formaliter* ex eo tantùm, quod sacerdotes sunt personæ sacræ, 22ę.q.99.3.3m.
1 NVMERVS duplex, scilicet species quantitatis, & numerus transcendens, 1a.q.30.3.o.
2 Numerus denarius est signum perfectionis, inquantum est quodammodo terminus omnium numerorum, 22ę.q.87.1.c. & 3a.q.31.8.c.
3 Numerus absolutus, est in intellectu tantùm, 1a.q.30.1.4m. & 2.5m.
4 Numerus pluralis, frequenter ponitur pro numero singulari, in scriptura sacra, 12ę.82.2.1m. & 3a.q.46.11.3m.
5 Termini numerales, transcendenter sumpti, sunt in diuinis, & significant ea de quibus dicuntur: addẽdo indiuisionem tantùm, sed vt pertinent ad genus quantitatis, non dicuntur in diuinis, nisi metaphoricè, 1a.q.30.3.o.
6 Termini numerales in diuinis, sunt in plus quàm essentia, vel relatio vel motio & significant vtrunque, si addantur eis, 1a.q.30.3.1m.
7 Numerus numeratus in creaturis, dicit totum & partes, non autem in diuinis sed numerus absolutus, etiam in diuinis dicit totum & partes secundum rationem tantùm, 1a.q.30.1.4m.
8 Numerus absolutus mensuratur etiam in diuinis secundum rationem: non autem numerus numeratus, nisi in creaturis, 1a.q.30.2.5m.
9 Dare aliquid pro matrimonio, vt est in officium, est licitum, non autem vt est sacramentum, vel pro benedictione nuptiarum, sed esset simonia, 12ę.q.100.2.6m.
1 NVTRIRE non conuenit formæ, nec materiæ, quia omne nutriens conuertitur in nutritum, & manet, 1a.q.77.6.c.
2 Nullum sensibile nutrit, præter tangibile. sed sapor est signum alimenti conuenientis, & delectamentum eius, 22ę.q.141.5.o.
1 NVTVS dicuntur signa ad visum, sicut locutio ab auditu, 1a.q.117.1.o.

O

1 OBEDIENTIA non est virtus theologica, sed est virtus moralis, 22ę.q.104.2.2m.
2 Obedientia est medium duorum vitiorũ, scilicet inter superfluum & diminutum sed superfluum eius, non est secundum quãtum, sed secundum alias circunstantias, scilicet vel cui non debet obedire, vel in quibus non debet, 22ę.q.104.2.2m.
3 Obedientia est pars iustitiæ specialis, sed impropriè, 22ę.q.4.7.3m. & q.104.2.2m.
4 Proprium obiectum obedientiæ, est præceptum tacitum vel expressum, id est voluntas superioris, quocunq; modo innotescat, 22ę.q.2.5.3m. & q.104.2.c.2m. & 3m.3.1m.
5 Obedientia importat necessitatem, respectu eius quòd præcipitur: & voluntatem respectu implectionis, præcepti, 3a.q.47.2.2m.
6 Obedientia est in voluntate subiectiuè, 22ę.q.2.5.3m.
7 Obedientia dicitur dupliciter, scilicet large, id est, omnis executio cuiuscunque quod potest esse sub præcepto quacunque intentione, & propriè, id est, intendens specialem rationem obiecti, scilicet præcepti: primo modo est virtus generalis, secundo autem modo, est virtus specialis, 22ę.q.4.7.3m. & q.104.2.o. & 3.1m.
8 Obedientia triplex, scilicet indiscreta, quæ scilicet etiam in illicitis obedit: imperfecta sed sufficiẽs ad salutem, quæ scilicet obedit in iis ad quæ obligatur, & perfecta, quæ scilicet obedit in omnibus licitis: ad secundam tenetur quilibet, sed ad primam & tertiam nullus tenetur, 22ę.q.104.5.3m.
9 Omnis obedientia est eadem in specie, sed causatur ex diuersis speciebus reuerentiæ, 22ę.q.104.2.4m.
10 Bonum necessarium ad salutem, non debet dimitti propter obedientiam: sed quodlibet aliud, 22ę.q.104.3.3m.
11 Omnes actus virtutum, vt sunt in præcepto, pertinent ad obedientiam, 22ę.e.104.3.2m.
12 Obedientia non est prior aliis virtutibus, nec tempore, nec natura, 22ę.q.104.3.2m.
13 *Obedientia est maior omni alia virtute morali sed est minor virtutibus theologicis, 22ę.q.104.3.o.
14 Obedientia procedit ex reuerẽtia superiorum, ideo respectu prælati continetur sub obseruãtia: sub pietate verò respectu parentum, sed respectu Dei, pertinet ad deuotionem, quæ est principalis actus religionis, 22ę.q.104.3.4m.
15 Obedientia generalis, requiritur ad fidem: sed obedientia specialis sequitur eam, 22ę.q.4.7.3m. & q.104.3.2m.
16 Charitas sine obedientia esse non potest, 22ę.q.104.3.c.fi.
17 Obedientia est vt mater omnium virtutum, quia causantur & conseruantur per actum eius, charitas verò vt finis, 22ę.q.104.2.2m.
18 Obedientia quanto minus habet de suo, tanto melior, est secundum apparentiam, non autem apud Deum, 22ę.q.104.2.3m.
19 Obedientia præfertur omnibus sacrificiis, 3a.q.47.2.c.
20 Omnis voluntas creaturæ tenetur obedire præceptis Dei, 22ę.q.104.4.5.o. & q.154.2.2m.
21 Quilibet tenetur iure naturali & diuino, obedire suo superiori, scilicet homo homini, 22ę.q.69.1.c. & q.88.10.2m. & q.104.1.o. & 5.c. principio, & 6.2m.
22 Homo non tenetur obedire homini, in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis, vel ad naturam corporis: sed Deo, 22ę.q.104.5.c.2m. & 6.1m. & q.122.4.3m. & q.186.7.1m.
23 Maiori potestati magis est obediendum, quàm minori, quæ totaliter subest ei, vel in quibus subest ei, 22ę.quæst.104.5.c. & q.105.2.c.
24 Subditus non tenetur in omnibus obedire suo superiori dupliciter scilicet propter præceptum maioris potestatis, vel in quibus non subditur ei, 22ę.q.69.3.1m. & q.104.5.o. & q.186.2.c.
25 Seculares tenentur obedire prælatis suis spiritualibus, in iis tantum quæ promiserunt in baptismo, 22ę.q.186.5.1m.
26 Subditus non tenetur obedire prælato suo spirituali, præcipienti sibi quòd reuelet culpam fratris sui, omnino occultam, sed peccaret vterque, 22ę.q.33.7.5m. & q.70.1.c.2m.
27 Religiosi tenentur obedire suis prælatis in iis tantùm, quæ in regula continentur directè j. expressè, vel indirectè j. implicitè, vt mutua obsequia, & pœna, & huiusmodi, 22ę.q.104.5.3m. & q.186.5.4m.
28 Eremitæ & prælati religionum, tenẽtur obedire, episcopis in omnibus sicut & alij, & specialiter in iis quæ sunt religionis: nisi sint exempti, qui tamen exempti, tenentur obedire summo pontifici, 22ę.q.67.1.3m. & q.186.5.3m.
29 Christiani tenentur obedire principibus secularibus: si habent iustum dominium, si licita præcipiant, & de secularibus, aliter autem non, 22ę.q.104.6.o.
30 Miles tenetur obedire duci, in rebus bellicis tãtùm: seruus domino suo, in seruilibus: & filius patri in rebus domesticis & disciplina, & quilibet superiori suo, secundum rationem superioritatis 22ę.q.104.5.o.
31 Miles debet magis obedire duci in rebus bellicis, & ciuis rectori in ciuilibus, quàm patri: sed in rebus domesticis, est econuerso, 22ę.q.26.8.3m.
1 OBIECTVM non est materia ex qua: sed est materia circa quam, & obiectum habet rationem formæ, inquãtum dat speciem, 12ę.q.18.2.2m. & q.73.3.1m.

Universidad de Deusto - Biblioteca

2 Proprium obiectum potentiæ vel habitus, est illud, sub cuius ratione formali omnia referuntur ad potentiam vel habitum, 1^{a}. q.1.7.c.principio & 22^{ξ}.q.1.3.c.

3 Obiectum potentiæ vel habitus duplex, scilicet materiale & formale, 1^{a}.q.1.3.c.& 22^{ξ}.q.1.1.c.

4 Diuersitas formalis obiecti diuersificat potentias vel habitus, non autem diuersitas materialis, 1^{a}.q.1.3.c. & q.59.2.2^{m}.& 3^{m}. & 4.c.& q.77.3.c.& 12^{ξ}.q.54.2.1^{m}.& quæst.57.2.2^{m}.& 22^{ξ}.quæst.59.2. c.1^{m}.

5 Diuersitas obiecti duplex, scilicet secundum naturam eius: & secundum virtutem agendi: prima causat materialem diuersitatem passionum, secunda verò causat diuersitatem formalem, & specificam, 12^{ξ}.q.23.4.c.& q.30.2 c.

6 Ratio obiecti diuersa, secundum vniuersale, & particulare, vel secũdum totum & partem, facit vnam artem, vel vnam virtutem, esse principalem respectu alterius, 22^{ξ}.q 50.3.c.

7 Obiecta diuersorum generum æqualiter, semper sunt diuersarum potentiarum: non autem si sint diuersorum generum inæqualiter, 12^{ξ}.q.8.2.2^{m}.

8 Potentia superior respicit vniuersaliorem rationem obiecti: quàm potentia inferior, 1^{a}.quæst.1.3.2^{m}.& q.59.4. c. & q. 77.3.4^{m}. & q. 78.1.c.

9 Habitus moralis & eorum actus, nominantur & specificantur ex obiecto & fine proprio, 12^{ξ}.q.12.1.c.& q.21.1.2^{m}.& 22^{ξ}.q.19.3.4.5. c.& q.23.4.c.& q.24.4.c.& q.25.1.c.& q.47.5.11.c.& q.50.2.3.c. & q. 59.2.c.1^{m}.& q.81.3.c.& q.174.1.c.

10 Quando ratio obiecti, & obiectum materiale, sub vno actu referuntur ad potentiam & habitum, tunc non distinguuntur potentiæ vel habitus vtriusque, 12^{ξ}.q.57.2.2^{m}.

11 Non semper obiectum actionis humanæ est obiectum potentiæ actiuæ, sed potentiæ passiuæ aliquando: nec semper obiectum potentiæ actiuæ, est effectus eius: sed quandoque est materia circa quam, 12^{ξ}.q.18.2.3^{m}.

1 OBLATIO est omne quod exhibetur in cultu Dei: sacrificium verò est, si inde fiat aliquod sacrum consumendum, 22^{ξ}.q.85.3.3^{m}.& q.86.1.c.

2 Data pauperibus, non dicuntur sacrificia, nisi impropriè, inquantum dantur propter Deum: nec dicuntur oblationes, 22^{ξ}.q.89. 2.1^{m}.

3 Ad oblationes aliquis tenetur quadrupliciter, scilicet ex conuentione præcedẽti, deputatione, indigentia ministrorum, & consuetudine: non autem ex præcepto legis, 22^{ξ}.q.86.1.o.

4 Oblatio debita tertio & quarto modo, est voluntaria, quo ad quantitatem, & speciem rei: & non ex necessitate præcepti, 22^{ξ}. q.86.1.c.

5 Oblatio animalis cæci & claudi reddebatur illicita tripliciter, scilicet ratione Dei, contemptus, & voti, 12^{ξ}.q.102.3. 7^{m}.& 22^{ξ}.q. 86.3.3^{m}.

6 Oblatio in noua lege potest fieri de qualibet re, præterquàm de iniustè acquisitis: non autem in veteri lege, propter significationem, 22^{ξ}.q.86.3.o.

7 Oratio de mercede postibuli, prohibetur in loge veteri, propter immunditiam: in noua verò lege, propter scandalum, 12^{ξ}.q.102. 3.7^{m}.& 22^{ξ}.q.32.7.2^{m}.& q.86.3.1^{m}.

8 *Non dantes oblationes debitas, possunt puniri per substractionem sacramentorum: non tamen à sacerdote cui debentur, ne sacerdotes videantur per sacramẽtorum exhibitionem aliquid exigere, sed puniri possunt per superiorem aliquem, 22^{ξ}.q.86. 1.3^{m}.

9 Oblationes ad solos sacerdotes pertinent, vel pro se, vel pro pauperibus, vel pro cultu diuino, 22^{ξ}.q.86.2.o.

10 Religiosi possunt recipere oblationes tripliciter, scilicet vt pauperes, vt ministri, & vt curati, si parochiæ sint eorum, 22^{ξ}.q.86. 2.2^{m}.

11 Oblationes non consecratæ, possunt cedere in vsum laicorum, per dispensationem sacerdotum, sed oblationes consecratæ non, 22^{ξ}.q.86.2.3^{m}.

12 Oblatio parua, cum humili mente, & pura dilectione, purgat peccata venialia, & mortalia, 22^{ξ}.q.50.3.2^{m}.

13 Oblatio Melchisedech figurabat sacrificium nostrum quo ad materiam, sed quo ad passionem Christi figurabat agnus, & alia sacramenta veteris legis, 3^{a}.q 61.3.3^{m}.

1 OBLIGARI potest vnus pro alio in iis tantùm ad quæ omnes tenentur, 3^{a}.q.71.1.3^{m}.

2 Præceptum non obligat, antequam sit diuulgatum, 12^{ξ}.q.90.4.2^{m}. & 3^{m}.

3 Obligatio sit homini, verbo exteriori, Deo autem, verbo interiori, 22^{ξ}.q.88.1.c.

4 Homo maximè Deo obligatur ad fidelitatem, ratione dominij, & beneficiorum, 22^{ξ}.q.88.3.c.1^{m}.

5 Ex qualibet promissione, fit obligatio iuris naturalis, secundum honestatem: non autem iuris ciuilis, 22^{ξ}.q.88.3.1^{m}.

6 In fine primi septennij homo incipit esse aptus ad promittendum aliquid in futurum: & præcipuè ad quæ ratio naturalis inclinat, non autem ad obligandum se perpetuò, 22^{ξ}. quæst.10.2. 2.o.

7 In fine secundi septennij, homo potest se obligare, de pertinentibus ad propriam personam, scilicet vel ad religionem, vel ad coniugium sed post tertium septennium, etiam de aliis, 22^{ξ}.q. 88.8.1^{m}.& q.104.5.c.fi.

1 OBSCVRITAS intellectus triplex, scilicet esse ex nihilo, ex discursu, & ex peccato: prima est in omni intellectu creato: secunda est tantùm in homine, etiam in statu innocentiæ: tertia est tantùm in homine post peccatum, 1^{a}.q.94.1.3^{m}.& 22^{ξ}.q.5.1.2^{m}.

1 OBSERVANTIA est sub pietate: sicut pietas est sub religione: & est virtus specialis, per quam honorantur personæ in dignitate constitutæ, 22^{ξ}.q.80.c.& q.102.o.& q.103.3.c.

2 Obseruantia directè respicit personam excellentem: ideo secundum diuersas rationes excellentiæ, diuersas species habet, 22^{ξ}. q.104.2.4^{m}.

3 Exhibere honorem personis in dignitate constitutis, contingit dupliciter, scilicet ratione propriæ personæ, vel respectu boni communis: primum pertinet ad obseruantiam: secundum verò ad pietatem: ideo pietas est dignior obseruantia, 22^{ξ}.q.102.3.o.

1 OBSTETRIX non fuit in natiuitate Christi: sed mater eius, omnia per se fecit, 3^{a}.q.35.6.3^{m}.

2 Obstetrices Hebræorum fuerũt remuneratæ à Deo, propter pium affectum earum: non autem propter mendacium, licet fuerit mendacium officiosum, 12^{ξ}.quæst.114. 10.2. & 22^{ξ}.q.110.3.2^{m}.& 4.3^{m}.

3 Peccare mente obstinata, aggrauat peccatum, & dicitur peccatum in spiritum sanctum: cuius triplex est causa, scilicet longa consuetudo peccandi, incredulitas de iustitia Dei, & seductio inimici, 22^{ξ}.q.88.6.c.fi.

1 NON debet dari occasio agendi iniustè, 22^{ξ}.quæst. 78.4.o.& 124. 1.3^{m}.

1 OCCIDERE animalia bruta, non est peccatum, nisi hoc fiat in damnum proximi: quia animalia bruta sunt, viuunt, & conseruantur propter hominem, 22^{ξ}. q. 64.1.o.& 2.c. 3^{m}.& 3.2^{m}.

2 Bruta occidi, mandatur à Deo, in damnum dominorum suorum, & ad detestationem peccati, & ad exemplum, 12^{ξ}. q.105.2.11^{m}. & 22^{ξ}.q.108.4.3^{m}.

3 Occisio animalium in sacrificiis, erat vtilis, non quidem secundum se, sed sextuplici ratione secũdum glosam, scilicet vt Deo quis animalia offerret potius quàm idolis: ad flagellandum durum inquantum erant ad satisfactionem: ad instruendum insipẽtem ratione significationis: ad ostensionem delicti & humanæ infirmitatis: ad manifestationem & testimonium gratiæ: & ad futurorum significationem, 12^{ξ}.q.102.3.5^{m}.

4 Nulli licet occidere peccatores, nisi auctoritate principis, 22^{ξ}.q. 64.3.o.& 5.2^{m}.& 3^{m}.& 7.c.& q.65.1.c.2^{m}.

5 Occidere peccatores ad bonum communitatis, est licitum, quando potest fieri sine periculo bonorum, 12^{ξ}.q.100.8.3^{m}.& 22^{ξ}.q.25. 6.2^{m}.& q.64.2.o.& 3.6.c.& q.65.1.c.& q.108.1.3.o.

6 Mors inflicta per iudicem peccatori, prodest ei si conuertatur ad culpæ expiationem: si verò non conuertatur, prodest ei ad terminationem: quia per hoc tollitur ei potestas amplius peccãdi, 22^{ξ}.q.25.6.2^{m}.

7 Occidere iustum, est grauius peccatum, quàm occidere iniustè, peccatorem, 22^{ξ}.q.64.6.2^{m}.

8 Moyses occidens Ægyptium: non peccauit: quia vel hoc fecit ex inspiratione Dei, vel defendendo iniuriatum, vel potest dici secundum Augustinum in qu. Exo. zelum Moysis quidem vitiosum fuisse: fuisse tamen signum virtutis eius, qua populum liberaturus erat, 22^{ξ}.q.60.6.2^{m}.

9 Clericis non licet occidere peccatores, licet hoc liceret sacerdotibus veteris legis, 22^{ξ} q.64.4.o.& q.70.1.3^{m}.

10 Occidens etiam volentem hoc, facit iniuriam occisio, & Deo, & reipublicæ: ideo Dauid damnauit dicentem, occidi Saul, 3^{a}.q. 47.6.3^{m}.

11 Occidere se quacunque de causa, semper est peccatum mortale: nisi hoc fiat ex inspiratione Dei, sicut Samson, per quem Deus miracula faciebat: & sicut quædam sanctæ mulieres, quarum memoira in ecclesia celebratur, 22^{ξ}. q.59.3.2^{m}. & q.64.5. o.& q. 124.1.2^{m}.& 3^{a}.q.47.6.3^{m}.

12 Occidens se, facit iniuriam Deo, inquantum est aliquid Dei, scilicet creatura & imago eius: & iniuriam ciuitati vel communitati, inquantum est pars eius: ideo punitur secundum legem diuinam, & secundum humanam sententiam, carentia sepulturę, 22^{ξ}.q.59.3.2^{m} & q.64.5.c.& 3^{a}.q.47.6.3^{m}.

13 Nullo modo licet occidere innocentem, nisi de mandato Dei, 12^{ξ}.q.94.5.2^{m}.& q.100.8.3^{m}.& 22^{ξ}.q.64. 6.o.& q.104.4. 2^{m}.& q. 154.2.2^{m}.& 3^{a}.q.47.6.3^{m}.

14 Percutiens seu occidens prægnantem est homicida: & est irregularis, si sequatur mors eius, vel mors fœtus animati anima rationa

rationali, 22^{ξ}.q.64.8.2^{m}.

15 Grauius peccat occidens iniustè hominem corporaliter: quàm occidens cum spiritualiter: quia primum intendit, & causat sufficienter: non autem causat sufficienter secundum, quod tamen est peius, 12^{ξ}.quæst.73.8.3^{m}.& 22^{ξ}.quæst.73.3.c.2^{m}.& q. 115. 2.1^{m}.

16 Christus occisus fuit ab aliis, & non à se: nisi indirectè, non impediendo, cum posset, 3^{a}.q.22.2.1^{m}.& q.46.3.2^{m}.& q.47.1.o.& q.50.1. 2^{m}.& q.51.3.c.

17 Peccatum occidentium Christum fuit maximum, quo ad pontifices & Iudam: minus verò quo ad alios, 3^{a}.quæst. 47. 4. 2^{m}.& 6.o.

18 Occidens inuadentem se, defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec intendens mortem eius, non peccat, 22^{ξ}.q. 64.7.o.

19 Quilibet occidens hominem, etiam defendendo se, & quilibet participans in causa sanguinis, est irregularis, 22^{ξ}.q.40.2.c.fi. & q.64.7.3^{m}.& q.108.4.2^{m}.

20 Occidens hominem à casu, non est homicida, nec est irregularis: si dabat operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam, 22^{ξ}.q.64.8.o.

1 OCCVLTATIO quandoque est causa peccati, scilicet vtendo ea ad peccatum, vt in furto, fraude: & dolo: quãdoque verò est circunstantia diminuens peccatum ratione verecundiæ, vel contra scandalum, 22^{ξ}.q.66.3.1^{m}.

2 Verbum ociosum, quod plerunque est peccatum veniale, potest etiam esse peccatum mortale, 12^{ξ}.q.72.5.1^{m}.& fi.

1 ODIVM est dissonantia appetitus animalis, vel appetitus rationalis, ad apprehensum vt dissonantis: sicut amor est consonantia eius, ad conueniens, 22^{ξ}.q.29.1.2.c.

2 Odium non potest esse vitium capitale, quia amor veri boni, & odium veri mali, sunt primæ passiones, sed apparentis, sunt vltimæ, 22^{ξ}.q.34.5.o.& 6.c.& q.158.7.2^{m}.

3 Odium potest esse prima passio, non autem potest esse primum peccatum, vel vltimum, 22^{ξ}.q.34.5.o.& 6.c.

4 Omne odium in proximum quo ad naturam vel gratiam, est peccatum, non autem odium in proximum quo ad culpam, 22^{ξ}.q. 25.6.o.& 34.3.o.

5 Odium est maximum peccatum cõtra proximum, quo ad inordinationem peccãtis, sed actus exterior est maximum peccatum, quo ad nocumentum, 22^{ξ}.q.34.4.o.

6 Odium est subiectiuè in concupiscibili, 1^{a}.q.81.2.3^{m}.& 12^{ξ}.q.23.1.c.2. &2.4.c.

7 Bonum sub ratione boni non potest oditi, nec in vniuersali, nec in particulari: sed verum & ens, possunt oditi in particulari tripliciter, scilicet vt verum est causaliter & originaliter in ipsis rebus: vel vt est in cognitione ipsius hominis, vel vt est in intellectu alterius, non autem possunt oditi in vniuersali, 12^{ξ}.q.29. 5.o.& 22^{ξ}.q.34.1.c.

8 Sicut bonum est obiectum amoris, sic & malum est obiectum odij, 12^{ξ}.q.29.1.o.

9 Omne impediens à beatitudine, debet odiri, 22^{ξ}.q.26.7.1^{m}.& q.34. 3.1^{m}.

10 Nullus potest se odire, nisi per accidens, scilicet ratione obiecti mali quod videtur bonum, vel econuerso, & ratione sui, quod videtur principale & non est, 12^{ξ}.q.29.4.o.& 22^{ξ}.q.25.7.o.

11 Dissonantia est causa odij, & conuenientia est causa amoris, 12^{ξ}.q. 29.1.2.5.c.

12 Odium conuenientius ponitur oriri ex accidia. quàm ex ira: quia prius & directius oritur odium ex tristitia, ex qua etiam ira causatur, 22^{ξ}.q.34.6.o.& q.158.7.2^{m}.

13 Deus non potest odiri secundum se, sed oditur à damnatis & malis secundum effectus eius, qui interdum eorum voluntati contrariantur, 1^{a}.quæst.60.5.3^{m}.& 22^{ξ}. q.13.4. o.& 6.2^{m}.& quæst.34 1.o.

14 Odium proximi, est prius odio Dei: sed dilectio Dei, est prior dilectione proximi, 22^{ξ}.q.34.6.2^{m}.

15 Odium Dei, est grauissimum omnium peccatorum, & est grauius, quàm infidelitas, 12^{ξ}.q.73.4.3^{m}.& 22^{ξ}.q.34.2.o.& q.39.2.3^{m}.

16 Odium Dei maximè est peccatum in spiritum sanctum, secundum quod peccatum in spiritum sanctum, nominat aliquod genus speciale peccati: sed odium Dei non numeratur inter species eius, quia est in omni specie eius, 22^{ξ}.q.34.2.1^{m}.

17 Deus odit peccatores, inquantum non vult eis bonum vitæ æternæ: sed amat omnes creaturas, inquantum vult eis aliquod bonum, 1^{a}.q.20.2.4^{m}.& q.23.3.1^{m}.

1 OFFENSA Dei est infinita, ex parte auersionis, sed est finita, ex parte conuersionis, & nostri actus, 12^{ξ}.quæst.87.4.c.2^{m}.& 3^{a}. q.1. 2.2^{m}.

1 OMNIA officia humana, pertinentia ad singulares personas, cum quibuscunque ordinibus angelorum similitudinem habeant, diriguntur per vltimum ordinem inquantum participãt virtutes superiorum: sed illa officia quæ ad multitudinem pertinent, diriguntur per principes vel archangelos: & ideo homo in prælatione constitutus illuminatur ab angelo inferiori, de iis quæ ad statum personæ suæ pertinent, sed ab angelo principẽ dei iis quæ spectant ad regimen multitudinis, 1^{a}. quæst. 113. 2.1^{m}.

2 Omnia officia humana ex quibus homines licitè victum lucrantur, siue manibus, siue pedibus, siue lingua fiant, intelliguntur sub opere manuali, 22^{ξ}.q.187.3.c.

3 Quilibet obligatur at exequendum officium quod accepit, 3^{a}.q. 67.8.c.

4 Dicens officium in ecclesia, propter distributionem sicut propter principalem finem, peccat mortaliter, per simoniam, non autem si vt sunt sibi necessariæ ad victum, vel quasi stipendium, 22^{ξ}.q.100.2.2^{m}.

1 OFFVSCATIO lunæ non est propter interpositionem, vel vmbram alicuius rei, sed ex hoc quòd est vltimum cælum: ideo conuenit cum vltimo elemẽto, scilicet cum terra: nec vnquam offuscatio lunæ remouebitur, 1^{a}.q.102.1.1^{m}.

1 OLEVM tantùm olinarum, propriè dicitur oleum: alij verò liquores, dicuntur oleum per similitudinem tantùm, 3^{a}.q.72. 2.3^{m}.

2 Oleum significat gratiam & misericordiam Dei, 12^{ξ}.q.102.3.13^{m}.& 3^{a}.q.72.2.o.

1 OLFACTVS hominis, non percipit nisi excellentias odorum, propter maximam humiditatem cerebri, 3^{a}.q.91.3.1^{m}.& quæst. 115.5.1^{m}.

1 HOLOCAVSTVM est dare, se totum Deo: ideo summè placet Deo, 22^{ξ}.q.186.3.6^{m}.& 5.1^{m}.& 6.c.3^{m}.& 7.c.& 8.b.

2 Holocaustum in lege veteri, totum comburebatur: & offerebatur specialiter Deo, ob reuerentiam maiestatis, & amoris bonitatis eius, 12^{ξ}.q.102.3.8^{m}.& 10.

3 Inter omnia sacrificia, holocaustum erat perfectissimum: secundum verò locum in sanctitate, tenebat hostia pro peccato: tertium hostia pro gratiarũ actione: quartum hostia ex voto, quia homo maximè obligatur Deo: primo propter eius maiestatem: secundo propter offensam: tertio propter beneficia recepta: quarto propter beneficia sperata: ideo de primo sacrificio nihil comedebatur: secundum comedebatur tantùm à sacerdotibus in atrio, & ipsa die sacrificij: tertium comedebatur vbique in Hierusalem ea die: quartum verò comedebatur etiam in crastino, 12^{ξ}.q.102.3.10^{m}.

1 OMISSIO importat prætermissionem boni debiti, in ordine ad legem diuinam vel humanam, vel in ordine ad proximum: primo modo opponitur iustitiæ legali: secundo verò modo, iustitiæ speciali, 22^{ξ}.q.89.3.c.

2 Omissio non requirit aliquem actum, sed consistit in sola negatione actus debiti, 12^{ξ}.q.71.5.o.& 22^{ξ}.q.54.2.2^{m}.& q.79.3.o.

3 Omissio est voluntaria, quia est in potestate voluntatis, non autem per actum voluntatis, 12^{ξ}.q.71.5.2^{m}.

4 Omissio pertinet ad actum exteriorem, & est effectus negligentiæ, & opponitur iustitiæ, 22^{ξ}.q.54.2.2^{m}.

5 Omissio non habet rationem culpæ, nisi secundum quod opponitur præcepto affirmatiuo: ideo nõ est peccatum, tempore obligationis, quo iterato, iteratur peccatum, 12^{ξ}.q.71.5.3^{m}. & q.75.2. 3^{m}.& 22^{ξ}.q.79.3.3^{m}.

6 Omissio vt opponitur iustitiæ legali, est generale peccatum speciale verò, vt opponitur iustitiæ speciali, 22^{ξ}.q.79.3.o.

7 Omisio non est peccatum originale, sed est peccatum actuale, 22^{ξ}.q.79.3.1^{m}.

8 Peccatum omissionis, & peccatum commissionis, differunt specie materialiter, non autem formaliter. 12^{ξ}.q.72.6.o.

9 Omissioni debetur pœna damni, & pœna sensus, ratione radicis ex qua procedit, licet non necessariò habeat actualem conuersionem ad bonum commutabile, 22^{ξ}.q.79.4.4^{m}.

10 Generale est omni sacramento, quod si omittatur aliquid de substantia sacramenti, oportet illud reiterari, 3^{a}.q.38.6.c.

1 *OMNIPOTENTIA non potest communicari creaturæ. 22^{ξ}.q. 178.1.1^{m}.& 3^{a}.q.13.1.c.

2 Filius Dei est omnipotens, & est æqualis patri in omnipotentia, 1^{a}. q.42.6.o.

3 In anima Christi non fuit omnipotentia, simpliciter, nec respectu motus creaturarum, nec respectu propriæ voluntatis, nec respectu proprij corporis, 3^{a}.q.13.o.& q.21.1.1^{m}.

4 Omnipotentia Dei non excludit impossibilitatem & necessitatem à rebus, 1^{a}.q.25.3.4^{m}.

1 ONOCROTALVS est auis orientis, habens rostrum longum, & in faucibus habens folliculos, in quibus primo ponit cibum, & post horam ponit in ventrem, & significat auaros, 12^{ξ}.q.102. 6.1^{m}.col.3.

1 OPERATIO non recipit speciem ab operante, sed à principio operationis, 3^{a}.q.19.1.3^{m}.

2 Omnis operatio, motus quidem dicitur, 1^{a}.q.73.2.c.

3 Operatio est vltima perfectio, rei, 1^{a}.q.73.1.c.& 12^{ξ}.q.3.2.c.

Universidad de Deusto Biblioteca

4 Modus operandi cuiuslibet rei, sequitur modum essendi eius, 1ª.q. 89.1.c.
5 Sicut vnitas motus, requirit vnitatem termini, sic vnitas operationis requirit vnitatem obiecti, 1ª.q.58.2.c.
6 Omnis operatio naturæ terminatur ad vnum semper, & procedit vel ab vno principio intrinseco, scilicet à forma rei naturalis, vel ab agente extrinseco, vt in ocultis, operibus naturæ, 12ᵉ.q. 95.5.c.
7 Operatio suppositi, non est de integritate vnitatis eius, sed sequitur eam, 3ª.q.19.1.4ᵐ.
8 Ex quolibet vno particulari opere proprio, probatur tota virtus agentis, 3ª.q.43.4.3ᵐ.
9 Operatio est quasi medium inter operans & operatum: ideo dupliciter potest considerari, scilicet respectu operantis, & respectu operati, 1ª.q.36.3.c.
10 Per opus manuale in lege veteri, intelligitur omnis operatio licita pro victu, 22ᵉ.q.187.3.c.
11 Nullum opus est acceptum Deo, nisi virtuosum, 22ᵉ. quæst. 88.2. c.3ᵐ.
12 Omnes operationes satisfactoriæ, reducuntur ad tria, scilicet ad eleemosynam, ieiunium, & orationem, 12ᵉ.q.108.3.4ᵐ.& 4.c.
13 Operatio non attribuitur mobili, sed mouenti, 12ᵉ.q.111.2.c.
14 Nihil per se operatur, nisi subsistens, 1ª.q.75.2. 3.c.& 3ª.q.19.1.3ᵐ. & q.20.1.2ᵐ.
15 Quælibet res est propter suam operationem: & operatio est finis cuiuslibet rei creatæ, 1ª.q.65.2.c.& q.105.5.c. & 12ᵉ.q.3.2.c. & q.49. 3.c.3ᵐ.& 4.1ᵐ.& 3.q.9.1.c.1ᵐ.& q.32.4.c.
16 Operatio attribuitur hypostasi, vt operanti: naturę autem, vt principio operationis, 22ᵉ.q.58.2.c.& 3ª.q.3.3ᵐ.& q.20.1.2ᵐ.
17 Omnis operatio corporis, vel est à naturali qualitate corporis, vel ab anima mouente corpus, 12ᵉ.q.50.1.c.
18 Opera hominis dicuntur vitia, quæ fiunt & sunt cum charitate: mortua verò dicuntur, quæ fiunt sine charitate: sed opera mortificata dicuntur, quæ fiunt cum charitate, & non sunt cum ea propter sequens peccatum mortale, 3ª.q.89.4.5.6.o.
19 Opus dicitur mortuum dupliciter, scilicet effectiuè, vt peccatum, & priuatiuè, vt operatio sine gratia, 3ª.q.89,6.c.
20 Sacramentum baptismi sine charitate, est opus Dei, & non hominis, etiam in ficto: ideo non est opus mortuum, 3ª.quæst. 69.10, 3ᵐ.
21 Opera bona facta in charitate, transeunt actu, & manent merito; ideo possunt mortificari, 3ª.q.89.4.1ᵐ.
22 Peccatum mortale, mortificat opera iusta prius facta quo ad meritum vitæ æternæ, non autem quo ad remissionem culpæ, & quo ad satisfactionem, 3ª.q.88.1.3ᵐ.
23 *Opera mortua sunt meritoria, nõ quidem propriè, id est, ex condigno: sed quasi similitudinariè, id est, ex congruo: & hoc respectu triplicis boni, scilicet consecutionis bonorum temporalium, dispositionis ad gratiam, & assuetudinis bonorum operum, 3ª.q.89.6.3ᵐ.
24 *Opera mortificata reuiuiscunt per pœnitentiam, non autem opera mortua, 1ª.q.89.5.6.o.

I OPINIO est actus intellectus declinantis, in vnam partem contradictionis, cum formidine alterius, vnde opinio est quoddam debile & infirmum, secundum Philosophum, 1ª. q.79.9.4ᵐ.& 22ᵉ.q.1.4.c.& q.2.1.c.& 9.2ᵐ.& q.67.3.c.
2 Opinio non potest esse de aliquo viso per sensum, vel per intellectum, 22ᵉ.q.1.4.c.
3 Opiniones contradictoriorum, non sunt contradictoriæ, sed sunt contrariæ, 1ª.q.17.4.1ᵐ.& 3ᵐ.& 12ᵉ. q. 53.1.c. & q.64.3.3ᵐ.& q. 77. 2.3ᵐ.
4 Opinio multorum est vera, vel simpliciter, vel secundum partem, 12ᵉ.q.5.3.3ᵐ.
5 Opinio & suspicio, possunt esse veri & falsi: ideo non sunt virtutes intellectuales, quia illæ sunt tantùm veri, 12ᵉ.q.55.4.c.& q.57.2. 3ᵐ.& 3.1ᵐ.
6 Aliquis potest simul habere scientiam veram, vel opinionem veram de vno contradictorio in habitu, & falsam de altero contradictorio in actu, vel econuerso; non autem vtranque simul in actu, 1ª.q.47.1.3ᵐ.
7 Habens malam opinionem de proximo, sine causa sufficienti, contemnit eum, & iniuriatur ei, 22ᵉ.q.60.3.2ᵐ.& 4.o.

I OPPOSITIO in sui ratione includit distinctionem, 1ª, quæst.28. 3.c.
2 Oppositio relationis dupliciter differt ab aliis oppositionibus: quia semper vnum aliorum oppositorum remoueret alterum: & semper vnum est imperfectum respectu alterius, non autem in relatiuis, 1ª.q.40.2.3ᵐ.
3 Nulla oppositio est in diuinis, præter oppositionem relatiuam, 1ª, q.40.1.3ᵐ.
4 Opposita possunt prædicari de eodem, secundum diuersa, non autem secundum idem, 3ª.q.16.4.1ᵐ.
5 *Quot modis dicitur, vnũ oppositorum, tot modis dicitur & reliquum, 22ᵉ.q.92.2.1ᵐ.
6 Cognitio vnius oppositi, non tollitur per cognitionem alterius oppositi, sed magis iuuatur, 1ª.quæst.14.10.c.& 22ᵉ.quæst. principio.

I OPPROBRIVM seu vituperium, est testimonium de defectu alicuius, & præcipuè secundum aliquam culpam, 22ᵉ. quæst.14. 4.3.c.

I *OPTIMO opponitur pessimum, secundum Philosophum, 22ᵉ. q.34.2.b.& 4.a.2.

I OPVS creationis mundi, est quo ad esse, opus autem distinctionis, est quo ad virtutes in communi: sed opus ornatus est quo ad specialia, vel extrinseca, 1ª.q.65.principio & q.70.1.c.& q.74. 1.o.
2 Opus creationis fuit ante omnem diem natura, non autem tempore, secũdum August. secundum autem alios, etiam tempore, 1ª.q.74.1.1ᵐ.

I ORATIO est actus rationis practicæ, scilicet quia est vel petitio decentium à Deo, vel ascensus mentis in Deum, 22ᵉ.q.83.1.o.& 3.1ᵐ.& 3ª.q.21.1.c.3ᵐ.& 2.o.
2 Oratio est actus virtutis, scilicet latriæ, non autem est actus, doni intellectus, 22ᵉ.q.83.3.o.& 15.c.
3 Oratio est quodammodo desiderij nostri interpres apud Deum, 22ᵉ.q.83.1.1ᵐ.& 3.c.2ᵐ.& q.9.c.principio.
4 Oratio necessaria est post baptismum, propter impugnantia interius & exterius, 3ª.q.39.5.c.ſi.
5 Oratio est in præcepto religionis, quo ad ipsum petere: sed quo ad rectè aliquid desiderare, cadit sub præcepto charitatis, 22ᵉ.q.83. 3.2ᵐ.
6 Conueniens est orare: & triplex error circa orationem reprobatur, scilicet ponẽtium quod res humanæ, non reguntur diuina prouidentia: & ponentium omnia etiam in rebus humanis in necessitate contingere, siue ex immutabilitate diuinæ prouidentiæ, siue ex necessitate stellarum, siue ex connexione causarum: & ponentium dispositionem diuinæ prouidentiæ variabilem esse, 1ª.q.22.2.c.& 22ᵉ.q.83.2.o.
7 Error quintuplex circa orationem reprobatur, 1ª.q.22.2.c.
8 Partes integrales orationis secundum Apostolum sunt quatuor, scilicet obsecratio, oratio, postulatio, & gratiarũ actio: vel laus Dei, & supplicatio, secundum Ambros. partes verò eius subiectiuæ, i. species eius sunt tres, scilicet supplicatio, postulatio, & insinuatio, 22ᵉ.q.83.17.o.
9 Oratio tam priuata quam publica, debet esse vocalis quadruplici ratione, scilicet vt homo excitet seipsum ad deuotè orandum: vt intentionem custodiat ne mens euagetur vt ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione inconsideratè mens in fletus, suspiria, iubilos, & voces prorumpat: vt quasi ad redditionem debiti homo Deo seruiat, secundum illud rorum quod ex Deo habet, id est, non solum mente, sed etiam corpore: quod præcipuè competit orationi, secundum quod est satisfactoria, 22ᵉ.q.83.12.o.
10 Oratio debet continuari, quamdiu deuotio potest conseruari, 22ᵉ. q.83.14.o.
11 Oratio debet semper durare, secundum virtutem, non autem secundum essentiam, 22ᵉ.q.83.14.o.
12 Fides, spes, & charitas, præexiguntur orationi, ratione propria orationis, & ratione latriæ, 22ᵉ.q.83.15.c.
13 Oratio est meritoria, si ex charitate fiat, 22ᵉ.q.83.7.2ᵐ.& 15.o.
14 Oratio semper habet efficaciam impetrãdi, si habet quatuor conditiones scilicet si fiat piè, ad salutẽ, pro se, & perseueranter, 22ᵉ. q.83.7.2ᵐ.& 15.2ᵐ.& 16.c.
15 Conditio quadruplex necessaria in qualibet oratione, scilicet eleuatio mentis in Deum, fiducia impetrandi, gratiarum actio, & petitio, 22ᵉ.q.83.17.c.
16 Oratio debet habere septem conditiones, scilicet quod sit perfecta, humilis, continua, deuota, vigilans, instans, & charitatiua, 22ᵉ.q.83.15.c.
17 Omnes orationes ecclesiæ, habẽt quatuor, scilicet inuocationem Dei, commemorationem beneficij Dei petitionem, & obsecrationem, 22ᵉ.q.83.17.c.
18 Oratio non exauditur, quando orans, vel ille pro quo oratur vel ipsa petitio, non placent exauditori, 22ᵉ.q.83.15.2ᵐ.
19 *Oratio malorum exauditur, & fructuosa est, vel propter deuotionem eorum pro quibus fit, vel inquantum fit in persona ecclesiæ, 3ª.q.82.6.c.& 7.3ᵐ.
20 Oratio peccatoris, inquantum ex bono desiderio naturæ fit, exauditur ex misericordia Dei, & non ex merito peccatoris, non autem inquantum peccator, nisi ad vindictam, 22ᵉ.q.83.16.o.& q.178.2.1ᵐ.
21 Oratio potentis contra salutem, vel contra gloriam Dei, magis exauditur non obtinendo, quam si obtineret quod petitur, 22ᵉ. q.83.15.2ᵐ.& 16.c.
22 Effectus orationis triplex, scilicet meritũ, impetratio, & spiritualis refectio mentis, 22ᵉ.q.83.15.c.

23 Per orationem appropinquamus Deo, 22ᵉ.q.83.1.2ᵐ.
24 Oratio præeminet aliis actibus virtutis religionis post deuotionem, quia religio per orationem, mouet intellectum hominis in Deum, & tradit homo mentem suam Deo, subiiciendo sibi eam per reuerentiam, & præsentando eam Deo, 22ᵉ.q.83.3.1ᵐ. & 3ᵐ.
25 Oratio fit ad excitandum affectum nostrum, non autem ad docendum Deum, 22ᵉ.q.83.2.o.& 9.5ᵐ.& 11.c.1ᵐ.& q.88.1.c.
26 Oratio fit, non quidem ad mutandum dispositionem diuinæ prouidentiæ, sed ad impetrandum quod Deus disposuit, 1ª.q.23.8. c.& 22ᵉ.q.83.2.o.
27 Orationes fiunt in horis canonicis, ad salutem ecclesiæ: vt auertatur ira Dei à populo, & vt orantes sint quasi precibus dimicantes, & quasi diuinæ sententiæ resistentes, 22ᵉ. quæstio. 83. 14.o.
28 Oratio principaliter innititur charitati, quo ad efficaciam meriti: fidei verò, quo ad efficaciam impetrandi, 22ᵉ.q.83.15.3ᵐ.
29 Oratio ordinatur ad duo, scilicet ad obiectum proprium, id est, ad id quod petitur, & ad finem, id est, ad vitam æternam: ideo habet duplicem efficaciam, scilicet efficaciam impetrandi, respectu primi, & efficaciam merendi, respectu secundi: primum pertinet ad misericordiam vel liberalitatem: secundum verò ad iustitiam, 22ᵉ.q.83.15.2ᵐ.& 16.2ᵐ.& q.178.4.1ᵐ.
30 Qui non attendit, vel non intelligit orationem, habet quidem meritum, non autem consolationem, 22ᵉ.q 83.13.c.
31 Ex virtute orationis Christi, baptismus habet meritum regni cœlestis, 3ª.q.39.5.c.ſi.
32 In oratione peti debent aliqua determinata, propter attentionem & cognitionem nostri desiderij, & vt feruentius fiat, 22ᵉ.q.83. 5.o.
33 Nihil debemus petere in oratione, nisi in ordine ad beatitudinẽ, 22ᵉ.q.17.2.2ᵐ.& q.83.4.5.c.& 6.o.
34 Temporalia possunt peti in oratione, sicut & desiderari, non quidem principaliter: sed vt necessaria, 22ᵉ.q.83.6.o.
35 Hoc præcipuè petendum est, in oratione, vt Deo vniamur, 22ᵉ.q. 83.3.2ᵐ.
36 Orate non conuenit personis diuinis, quia non habent superiorem, nec distinguuntur in essentia, ratione cuius fit oratio, 22ᵉ. q.83.10.o.
37 Orare est proprium rationalis creaturæ: ideo non conuenit brutis, 22ᵉ.q.83.10.o.
38 Sancti in patria orant pro nobis, non autem pro se, 22ᵉ.q.83.11.o.
39 Oratio propriè sit ad Deum tãtum, vt à quo debet expectari quod petitur: ad sanctos autem sit deprecatio, 22ᵉ.q.83.4.o.
40 Oratio soli Deo porrigitur, vt per eum implenda, sanctis vero & angelis & hominibus, vt per eos impetranda suis meritis & precibus, & non vt Deus eas per eos cognoscat, 22ᵉ.q.83.4.o.
41 Oratio non debet fieri ad sanctos qui sunt in purgatorio, vel in hoc mundo, sed tantum supplicatio, vel petitio, 22ᵉ.q.73.4.3ᵐ. & 11.3ᵐ.
42 Vtile est orare sanctos inferiores quintuplici ratione, licet superiores sint plus accepti Dei. f. primo ex hoc, quod aliquis quandoque maiorem habet deuotionem ad sanctum minorem, quàm ad sanctum maiorem: ex deuotione autem maximè dependet orationis effectus: secundo propter fastidium tollendũ: quia assiduitas vnius rei fastidium parit: & per hoc quod diuersos sanctos oramus, quasi in singulis nouus feruor excitatur: tertio quia quibusdam sanctis datum est in aliquibus specialibus causis præcipuè patrocinari, sicut sancto Antonio, ad ignem infernalem: quarto vt omnibus honor debitus exhibeatur à nobis: quinto quia plurium orationibus aliquãdo impetratur, quod vnius oratione non impetraretur, 22ᵉ.q.83.11.4ᵐ.
43 Sancti orantur nominibus propriis, propter tria, scilicet quia hoc meruerunt, plus nobis innotescunt, & propter fidem resurrectionis infinuandam, 22ᵉ.q.83.11.5ᵐ.
44 Sancti cognoscunt in verbo, orationes nostras ad eos, etiam mẽtales, sicut & omnia alia, quæ ad eos pertinent, 1ª.q.107.1.3ᵐ. & 22ᵉ.q.83.4.2ᵐ.& 3ª.q.10.2.c.
45 Quilibet debet orare, & desiderare bona pro aliis, sicut & pro se, 22ᵉ.q.83.7.o.& 3ª.q.21.3.3ᵐ.
46 Quilibet tenetur orare in communi, pro suis inimicis, non autem in speciali, nisi in aliquo casu speciali, sicut in necessitatis articulo, 22ᵉ.q.83.8.o.
47 Orandum est pro omni peccatore viatore, vt conuertatur, & pro iustis vt perseuerent, triplici ratione, scilicet quia multorum iustis vt perseuerent, triplici ratione, scilicet quia multorum iustis vt perseuerent, triplici ratione, scilicet quia multorum iustis vt perseuerent, triplici ratione, scilicet quia multorum iustis vt perseuerent, triplici ratione, scilicet quia multorum iustis vt perseuerent, triplici ratione, scilicet quia multorum preces facilius exaudiuntur: vt ex meritis gratia agatur Deo de beneficiis, quæ conferuntur iustis quæ etiam in veilitatem multorum vergunt, vt maiores non superbiant, dum considerant se minorum suffragiis indigere, sed non impetratur, nisi pro prædestinatis, 22ᵉ.q.31.2.1ᵐ.& q.83.7.3ᵐ.
48 Orandum est pro infidelibus, licet non prosit eis, nisi conuertantur, 22ᵉ.q.31.2.1ᵐ.
49 Christus orauit secũdum humanitatem tantum, triplici ratione, scilicet vt ostenderet se esse hominem, propter exemplum, & quòd esset à Deo, 22ᵉ.q.83.10.1ᵐ.& 3ª.q.13.4.3ᵐ.& q.21.1.o.& 2.c. & q.43.2.2ᵐ.& q.53.4.2ᵐ.
50 Oratio Christi pertinet ad sacerdotium eius, 3ª.q.22.4.1ᵐ.
51 Oratio Christi quo ad obiectum fuit sensualitatis, non autem quo ad actum, 3ª.q.21.2.o.& 4.c 4ᵐ.
52 Christus orauit pro se, & pro nobis, quo ad bona corporis: sed quo ad bona spiritualia, orauit pro nobis, non autem pro se, 3ª.q. 21. 3.o.& q.22.4.1ᵐ.
53 Christus dupliciter orauit pro se. f. exprimendo effectum sensualitatis, vel voluntatis vt natura, quo ad passionem transferendam, & secundum rationem quo ad gloriam corporis: & sic omnis oratio eius pro se & pro nobis & voluntas implera est, non autem primo modo, 3ª.q.21.3.4.o.
54 Oratio dominica exponitur, 22ᵉ.q.83.9.o.
55 Petitiones orationis dominicæ sunt septem secundum Matthæũ, scilicet sanctificetur &c. Sed secundum Lucam, sunt quinque, 22.q.83.9.4ᵐ.& 5ᵐ.
56 Oratio dominica est perfectissima, quia continet omnia desideranda, & ordinem eorum: & informat omnes affectus, 22ᵉ.q.83. 9.c.principio.
57 Non oportet vti tantum verbis orationis dominicæ, sed oportet intendere tantum ad ea impetranda, quæ in ipsa continentur, 22ᵉ.q.2.83.14.3ᵐ.
58 Non parcens, vel non habens peccatum, non peccat, dicendo orationem dominicam: quia dicitur in persona ecclesiæ, 22ᵉ.q.83. 16.3ᵐ.
59 Oratio dominica valet ad remissionem culpæ venialis & mortalis, 12ᵉ.q.7 .8.6ᵐ.
60 Oratio vocalis, est quantitas discreta, 3ª.q.60.8.o.
61 OMNIS ordinatio est rationis, 22ᵉ.q.58.4.2ᵐ.& q.83.1.c.& q. 88. 1. c.
62 Ad hoc quod aliqua sint ordinata, duo requiruntur, scilicet ordo ad debitum finem, & proportio ad ipsum finem, 12ᵉ.q.102.1.c.
63 Totum quod est homo & totum quod potest, & quod habet, est ordinandum in Deum, 12ᵉ.q.21.4.3ᵐ.
64 Ordinare & iudicare alios, est tantum prælatorum: sed ordinate actus proprios, conuenit cuilibet homini, 22ᵉ.q.45.2.2ᵐ.

I ORDO in ratione sua includit tria, scilicet rationem prioris & posterioris, distinctionem, & originem, 22ᵉ.quæst.26.1.c.& 6.c.ſi.
2 Ordo semper dicitur respectu principij, 1ª.q.21.3.c.& q.42.3.c.
3 Vbicunque est aliquod principium, oportet quod sit aliquis ordo, quia ordo includit in se aliquem modum prioris & posterioris, quæ dicuntur secundum relationem ad aliquod principiũ, 22ᵉ.q.26.1.c.& 6.c.ſi.
4 Ordo finium, est secundum ordinem agentium: quia omne agẽs ordinat effectum suum ad aliquem finem, 12ᵉ.q.109.6.c.
5 Sicut ordo rationis rectè, est ab homine, sic ordo naturę est à Deo, 22ᵉ.q.154.12.1ᵐ.
6 Ordo tot modis dicitur, quot modis & principium, scilicet secundum situm, secundum intellectum, & secundum singulas quatuor causas, 1ª.q.21.3.c.& q.42.3.c.
7 Ordo duplex scilicet ordo verus, & ordo imaginarius, 3ª.q.28.3.1ᵐ.
8 Ordo duplex, scilicet ordo formæ, & ordo materiæ, 3ª.q.62.6.3ᵐ. & q.78.4.c.
9 Ordo dicitur dupliciter, scilicet relatio, & gradus faciens eam, 1ª. q.10 8.2.1ᵐ.
10 In rebus est ordo duplex, scilicet à principio, & ad finem, 3ª.q.6. 1.1ᵐ.
11 Ordo vniuersi duplex, scilicet ordo creaturarũ adinuicem, & ordo creaturarum ad Deum, 1ª.q.21.1.3ᵐ. & q.47.3.c.& q.103.2.3ᵐ. & 12ᵉ.q.111.5.1 .& 22ᵉ.q.39.2.2ᵐ.
12 Ordo duplex, scilicet ordo naturæ, & ordo temporis seu generationis, 12ᵉ.q.62.4.c.& q.83.3.2ᵐ.& 3ª.q.6.1.c.
13 Ordo naturæ duplex. f. via generationis & temporis, in causa materiali, ab imperfecto ad perfectum, & via perfectionis & intẽtionis in aliis causis à perfecto ad imperfectum, 1 .q.85.3.1ᵐ.
14 In diuinis est ordo naturæ secundum originem, sine prioritate, secundum quod vna persona est ab alia, 1ª.q.42.3.o.
15 Ordo naturæ in diuinis, non est ex hoc quod natura ordinetur: sed quia ibi est ordo secundum naturalem originem, 1ª.quæst. 42.3.3ᵐ.
16 Ordo originis in diuinis, melius nominatur ordo naturæ, quàm ordo essentiæ, quia natura importat rationem principij, non autem essentia, 1ª.q.42.3.4ᵐ.
17 Ordo in diuinis significat notionem originis in communi, non autem in speciali, 1ª.q.42.4.1ᵐ.
18 Homo subditur triplici ordini, scilicet rationis, hominis & gubernantis temporaliter vel spiritualiter, & Dei, 12ᵉ.q.72.4.c.& q.87.1.c.& 3ᵐ.& 3.c.
19 Quicquid est contra secundum ordinem, est contra primum & tertium:

Universidad de Deusto Biblioteca

tertium :& quicquid est contra primum, est contra tertium, & non econuerso:quia primus includit secundum, & excedit eũ, & tertius vtrunque, 12ᵉ.q.72.4.o.

20 Peccatum est contra hos tres ordines. Ideo punitur triplici pœna scilicet remotsu conscientiæ, pœna humana, & pœna diuina, 12ᵉ.q.72.4.o.& q.87.1.c.3ᵐ.& 3.c.

21 Ordo in populo quadruplex, scilicet principium ad ciues, ciuium adinuicem, ad extraneos, & ad domesticos, 12ᵉ.q.104.4.c.

22 Omnes ordines ciuitatum reducuntur ad tres ordines, scilicet ad supremos, id est, ad optimates, ad infimos id est, ad vulgus:& ad medios, id est, ad honorabiles, 1ª.q.108.2.o.

23 Nullus ordo potest conferri, nisi ab episcopo, præter quatuor ordines minores, de licentia papæ, à solo sacerdote, 3ª.q.65.3.2ᵐ.

24 *Ea quæ sunt ordinis, non possunt committi, nisi habenti ordinem, 22ᵉ.q.187.1.c.

25 Deus potest auferre ordinem collatum : non autem episcopus, quia non est minister auferendi, sicut conferendi. Nec dedit ordinem, sed Deus, 3ª.q.82.8.c.& 2ᵐ.

26 In sacramento ordinis, confertur excellentia potestatis, in diuinis ministeriis, 3ª.q.84.4.c.

27 Omnis ordo inquantum sacramentum, ordinatur ad eucharistiam, non autem inquantum est officium quoddam, 22ᵉ.q.40.2.c.

28 Festa præcipua, in quibus episcopi dant quatuor ordines minores, pertinent ad diem dominicum, 3ª.q.83.2.3ᵐ.

29 Omnes minores ordines, possunt simul eodem die dari : non autem duo ordines sacri : nec vnus ordo minor cum ordine sacro, 3ª.q.63.3.2ᵐ.

30 Seruus ordinatus, sciente domino eius, & non reclamante, fit ingenuus : si vero dominus nesciat, episcopus vel reprætsentans eum scienter tenẽtur domino in duplum : si autem nesciant, redigetur in seruitutem : nisi possit redimere, 22ᵉ.q.189.5.c.

31 Ordo fratrum prædicatorum, habet cautissimam & securissimam formam profitendi, 22ᵉ.q.186.9.1ᵐ.

1 PHILOSOPHVS dicit, neque fistulas ad disciplinam esse adducendum, neque aliquod aliud artificiale organum, puta citharam, & si quid tale alterum est : sed quæcunque faciunt auditores bonos, 22ᵉ.q.91.2.4ᵐ.

2 *Organis vel instrumentis musicis non est vtendum in ecclesia: quia huiusmodi musica magis animum mouent ad corporalem delectationem, quàm per ea formetur interius bona dispositio:& ideo subtrahuntur in ecclesia instrumenta musica, vt à corporalibus retrahantur, diuinis laudibus mancipati, 22ᵉ.q.91.2.4ᵐ.

3 In veteri autem testamento, vsus erat talium instrumentorum, tum quia populus erat magis durus & carnalis, vnde erat per huiusmodi instrumenta prouocandus, sicut & per promissiones terrenas: tum etiam quia huiusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant, 22ᵉ.q.91.2.4ᵐ.fi.

1 ORIGENES erranit, sequendo opiniones philosophorum antiquorum:ideo secundum eum, angeli sunt corporei, 1ª.q.52.1.1ᵐ.& q.51.1.1ᵐ.& 12ᵉ.q.5.4.c.

2 Origenes fuit fons Arrianorum, 1ª.q.34.1.c.1ᵐ.

3 Origenes & Arrius dicunt, quod verbum in diuinis, dicitur tantum metaphorice.& non proprie, 1ª.q.34.1.1ᵐ.

1 ORIGO non significatur vt aliquid intrinsecum, sed vt via à re ad rem : ideo non potest esse primum distinctiuum personarum in diuinis, 1ª.q.40.2.o.

2 Ordo originis dupliciter conuenit Deo, scilicet respectu creaturarum, & respectu personarum diuinarum, 1ª.q.41.1.1ᵐ.

3 Omnis origo designatur per aliquem actum, 1ª.q.41.1.1ᵐ.

1 ORNATVS exterior, est indicium conditionis humanæ: ideo excessus, & defectus, & medium eius, reducuntur ad virtutem veritatis, 22ᵉ.q.169.1.3ᵐ.

2 In ornatu & aliis exterioribus, non est peccatum secundum se:sed ex inordinato vsu, scilicet vel contra consuetudinem, vel ex intentione vanæ gloriæ, vel molliciei, vel solitudinis, vel negligentiæ, contra quæ est triplex virtus, scilicet humilitas, per se sufficientia, & simplicitas, 22ᵉ.q.169.1.o.& q.187.6.c.

3 Mulier vel vir ornans se, vt prouocet alios ad concupiscentiam, peccat mortaliter : non autem semper si ornet se ex leuitate vel vanitate propter iactantiam, 22ᵉ.q.169.2.c.

4 Mulier potest ornare se licite, vt placeat viro suo:non autem mulieres quæ non habent virum, nec volunt habere, nec sunt in statu habendi, 22ᵉ.q.169.2.o.

5 Ornatus pretiosarum vestium, in ministris altaris, vel in constitutis in dignitate, non est peccatum : quia fit ad gloriam Dei, & non ad gloriam ipsorum, 22ᵉ.q.169.2.2ᵐ.

6 Ars eorum, quibus homo potest bene & male vti, est licita : vt ars faciens ornatus:nisi forte inueniendo superflua, & curiosa, 22ᵉ. q.169.2.4ᵐ.

7 Expositio literalis, figuralis, & moralis, octuplicis ornatus pontificis legalis, & quadruplicis ornatus sacerdotum, 12ᵉ. quæstio. 102.4.9ᵐ.

1 OSCVLVM secundum quod sit principaliter causa libidinis, est peccatum mortale, si sit de mortali ex genere suo:non autem si sit de veniali secundum suum genus, 12ᵉ.q.74.10.o.& q.108.3.2ᵐ.& 22ᵉ.q.154.4.c.

1 *OSEE propheta excusatur à fornicatione:quia debuit obedire præcepto Dei, 12ᵉ.q.94.5.2ᵐ.& q.100.8.3ᵐ.& 22ᵉ.q.104.4.3ᵐ.& q. 154.2.2ᵐ.

1 OVIS habet quatuor vtilitates, scilicet quia immolatur, pascit lacte, & lanam dat:ideo furans ouem, quatuor reddit, 12ᵉ.q.105. 2.9ᵐ.

2 Oues & hirci Aegyptij colebant:quia dæmones in eorum figura apparebant:12ᵉ.q.102.3.2ᵐ.

1 OZA erat tantum Leuita:ideo percussit eum Deus, quia tetigit arcam, quod solis sacerdotibus licebat, 22ᵉ.q.93.4.1ᵐ.

P

1 PACTVM cum dæmonibus initum, expressum vel tacitum prohibetur, primo præcepto decalogi, 22ᵉ.quæst.122.2.3ᵐ.& 3.4.c.

1 CORPVS dicitur palpabile ex duobus, scilicet ex qualitatibus tangibilibus, & quod resistat tangenti:primum deficit ipsis cælis:secundum aëri, 3ª.q.54.2.2ᵐ.

2 Omne palpabile, est corruptibile per naturam:licet sit incorruptibile per gloriam, 3ª.q.54.2.2ᵐ.

1 CONVERSIO panum & multiplicatio eorum facta per Christum, fuit per additionem materiæ nouitet creatæ, 3ª.q.92.3.1ᵐ. & 3ª.q.44.4.4ᵐ.

1 PAPA habet plenitudinem pontificalis potestatis, sicut rex in regno:sed episcopi assumuntur in partem solicitudinis, quasi indices singuli, ciuitatibus præpositi, 1ª.q.111.2.2ᵐ.& 22ᵉ.q.89.9. 3ᵐ.& 3ª.q.72.11.1ᵐ.

2 Papa potest abolere infamiam iuris, sed dicitur non posse, quia aliquando non expedit:vel intelligitur non posse:loquendo de infamia facti : vel loquitur de infamia irrogara per iudicem ciuilem, sicut dicit Gratianus, 22ᵉ.q.68.4.3ᵐ.

3 Etroneum est dicere, papam vicarium Christi, non habere vniuersalis ecclesiæ primatum, 1ª.q.112.2.2ᵐ.fi.

4 Leo papa, propria sponte, se subdidit iudicio imperatoris:& Christus hominibus, 22ᵉ.q.64.5.2ᵐ.& q.67.1.2ᵐ.

1 PARABOLA est sententia habens obscuram similitudinem, 1ª. q.1.10.3ᵐ.

1 PARADISVS triplex, scilicet terrestris, cœlestis, & spiritualis, id est, visio Dei, 1ª.q.102.1.b.& 22ᵉ.q.175.3.4ᵐ.& 3ª.q.52.4.3ᵐ.

2 Paradisus terrestris, est locus corporeus in oriente, vt in nobilissimo loco:& interpretatur ortus, 1ª.q.102.1.o.& 22ᵉ.q.84.3.3ᵐ.

3 Et est locus conueniens habitationi humanæ : quia habet aërem temperatum & tenuissimum, & plantas semper floridas, 1ª.q. 102.2.o.& 4.c.

4 Et est vicinus terræ, secundum situm : sed dicitur pertingere ad globum lunæ, secundum similitudinem : quia in eo est perpetua temperies aëris, 1ª.q.102.1.1ᵐ.

5 Eua facta est in eo sicut etiam fuissent filij, nisi parentes peccassent:non autem Adam factus est in eo:sed postea positus est in eo, 1ª.q.102.4.o.

6 Animalia bruta non habitant ibi, sed dispositione Dei adducta sunt ad Adam in paradiso:serpens vero operatione diaboli, 1ª. q.102.2.2ᵐ.

7 Adam conuenienter est eiectus de eo, propter peccatum, 22ᵉ.q. 164.2.o.

8 Per peccatum hominis, clausa est ianua paradisi terrestris, in signum clausionis ianuæ paradisi cœlestis, 3ª.q.49.5.c.

9 Paradisus terrestris non est frustra post peccatum hominis : quia ostendit bonitatem Dei, & damnum peccati primi hominis, 1ª.q.102.2.3ᵐ.& 22ᵉ.q.164.2.4ᵐ.

10 Paradisus terrestris non potest aditi propter impedimenta montium, vel marium, vel æstuantis regionis:ideo non potest à nobis cognosci, nisi per reuelationem scripturæ, 1ª.q.102.1.2ᵐ.& 3ᵐ.& 22ᵉ.q.164.2.5ᵐ.

1 PARASCEVE. & Tunc non consecratur eucharistia:quia significat passionem Christi, quæ tunc celebratur, tamen à sacerdote sumitur corpus Christi sine sanguine, propter periculum ne effunderetur, si reseruaretur, 3ª.q.83.2.2ᵐ.

1 PARS & Partes sunt in quas materialiter diuiditur totum, 3ª. q.90.1.c.

2 Pars triplex, scilicet integralis, subiectiua, & potentialis, & similiter totum triplex, scilicet integrale, vniuersale, & potestatiuũ, 1ª.q.76.8.c.& q.77.1.1ᵐ.& 12ᵉ.q.54.4.2ᵐ.& 22ᵉ.q.48.c.& q.80.c.& q.120.2.c.& q.128.c.& q.143.c.& 3ª.q.90.2.3.c. * Partes

3 *Partes subiectiuæ non sunt de perfectione totius vniuersalis:sed est perfectè in qualiber eius parte, perfecta ratio eius simul & æqualiter, 3ª.q.90.1.c.

4 Pars integralis duplex, scilicet essentialis, & quantitatiua, 1ª.q.8.2. 3ᵐ.& 3ª.q.90.2.c.

5 Partes essentiales naturaliter, sunt materia & forma:sed logicæ, sunt genus & differentia, 3ª.q.90.2.c.

6 Partes speciei dicuntur, inquantum participant formam, & proprietates speciei:sed dicuntur partes materiæ, inquantum sunt ex materia : ideo sunt eædem secundum rem, & differunt ratione, 1ª.q.119.1.2ᵐ.

7 Partes vt speciei, semper manent, sed vt materiæ, semper fluunt & refluunt, 1ª.q.119.1.2ᵐ.

8 Partes quantitatis sunt partes materiæ, 3ª.q.90.2.c.

9 Vbicunque est multitudo ex parte materiæ, ibi est ratio partium, 3ª.q.90.1.c.

10 Aliqui per partem speciei, vel per carnem secundum speciem, intellexerunt id, quod primo accipit speciem humanam, quod sumitur à generante, & hoc dicunt semper manere, 1ª. quæst. 119.1.2ᵐ.

11 Sed hoc est contra intentionem philosophi dicentis, quod sicut in vnoquoque habentium speciem in materia, ita & in carne, hoc est secundum speciem, & illud secundum materiam, 1ª.q. 119.1.2ᵐ.

12 Omnis pars est propter totum, & quodlibet indiuiduum, est propter suam speciem, 1ª.q.65.2.c.& q.70.2.c.& 12ᵉ.q.90.2.c. & 22ᵉ. q.62.2.5.c.& q.65.1.c.

13 Omnis pars est propter suum actum : & pars ignobiliot, est propter partem nobiliorem:sicut sensus, propter intellectum, & pulmo propter cor, & omnes partes sunt propter perfectionem totius, sicut & materia propter formam:partes enim sunt quasi materia totius, 1ª.q.65.2.c.& q.70.2.c.

14 *Vna pars est in potentia ad aliam, sicut materia ad formam:vel omnes partes sunt in potentia respectu totius, 1ª.q.3.7.c.

15 Bonum totius est finis cuiusliber partium eius : & bonum commune est finis singularum personarum in communitate, 22ᵉ.q. 58.9.3ᵐ.& q.65.1.c.

16 Bonitas cuiuslibet partis, est in proportione ad suum totum : nec totum potest bene consistere, nisi ex partibus sibi proportionatis, 12ᵉ.q.92.1.3ᵐ.& 22ᵉ.q.47.10.2ᵐ.

17 In quolibet toto, necesse est esse vnam partem principalem, & Prædominantem:& formalem, à qua totum vnitatem habet, 22ᵉ.q.49.6.1ᵐ.

18 Partibus potentialibus ad est totum, secundum totam essentiam eius:non autem partibus integralibus:immo repugnat rationi eorum, 3ª.q.90.3.c.

19 Omnes partes integrales, habent aliquem ordinem, scilicet vel ordinem situs, vel virtutis, vel temporis, 3ª.q.90.3.3ᵐ.

20 Vna pars integralis, potest continere totum virtualiter:sicut fundamentum totum ædificium, non autem essentialiter, 3ª. quæ. 90.3.2ᵐ.

21 *Vniuersalius est totum & pars, respectu minus vniuersalis, 1ª.q. 8.3.2ᵐ.

22 Totum denominatur à proprietate partis:quando proprietas non potest conuenire, nisi illi parti, 3ª.q.16.8.c.

23 Partes totius heterogenei carent forma totius, vt multitudo:non autem in homogeneis, vt continuum, 1ª.q.11.2.2ᵐ.

24 *Esse totius, non est esse alicuius partis eius, 12ᵉ.q.5.2ᵐ.

25 *In diuinis est ratio totius & partis : secundum rationem tantum, 1ª.q.30.1.4ᵐ.

26 Pars animæ dicitur dupliciter, scilicet potentia animæ, & pars potentiæ eius, 3ª.q.46.7.c.

1 *OMNE participarum à superioribus in inferiora, & omne superius, est vt formale, respectu inferiorum, 1ª.q.75.5.4ᵐ.

2 Omne quod est tale per participationem:subditur ei quod est tale per essentiam & vniuersaliter, 1ª.q.96.1.c.

3 Omne participans & omne participatum, est posterius eo, quod est illud per essentiam, 1ª.q.3.8.c.fi.

4 Omne quod est tale per participationem, causatur ab eo quod est tale per essentiam, 1ª.q.8.1.c.& q.44.1.c.1ᵐ.& q.61.1.c.& q.75.5. 1ᵐ.& q.79.4.c.

5 Creaturæ participant bonitatem Dei, non quidem secũdum partem, sed secundum similitudinem & imitationem, 1ª.quæst.75. 5.1ᵐ.

1 PARVIFICENTIA est vitium oppositum magnificentiæ:& est circa magnos sumptus:ideo est minus vitium quàm illiberalitas, 22ᵉ.q.135.1.o.

1 PARVIPENSIO habet tres species, scilicet despectum, impedimentum voluntaris, & contumeliam, 12ᵉ.q.47.2.c.

2 Signa paruipensionis sunt quatuor, scilicet obliuio, denuntiatio mali, gaudium de malo, & impedimentum voluntatis, 12ᵉ.q. 47.2.3ᵐ.

1 PASCHA dicitur quadrupliciter, scilicet agnus paschalis:panes azimi : prima dies azimorum, & omnes septem dies azimorum, 3ª.q.46.9.1ᵐ.& q.74.4.1ᵐ.

2 Expositio omnium, quæ fiebant circa agnum paschalem, 12ᵉ.q. 102.5.2ᵐ.& 3ᵐ.

3 Pascha celebrabatur mense primo, ad commemorandum beneficium liberationis ex Aegypto : & significabat passionem & resurrectionem Christi, 12ᵉ.q.100.5.2ᵐ. & quæstio. 102.4.10ᵐ.& 5.2ᵐ.

4 Pascha incipiebat in vesperis quartædecimæ lunæ, 3ª.q.46.9.c.1ᵐ. & q.74.4.c.1ᵐ.

5 Festum passionis, & resurrectionis Christi, succedit festo paschæ, 12ᵉ.q.103.3.4ᵐ.

1 PASSIO dicitur dupliciter, scilicet improprie, id est, omnis receptio:& proprie, id est cum abiectione alicuius : & hoc dupliciter : vno modo propriissime, quando, scilicet aliquid remouetur ab aliquo, quod conuenit sibi secundum naturam, aut secundum propriam inclinationem, sicut cum aqua frigiditeram amittit per calefactionem, & cum homo ægrotat aut tristatur:secundo modo minus proprie dicitur aliquis pati ex eo quod aliquid ab ipso abiicitur, siue sit ei conueniens, siue non conueniens:& sic dicitur pati, non solum qui ægrotat, sed etiam qui sanatur:& non solum qui tristatur, sed etiam qui lætatur, vel quocunque modo aliquis alteretur:vel moueatur, 1ª. q.14.2.2ᵐ.& q.75.2.c.& q.79.2.c.& q.97.2.c.& 12ᵉ.q.22.1.c. & q.41. 1.c.

2 De ratione passionis proprie dictæ, est abiectio qualitatis naturalis, & impressio qualitatis extraneæ, & contrariæ, 12ᵉ.q.22.1.c.& q.31.1.3ᵐ.& q.35.1.c.& q.41.1.c.

3 Pati cum abiectione & transmutatione est proprium materiæ: ideo non inuenitur nisi in compositis ex materia & forma, 12ᵉ. q.22.1.1ᵐ.

4 Passio duplex, scilicet realis, & intentionalis seu spiritualis : secũda semper pertinet ad perfectionem patientis:ideo fuit in corpore Adæ ante peccatum, 1ª.q.95.2.2ᵐ.& q.97.2.c.& 12ᵉ.q.22.1.o. & q.31.1.3ᵐ.& 35.1.c.& q.41.1.c.

5 Passio duplex, scilicet corruptiua, & perfectiua, 1ª.q.95.2.2ᵐ. & q. 97.2.o.

6 Omne quod patitur & mouetur ab alio : disponitur per actum agentis, multiplicatum qualitate, quæ habitus nominatur, 12ᵉ. q.51.1.

7 Vt qualitas causetur in passiuo : oportet quod actiuum totaliter vincat passiuum, 12ᵉ.q.51.3.c.

8 Passio ad defectum pertinet : quia est rei secundum quod est in potentia, 1ª.q.25.1.c.1ᵐ.& 12ᵉ.q.22.2.1ᵐ.

9 Passio impropriè dicta, scilicet omnis receptio, conuenit omnienti in potentia, id est, cuilibet creaturæ, 12ᵉ.q.22.1.1ᵐ.

10 Magnitudo passionis non tantum dependet ex virtuto agentis:sed etiam ex passibilitate patientis, 12ᵉ.q.22.3.2ᵐ.

11 Passio sumit speciem ab actu, qui est terminus motus, 12ᵉ.q.1.3.c.

12 Passio duplex, scilicet passio innata, & passio illata, 3ª.q.81.4.o.

13 Passiones sanctorum illatæ, prosunt ecclesiæ, per modum exhortationis & exemplì:non autem per modum redemptionis, 3ª. q.48.5.3ᵐ.

14 Passio propriè non conuenit animæ, nisi per accidens, sed soli cõposito corruptibili conuenit per se : impropriè verò conuenit omni enti in potentia, 12ª.q.22.1.o.

15 Passio magis propriè est in parte appetitiua, quàm in parte apprehensiua, 12ᵉ.q.22.2.o.& q.41.1.c.& 3ª.q.15.4.c.

16 Passio est magis propriè in appetitu sensitiuo, quàm in appetitu intellectiuo, 1ª.q.20.1.1ᵐ.& 12ᵉ.q.22.3.o.& q.41.1.c. & 22ᵉ.q.58.9. c.& 3ª.q.15.4.c.

17 Omnis motus appetitus sensitiui, dicitur passio : & præcipuè ille qui in defectum sonat, 12ᵉ.q.35.1.c.& q.41.1.c.

18 In passionibus animæ est aliquid quasi materiale, scilicet transmutatio corporis, & aliquid quasi formale, scilicet ex parte appetitus, 1ª.q.20.1.2ᵐ.& q.75.3.3ᵐ.& 12ᵉ.q.22.2.3ᵐ. & 37.4.c.& q.44.1. c.& q.45.2.c.& q.48.2.c.

19 In omni passione animæ, aliquid additur, vel minuitur à naturali motu cordis, 12ᵉ.q.24.2.2ᵐ.

20 Passiones animæ tanto vehementius impellunt, quanto magis sequuntur inclinationem naturæ, 22ᵉ.q.155.2.c.

21 *Nomina passionum animæ quandoque sumuntur pro simplici operatione voluntatis, 1ª.q.20.1.1ᵐ.& q.59.4.2ᵐ.& q.64.3.c.& q.82.5.1ᵐ.& 12ᵉ.q.22.3.3ᵐ.22ᵉ.q.18.1.c.

22 Passio animæ, vt passio, habet principium ab exteriori : sed vt est voluntaria, habet principium ab interiori, 3ª.q.48.1.1ᵐ.

23 Omnis passio animæ inclinat cum impetu in suum obiectum, 22ᵉ.q.27.2.c.

24 Obiecta passionum animæ se habent ad eam vt formæ, à quibus specificantur:ideo quicquid est causa obiectorum, est & causa passionum, 12ᵉ.q.44.1.c.

25 Anima dupliciter dicitur tota pati. s. secundum essentiam suam, id est,

id est, corpore patiente & disposito ad separationem ab anima: secundum omnes eius potentias, $3^{a}.q.46.7.8.o.$

26 *Omnes passiones animæ reducuntur ad vndecim species. s. sex in concupiscibili, id est, amor, odium, desiderium seu concupiscentia, fuga vel abominatio: delectatio vel gaudium, dolor vel tristitia: sed aliæ quinque sunt in irascibili, scilicet spes, desperatio, timor, audacia, & ira, $12^{æ}.q.23.4.o.& q.25.3.4.c.$

27 Passiones principales animæ sunt quatuor: quarum duæ sunt finales simpliciter, scilicet gaudium & tristia; & duæ finales in genere, scilicet spes & timor, $12^{æ}.q.25.4.o.& q.84.4.2^{in}.$ & $22^{æ}.q.123.1.1.1^{m}.& q.141.7.3^{m}.$

28 Omnes passiones animæ reducuntur ad has quatuor principales, sicut species ad genus: vel imperfectum ad perfectum: vel sicut effectus ad causam: & participans ad participatum, $12^{æ}.q.25.4.c.fi.$

29 Passio animæ duplex scilicet perfecta & imperfecta: tunc dicitur esse passio perfecta, per quam anima perturbatur, quādo passio sensitiuæ partis pertingit vsque ad immutandam rationem à rectitudine sui actus scilicet vt sequatur passionem, & non habeat liberum arbitrium super eam, $3^{a}.q.46.7.3^{m}.$

30 Potentiæ animæ pati possunt dupliciter, scilicet passione propria, id est, à suo obiecto: & passione aliena, id est, sui subiecti, $3^{a}.q.46.7.8.c.$

31 Causa passionum animæ assignari potest dupliciter scilicet ex parte obiecti, & ex parte subiecti, $12^{æ}.q.43.1.2.c.$ & $q.45.3.c.$ & $q.46.5.c.$

32 Passiones animæ vincunt rationem tripliciter scilicet distrahendo, inclinando in contrarium rationi; & ligando mutatione corporali, sicut somnus & ebrietas ligant eā, $12^{æ}.q.77.2.o.$ & $6.c.$

33 Passio appetitus sensitiui, non potest directe trahere, vel mouere voluntatem, sed indirecte dupliciter scilicet per abstractionē: & ex parte obiecti impediendo iudicium rationis per fortem imaginationem, $12^{æ}.q.77.1.o.$ & $22^{æ}.156.1.c.$ & $3^{a}.q.46.7.3^{m}.$

34 Passiones diuersarum potentiarum, differunt genere: quæ autem sunt diuersorum obiectorum eiusdem potentiæ: differunt specie tantum, $12^{æ}.q.23.1.o.$ & $q.54.1.o.$

35 *In passionibus animæ, est duplex contrarietas, scilicet secūdum diuersitatem obiectorum, id est, boni & mali: & secundum accessum & recessum ab eodem termino: prima tantum est in passionibus concupiscibilis, sed vtraque est in passionibus irascibilis, $12^{æ}.q.1.o.9.q.40.4.o.$ & $q.45.1.2^{m}.$

36 Omnis passio irascibilis, significat motum tantum: sed passionū concupiscibilis, quædam significant motum: & quædam quietem, $12^{æ}.q.23.4.c.$ & $q.25.1.o.$ & $3.c.$

37 Nomina omnium passionum animæ possunt sumi dupliciter. s. absolute, & vt recedunt à ratione: primo modo sunt passiones: secundo autem modo sunt vitia, $12^{æ}.q.45.1.1^{m}.$ & $q.59.1.2^{m}.$ & $22^{æ}.q.127.1.c.3^{m}.$

38 Nomina passionum animæ, quarum obiectum est malum, aliquando significant vitia, quorum obiectum est malum, vt odium, ira, inuidia, & audacia: quarum autem obiectum est bonum, significant virtutes, vt spes, & amor, $22^{æ}.q.127.1.3^{m}.$

39 Ordo omnium passionum animæ, $12^{æ}.q.25.o.$

40 Omnis passio cuius obiectum est bonum, est naturaliter prior, passione sibi opposita, cuius obiectum est malum, $1^{a}.q.20.1.c.$ & $12^{æ}.q.25.2.3.c.$ & $q.22^{æ}.141.3.1^{m}.$

41 Omnis passio cuius obiectum est bonum vel conueniens simpliciter, est in concupiscibili: si autem obiectū eius est vt difficile vel arduum, id est, cum determinatione quantitatis, est in irascibili: similiter & oppositæ harum, $12^{æ}.q.23.1.c.$ & $q.25.1.c.$ & $q.40.1.c.q.46.1.c.$

42 Passiones irascibilis, sunt posteriores passionibus concupiscibilis, quæ significant motum: sed sunt priores iis, quæ significant quietem, $12^{æ}.q.25.1.o.$ & $q.40.1.c.$ & $22^{æ}.q.141.3.1^{m}.$

43 Omnis passio irascibilis, terminatur ad passiones concupiscibilis: & incipit ab eis, $1^{a}.q.81.2.c.$ & $12^{æ}.q.23.1.1^{m}.$ & $q.25.1.o.$ & $3.c.$ & $q.40.1.4.c.$ & $q.41.2.3^{m}.$ & $q.46.3.2^{m}.$ & $q.65.1.3^{m}.$ & quæst. $82.3.2^{m}.$ & quæstio. $84.4.2^{m}.$ & $q.100.5\ 6^{m}.$ & $22^{æ}.q.41.2.1^{m}.$ & quæstio. $118.6.c.$

44 Passionum animæ, quædam sunt bonæ, & quædam sunt malæ, secundum speciem suam, inquantum sunt in genere moris: nō autem inquantum sunt in genere naturæ, $12^{æ}.q.24.4.o.$ & $22^{æ}.q.15.8.1.c.$

45 Passiones animæ, & motus membrorum, inquantum imperantur à voluntate, vel non prohibentur, sunt bonæ vel malæ moraliter: non autem secundum se, $12^{æ}.q.24.1.o.$ & $q.59.1.c.2^{m}.$ & $22^{æ}.q.35.1.1^{m}.$ & $q.158.2.c.$

46 Passiones secundum quod ordinantur à ratione, sunt laudabiles, vel vituperabiles: non autem secundū se, $12^{æ}.q.24.1.3^{m}.$ & $2.o.$ & $q.45.1.1^{m}.$ & $q.50.1.c.$ & $22^{æ}.q.35.1.1^{m}.$ & $q.125.1.o.$ & $q.127.1.o.$ & $158.1.o.$ & $2.c.1^{m}.$

47 Omnis passio animæ, secundum Stoicos est mala: non autem secundum Peripateticos, $12^{æ}.q.24.2.o.$ & $q.59.2.3.o.$ & $22^{æ}.q.123.10.c.$ & $q.158.1.1^{m}.$ & $3^{a}.q.1.5.4.2^{m}.$ & $q.46.6.2^{m}.$

48 Omnis passio animæ secundum Stoicos scilicet inordinata, tollit, vel diminuit bonitatem actus: sed secundum Peripateticos aliqua, id est moderata, auget eam: sicut etiam actus membrorum, $12^{æ}.q.24.3.o.$

49 Omnis passio animæ, præueniens iudicium rationis, diminuit bonitatem actus: sed passio consequens per redundantiam est signum melioris actus: per electionem autem, facit actum meliorem, $12^{æ}.q.24.3.1^{m}.$ & $q.77.6.2^{m}.$ & $q.59.2.3^{m}.$ & $22^{æ}.q.2.10.c.$

50 Passio præueniens iudicium rationis, diminuit peccatum: sequēs vero auget peccatum, vel significat auctum, $12^{æ}.q.24.3.3^{m}.$ & $q.47.2.c.$ & $q.77.6.o.$

51 Passio totaliter tollens vsum rationis, totaliter excusat à peccato: nisi fuerit voluntaria in sua causa, non autem alia, $12^{æ}.q.77.7.o.$ & $8.3^{m}.$

52 Nulla inclinatio passionis vel habitus, ita vehemens est, quod ei ratio non possit resistere, si remaneat vsus rationis, $12^{æ}.q.10.3.o.$ & $q.77.7.8.c.$ & $q.80.3.o.$ & $22^{æ}.q.155.3.3^{m}.$ & $q.156.1.c.$ & quæst. $175.2.2^{m}.$

53 Anima Christi fuit passibilis dupliciter, scilicet passione corporali, & passione animali, sicut & anima nostra, $3^{a}.q.15.4.c.$ & $o.c.3^{m}.$

54 Tota anima Christi, secundum essentiam, & secundum omnes potentias eius, secundum quod sunt in essentia animæ, patiebantur: non autem ex parte obiecti, nisi potentiæ inferiores, $3^{a}.q.46.7.o.$

55 Passiones in anima Christi, non ferebantur ad illicita, nec præueniebant actum rationis: nec impediebatur iudicium rationis, sicut fit in nobis, $3^{a}.q.15.4.o.$ & $6.c.$ & quæstio. $17.2.c.fi.$ & quæ. $46.7.3^{m}.$ & $q.48.o.2^{m}.$ & $q.49.4.3^{m}.$

56 Passio Christi fuit bona simpliciter, & mala secundum quid, $3^{a}.q.22.2.2^{m}.$ & $q.47.3.3^{m}.$ & $4.2^{m}.$ & $6.3^{m}.$

57 Acerbitas passionis Christi causabat in eo timorem, tristitiam, & dolorem, $3^{a}.q.7.6.o.$ & $q.15.7.o.$

58 Passio Christi fuit necessaria, non quidē absolute, nec ex coactione, sed ex triplici fine, scilicet liberationis nostræ, exultationis Christi, & prædiffinitionis Dei, $3^{a}.q.46.1.o.$

59 Possibile fuit Deo, liberare hominem, sine passione Christi: si nō præsupponatur præscientia eius, $3^{a}.q.46.2.o.$ & $q.56.1.2^{m}.$

60 Non fuit alius modus cōuenientior redemptionis nostræ, quàm per passionem Christi, $3^{a}.q.46.3.o.$

61 Liberatio hominis per passionē Christi, fuit maioris misericordiæ & iustitiæ, quàm si Deus remisisset peccata, sine satisfactione, $3^{a}.q.46.1.3^{m}.$

62 Christus fuit passus conuenienti tempore, scilicet luna quintadecima, hora sexta, in iuuentute, $3^{a}.q.46.9.o.$ & $10.c.$

63 Christus passus est in loco conuenienti, scilicet in Hierusalem, quadruplici ratione: scilicet quia primo Hierusalem erat locus à Deo electus, ad sacrificia sibi offerenda, figurantia Christi passionem: secundo quia virtus passionis Christi, ad totum mundum erat diffundenda, & Hierusalem erat in medio terræ, vnde dicitur vmbilicus terræ: tertio quia hoc maxime conueniebat humilitati Christi, quod in loco tam celebri, confusionem pati non recusauit: quarto vt ostenderet à principibus populi exortam esse iniquitatem occidētium Christum, qui principes in Hierusalem morabantur. Et passus est extra portam, triplici ratione: scilicet primo vt veritas responderet figuræ, qua vitulus & hircus pro peccato, extra castra comburebantur: secundo vt per hoc daret exemplum nobis, exeundi à mundana conuersatione: tertio ne Iudæi subtraherent sacrificium, salutare, nec putares pro illa tantum plebe oblatum secundum Chrysost. nec in templo passus est, sed in caluaria, $3^{a}.q.35.7.1^{m}.$ & $q.46.10.o.$ & $q.83.3.1^{m}.$

64 Passio Christi conuenienter incepit à Iudæis, & finita est à gentilibus: sicut etiam effectus eius, $3^{a}.q.47.4.o.$

65 Passio Christi attribuitur suppositō diuino, non quidem rationē naturæ diuinæ, sed naturæ humanæ, $3^{a}.q.46.12.o.$

66 Christus passus est non quidem ab intrinseco, sed ab extrinseco, omnes passiones: non quidem omnes secundum speciem, sed secundum genus tripliciter, scilicet ab omni homine, in omni re, & secundum omnem sensum, $3^{a}.q.46.5.o.$ & $q.48.2.c.$

67 Pater tradidit Christum passioni ex charitate: similiter ipse Christus vt Deus & vt homo: sed Iudas ex cupiditate, Iudæi ex inuidia: Pilatus autem ex timore, $3^{a}.q.47.1.o3$ & $6.2^{m}.$

68 Passio Christi vt saluatiua, erat volita Deo & sanctis: Iudæis autem, vt erat afflictiua Christi, $3^{a}.q.18.5.c.$ & $q.47.6.3^{m}.$

69 Passio Christi fuit ei voluntaria, & subiecta suæ voluntati, $3^{a}.q.46.6.9.c.$ & $q.47.1.o.$

70 Christus, & mater eius, & quilibet sanctus, volebat voluntate deliberata passionem Christi: licet voluntas naturalis dissentiret, $3^{a}.q.156.4^{m}.$ & $q.18.5.c.$ & $q.23.8.5^{m}.$ & $q.47.1.o.$ & $2.c.2^{m}.$ & $6.3^{m}.$

71 Omnes actiones & passiones Christi, operebantur instrumentaliter,

taliter, in virtute diuinitatis: ad salutem humanam, $3^{a}.q.48.6.c.$ & $q.49.1.c.fi.$ & $q.56.1.3^{m}.$

71 Passio Christi, ratione diuinitatis eius, agit per modum efficientiæ, ratione voluntatis animæ eius, per modum meriti: & in carne Christi: per modum satisfactionis, inquantum liberamur à reatu pœnæ, vt à seruitute culpæ: per modum redemptionis, & vt reconcilians nos Deo, per modum sacrificij, $3^{a}.q.48.6.3^{m}.$ & $q.62.5.c.$

72 Christus per passionem suam, meruit nobis salutem æternam, $3^{a}.q.46.3.c.$ & $q.48.1.o.$ & $6.3^{m}.$ & $q.49.1.c.$ & $q.50.6.c.$ & $q.56.1.4^{m}.$ & $2.4^{in}.$ & $61.1.2^{m}.$ & $q.62.5.o.$

73 Per passionem Christi omnia impedimenta salutis ablata sunt, & omnia bona sunt nobis data, quo ad meritum, $3^{a}.q.48.1.2^{m}.$

74 Passio Christi habuit aliquem effectum: quem non habuerunt præcedentia merita, propter genus operis: non autem propter maiorem charitatem, $3^{a}.q.48.1.3^{m}.$ & $q.49.6.2^{m}.$

75 Christus per passionem suam meruit exaltari quadrupliciter, scilicet per resurrectionem, ascensionem, sessionem ad dexteram patris, iudiciariam potestatem, $3^{a}.q.49.6.o.$

76 Nullus peccati remissio, nec salus, potest fieri, nisi per passionem Christi, $3^{a}.q.69.1.2^{in}.$ & $q.73.5.c.$

77 Vna minima passio Christi sufficisset pro omni peccato, $3^{a}.q.46.5.3^{m}.$ & $6.6^{m}.$

78 Christus sua passione, nos à peccatis liberauit causaliter, id est, instituit causam, qua possent quæcunque & quandoque peccata remitti, $3^{a}.q.49.1.3^{m}.$

79 *Passio Christi est causa vniuersalis in remissione peccatorum: quam oportet singulis applicari, per baptismum, pœnitentiam, & alia sacramenta, $3^{a}.q.49.1.4^{m}.$ & $q.52.1.2^{m}.$ & $8.2^{m}.$ & $q.61.1.2^{m}.$ & $q.62.5.6.c.$ & $q.69.1.3^{m}.$

80 Passio Christi est propria causa remissionis peccati tripliciter scilicet prouocando ad charitatem, redimendo, & instrumentaliter operando, $1^{a}.q.56.2.4^{m}.$ & $q.79.3.c.$ & $3^{a}.q.49.1.o.$ & $2.3.c.$ & $4.c.2^{m}.$ & $5.c.$ & $q.52.5.c.$ & $q.56.2.4^{m}.$ & $q.6.2.5.c.$ & $q.69.1.2^{in}.$ & $3^{m}.$ $q.79.3.c.$

81 Per passionem Christi liberati sumus de potestate diaboli, victi per humilitatem, obedientiam, & pœnam Christi: & satisfaciendo pro culpa, fecit nos coniunctos, domesticos, & filios Dei: ideo passio eius dupliciter habet rationem redemptionis, scilicet quia inquantū passio Christi est causa remissionis peccatorum: inquantum nos Deo reconciliauit: & inquantum in passione Christi, diabolus excessit modum potestatis sibi traditæ à Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato, $3^{a}.q.48.4.c.$ & $q.49.2.o.$

82 Passio Christi, vt à voluntate eius, fuit satisfactio pro omni peccato, etiam occidentium eum: non autem vt ab alio, secundū se, $3^{a}.q.22.1.2^{m}.$ & $3.c.$ & $q.49.5.3^{m}.$ & $q.48.2.2^{m}.$ & $q.49.4.3^{in}.$ & $q.57.6.2^{in}.$ & $q.69.3.c.$ & $7.1^{m}.$

83 Passio Christi fuit quasi pretium, per quod liberati sumus à seruitute diaboli, peccati, & pœnæ, $3^{a}.q.48.4.c.$

84 Per passionem Christi, liberati sumus à peccato communi totius naturæ, quo ad culpam, quo ad reatum pœnæ, & à propriis peccatis singulorum, $3^{a}.q.49.5.c.$ & $q.52.5.c.2^{in}.$ & $q.86.4.3^{in}.$

85 Passio Christi sufficienter abstulit peccatum originale, quo ad personam, & quo ad naturam, $3^{a}.q.49.5.c.$

86 Christus pariendo, omnia præcepta veteris legis moralia, cerimonialia, & iudicialia impleuit, $3^{a}.q.47.2.1^{m}.$

87 Nunquam sine fide passionis Christi, potuit esse salus: ideo semper oportuit esse aliquod repræsentatiuum eius hominibus, $3^{a}.q.73.5.c.$

88 Passio Christi efficienter operata est nostram salutem, vt causa instrumentalis: sed Deus vt causa principalis, $1^{a}.q.48.6.o.$ & $q.49.1.c.$

89 Passio Christi est causa salutis omnium: sed applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos: sicut & viuis per sacramenta, $3^{a}.q.52.1.2^{m}.$

90 Passio Christi non saluat, nisi configuratos, $12^{æ}.q.85.5.2^{m}.$ & $3^{a}.q.49.1.4^{m}.$ & $3.2^{m}.$ & $3^{m}.5.c.$ & $q.52.1.2^{m}.$ & $7.8.c.$ & $q.79.2.1^{m}.$ & $7.2^{m}.$

91 Per passionem Christi & per mortem eius, reconciliati sumus Deo patri, $3^{a}.q.48.4.c.$ & $q.49.2.c.$ & $4.o.$

92 Per passionem Christi tripliciter sumus liberati de potestate diaboli, scilicet quia inquantū passio Christi est causa remissionis peccatorum: inquantum nos Deo reconciliauit: & inquantum in passione Christi, diabolus excessit modum potestatis sibi traditæ à Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato, $3^{a}.q.48.4.c.$ & $q.49.2.o.$

93 Per passionem Christi, dupliciter sumus liberati à reatu pœnæ, scilicet vel directe, inquantum passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccato humani generis: exhibitā autem satisfactione sufficienti, tollitur reatus pœnæ: vel indi-

recte inquantum passio Christi, est causa remissionis peccatis in quo fundatur reatus pœnæ, $3^{a}.q.22.3.c.$ & $q.48.6.3^{m}.$ & $q.49.3.o.$ $52.5.c.$ & $q.86.4.3^{m}.$

94 Passio Christi operata est nostram salutem proprie remouendo mala, sed resurrectio eius, inchoando bona & exemplariter, $3^{a}.q.53.1.3^{m}.$ & $q.56.1.4^{m}.$ & $2.4^{in}.$ & $q.62.5.3^{in}.$

95 Christus per passionem suam, initiauit ritum Christianæ religionis, $3^{a}.q.62.5.c.$ & $q.63.3.c.$

96 Christus per passionem suam, aperuit nobis ianuam cæli: sed per ascensionem suam, introduxit nos in possessionem eius, $3^{a}.q.49.5.o.$ & $q.79.2.c.1^{m}.$

97 Christus per passionem suam, cōsecutus est gloriam resurrectionis: non autem ex vi sacrificij, quod offerretur per modum satisfactionis: sed ex deuotione, qua ex charitate humiliter passionem sustinuit, $3^{a}.q.22.4.2^{in}.$

1 PASTOR ecclesiæ & fundamentum eius principaliter dicitur Christus: secundario autem cæteri prælati, $3^{a}.q.8.6.3^{in}.$

1 PATER. & IN DIVINIS. & prius dicitur de Deo, quàm de creatura, $1^{a}.q.33.2.4^{m}.$

2 Paternitas in Deo & creaturis, non est eiusdem rationis vniuoce, sed analogice, $1^{a}.q.31.3.3^{m}.$

3 Pater prius dicitur personaliter, quàm essentialiter, $1^{a}.q.33.3.o.$

4 In diuinis essentia est pater, si pater teneatur substantiue, non autem si teneatur adiectiue, $1^{a}.q.39.5.5^{m}.$ & $6.c.$

5 Pater est magis proprium nomen personæ patris, quàm genitor vel generans, $1^{a}.q.33.2.o.$ & $q.40.2.c.$ & $3^{a}.q.60.7.2^{m}.$ & quæ. $66.5.7^{m}.$

6 Pater eodem, id est, paternitate, est quis, & pater, $1^{a}.q.40.3.2^{m}.$

7 Paternitas est in angelis, secundum actus hierarchicos: sicut magister est pater discipuli, $1^{a}.q.45.5.1^{m}.$

8 PATRES CONSCRIPTI dicebantur olim consiliarij, quia scribebantur, $1^{a}.q.24.1.c.$

1 PATIENTIA dicitur dupliciter. s. habitus, & delectatio in actu eius: primo modo est virtus, sed secundo modo est fructus, $22^{æ}.q.136.1.3^{m}.$

2 Patientia est virtus, conseruans bonum rationis contra tristitiam, $12^{æ}.q.66.4.2^{m}.$ & $22^{æ}.q.128.c.$ & $q.136.2.o.$ & $5.c.$

3 Pati tristia ad malum finem, non est proprie patientia: sed est duritia, $22^{æ}.q.136.1.2^{m}.$

4 Patientia non est potissima virtus, sed est inferior omni virtute theologica & cardinali, $12^{æ}.q.66.4.2^{m}.$ & $22^{æ}.q.136.2.o.$

5 Ad patientiam pertinet longanimitas & constantia: inquantum dilatio boni, quæ est longanimitatis, & labor in continua executione boni, habent rationem mali contristantis, $22^{æ}.q.136.5.c.$

6 Patientia est radix & custos virtutum, solum remouendo prohibens, $22^{æ}.q.136.2.3^{m}.$

7 Patientia, vt virtus, non potest haberi sine charitate & gratia, $22^{æ}.q.136.3.o.$

8 Patientia est in concupiscibili subiectiue, $22^{æ}.q.136.4.2^{m}.$

9 Actus patientiæ in patria, non est sustinere, sicut est in via: sed est frui bonis acquisitis per eam, $22^{æ}.q.136.1.1^{m}.$

1 PAVLVS erat instructus in propria lingua, quo ad superadditā per artem humanam ad ornatum & elegantiam locutionis: nō autem in lingua aliena, $22^{æ}.q.176.1.1^{m}.$

2 *Paulus in sua conuersione, habuit voluntatem actualem contrariam gratiæ, ideo celebratur vt miraculosa, $12^{æ}.q.9.6.3^{m}.fi.$ & $q.112.2.2^{m}.$ & $q.113.10.c.$

3 Paulus in sua conuersione vidit Christum corporaliter, $3^{a}.q.57.6.3^{m}.$

4 Paulus præfert se & alios apostolos, Moysi, $22^{æ}.q.174.4.3^{m}.$

5 Paulus vere, ac iuste reprehendit Petrum in obseruatione legalium: quia cogebat gentes, non quidem imperio, sed suæ conuersationis exemplo, iudaizare: quia secundum quod Leo papa dicit, validiora sunt exempla, quàm verba, $12^{æ}.q.103.4.2^{m}.$ & $22^{æ}.q.33.4.2^{m}.$ & $q.43.6.2^{in}.$

6 Paulus allegat verbum Arati poetæ. s. genus Dei sumus: & in ipso viuimus, mouemur, & sumus, $1^{a}.q.1.8.2^{m}.$

7 Epistolæ eius, & psalmi Dauid, frequentantur in ecclesia, ad spem veniæ: & quia continent quasi totam theologiam, $3^{a}.q.83.4.c.$ principio.

1 PAVPERTAS spiritus, includit duo. scilicet abdicationem temporalium rerum, quæ fit spiritu, id est, propria voluntate, per instinctum spiritus sancti (vt Ambrosius & Hieronymus exponunt) & contritionem superbiæ, secundum quod paupertas spiritus intelligi potest exinanitio inflati & superbi spiritus (vt Augustinus exponit,) $22^{æ}.q.19.12.c.$

2 Paupertas voluntaria commendatur, $3^{a}.q.40.3.o.$

3 Paupertas voluntaria est indicium maximæ humilitatis, $22^{æ}.q.19.12.c.$ & $3^{a}.q.40.3.3^{m}.$

4 Christus voluit esse pauper quadruplici ratione: primo quia paupertas

paupertas voluntaria conuenit prædicatori:secundo ne videretur prædicare ex cupiditate: tertio vt nos faceret diuites spiritualiter:quarto vt virtus Dei maior ostenderetur,3^{a}.q.35.7. c.&q.40.3.o.

1 PAX est tranquillitas ordinis,maximè in voluntate, 12^{e}.q.70. 3.c.& 22^{e}.q.29.o.
2 Pax non est virtus,sed est effectus virtutis. s. charitatis, 22^{e}.q.29. 3.4.o.
3 De ratione pacis est duplex vnio. s. diuersorum appetentium: & appetitiuum eiusdem appetentis, & respectu eiusdem appetibilis,22^{e}.q.29.o.
4 Pax includit concordiam,addens vnionem eiusdem appetentis, vltra vnionem diuersorum appetentium, quam dicit concordia,22^{e}.q.29.1.c.
5 Perfectio gaudij est pax,quo ad duo importata per pacem, scilicet quo ad quietem à perturbantibus, & quo ad sedationem à fluctuatione desiderij,12^{e}.q.70.3.c.
6 Pax reipublicæ,est secundum se bona, & multo plura prohibet, scilicet homicidia,sacrilegia,& huiusmodi,quàm occasionentur ex ea,& plures bene ea vruntur,22^{e}.q.12.3.5.3^{m}.
7 Paci opponuntur multa vitia,scilicet discordia in corde,contentio in ore,schisma,rixa,& bellum in opere,22^{e}.q.34.37.39. prin.
8 Christus in otru suo fecit pacem totius mundi:vt significaret veram pacem,3^{a}.q.35.8.1^{m}.
9 Pax causatur ex iustitia, subtrahendo occasiones litigiorum, & tumultuum,22^{e}.q.29.3.3^{m}.& q 180.2.2^{m}.
10 Omnia appetunt pacem,22^{e}.q.29.2.o.
11 Pax perfecta est tantum in beatis:sed pax imperfecta est in viatoribus,22^{e}.q.29.2.4^{m}.
12 Pax vera est tantum in bonis,& bonorum:apparens autem est in malis,22^{e}.q.29.2.3^{m}.
13 Pax vera non est in nobis,sine gratia gratum facientè, sed tãtum pax apparens,22^{e}.q.29.3.1^{m}.

1 PECCARE est voluntate auerti à Deo,1^{a}.q.94.1.c.
1 PECCATOR dicitur dupliciter.s.propter peccatum præteritum, & propter propositum peccandi,3^{a}.q.68.4.c.

1 PECCATVM est actus deuians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, vel legis æternæ, 1^{a}.q.63.1.c.& 12^{e}.q.21.1.o.& 2.2^{m}.& q.71.6.c.1^{m}. &3^{m}. & q. 72.1.c.2^{m}. & 22^{e}.q. 162.1.c.& q.168.4.c.
2 *Peccatum non est pura priuatio,12^{e}.q.72.1.2^{m}.& q.75.1.c.1^{m}. & q. 85.5.3^{m}.
3 Peccatum nihil aliud est, quam deficere à bono, quod conuenit alicui, secundum naturam suam,12^{e}.q.109.2.2^{m}.& 8.c.
4 Omnis defectus debiti actus habet rationem peccati, 22^{e}.q.64. 1.c.
5 Peccatum nihil aliud est,secundum Augustinum,quàm de negletis rebus æternis temporalia sectari, 12^{e}.q.71.6.2.3.3^{m}.& 22^{e}.q. 104.3.c.
6 Peccatum nihil aliud est:quàm vtendis frui,& fruendis vti,secũdum Augustinum,12^{e}.q.71.6.a.3.3^{m}.
7 Peccatum est dictum,vel factum,vel concupitum, contra legem æternam,secundum Augustinum,12^{e}.q.71.6.o.& q.76.2.1^{m}.
8 Omne quod est contra naturalem inclinationem, est peccatum: quia contrariatur legi naturæ,22^{e}.q.133.1.c.& q.142.1.c.
9 Peccatum est præuaricatio legis diuinæ,& cœlestium inobedientia præceptorum,secundum Ambrosium,12^{e}.q.109.4.c.& 22^{e}.q. 79.2.a.1.1^{m}.
10 Peccatum est voluntas retinendi,vel consequendi,quod iustitia vetat,12^{e}.q.71.6.a.2.
11 Omne peccatum est voluntarium,12^{e}.q.71.5.c.& 6.2^{m}.& q.73. 6.c. & q.74.1.2.3.c. & 76.3.c.2^{m}. & 4.c.2^{m}. & q.77.6.c.& q.80.1.c. & q. 87.2.c.& q.88.3.1^{m}.& 22^{e}.q.10.2.c.& q.34.2.4.c.& q.46.2.2^{m}.& q. 64.8.c.& q.118.4.c.
12 Ex hoc est aliquid peccatum,quia repugnat virtuti,22^{e}.q.107.c.
13 In quolibet peccato, est aliquid virtutis, quia non possunt simul corrumpi omnes circunstantiæ virtutis,12^{e}.q,73.2.c.fi.
14 Ratio formalis peccati duplex.s.secundum intentionem peccantis,id est illud,ad quod conuertitur,& secundũ rationem mali, id est bonum à quo recedit:primum diuersificat speciem peccati,non autem secundum,22^{e}.q.10.5.1^{m}.
15 Peccatum nõ dicitur vniuoce,de omni peccato:sed prius de actuali,quam de originali:& prius de mortali,quam de veniali, 12^{e}, q.88.1.1^{m}.&3.1^{m}.
16 Peccatum duplex,scilicet peccatum actuale, & peccatum quasi naturale,3^{a}.q.8.5.1^{m}.
17 Peccare contingit aliquem dupliciter. s. vel in se quo ad actum peccati:vel in sua causa,22^{e}.q.30.1.c.& q.150.1.4.c.& q.154.5.o.
18 *Peccatum duplex,scilicet occultum,& publicum:secundum est corrigendum publice,non autem primum,3^{a}.q.55.1.1^{m}.
19 Peccatum dupliciter cõtingit in actibus humanis,scilicet ex natura facti, vt in malis ex genere,& ex abusu boni,1^{a}.q.48.6.c.
20 Peccatum triplex.scilicet contra Deum,contra se,& contra proximum,12^{e}.q.72.4.o.
21 Peccatum triplex scilicet cordis,oris,& operis,22^{e}.q.162.4.4^{m}.
22 Peccatum dicitur speciale dupliciter,vel quia est circa specialem materiam, vel propter specialitatem actus extendentis se ad omnem materiam,vt omnia vitia circa actum rationis, 22^{e}.q. 54.1.c.& q.99.2.o.
23 Peccatum duplex,scilicet carnale,& spirituale:primum perficitur in delegatione naturali,id est, secundum tactum: secundum verò in delectatione animali, 12^{e}.q.72.2.o. & q.73.5.c.& 22^{e}.q. 118.6.c.
24 Peccatum dicitur carnale dupliciter scilicet secundum consummationem,& secundum originem,primo modo sunt tantum gula & luxuria:secundo autem modo omnia,12^{e}.q.72.2.o.
25 In peccato sunt duo,scilicet pronitas & motiuũ: primum est plus in creatura ignobiliori:secundum autem in nobiliori, 1^{a}.q.63. 7.c.
26 In quolibet peccato sunt duo.s.materiale,id est,substantia actus, & formale,id est,inordinatio eius,12^{e}.q.71.6.c.& q.72.1.8.c.& q. 75.1.c.1^{m}.& 4.1^{m}.& q.79.2.c.& q.87.4.3^{m}.& 6.c.
27 In vno peccato contingit esse multas deformitates, 22^{e}.q.145.1. 2^{m}.
28 In quolibet peccato,necesse est esse defectum circa aliquem actũ rationis,22^{e}.q.54.1.2^{m}.
29 Vna specialis ratio peccati,potest esse in diuersis generibus peccatorum:inquantum ordinantur ad finem vnius peccati, 22^{e}. q.99.2.2^{m}.& 3.2^{m}.& q.107.2.2^{m}.
30 In peccato sunt duo.s.inordinatio actus iniurians Deo,& macula sequens,12^{e}.q.87.4.3^{m}.& 6.o.
31 In quolibet peccato sunt duo,scilicet macula culpæ,& reatus pœnæ, 3^{a}.q.22.3.c.
32 Peccatum in spiritum sanctum,est peccare ex electione mali, & tantum ex malitia, quæ est cum contemptu bonorum impedientium peccatum,22^{e}.q.14.1.3.4.c.& q.105.2.2^{m}.
33 In omni peccato generaliter cõtemnitur Deus,in suis præceptis, sed hoc peccatum,vt speciale peccatum,est contemptus doni, quo homo retrahitur à peccato:non autem peccatum sequens ex eo, 22^{e}.q.118.5.3^{m}.& 3^{a}.q.88.4.c.fi.
34 *Illud peccatum dicitur generale,quod priuat conditionem requisitam in qualibet virtute,sed hoc peccatum est speciale, ratione specialis contemptus,22^{e}.q.14.1.3^{m}.
35 Peccata differunt specie,secundum obiecta: non autem ratione inordinationis,12^{e}.q.72.1.o. & 2.c.3.4.o. & 5.1^{m}.& 8.c.& q.73.5.c. fi.& 1^{m}.& 4.c.& q.79.2.1^{m}.& 22^{e}.q.principio.& q.39.2.c.
36 *Peccata differunt specie,secundum fines, non autem secundum causas agentes,12^{e}.q.72.3.o.& 22^{e}.principio.
37 In peccatis est duplex differentia.s. materialis, id est, secundum naturalem speciem peccati: & formalis,id est,secundum ordinem ad vnum finem proprium,12^{e}.q.72.6.c.
38 *Nullum quod est præter intentionem peccantis, dat speciem peccato,12^{e}.q.72.1.8.c.& 3^{a}.q.88.4.1^{m}.
39 *Circunstantiæ non possunt aggrauare peccatum in infinitum, 22^{e}.q.110.4.5^{m}.
40 Diuisio peccati in peccatum contra Deum,contra se,& cõtra proximum,est specifica:quia est secundum obiecta,12^{e}.q.72.4.o.
41 *Peccata cordis,oris, & operis, non differunt secundum species completas,sed secundum gradus eiusdem speciei, 12^{e}.q.72.7.o. & q.100.5.6.c.& 22^{e}.q.principio.
42 Peccata non differunt specie,secundum præcepta legis:quia non habent speciem ex parte auersionis,sed ex parte conuersionis, 12^{e}.q.72.6.2^{m}.& 9.1^{m}.& q.73.1.c.& 22^{e}.q.10.5.1^{m}.
43 Peccata differunt specie,secundum superabundantiam, & defectum,propter diuersa motiua,& sunt contraria,12^{e}.q.72.8.o.
44 Differentia peccati,secundum mortale & veniale,vel secundum alios reatus,non est specifica,12^{e}.q.72.5.o.& q.88.1.2.o.
45 Peccatum mortale differt à veniali in infinitum ex parte auersionis,non autem ex parte conuersionis,12^{e}.q.72.5.1^{m}.& q.87.5.1^{m}.
46 *Omne peccatum est in voluntate,vt in subiecto,12^{e}.q.74.1.o.
47 Subiectum peccati duplex.s.subiectum primũ.& subiectum proximum.Voluntas est subiectum primum omnis peccati:proximum vero,sunt diuersæ potentiæ,22^{e}.q.10.2.c.
48 Omnis potentia mobilis à voluntate,potest esse subiectum peccati:licet principaliter sit in voluntate, 12^{e}.q.74.2.o.& 3.c. & q. 83.1.c.
49 Peccatum est in voluntate vt in causa,12^{e}.q.74.1.2.o.& q.75.3.c. & q.80.1.c.
50 Voluntas est per se causa actus peccati, sed per accidens causat eius inordinationem,ideſt,præter intentionem,12^{e}.q.75.1.o.
51 In quolibet volente sub Deo,potest esse peccatum voluntatis, si in sua natura consideretur,1^{a}.q.63.1.c.
52 Peccatum nõ potest esse in voluntate,nisi cum ignorantia intellectus, 1^{a}. q.63.1. 4^{m}. & 12^{e}. q.58.2.c. & q.77.2.c. & 22^{e}. q.20.2. o.& q.51

o.& q.53.2^{m}.& q.51.2.c.
52 Peccatum in actu liberi arbitrij,contingit dupliciter,scilicet eligẽdo malum ex ignorantia,vel eligendo inordinate bonum ex inconsideratione,1^{a}.q.63.1.4^{m}.
53 Peccatum essentialiter consistit in actu liberi arbitrij,12^{e}.q.77.6 o.
54 Peccatum est in ratione dupliciter.s.errando circa illud quod potest & debet sciri facta promulgatione, vel non regendo potentias inferiores.12^{e}.q.74.5.6.o.& q.90.4 2^{m}. & 3^{m}.
55 Peccatum mortale & veniale,possunt esse in ratione dupliciter, scilicet secundum se,& secundum quod regit potentias inferiores. 12^{e}.q.74.9.10.o.
56 Peccatum morosæ delectationis,est in ratione dupliciter, vel deficiendo directione interiorum passionum animi,vel in directione exteriorum actuum. Deficit autem in directione passionum dupliciter:primo imperando illicitas passiones, alio modo non reprimendo motus passionum illicitos.12^{e}.q.73.8.c. & quæst. 74. 6.o.
57 Peccatum ipsius consensus in actum est tãtum in ratione superiori,sed consensus in delectationem potest esse in ratione superiori,& inferiori.12^{e}.q.15.4.o.& q.74.7 o.& 8.1^{m}.
58 Non omnis motus sensualitatis primus,id est,naturalis, est peccatum. 12^{e}.q.74.1.o.
59 Sensualitas tenet locum serpentis,quia inclinat ad peccatum.1^{a}.q. 81.1.3^{m}.& 1^{m}. & 12^{e}.q.74.3.ar.2.& 22^{e}.q.165.2.b.& 3^{a}.quæst. 18.2. 3^{m}.
60 In sensualitate potest esse peccatum subiectiue.12^{e}.q.74.3.o.
61 In sensualitate potest esse peccatum veniale,non autẽ mortale. 12^{e}. q.74.3.4^{m}.& 4.o.& q.89.5.c.
62 Obedire imperiõ rationis,& esse subiectum peccati conuenit sensualitati hominis,non autem sensualitati bruti.12^{e}.q.74.3.5^{m}.
63 Peccatum actuale,est in generativa,non sicut in subiecto,sed materialiter:inquantum concupiscibilis,motum eius imperat.12^{e}. q.17 8.3^{m}.
64 Peccatum actuale,non potest esse in parte non obediente rationi, sed bene infectio naturæ.12^{e} q.83.1.c.& 4 2^{m}.
65 *Omnis voluntas sub Deo, potest secundum se habere peccatum. 1^{a}.q.63.1.c.
66 Christus nullum habuit peccatum.3^{a}.q.14.3.o.& q.15.1.o. & 5.1^{m}.& 2^{m}.& q.22.4.1^{m}.
67 Peccatum,vt est actus,habet causam per se:sed ratione inordinationis,habet causam per accidens tantum.12^{e}.q.75.1.o.& 2.4.c.& 1^{m}. q.77.4.c.
68 Non omne peccatum fit ex contemptu, sed quandoque ex ignorantia vel infirmitate.22^{e}.q.162.2.c.1^{m}.& 2^{m}.& q.186.9.2.3^{m}.& 3^{a}. q.88.4.c.
69 Causa primi peccati non est malum,sed bonum, scilicet voluntas cum absentia alterius boni,scilicet regulæ rationis,vel legis diuinæ.1^{a}.q.49.1.1^{m}.& 3^{m}.& q.63.1.4^{m}.& 12^{e} q.75.1.c & 3^{m}.& 22^{e}.q. 163.1.2. c.
70 Non omne peccatũ fit ex contemptu,sed quandoque ex ignorantia vel infirmitate, sed peccãdi consuetudo implicat Dei contẽptum,12^{e}.q.105.2.9^{m}.& 22^{e}.q.162.2.c.1^{m}.& 2^{m}.
71 Quod aliquis non possit vitare peccatum, potest intelligi dupliciter,scilicet vel quia confirmatus est in malo,vel quia diu perisiste re non potest quin ruat in peccatum.12^{e}.q.109.8.o.
72 Principium peccati duplex,scilicet primum & vniuersale.i. voluntas,& principium proprium & proximum.s.aliæ potentiæ. 22^{e}.q. 10.2. c.
73 Voluntas est causa alicuius dupliciter.s per se,id est, imperando:& per accidens peccati,id est,non impediendo, vel non reprimendo cum possit:& sic est causa peccati primorum motuum.12^{e}.q. 154.5.c.prine.
74 Propria & per se causa peccati,est voluntas:aliæ vero causæ, sunt quasi extrinsecæ & remotæ.12^{e}.q.73.6.c & q.80.1.c.3^{m}.
75 Nihil exterius est causa sufficiens peccati: sed tantum suadens vel mouens appetitum sensitiuum.1^{a}.q.115.4.c.& 2^{e}.q.73.8.3^{m}.& q. 75.3.o.& q.80.1 3 o.& 22^{e}.q.43.1.3^{m}.& q.7.c.2^{m}. & q 115. 2.1^{m}. & 2^{m}.
76 Aliquis potest sufficienter impelli à dæmone in actum peccati,non autem in peccatum.12^{e}.q.80.3.o.
77 Aliquis quandoque committit aliquod peccatum secundum effectum,& non secundum affectum.22^{e}.q.162.2.2^{m}.
78 Causa interior peccati duplex.s.proxima.1 ratio & voluntas,& causa remota.s.imaginatio & appetitus sensitiuus.12^{e}.q.75.2.o.& 3.c. & 22^{e} q.10.2.o.
79 Sciens peccat,nõ cõsiderando in particulari vel in actu,quod sit in vniuersali vel in habitu,vnde dicitur quis ex certa malitia,vel ex industria peccare,quasi scienter malum eligens.12^{e}.q.78.1.c.fi
80 Causa peccati triplex.s.motiuum.i.bonum apparens, defectus regulæ, & perficiens:primum pertinet ad sensus & ad appetitum sensitiuum:secundum ad rationem:tertium autem ad voluntatem, 12^{e}.q.75.1 2 3.c.
81 Causa efficacissima peccati duplex.s.amor bonorum temporalium, & timor pœnæ.12^{e}.q.77.4.c.3^{m}.
82 *Propria & per se causa peccati,est ex parte conuersionis ad commutabile bonum 12^{e}.q.75.1.c.& q.77.4.c.& 6.1^{m}.& 8.2^{m}.& q.48.1. 1^{m}.
83 Causa peccati triplex.s.passio,habitus vitiosus,& falsa æstimatio de particulari eligibili,ex passione,habitu,vel ignorantia.22^{e}.q. 14. 1 c.fi.
84 Inclinatio ad peccatum est duplex.s.per se,vt habitus & dispositio ex peccato:& per accidens.s.remouendo originalẽ iustitiã.i.peccatũ originale.*Nec tamẽ debet dici,quòd peccatum originale sit habitus infusus,aut acquisitus per actum,nisi primi parentis, nõ autem huius personæ:sed per vitiatã originem renatus.12^{e}.q. 82. 1.ter.& 2.2^{m}.
85 Omne peccatum contingit ex defectu scientiæ in vniuersali, vel in particulari,in habitu vel in actu,ex intentione vel occupatione, vel infirmitate,vel passione.12^{e}.q.77.2.c.
86 Origo peccatorum attenditur secundum inclinationem ad finem, quæ est ex parte conuersionis.12^{e}.q.73.3.3^{m}.
87 Vnum peccatum est causa alterius peccati, in quadruplici genere causarum.s.in genere causæ efficientis,materialis,finalis, & formalis.12^{e}.q.75.4.o.& 84.o.
88 Vnum peccatum potest oriri ex diuersis peccatis, sed principalius, ex quo sæpius consueuit, propter propinquitatem ad finẽ eius. 22^{e}.q. 72.4.c.
89 Ex minori vitio potest oriri maius peccatum, sicut ex ira homicidium & blasphemia.2^{a}.q.73.3.3^{m}.
90 Homo non dedit facere vnum peccatum,vt viret aliud peccatum. 22^{e}.q 113.1.3^{m}.
91 Quia per operationes sensus homo peruenit ad actũ rationis:ideo plures sequuntur inclinationes naturæ sensitiuæ,quàm ordinem rationis:plures enim sunt qui assequuntur principium rei,quam qui ad consummationem perueniũt:ex hoc autem vitia & peccata in hominibus prouenium quod sequuntur inclinationem naturæ sensitiuæ,contra ordinem rationis.1^{a}.q.49.3.5^{m}.& q.115.4.in corpore,& 12^{e}.q.71. 2.tert.
92 Natura humana,magis corrupta est per peccatum, quo ad appetitum boni,quàm quo ad cognitionem veri 12^{e}.q.109.2.3^{m}.
93 *Peccata hominũ,sunt impedimẽta humani boni.1^{a}.q. 63. 1.1^{m}.fi.
94 Peccatum cedit in bonum hominis,non quidem secundum se, sed quia homo fit humilior, & cautior ex peccato suo & aliorũ. 12^{e}. q.87.2 1^{m}.& 1^{m}.
95 Priuatio modi,speciei,& ordinis.vt sunt in bono virtutis & gratiæ, sunt effectus peccati,non autem in aliis.12^{e} q.85.4.o.
96 Homo peccando recedit ab ordine rationis:ideo perdit dignitatẽ humanam,& incidit in seruitutem bestiarum.22^{e}.q 64.2.3^{m}.
97 In quolibet peccato est aliquid virtutis:quia non potest corrũpere omnes circunstantias virtutis.12^{e}.q.73.c.fi.
98 Peccatum singularis personæ,non nocet,nisi sibi.3^{a}.q.19.4.1^{m}.& q. 82.6.3^{m}.
99 Peccatum non nocet Deo,licet sit contra Deum.12^{e}.q.2.4.1^{m}.& q. 47.1.1^{m}.& q.73 7.1^{m}.& 22^{e}.q.88 2.c.
100 Peccatum transit actu,& manet effectu.s.reatus maculæ, & offensę Dei.12^{e}.q.109.7.c.& q. 13 2.3^{m} & 3^{a} q.62.2.fec.& 5.c.& q.89.4.1^{m}.
101 Vulnus quadruplex causatur in anima:primo ex peccato Adæ, sed consequenter ex aliis peccatis.s.infirmitas in intellectibili,concupiscentia in concupiscibili,ignorantia in ratione,& malitia in voluntate,ad quæ sequuntur alia duo.s.dolor & mors.12^{e}.q 85.3 o. &.5.c.
102 Peccatum dupliciter deprimit s premendo ne videantur superiora,sed infirma,& humiliando.12^{e}.q 87.2.1^{m}.
103 Homo per peccatum incurrit triplex detrimentum.s.decordinationẽ mentis,reatũ pœnæ,& debilitatem boni naturalis.12^{e}. q. 109. 7.c.& 3^{a}.q 22.3 c.
104 Obligatio duplex causatur ex peccato s.seruitus diaboli,& reatus pœnæ.3^{a}.q.48.4.c.3^{m}.
105 Grauitas peccati,principaliter est ex obiecto,seu fine.12^{e}.q.73.3.c. & q.4.5 9.c.& q.74.9.c.& 22^{e}.q 74 2.1^{m}.
106 Grauitas & species peccati magis attenditur ex fine,quàm ex materiali obiecto 22^{e}.q.74.2.1^{m}.
107 Ratio principalis grauitatis peccati,est ex auersione à Deo.12^{e}.q. c.73.3.2^{m}.& 5.c. & q 77. 6. 1^{m}.
108 Quantitas peccati non mensuratur ex nocumento facto, sed ex voluntate contra agentis.22^{e}.q.13.3.1^{m}.
109 Grauitas peccati duplex,scilicet ex parte peccati,& ex parte peccantis ex maiori contemptu.22^{e}.q.94.3.c.& q.116.2. 2^{m}. & q. 142. 3.c.& 3^{a}.q.80.5. c.
110 Grauitas peccati duplex.s.secũdum speciem, quæ est ex obiectio, & secundum circunstantiam. 22^{e}.q.10.3.1^{m}.& q.39.2.c.& q. 163.3. 4.c & 3^{a}.q. 0.5.c.
111 Defectus debitæ circunstantiæ aggrauat peccatum, & appositio eius alleuiat ipsum,12^{e}.q.73.7.o.

Universidad de Deusto Biblioteca

112 Peccata verborum maxime ex effectu,&intentione loquentis,pẽsanda sunt.22ᴱ.q.72.2.c.3ᵐ.&q.73 2.c.& q.75.1.c.& q.76.3.c.fi.

113 Grauitas peccati triplex.f.ex materia vel obiecto ex parte peccantis,& ex effectu consequente 22ᴱ.q.148.1.o.

114 Grauitas peccati magis attenditur in abusu rei,quàm in omissione debiti vsus.1ª.q.48 6.c.& 22ᴱ.q.155.1.2.4ᵐ.

115 Grauitas peccatorum in proximũ,est per se ex maiori nocumento,scilicet contra maius bonũ, sed per accidens ex deliberatione.22ᴱ q.34.4.o.& q.73.3.c.& q.74 2 c.& q.154.3.o.

116 Non omnia peccata sunt æqualia in grauitate 12ᴱ.q.73 2.o.

117 Gradus quadruplex grauitatis peccati f.per passionẽ,ignorantiã, malitiam,& contumaciam.12ᴱ.q.105.2.9ᵐ.& 22ᴱ.q 162.2.c.1ᵐ. & 2ᵐ.& q.186.9.3ᵐ.&3ª.q.88.4.c.

118 Peccata quæ consistunt in actuali contemptu Dei, sunt grauiora peccatis in quibus non est contemptus Dei, nisi ex consequenti & quasi interpretatiue.12ᴱ.q.73.8.2ᵐ.

119 Peccatum in quo Deus in seipso cõtinetur,est grauissimũ:post, in quo contẽnitur in sacramẽtis,præcipue in eucharistia : tertio in mẽbris suis : quarto in præceptis suis,quod commune est omni peccato mortali.22ᴱ.q.10.3.o.& q.21.1.1ᵐ.& q.39.2.c. & q.110. 2.c. & q.148 3.c.& q.150.3.c & q.154.3.c.3ᵐ.&3ª.q.80.5.c.

120 Peccatum in spiritum sanctum est grauissimum.22ᴱ.q.14.3.o.& q. 21.1 4.o.& q.130.2.o.& q.133.1.c.

121 Peccata opposita virtutibus theologicis,sunt cæteris grauiora,secundum genus suum.22ᴱ q.20.3.o.

122 Peccatum quanto plus repugnat oppositæ virtuti, tanto est grauius 22ᴱ.q.116.2 c.& q.119.3 c.

123 *Maximum peccatum, opponitur maximæ virtuti,principaliter & directe:sed minimum extenſiue.12ᴱ.q.73.4.o.

124 Omne peccatum opponitur prudentiæ,sed non est grauissimum, nisi opponatur in aliquo maximo.22ᴱ q.55.1.3ᵐ.& q.119.1.3ᵐ.

125 Peccata contra præcepta primæ tabulæ,sunt cæteris grauiora.12ᴱ. q.110.6.c.

126 Quanto voluntas est maior vel finis peior,tanto peccatum est grauius:in aliis autem causis peccati est oppositum.12ᴱ.q. 73.6.o.

127 Grauitas peccati, est maior de maiori bono quod corrumpitur, vel contemnitur,minor autẽ de maiori bono quod amatur. 12ᴱ. q.100.6.c.& 22ᴱ.q.39.2.c.& q.105.2.c.& q.118.5.c.1ᵐ.& quæstio. 150. 3.c.

128 In quolibet genere peccati,grauius est quod fit ex habitu,quia fit ex maiori libidine.22ᴱ.q.156 3.c.

129 Peccata carnalia sunt minus grauia,licet turpiora quàm spiritualia.12ᴱ.q.73.5.o.& 12ᴱ.q.116.2.2ᵐ.& q.142.4.2ᵐ.& q.144.2.4ᵐ.& q. 154 3.c.& q.162.6.3ᵐ.

130 Grauius est peccare opere quàm ore,& ore quàm corde.12ᴱ.q.100. 6.c.fi.

131 Nocere sibi est grauius peccatum quàm nocere proximis,in renõ subiecta voluntati.f.in naturalibus vel spiritualibus : in aliis autem econuerso.12ᴱ q.73.9.2ᵐ.

132 Nocumentum intentum vel præuisum,vel per consequens peccatum,aggrauat illud directe, non autem si per accidens cõsequatur, sed imputatur ei ad pœnam,si dabat operam rei illicitæ,propter negligentiam considerandi.12ᴱ.q.73.8. o.

133 Peccatum aggrauatur ex conditione personæ,contra quam peccatur tripliciter:primo si sit cõiuncta Deo,virture,vel officio:secũdo si sit sibi coniũcta natura,vel beneficio,vel aliter : tertio si sit coniuncta proximo,tangendo plures,vt persona publica, vel famosa. 11ᴱ.q.73.9.o.& 22ᴱ. q.58.10.5ᵐ. & q.61.2.3ᵐ.& 8.c.& q.63.4. 2ᵐ.& q.65.4.o.& 3ª.q.80.5 c.

134 Dignitas personæ peccantis,non transfert peccatum in aliam speciem,nisi ratione inobedientiæ vel voti,& huiusmodi,12ᴱ. q. 89. 3.c.& q.110.4.5ᵐ.

135 Excellẽtia personæ peccantis aggrauat peccatum ex deliberatione,sed alleuiat peccatum ex surreptione.12ᴱ.q.73.10.o & q.93.3. 5. c.& q.102.3.1ᵐ.& 22ᴱ.q.100.1.7ᵐ.

136 Omne peccatum contra proximum,est etiam contra Deum. 12ᴱ. q.72.4.o.& 22ᴱ q.105.2.c.

137 Homo grauius peccat post dationem legis Moysis,quàm ante.12ᴱ. q.98 1.2ᵐ.

138 Homo grauiꝰ peccat in noua lege,quàm in lege veteri.12ᴱ.q.106. 2.2ᵐ.

139 Baptizatus grauius peccat quàm nõ baptizatus, cæteris paribus, 12ᴱ.q.106 2.2ᵐ.& 22ᴱ.q.10.3. 3ᵐ.

140 Clericus in sacris plus peccat in eodem genere peccati,quàm religiosus non in sacris 22ᴱ.q.184.8 c fi.

141 Peccatum religiosi,grauius est peccato secularis,tripliciter ,scilicet ratione voti,ratione contemptus,& ratione scandali : in aliis autem est econuerso.22ᴱ q.186.10.o.

142 Religiosus peccans ex contemptu,fit pessimus,& maxime incorrigibilis.22ᴱ.q.186 10.3ᵐ.

143 Delere peccatum formaliter,conuenit gratiæ,effectiue principaliter soli Deo,dispositiue insufficienter puro homini,sufficienter Christo,instrumentaliter sacramentis.3ª q.16.11 3ᵐ.

144 Solus Deus remittit peccata per auctoritatem , homines autẽ per ministerium.3ª.q.84.3.3ᵐ.

145 Deus potest remittere peccata sine pœna.22ᴱ.q 67.4.2ᵐ.& 3ª.q.46. 2.3ᵐ.

146 Homo peccando obligatus erat ad pœnam Deo,sicut summo iudici,sed diabolo tanquam tortori:ideo debuit redimi Deo,& nõ diabolo.3ª.q.38.4.2ᵐ &3ᵐ.

147 *Omnia peccata in hac vita sunt remissibilia.1ª.q. 69.2. c.

148 Peccatum quodlibet dicitur remitti quo ad duo.f.quo ad culpam & quo ad reatum:& secunda remissio potest esse sine prima.3ª. q 22.3.c.

149 Per charitatem consequimur veniam peccatorum.3ª.q.49.1 c.

150 Ad remissionẽ cuiuslibet peccati requiritur, quod totaliter dimittatur affectus eius Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis,perfectior pœnitentia : vt scilicet homo actualiter peccatũ mortale cõmissum derestetur,quãtum in ipso est, vt .f. diligentẽ adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia,vt singula derestetur.Sed ad remissionem cuiuslibet peccati venialis , requiritur quædam virtualis displicentia.3ª.q.87.1.c.

151 Peccatum originale est habitus.f.languor naturæ,id est,inordinata dispositio ex dissolutione harmoniæ originalis iustitiæ.12ᴱ. q. 82.1.o.

152 Peccatum originale est habitus corruptus,nõ pura priuatio, quia dicit priuationem originalis iustitiæ,& inordinatam dispositionem partium animæ.12ᴱ.q.82.1 1ᵐ.

153 Peccatũ originale est habitus,quia est inordinatio naturæ,non autem actuale peccatum,quia est inordinatio actus 12ᴱ.q.82.1.2ᵐ.

154 *Peccatum originale est peccatum naturæ,sed peccatum actuale est peccatum personæ.1ª.q.100 1.c.& 12ᴱ.q.74.3.2ᵐ.& q.80 1.c.& q.81.1.o.& q.82.1.2ᵐ.& 3ª.q.8.5.1ᵐ.

155 Formale eius,est priuatio originalis iustitiæ:materiale vero,est cõcupiscentia,id est,inordinatio partium animæ.12ᴱ.q.82.3. o.

156 Si homo formaretur ex digito vel aliter,sine semine viri, haberet omnes defectus naturæ sicut alij:sed non haberet rationem culpæ vel pœnæ.12ᴱ.q.81 4 o.

157 *Peccatum originale est voluntarium, per voluntatem Adæ tantum.12ᴱ.q.80.1.c.& q 81.1.2ᵐ.& 22ᴱ.q.108 4.c & 3ª.q.84.2.3ᵐ.

158 Peccatum originale habet nouẽ nomina.f.originale, fomes peccati,concupiscentia,concupiscibilitas,languor,tyrãnus,lex peccati,lex carnis,&lex membrorum 3ª.q.23.3.c.

159 *Et est multiplex in virtute,quia virtualiter continet omnia peccata.12ᴱ.q.82.2.1ᵐ.

160 Et est vnum numero in vno homine,sed in omnibus est vnum specie.12ᴱ q.182.2.o.

161 Peccatum originale est æqualiter in omnibus hominibus , sicut relatio ad peccatum Adæ,& priuatio iustitiæ originalis.12ᴱ.q.82. 4.o.

162 Et fuit in Adam vt in causa principali,in semine vero instrumentaliter:sed anima subiectiue:in carne autem vt pœna,non vt culpa. 12ᴱ.q.83.1 o.

163 Peccatum originale prius est in essentia animæ, quàm in potẽtiis eius.12ᴱ.q 83.2.o.& 3.c.

164 Et prius est in ordine naturæ in anima quàm in carne:sed ordine generationis & temporis,est econuerso.12ᴱ.q.83.2.3ᵐ. & 3.3ᵐ.

165 Et contrahitur in infusione animę rationalis.12ᴱ.q 81.1.4ᵐ.&3ª.q. 27.1.4ᵐ.

166 Et prius inficit voluntatem,quàm alias potentias.12ᴱ.q.83.3.o.& 4. 1ᵐ.

167 Omnes defectus virtutum possunt reduci ad peccatum originale, in quantum includuntur in carentia originalis iustitiæ, quæ totam animam perficiebat.22ᴱ.q.53.1.2ᵐ.

168 Omnes potentiæ animæ sunt corruptæ per illud : sed quæ concurrunt ad generationem,dicuntur etiam imfectæ.f. concupiscibilis,generativa,& tactus.12ᴱ.q.83.4.o.

169 Et traducitur ad omnes qui fuerunt in Adam,secũdum rationem seminalem,nõ autem ad alios.1ª.q.100.1.c.& 12ᴱ.q 81.3.4.o.& 3ª. q.15.1.2ᵐ.& q.31.1.3ᵐ.& 6.1ᵐ.

Caro Christi in patribus,fuit obnoxia peccato originali.3ª.q.31.1.3ᵐ. & 7.o & 8.3ᵐ.

170 Secundum fidem catholicam est tenendum,quod primum peccatum primi hominis f.peccatum originale originaliter transit in posteros:contrarium autem est hæresis Pelagiana , vt patet per Augustinum in plurimis suis libris.12ᴱ.q.81.1.in corpore prin.& 3.in corpore.

171 Secundum fidem catholicam firmiter est tenendum,quod omnes homines præter solum Christum,ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adam contrahunt. Alioquin non omnes indigerẽt redemptione,quæ est per Christum,quod est erroneum.12ᴱ.q.81. 3.c. principio.

172 Ideo non secundum fidem catholicam , sed erroneum est dicere quod aliquis prẽter solum Christũ,fuerit sine peccato originali, 12ᴱ.q.

12ᴱ.q.81.3.c.& 3ª.q.27.2.c.2ᵐ.

174 Nec potest esse in aliquo cum veniali,sine peccato mortali.12ᴱ.q. 8.& 9.o.68.3ª.q.90.4.3ᵐ.

175 Infectio ei* nullo modo causatur à Deo,sed ex solo peccato Adę, per carnalem generationem.12ᴱ.q.83.1.4ᵐ.

176 Peccatum originale quo ad culpam,est à patre:sed quo ad pœnalitates,est à matre.3ª.q.70.2.4ᵐ.

177 Peccatum originale habet duplicem processum.f.à carne ad animam,secundũ ordinẽ generationis : & ab essentia animæ ad potentias eius,secundum ordinem naturæ.12ᴱ.q.83.3.2ᵐ.

178 Causa peccati originalis est tantum vna,scilicet priuatio originalis iustitiæ.12ᴱ.q.82.2.c.

179 Libido habitualis.f.fomes,est causa peccati originalis : non autẽ libido actualis,sed est signum habitualis.12ᴱ.q.82.4.3ᵐ.

180 Persona primo.i.in Adam,infecit naturam peccato originali : sed in aliis hominibus est econuerso.3ª.q.8.5.1ᵐ.

181 Persona primo infecit naturam per peccatum originale.Secundo, natura infecit personam. Sed Christus primo reparat personã, secundo naturam.3ª.q.69.3.3ᵐ.

182 Peccatum originale corrumpit naturam,quantum ad id quod naturæ est : alia vero peccata,quantum ad id solum quod personæ est.12ᴱ q.81.2.c.3ᵐ.

183 Peccatum originale adueniente gratia,trãsit reatu, & manet actu quo ad fomitem.12ᴱ.q.74.3.2ᵐ.& q.81.3 2ᵐ.

184 Peccatum originale est minus voluntarium quocunque peccato actuali.3ª.q 1.4.c.

185 Peccatum originale respectu naturæ,est grauius veniali,sed respectu personæ,est econuerso.3ª.q.1.4.c.1ᵐ.

186 Peccatum veniale dicitur tripliciter.f.ex causa,euentu, & genere. 12ᴱ.q.77.8.1ᵐ.& q.88.2.o.

187 Peccatum dicitur veniale ex causa secundum quod priuat,vel diminuit voluntarium per ignorantiam vel impotẽtiam.12ᴱ.q. 77. 8.1ᵐ.& q.88.2.c.

188 Peccatum veniale non habet simpliciter & perfecte rationẽ peccati,sed est quasi dispositio ad illud.12ᴱ.q.88.1.1ᵐ.

189 Et contingit ex corruptione fomitis.12ᴱ.q 89.3.c.

190 Et contingit semper vel propter imperfectionem actus , vel propter inordinationem circa ea quæ sunt ad finem,& vtrunq; propter defectum ordinis.12ᴱ. q. 72.5.c.& q. 87.2.5.o.& q.88.2.c.& q. 89.3.c.

191 Peccatum veniale nullam proprie maculam causat in anima , sed impedit actus virtutum.12ᴱ.q 89.1.o.& 3ª.q.87.2.3ᵐ.

192 Homo potest quandoque esse sine peccato veniali in hac vita,sed non diu.3ª.q.79.4.2ᵐ.

193 Peccatum veniale nõ potest esse in non habente vsum liberi arbitrij.3ª.q.87.2.c.

194 Peccãs venialiter,recidiuat & simulat.i.est fictus dispositiue & imperfecte:non autem simpliciter.22ᴱ.q.75 2.2ᵐ.

195 Peccatum veniale non potest dimitti , quandiu voluntas ad illud manet.3ª.q.87.1 c.1ᵐ.& 2 2ᵐ.& 3.2ᵐ.

196 Vnus actus charitatis potest delere omnia venialia sine actuali cogitatione eorum.3ª.q.87.1.o.

197 Aliquid causat remissionem venialium tripliciter.f.causando gratiam,vt omnia sacramẽta nouæ legis:vel detestando peccata , vt confessio generalis,& oratio dominica : vel reuerendo diuina vt benedictio episcopalis,quælibet vnctio sacramentalis,& huiusmodi.3ª.q.87.3.o.

198 Ingressus ecclesiæ consecratæ,delet peccata venialia.3ª.q.83.3.3ᵐ. & q.87.3.c.

199 In quolibet genere peccati mortalis,sunt quædam peccata venialia propter imperfectionẽ actus,22ᴱ.q.35.3.c.& q.36.2.c.& q.162. 5.c.

200 Peccatum veniale disponit ad mortale per se,& per accidẽs,quia frequens venialium iteratio,disponit ad illam placentiam venialium,in qua consistit peccatũ mortale: eo quod secundũ quod habitus ex cõsuetudine generatur & augetur, secũdum hoc delectatio & pronitas crescit.12ᴱ.q.74.4.3ᵐ.& q.88 3.4.o.& 22ᴱ.q. 24.10.c.fi.& 12.1ᵐ.& q.43.7 5ᵐ.& q.132.4 3ᵐ.& q.186.9.c.

201 Peccatũ veniale conparatur ægritudini: mortale vero morti.12ᴱ. q.72.5.c.

202 Licet virtus secundum habitum,non corrumpatur nisi per peccatum mortale:tamen actus eius corrumpitur & impeditur etiam per veniale.12ᴱ.q.89.1.c & 22ᴱ.q.1.33.1 2ᵐ.

203 Peccatum mortale est contra præceptum Dei, nõ autem veniale, sed est præter præceptum.12ᴱ.q.74.9 c.& q.88.1.1ᵐ.& 22ᴱ.q.105.1. 1ᵐ.

204 *Peccatum veniale & mortale,differunt genere.12ᴱ.q.88.2 c.

205 *Peccatum veniale ex genere,potest fieri mortale ex intentione, non idem numero,nec multa simul.12ᴱ.q.88.2.c.& 4.o.& 6.c.1ᵐ.

206 Consensus in veniale ex genere est veniale. Sed consensus in veniale propter imperfectionem actus,facit mortale. 12ᴱ.q.74.8. 2ᵐ.& 9.c.3ᵐ.& q.88.5.1ᵐ.

207 Peccatum veniale potest fieri mortale per subtractionem,propter imperfectionem actus non autem propter additionẽ. 12ᴱ. q.88. 2.c.& 6.o.

208 *Peccatum veniale & mortale differunt,sicut reparabile & irreparabile.12ᴱ.q 72.5.c.

209 Per peccatum mortale omnino mẽs auertitur à Deo, sed per veniale retardatur affectus hominis , ne prompte feratur in Deũ. 3ª.q.87.1. 2.c.

210 Per quodlibet peccatum veniale vel mortale , deordinatur voluntas hominis,per immoderatam conuersionem ad bonum creatum.3ª.q.87.1.c.& 2.3ᵐ.

211 Vnum peccatum mortale potest oriri ex veniali.22ᴱ.q.13.4.3ᵐ.& q. 105.1.2ᵐ.

212 Ante baptismum non possunt esse venialia , sine mortalibus. 12ᴱ q. 89.3.6.o.& 31.9.90.4.3ᵐ.

213 In ratione superiori dupliciter potest esse peccatum veniale.f.quãdo consentit in veniale ex genere , vel quando habet subditum motum infidelitatis sine consensu.12ᴱ.q.74.10.o.

214 Ratio superior,circa obiectum potentiæ inferioris, vt sensualitatis sicut in delectationibus secundum carnem non habet motũ, nisi deliberatum:ideo semper est mortale,si sit de mortali , non autem si sit de veniali.12ᴱ.q.74 19.o.

215 Nullus debet peccare venialiter,ne alius peccet mortaliter.22ᴱ. q. 26.4.c.2ᵐ.& q.43.7.5ᵐ.& q.110.3.4ᵐ.

216 Quilibet debet potius mori,& præeligere omnem pœnam in generali,quam peccare non solum mortaliter , sed etiam venialiter.22ᴱ.q.110.3.4ᵐ.

217 Vnum veniale potest remitti sine alio veniali,nõ autem sine quolibet mortali.3ª.q.87.4.o.& q.90.4.3ᵐ.

218 Peccatum veniale remittitur post mortem in purgatorio , quo ad culpam & pœnam,non autem mortale 1ª.q.64 2.c.

219 Quicquid sit in contemptum Dei , & quicquid in sui ratione importat contemptum Dei,est peccatum mortale.22ᴱ.q.38.3.c.& q. 68.3.c.

220 Nullus actus sine consensu rationis,est peccatum mortale.12ᴱ.q. 15.o.& q.74.5.1ᵐ.& 22ᴱ.q 35.3.c.

221 Omnis actus humanus non relatus in Deum , actu vel habitu ex parte agentis,est peccatum mortale , non autem ex parte actus. 12ᴱ.q.88.1.2ᵐ.

222 Intẽdẽs peccare mortaliter,semper peccat mortaliter.22ᴱ. 110.4 c.

223 Actus peccati mortalis,potest aliquãdo esse figura alicuius boni. 22ᴱ.q.88.1.2ᵐ.

224 Cuicunque peccato mortali homo vult adhærere sumens baptismum,dicitur fictus,fictione includente omne peccatũ. 3ª. q. 69. 9.3ᵐ.

225 Omne quod fit propter mortale,est mortale.12ᴱ.q. 88.2. 4. 6. c.& 22ᴱ.q.110.4.c.& q. 154. 4.c.

226 Omne quod est contra præceptum Dei,est peccatum mortale,nisi forte propter imperfectionem actus.12ᴱ.q.74.10.o.

227 Omne peccatum mortale est contra præceptum Dei.22ᴱ.q.68.3.c. fi.& q.98.3.b.

228 Aliquid dicitur peccatum mortale dupliciter. f. secundum speciẽ suam,& ex sua causa.22ᴱ.q.154.4.c.prin.

229 Non omne peccatũ mortale directe contrariatur præceptis decalogi,sed tantum iniustitiam continens.22ᴱ.q.148.2.1ᵐ.

230 Quilibet agens contra debitum iustitiæ,peccat mortaliter.22ᴱ. q. 69.1 c.& q.70.4.c.

231 Qui est in peccato mortali,diligit habitualiter aliquid supra Deũ. 22ᴱ.q.68.3 c.

232 Omne peccatum mortale contrariatur charitati,non autem spei, vel fidei.12ᴱ.q.71.4 c.& 22ᴱ.q.24.10.c.& 12 c.4ᵐ.&3ª.q.87 1.c.

233 Omnis actus contra charitatem,est peccatum mortale.12ᴱ.q.87.3. c.& q.88.2.c.& 22ᴱ. q.13.2.c.& q.35.3.c.

234 Quælibet virtus vt virtus i. informata charitate , expellitur per quodlibet mortale,non autem inquantum est habitus.12ᴱ.q. 63. 2.2ᵐ.& q.65.3.c.& q.71.4.o.& q.73.1.2ᵐ.

235 Per quodlibet peccatum mortale deperit quicquid virtuti debebatur:& omnia merita mortificantur.22ᴱ.q 132.3.1ᵐ.& 3ª.q.89. 4.o.

236 *Peccatum mortale quantum ad aliquid est simile ægritudini , & quantum ad aliquid est simile morti,& hoc est inquantum separatur à Deo,qui vita est animæ : ægritudini autem inquantum habitudo reuocationis ad vitam & sanitatem,remanet in peccãte, licet talis ęgritudo.i.peccatum de se inducat damnationem æternam.12ᴱ.q.72.5.c.

237 *Nullum mortale potest remitti sine alio , quia omnia mortalia sunt connexa in auersione,non autem in conuersione.12ᴱ. q.73. 1.o.& 3ª.q.86.3.o.

1 PECVNIA. & intelligitur omne illud,cuius pretium æstimari potest pecunia.22ᴱ.q.78 2 c.& q.100.1.5.c.& q.117.1ᵐ.& q.118. 2.2ᵐ.

2 Pecunia non potest vendi in mutuo pro pecunia ampliori,quum sit quantitas pecuniæ mutuatæ,quæ restituenda est.22ᴱ.q.78.2.4ᵐ. principio.

Universidad de Deusto Biblioteca

1 POENA duplex.s.pœna sensus.i.afflictiua,& pœna damni.i.carentia diuinæ visionis.12ᵉ.q.87.4.c.fi.& 22ᵉ.q.79.4.4ᵐ.& 3ª.q. 46.6.3ᵐ.& q.52.2.1ᵐ.

2 Pœna sensus,debetur cuᵖpæ ratione inordinatæ conuersionis, sed pœna damni ratione auersionis.12ᵉ.q.87.4.o.& 22ᵉ.q.79.4.4ᵐ.

3 Pœna peccati duplex.s.per inflictionem cõtrarij,& per subtractionem boni conuenientis:prima est à Deo agente:secunda vero, à Deo non agente.22ᵉ.q.10.1.3ᵐ.

4 Pœna peccati duplex.s.pœna taxata, & pœna cõsequens:prima cõmensuratur culpæ,non autem secunda.22ᵉ.q.164.1.4ᵐ.

5 Pœna consequens peccatum duplex,scilicet per se,& per accidens. 12ᵉ.q.73.8.o.

6 Vnius peccati est tantum vna pœna adæquata, & plures partiales multipliciter.22ᵉ.q.39.4.3ᵐ.& q.99.4 4ᵐ.

7 Omnis pœna est medicina,sed non semper respectu peccantis.12ᵉ. q.87.2.1ᵐ.& 3.2ᵐ.& 22ᵉ.q.39.2.1ᵐ.& 4.3ᵐ.&.q.66.6.2ᵐ. & q.86.1. c.& q.108.3. 2ᵐ & 4. c.

8 Omnis pœna est corruptio agentis, & omnis culpa est corruptio actionis.1ª.q.48.5.6.o.& 12ᵉ.q.21.1.3ᵐ.

9 De ratione pœnæ est,quod sit contraria voluntati. 1ª. q.8.5.c.& q. 64.3.c.& 12ᵉ.q.87.2.6.c.& 22ᵉ.q 18.3.c.

10 De ratione pœnæ sunt tria. s. quod sit contra voluntatem propter culpam & passio ab extrinseco.1 2ᵉ.q.46.6.2ᵐ.

11 Nulla pœna est volita absolute,sed ex conditione dupliciter. s. qua acquiritur bonum,vt satisfactio & martyrium: & sine qua nõ,vt mors naturalis & purgatio,sine quibus ad bonum optatum peruenire non potest.12ᵉ.q.87.6.c.

12 Pœna est bona simpliciter,& mala secundum quid.i.huic.22ᵉ.q.19. 1.c.

13 Peccatum non est pœna *nisi per accidens,& hoc dupliciter.s.ratione antecedentis,quia deseritur à Deo,& ratione consequentis,quia perditur melius.12ᵉ.q. 87.2.o.& 22ᵉ.q.36.2.4ᵐ.

14 Puniri non est culpa,sed fieri reum pœna. 12ᵉ. q.87.1.2ᵐ.

15 Pœna peccato proportionatur secundũ acerbitatem,in iudicio diuino,& humano.12ᵉ.q.87.3.c.& 4 c.3ᵐ.

16 Ratio omnium pœnarũ veteris legis exponitur.12ᵉ.q. 145. 2.9ᵐ.& 10ᵐ.& 11ᵐ & 12ᵐ.

17 Pœna non debetur iuste,nisi propter culpam.12ᵉ.q.87 7.o.

18 Omnis pœna vt pœna,infligitur tantum pro culpa propria & præterita:sed vt satisfactio vel vt medicina,infligitur etiam pro culpa aliena,12ᵉ.q.87 7.8.o.& 22ᵉ.q.108.4.o.& 3ª.q.14.1 3ᵐ.

19 Nullus punitur pœnæ animæ, nisi pro culpa propria, quia pœna animæ non est medicina.12ᵉ.q.87.8.o.& 22ᵉ.q.108 4. c. 1ᵐ.

20 Filius punitur pœna corporali pro culpa parentum,& serui pro dominis,inquantum sunt aliquid eorum,nõ autem pœna spiritualinisi culpa aliorum fiat eis propria ratione consensus, vel imitationis,vel consultationis,vel dissimulationis.12ᵉ.q.81.1.1ᵐ.& 2. 1ᵐ & q.87.8.o.& 22ᵉ q.108.4.1ᵐ.& 3ᵐ.& q.164.1.4ᵐ.& 3ª. q.82. 6. 3ᵐ.

21 Pœna semper præcedit peccatum in natura, sed non semper in persona puniti 12ᵉ.q.87 7.o.

22 Qui est in peccato non habet gustum sanum,sed affectum infestũ, amore sui inordinato:ideo reuocatur à peccato per pœnas contrarias suæ naturæ & suæ voluntati,& non dulcedine diuinæ bonitatis.22ᵉ.q.108,3 o.

23 In iudicio humano nullus debet puniri pœna personali,nisi pro culpa sua,sed tantum pœna dãni,triplici ratione.s.vel ex hoc quod aliquis ineptus redditur sine sua culpa,ad aliquod bonum habẽdum vel consequendum, vel quia bonum in quo damnificatur, non est proprium bonum,sed commune,vel quia bonum vnius dependet ex bono a terius. 22ᵉ.q.108 4.2ᵐ.

24 Non omnes pœnæ sunt æquales, nec præmia sunt æqualia. 12ᵉ. q. 73 2.c.

25 Maxima pœna est separari à Deo.12ᵉ.q.88.6.c.fi.

26 Grauior pœna imponitur quadrupliciter s.propter grauius peccatum,consuetudinem,pronitatem,& nocumentum. 12ᵉ. q.105. 2. 9ᵐ.& 22ᵉ.q.39.2. 1ᵐ.

27 Lex vetus,pœna mortis punit peccata contra Deum,homicidium, irreuerentiam ad parentes,adulterium, incestum,& furtum hominum.Aliarum autem rerum,pœna damni.12ᵉ.q.105.2. 10ᵐ.& 22ᵉ.q 66.6.2ᵐ.

28 Pœnam talionis in percussoris mutilationibus,& falso testimonio, lex vetus infligit:in aliis vero flagella vel ignominiam.Ibidem.

29 Pœna post remissionẽ culpæ, imponitur duplici de causa. s.ad soluendum debitum, & ad remedium:quo ad primum, debet imponi secundum quantitatem culpæ:sed quo ad secundũ pro minori culpa,imponitur maior pœna,triplici ratione.s.difficultatis periculi,& multitudinis.12ᵉ.q.105.2.9ᵐ.

30 Christus ex auctoritate poterat totam pœnam,vel partem dimittere sicut volebat,non autem alij 22ᵉ.q 83.4.2ᵐ.

31 Deus tardat pœnas pro peccatis duplici ratione s. vt prædestinati conuertantur,& vt iudicia eius appareant iusta.22ᵉ.q.10.11.c fi.

32 Post hanc vitam nullus habebit pœnam corporalẽ nec spiritualem,nisi pro culpa sua 22ᵉ.q.108.4.c.

33 Minima pœna purgatorij,est maior quã maxima pœna hic.3ª.q. 46.6.3ᵐ.

34 Mortui cũ solo peccato originali, non puniuntur pœna sensus,3ª. q.1.4.2ᵐ.

35 Pœna æterna debetur peccato originali nõ ratione grauitatis,sed ratione subiecti priuati gratia.12ᵉ.q.87.5.2ᵐ.

36 Pœna duplex debetur peccato originali,scilicet carẽtia diuinæ visionis, inquantũ inficit personam;mors,rebellio,& huiusmodi, inquantum inficit naturam.3ª.q.52.5.c.

37 Omnes pœnæ pro peccato primorũ parentũ, declarantur 22ᵉ.q. 164.2 o.

38 Minor pœna debetur peccato originali,quàm veniali. 3ª.q.1.4.2.c.

39 Peccatum veniale sine gratia.i cum originali vel mortali punitur æternaliter pœna sensus in inferno.12ᵉ.q.87.5.3ᵐ.

40 Pœna tẽporalis debetur peccato veniali, æterna vero mortali.12ᵉ. q.72.5.c.& q.87.2.5.o.& q 88.2 4.c.& q.109.7 c &.3ª.q.86 4.o.

41 Omnis pœna præligenda est non solum peccato mortali,sed etiã peccato veniali, tamen nullus tentet'se nec alium in speciali de hoc,propter periculum, quia descendere in talibus ad singula, est inducere hominem in tentationem, & præbere occasionem peccandi.22ᵉ q.100.3.4ᵐ.

42 Remissa per pœnitentiam,culpa mortali & pœna æterna,quandoque remanet pœna temporalis.2ᵉ.q.87.6.o.& 3ª.q.86.4.o.

POENALE est aliquid,inquantum est contra voluntatem 1ª. q 48, 5.c & q.64.3 c.& 12ᵉ.q 87 2.6.c.& 22.q.18.3.c.

1 POENITENTIA vt est dolor voluntatis, cum electione recta,est virtus vel actus eius,non autem vt passio 3ª.q 85 1.o.

2 Pœnitẽtia est virtus specialis,quia habet materiam generalẽ sub ratione speciali,scilicet omnia peccata,vt emendabilia per actum hominis,1ª,q.85. 2.o.

3 Pœnitentia est virtus moralis & nõ theologica,quia obiectum eius est peccatum,non autem Deus,sed est finis eius.3ª.q.85 3.1ᵐ.

4 *Pœnitentia est species iustitiæ commutatiuæ,licet contineat aliquid de qualibet virtute.3ª.q.85.3 o. & 4.c.

5 Pœnitentia & vindicatiua,continentur sub iustitia commutatiua. 3ª.q.85.3.3ᵐ.

6 Pœnitentia secundum quod est virtus,importat detestationem peccati,cum proposito abolendi illud secundum conditionẽ status peccantis,3ª.q 85 2.1ᵐ.& 3.c.

7 Pœnitentia ponit medium, inquantum infert debitam pœnã pro qualibet culpa,secundum acceptationem Dei.3ª.q.85 2ᵐ.

8 *Pœnitentiã ordine naturæ,simpliciter præcedunt virtutes theologicæ.3ª.q.83 6.o.

9 Pœnitẽtia est dolor de peccato præterito,sed verecundia est timor de turpi futuro.3ª.q.85.1.2ᵐ.

10 Pœnitentia est in reo,secundum voluntatem eius,pro offensa Dei, sed iustitia vindicatiua,est in iudice,contra voluntatẽ rei,& pro offensa in communi.3ª.q.85.3.o & q.90.2.c.

11 Pœnitentia secundũ quod est actus virtutis,requiritur ante baptismum,quæ sit prior baptismo,tempore vel natura,non autem vt sacramentum. ª.q.6.o.& q.84.2.2ᵐ.& 6.2ᵐ.& q.90.4.1ᵐ.

12 Pœnitẽtia est posterior natura & tempore,fide,spe,& timore seruili:sed est prior charitate & cæteris virtutibus.3ª.q.85.6.o.

13 Pœnitentia vtitur temperantia ad finem suum 3ª.q. 85.1 4ᵐ.

14 Detestatio vel displicentia peccati absolute,est actus cuiuslibet virtutis:sed vt expiabile per eam,quo ad culpã & reatum, est actus pœnitentiæ virtutis.3ª q 85.2.1ᵐ.& 3.c.

15 Primus actus pœnitentiæ,s. contritio,se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendam, alij vero actus pœnitentiæ, procedunt iam ex gratia & virtutibus.2ª.q 89.1 2ᵐ & 2.c.

96 Præcepta cerimonialia, erant figura Christi, ecclesiæ, & patriæ cęlestis: sed lex noua est tantum figura patriæ. 12ᵉ. q. 101. 2. 0. & q. 103. 1. c.

97 Præcepta ceremonialia, erant figuralia, primo & per se: iudicialia vero erant ex consequenti tantum. 12ᵉ. q. 104. 2. 0. & 3. c. & 22ᵉ. q. 87. 1. c.

98 Præcepta ceremonialia legis, fuerũt viua, vsque ad passionẽ Christi, sed mortua deinceps, mortifera vero post diuulgationẽ euangelij. 12ᵉ. q. 103. 3. 4. 0. & q. 104. 3. c. & 22ᵉ. q. 86. 4. 1ᵐ. & q. 97. 1. c. ſi. & q. 93. 1. 0. & q. 94. 3. 5ᵐ.

99 Præcepta ceremonialia & iudicialia, sunt determinationes moralium, & etiam præcepta decalogi. sed non ponuntur in decalogo 12ᵉ. q. 122. 1. 2ᵐ.

100 In lege veteri sunt plura præcepta ceremonialia, quàm iudicialia, & plura præcepta moralia respectu proximi, quam respectu Dei 12ᵉ. q. 04. 1. 3ᵐ.

101 Præcepta ceremonialia, & iudicialia, sunt determinatiua præceptorum decalogi, ex vi institutionis tantum: sed moralia, ex vi naturalis instinctus. 12ᵉ. q. 100. 11. 2ᵐ.

102 Lex verus, non continet alia præcepta, nisi moralia, ceremonialia, & iudicialia. 12ᵉ q. 99. 4. c. & 5. 0.

103 Colere Deum, est actus virtutis: ideo pertinet ad præceptũ morale, sed determinatio eius, ad ceremoniale. 12ᵉ. q. 99. 3. 2ᵐ.

104 In iis quæ ordinant ad Deum, quædam sunt moralia, quæ ipsa ratio fide formata dictat, sicut Deum esse amandum, quędam vero ceremonialia, quę nõ habẽt vim obligationis: nisi ex institutione diuina. 12ᵉ. q. 104 1. 3ᵐ.

105 Præcepta ceremonialia & iudicialia, obligant ex lege tantum, moralia vero etiam secũdum se, ex dictamine rationis. 12ᵉ. q. 100. 11. c. 2ᵐ. & q. 104. 1. c. & 4. 2ᵐ.

106 Lex vetus, continet peccata iudicialia, id est, determinationes iustiæ seruandæ inter homines. 12ᵉ q. 99. 4. 0. & 5 c. & q. 101. 1 c. & q. 103. 1. c. & q. 104. 1. 0. & q. 108. 2. c. & 22ᵉ. q. 87. 1. c. & quæstion. 122. 2ᵐ.

107 Præceptum iudiciale quadruplex, scilicet respectu principũ, conciuium, domesticorum, & extraneorum 12ᵉ. q. 104. 4. 0.

108 Præcepta iudicialia, optime tradita sunt, de principibus, & regibus Iudæorum. 12ᵉ. q. 105. 1. 0.

109 Similiter de domesticis, id est, de cõiugibus & filiis, & seruis. 12ᵉ. q. 105. 4. 0.

110 Similiter de conuictu popularium, & de possessionibus Iudæorũ, statuendo iudices, ordinem iudicij, numerum testium, & pœnas. 12ᵉ. q. 10 . 2 0.

111 Similiter de extraneis, id est, de peregrinis, aduenis, vicinis, & hostibus 12ᵉ. q. 105 3. 0.

112 In lege veteri duplex erat præceptum de prole nata, scilicet generale, quo ad omnes filios & filias, id est, sacrificium ad expiationem peccati originalis, & holocaustum, ad cõsecrationem prolis, & speciale, de primogenitis, & vtrunque seruarum fuit circa Christum infantem. 3ª. q. 37. 3. c.

113 Non sunt aliqua præcepta iudicialia, ordinantia hominẽ in seipso sed omnia talia sunt moralia. 12ᵉ. q. 104. 1. 3ᵐ.

114 Circa iudicialia præcepta dupliciter scribæ & pharisæi errabant, scilicet primo quidem, quia quædam quæ in lege Moysis erant tradita, tanquam permissiones, æstimabant esse per se iusta, scilicet repudiũ vxoris, & vsuras accipere ab extraneis, & ideo Dominus prohibuit vxoris repudium & vsurarum acceptionẽ: alio modo errabant, credentes quædam quæ lex vetus instituerat facienda propter iustitiam, esse exequẽda ex appetitu vindictę, vel ex cupiditate temporalium rerum, vel ex odio inimicorum, quorum opposita Dominus docet. 12ᵉ. q. 108. 3. 2ᵐ.

115 Præcepta iudicialia, post Christum non obligant, nec seruans ea, peccat nisi seruet vt obligatur ex lege. 12ᵉ. q. 104. 3. 0. & q. 108. 1. c. & 2. c. 4ᵐ. & 22ᵉ. q. 62. 3. 1ᵐ. & q. 87. 1. c.

116 Intentio legislatoris duplex, scilicet præcepti, & finis eius, prima obligat, non autem secunda. 12ᵉ. q. 100. 9. 2ᵐ.

117 Præcepta iuris posituri, non se extendũt vltra intentionem præcipientis, * quæ est finis præcepti, hæc autem est charitas. 12ᵉ. q. * 96. 6. c.

118 Præceptum legislatoris tunc solum non obligat, quando obseruatio præcepti intentionem eius euacuat vel impedit. 12ᵉ. quæstio, 69. 6. c.

119 Præcepta communis statuti, non eodẽ modo obligant omnes, sed secundum quod requiritur ad finem, quem intendit legislator. 12ᵉ. q. 96. 6. c. & 22ᵉ. q. 147. 3. 2ᵐ.

120 Nullus ligatur præcepto, nisi mediante notitia eius: ideo nullus ignorans, tenetur ad aliquod præceptũ, nisi teneatur, vel potuerit scire illud inquantum in eius notitiam, illud præceptum deuenit per alios, vel deuenire potest promulgatione facta. 12ᵉ. quęst 90. 4. c. 2ᵐ.

Legista

121 Legislator non potest aliquod præceptum ponere, quod non oportet in aliquo casu prætermitti. 12ᵉ. q. 96. 6. c. & 22ᵉ. q. 147. 3. 2ᵐ. & 4. c.

122 Transgrediens præcepta, contemnendo auctoritatem legislatoris vel sic quod impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter: non autem si ex rationabili causa, præcipuè in casu, quo legislator decerneret non esse seruandam. 12ᵉ. q. 96 6. c. & 22ᵉ. q. 147. 3. 2ᵐ. & 4. c.

123 Ad principes seculares, pertinet dare præcepta, ad vtilitatem communem in temporalibus: ad prælatos autem ecclesiasticos in spiritualibus. 22ᵉ. q. 147. 3. c.

124 Prælati debent abstinere à multitudine præceptorum. 12ᵉ. q. 107. 4 c. & 22ᵉ. q. 105. 1. 3ᵐ.

125 Prælatus non est dominus, sed dispensator, non in destructionem, sed in ædificationem: ideo nõ potest præcipere peccata: nec prohibere opera virtutum. 12ᵉ. q. 88. 12. 2ᵐ.

126 Præcepta legis humanæ, diuersificantur secundum diuersitatem communitatum. 12ᵉ. q 100. 2. c. & q. 104. 3. 2ᵐ. & q. 107. 1 c. & 22ᵉ. q. 140. 1. c.

127 Quandoque prælati religiosorum præcipiunt, vel communiter omnibus vel alicui specialiter, vt si quis sit corrigendus, ei dicatur: & tunc intelligendum est præceptum sane: saluo ordine fraternæ correctionis. 22ᵉ. q. 33. 7. 2. 5. & 5ᵐ.

128 Prælatus religiosorum, non habet potestatem præcipiẽdi aliquid superoccultis: nisi inquantum per aliqua indicia manifestãtur: puta per infamiã, vel per aliquas suspiciones: in quibus casibus potest prælatus præcipere, eodem modo sicut & iudex secularis, vel ecclesiasticus potest exigere iuramentũ de veritate dicenda. 22ᵉ. q. 33. 7. 5ᵐ.

1 PRECES pro indigno, sunt simoniacæ, & sunt munus à lingua, nõ autem pro digno. 22ᵉ. q. 100. 5. 3ᵐ.

2 PRAECIPERE est actus rationis, quia importat motionem, cũ quadam ordinatione. 22ᵉ. q. 47. 8. 3ᵐ.

3 Rectè præcipere, & ratione vti, semper se concomitantur: quia ad præceptum rationis sequitur obedientia vitiũ inferiorum, quod pertinet ad vsum. 22ᵉ. q. 48. 4ᵐ.

1 PRAECIPITATIO est operatio per imperium voluntatis, vel passionis, sine prudẽtia, & partibus eius. 22ᵉ. q. 8. 6. 1ᵐ. & q. 53. 3. 0. & 5. c. & q. 127. 1. 2ᵐ.

2 Præcipitatio est speciale peccatum, propter specialem actum rationis qui prætermittitur, scilicet consilium, licet possit inueniri in quolibet genere peccatorum. 22ᵉ. q. 4. 1. 2ᵐ.

3 Præcipitatio contrariatur dono consilij, & prudentię. 22ᵉ. q. 53. 3. 1ᵐ. & q. 127. 1. 2ᵐ.

PRECIVM rerum venalium, non est semper determinatum punctualiter: sed in æstimatione. 22ᵉ. q. 77. 1 1ᵐ.

* PRAEDA licitè capitur ab hostibus, vel malefactoribus, * in iis quæ ipsi iniuste abstulerant. 22ᵉ. q. 66. 8. 0.

1 PRAEDESTINATIO est quædam præordinatio Dei ab æterno, de iis quæ per gratiam Dei fienda sunt in tempore. 3ª. q. 24, 1. c.

2 Prædestinatio est ratio transmissionis creaturæ rationalis, ad vitã æternam, in mente Dei. 1ª. q. 23. 1. 2. c. & 3ª. q. 24. 1. c.

3 Prædestinatio est præscientia, & præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. 1ª. q. 23. 2. 3ᵐ. & 4ᵐ. & 22ᵉ. q. 174. 1. c.

4 Gratia ponitur in diffinitione eius, nõ quia sit de essentia eius, sed quia importat respectum ad gratiam. 1ª. q. 23. 2. 4.

5 Prædestinatio est pars prouidentiæ. 1ª. q. 23. 1. 2 3 4 . 8. c.

6 Prædestinatio nihil ponit in prædestinato, nisi effectum eius. 1ª. q. 23. 2. 0.

7 Differentia scientiæ, sapientię, præscięticæ, prouidentię, dispositionis, & prædestinationis. 1ª. q. 23. 3. c.

8 Prædestinatio propriè, est tantum de bonis, præscięticia vero est etiã de peccatis. 22ᵉ. q. 174. 1. c.

9 Prædestinatio est causa gratiæ, & gloriæ: sed reprobatio est causa derelictionis, & pœnæ æternæ, non autem culpæ. 1ª. quæst. 23. 3. 2ᵐ.

10 Prædestinatio est tantum entium aliquando. 1ª. quæst. 23. 2. 2ᵐ. & 4. 2ᵐ.

11 Prædestinatio conuenit angelis, sicut & hominibus: licet non fuerint miseri. 1ª. q. 23. 1. 3ᵐ.

12 Prædestinatio non conuenit creaturę irrationali, nisi abusiuè. 1ª. q 23. 1. 2ᵐ.

13 Conueniens est Deo, homines prædestinare. 1ª. q. 23. 1. 0.

14 Prædestinatio certissimè, & infallibiliter consequitur suum effectũ 1ª. q. 23. 3. 3ᵐ. & 6. 0. & 8 3ᵐ.

15 Prædestinatio non potest impediri. 1ª. q. 23. 8. 3.

16 Prædestinatio iuuatur precibus sanctorum, & suis, & aliis bonis operibus, ex parte effectus eius, nõ autem ex parte ordinationis diuinæ. 1ª. q. 23. 8. 0.

17 Præscientia meritorum, non est causa prędestinationis, vniuersaliter tamẽ vnus effectus eius, est ratio finalis alterius effectus eius prioris, & causa meritoriae effectus posterioris. 1ª. q. 23. 5. 0.

18 Voluntas Dei est causa efficiens, & finis prædestinationis, ex parte totius effectus eius. 1ª. q. 23. 5. 0.

19 Error multiplex circa effectus prædestinationis. 1ª. q. 23. 5 8. c.

20 Prædestinatio est æterna. 3ª. q. 24. 3. 1. c. & 3. 0. & 4 c. 1ᵐ.

21 Præscientia, prouidentia, prædestinatio, & huiusmodi, non imponunt necessitatem omnibus rebus: nec auferunt contingentiam ab eis. 1ª. quæstion. 22. 4. 0 & q. 23. 1. 1ᵐ. & 3. 3ᵐ. & 6. c & 22ᵉ. q. 171. 6. 1ᵐ.

22 Prædestinati nõ sunt certi communiter de sua prædestinatione. 1ª. q. 23. 1. 4ᵐ.

23 Licet aliquibus ex speciali priuilegio, sua prædestinatio reueletur, non tamen conuenit, vt reueletur omnibus: qui sic illi qui non sunt prædestinati desperarent: & securitas in prædestinatis negligentiam pareret. 1ª. q. 23. 1. 4ᵐ.

24 Reuelat Deus hoc aliquãdo aliquibus, ex speciali priuilegio: vt securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, & confidẽtius & fortius: magnifica opera prosequãtur, & mala præsentis vitæ sustineant. 12ᵉ. q 117. 5. c

25 Numerus prędestinatorum est certus, & determinatus formaliter, & materialiter Deo, non autem nobis 1ª. q. 23. 7. 0.

26 Prædestinatio conuenit Christo, & personæ Christi inquantũ subsistit in natura humana, non autẽ vt subsistit in natura diuina: nec secundum se, nec conuenit naturæ humanæ, nec naturæ diuinæ. 3ª. q. 24. 1. 0.

27 Prædestinatio Christi, est causa efficiẽs, formalis, exemplaris, & finalis prędestinationis nostrę, ratione effectus, nõ autem ratione operationis Dei. 3ª. q 24 3. 4. 0.

28 Christus prædestinatus est esse filius Dei, non autẽ propriè factus est filius Dei 3ª. q. 24 1. 2ᵐ.

29 Christus secundum quod homo, prædestinatus est esse filius Dei, quia prædestinatio quo ad præcessionem, & effectum, id est gratiam, conuenit Christo, ratione humanæ naturæ tantum. 3ª. q. 24. 1. 0.

30 Christus secundum quod filius Dei, prædestinatus est esse homo, tamen magis propriè dicitur econuerso. 3ª. q 24. 2. 3ᵐ.

31 Homo prædestinatus est esse filius Dei, & econuerso. 3ª. quæst. 24. 2. 3ᵐ.

PRAEDICAMENTVM quodlibet accidentium dicit imperfectionem, secundum propriam rationem generis, præter relationem: ideo in diuinis, sunt tantum duo modi prædicandi, scilicet substantiæ, & relationis. 1ª. q. 28. 1. c. & 2. 0.

1 PRAEDICARE id est euangelium recitare in ecclesia, quod est linguis loqui, pertinet ad diaconum: ad sacerdotes autem pertinet exponere, & exhortari, quod est prophetare. 3ª. quæst. 67. 1. 1ᵐ.

2 Prędicare, est principalissimus, & propriꝰ actus episcopi, & dignior quam baptizare. 3ª. q. 67. 1. 1ᵐ. & 2. 1ᵐ. & q. 71. 4. 3ᵐ.

3 Periculum de prędicatione omissa, non imminet, nisi eis quibus cõmissum est officium prædicandi. 22ᵉ. q. 10. 12. 5ᵐ.

4 Prædicans potest viuere de eleemosynis sponte oblatis, non autem de datis coactè, nisi sit prælatus. 22ᵉ. q. 188. 4. 4ᵐ.

5 Christus non debuit prætermittere prędicationem, propter scãdalum Iudæorum. 3ª. q. 42. 2. 0.

6 Christus & Apostoli, à principio prædicauerũt Iudæis tantum, quadruplici ratione, scilicet, vt ostenderet per suum aduentum impleri promissiones antiquitus factas Iudæis, non autem gentilibus, vt eius aduentus ostenderetur esse à Deo: vt Iudæis auferret calumniandi materiam, & quia per crucis victoriam meruit potestatem & dominium super gentes. 3ª. q. 42. 1. 0.

7 Christus prędicauit annis tribus, & quasi mensibus tribus, & vixit annis triginta tribus, & mensibus tribus. 3ª. quæstio. 39. 3. 0. & q. 43. 3. c.

1 PRAEDICARI. Quicquid prædicatur de aliquo, sicut vniuersale de particulari, potest supponere pro eo, non autem in aliis. 1ª. q. 39 5 4ᵐ.

2 Homo prædicatur per se de Socrate, quia si Socrates diffiniretur, poneretur homo in eius diffinitione. 1ª. q. 76. 1. c. co. 1.

3 Totum vniuersale, adest cuilibet parti eius, & secundum esse & secundum perfectionem, & propriè prædicatur de parte sua, non autem totum integrale: totum autem potentiale, aliquo modo. 1ª. q 77. 1. 1ᵐ.

4 Pars subiectiuè, est de qua prædicatur essentialiter totum, secundũ vnam rationem vel secundum prius & posterius: & est in minus. 22ᵉ. q. 120. 2. c.

5 Totum integrale, prædicatur aliquo modo de omnibus partibus suis simul sumptis, licet impropriè: sed nullo modo de singulis simpliciter & propriè. 1ª. q. 77. 1. 1ᵐ.

6 Nulla pars integralis prędicatur de suo toto. 1ª. q. 77. 1. 1ᵐ.

Nul-

7 Nullum per accidens, prædicatur vniuersaliter, sed tantum quæ per se prædicantur. 1ª. q. 51. 1. c.
8 Inferius non prædicatur de superiori, nisi per accidens. 1ª. q. 39. 6. a. 2.
9 Subiectum non restringitur per prædicatum, ratione significationis: sed tantum ratione temporis consignificati. 1ª. quæst. 39. 4. a. 2.
10 Terminus in subiecto positus, tenetur materialiter, i. pro supposito: sed in prædicato tenetur formaliter, id est pro natura. 1ª. q. 13. 12. c. & q. 31. 3. 2ᵐ. & 3ª. q. 16. 7. 4ᵐ. & 9. c. 3ᵐ. & 10. c. 2ᵐ. & q. 17. 1. 3ᵐ.
11 In diuinis, persona prædicatur de essentia, & econuerso. 1ª. q. 39. 6. o.
12 Relatio secundū propriam rationem, id est, secundum quod refertur ad aliud, prædicatur in diuinis: non autem secundum rationem communem, scilicet secundum quod inhæret subiecto. 1ª. q. 28. 1. ᵐ.
13 Hæc prædicatio, Deus est pater, & ecōuerso, est per se, & nullo modo per accidēs. Nec sicut superioris, de inferiori, nec ecōuerso fit per identitatem. 1ª. q. 39. 6. 2ᵐ.

1 PRAEDICATOR nullus debet fieri, nisi prius purgatus, & virtute perfectus. 3ª. q. 41. 3. 1ᵐ.
2 Prædicator debet esse absolutus à cura rerum secularium. 3ª. q. 40. 5. c.
3 Prædicator non debet semper esse in publico, sicut nec Christus. 3ª. q. 40. 1. 3ᵐ.
4 Sumptus debentur prædicatoribus, à mittentibus eos. 22ᵉ. q. 187. 4. 2ᵐ. & 5. 5ᵐ.
5 Prædicatorum ordo, habet cautissimam & securissimam formam profitendi. 22ᵉ. q. 188 9. 1ᵐ.

* PRÆLATIO quælibet, est à Deo, non autem abusus eius, nec eius vsurpatio. 1ª. q. 96. 2. 3ᵐ.
2 Licet appetere opus, & perfectionem episcopatus & prælationis, nō autem ipsam ratione gradus, vel honoris vel diuitiarum. 22ᵉ. q. 185. 1. 2. o.
3 Triplex ratio recusationis respectu officij prælationis quantum est de se: scilicet impedimentum deuotæ cōtemplationis, dulcis affectionis, & spiritualis exultationis. 22ᵉ. quæst. 187. 1. 3ᵐ. & 2. 1ᵐ. & 3ᵐ.
4 Non licet iurare, nec vouere, quod prælationem non sumat. nec totaliter resistere. 22ᵉ. q. 185. 1. 3ᵐ. & 2. o.
5 Prælatus existens in peccato mortali, etiā occulto, corripiendo, vel quicquid aliud officij sui faciendo, peccat mortaliter: non autē hoc agens vt frater. 22ᵉ. q. 43. 5. o.
6 Ex hoc ipso quod prælati dissimulant, videntur annuere. 22ᵉ. q. 147. 4. c. fi.
7 Prædicare: ex officio conuenit, prælatis religiosis autem ex cōmissione. 22ᵉ. q. 187 4. 2ᵐ.
8 Prælatus potest dupliciter considerari, scilicet aut secundum quod iudicio præsidet. Et sic dicere peccatum fratris prælato, & dicere ecclesiæ, aut secundum quod est extra iudicium existens. Et sic dicere prælato, non est dicere ecclesiæ, sed personæ quę potest prodesse, & non obesse, quia nullus potest magis prodesse, quàm prælatus. 22ᵉ. q. 33. 8. 4ᵐ.
9 Tunc prælatus inordinatè videtur tangi, quando irreuerenter obiurgatur, vel etiā quādo ei detrahitur, & hoc significatur per cōtactum montis & archæ damnarum à Deo. 22ᵉ. q. 33 4. 1ᵐ.

1 PRAEMIVM essentiale beatitudinis consistit in actu intellectus: sed delectatio eius in voluntate. 1ª. q 26. 2. o. & 3. c & 12ᵉ. q. 3. 4. o.
2 Violenter corrupta, habebit duplex præmium, vt dicit beata Lucia, scilicet virginitatis, & patientiæ. 22ᵉ. o. 124. 4. 2ᵐ.
3 In retributione præmiorum, inęqualia debentur inæqualibus meritis: non autem in constitutione rerum. 1ª. q. 4ᵐ. 2 3ᵐ. & q. 65. 2. 3ᵐ. & 12ᵉ. q 114. 3 o.

PRAEPOSITIVVS dicens affirmatiuam & negatiuam, simul esse falsas, improbatur. 1ª. q. 39. 4. 5ᵐ.

1 PRAESENTIA & illud propriè dicitur præsens, cuius essentia præsentatur sensui, vel intellectui. 1ª. q. 8. 3. c. 2ᵐ.
2 Præsentia necessitatem quandam habent: quia necesse est Socratē sedere, dum sedet. 22ᵉ. q. 49. 6. c.

* PRAESERVATVS ab aliquo, dicitur purgatus: vel liberatus. 3ª. q. 32. 4. 1ᵐ & q. 52. 2. 2ᵐ.

1 PRAESTIGIVM est diuinatio per dæmones, ingerentes se visui, vel auditui hominum: quia præstringit oculos. 22ᵉ. q. 95, 3. c. princip. & q. 178. 1. 2ᵐ.
2 Formę apparentes in præstigiis, sunt tantum in sensu communi ab imaginatiua, vel per res naturales impressæ. 1ª. q. 114. 4. 2ᵐ. & 22ᵉ. q. 178 1. 2ᵐ.

4 PRAESVMPTIO aliquando sumitur in bono, quasi præ alijs sumptio: & aliquando in malo. 22ᵉ. quæst. 21. 2. 1ᵐ. & q 70. 3. 2ᵐ.
2 Præsumptio in malo, dicit immoderantiam spei dupliciter, scilicet supra vires proprias, vel cōtra iustitiā Dei. Prima opponitur magnanimitati: secunda vero, est species blasphemiæ, in spiritum sanctum. Ideo grauior est quàm prima. 22ᵉ. q. 21. 1. 4. o. & q. 130. 2. o. & q. 133. 1. c.
3 Præsumptio prima, oritur ex inani gloria, secunda vero ex superbia 22ᵉ. q. 21. 4. o.
4 Præsumptio secunda oritur ex nimio amore sui. 22ᵉ. q. 21. 1. 2ᵐ. & 3ᵐ.
5 Præsumptio secunda, habet conuersionem ad bonum commutabile: & auersionem à Deo, attribuendo diuinæ virtuti quod ei nō conuenit. 22ᵉ. q. 21. 1. 3ᵐ.
6 Præsumptio prima opponitur magnanimitati, secundū excessum licet apparenter secundum defectum, inquantum est aliquando de minimis, quæ magna videntur. 22ᵉ. quæst. 130. princi. & 2. o & q. 133. 1. c.
7 Præsumptio secunda, opponitur charitati, vel potius dono timoris. 22ᵉ. q. 130. 2. 1ᵐ.
8 Præsumptio magis opponitur spei quam timori, quia spei cōtraria tur, ratione proprię differentię: timori verò, ratione generis, & contrarietas ad timorem, est apparentior. 22ᵉ. q. 21. 3. o.
9 Præsumptio est contra ordinem naturalem, ideo semper est peccatum. 22ᵉ. q 130. 1. o.
10 Præsumptio secunda, est minus peccatum, quam desperatio. 22ᵉ. q. 21. 1. c.
11 Præsumptuosus peccat, non æstimando nimis misericordiam Dei: sed contemnendo iustitiam eius. 22ᵉ. q. 21. 2. c. 2ᵐ. & q 130. 2. 1ᵐ. & q. 163. 4. 3ᵐ.
12 Peccare cum proposito perseuerandi in peccato, sub spe veniæ, dicitur præsumptio. Non autē si sit cum proposito pœnitendi, sed alleuiatur. 22. q. 21. 2. 3ᵐ.
13 Aggredi opus vltra vires ex confidentia ad vires humanas, est præsumptio. Non autem si fiat in spe diuini auxilij. 22ᵉ. q. 21. 2. 1ᵐ.
14 De quolibet debet præsumi bonum: nisi appareat contrarium, nec sit in periculum alterius. 22ᵉ. q. 70. 3. 2ᵐ.
Omne præteritum est necessarium. 22ᵉ. q. 49. 6. c.

1 *PRAEVARICATOR est, * qui malicioſe impedieus punitionem peccati, aduersam partem adiuuat, prodita causa sui. 22ᵉ. q. 68. 3. c fi.
2 Differentia præuaricationis à calumnia & tergiuersatione 22ᵉ. q. 68. 3. o.
3 Non omnis absconděs vera crimina, præuaricatur, sed tantum qui fraudulenter absondit ea, de quibus accusationem proponit, colludens cum reo, proprias probationes dissimulando, & falsas excusationes admittendo. 22ᵉ. q 68. 3. 2ᵐ.

1 PRIMITIAE erant de præcepto ceremoniali, quo ad determinationem, in communi vero de iure naturali, nunc autem de præcepto ecclesiæ, secundum consuetudinem patriæ. 22ᵉ. q. 86. 4. o.
2 Quantitas primitiarum non fuit determinata in lege, quia erant per modum oblationis, de cuius ratione est esse voluntarium, & secūdum Hieronymum, aliqui dabant quadragesimam partem alij sexagesimam, sed nunc statur consuetudini patriæ. 22ᵉ. q. 86. 4. 3ᵐ.
3 Primitiæ pertinent ad quoddā genus oblationum, in vsum sacerdotum, in recognitionem beneficij Dei, scilicet fructuum terræ, & debet esse aliquid præcipuum de fructibus terræ. 22ᵉ. quæst. 86. 4. c.
4 Primitiæ sunt signa præteriti beneficij Dei, scilicet terræ promissæ Israël, & totius terræ, toti humano generi, & fructuum: sed ceremonialia, propriè erant signa futuri 22ᵉ. q. 86. 4. 1ᵐ. & 2ᵐ.

1 PRIMOGENITVS dicitur primo natus, licet nullus post eum sit. Ideo Christus est primogenitus Mariæ 3ª. q. 28. 3. 4ᵐ.
2 Omnes primogeniti, erant sacerdotes in veteri testamento, & habebant duplicem portionem in hæreditate paterna. 12ᵉ. q. 103. 1. 3ᵐ. & 22ᵉ. q 87. 1. 3ᵐ.

1 PRIMVM dicitur dupliciter, scilicet primum simpliciter, & primum in genere. 12ᵉ. q. 6. 1. 1ᵐ.
2 Primum in per se ordinatis, oportet esse maximum, non autem primum per accidens. 22ᵉ. q. 163 3. 3ᵐ.

1 AD bonum principem requiritur quod sit virtuosus simpliciter: nō autem ad bonum ciuem. 12ᵉ. q. 92. 1. 3ᵐ.
2 Ad bonum virum pertinet, posse principari, & bene subiici. Ideo in virtute boni viri includitur virtus principis. Sed virtus principis differt specie à virtute subditi, sicut virtus viri & mulieris. 22ᵉ. q. 47. 11. 1ᵐ. & 2ᵐ.
3 Princeps auferēs per vim aliena, rapinam committit, & tenetur restituere: nisi sit secundum iustitiam, pugnādo, vel puniendo. 22ᵉ. q. 66. 8 c. & 1ᵐ.
4 Ad bene commorandum in aliqua communitate, requiruntur duo, scilicet habere se bene ad principem, id est, cum fidelitate, reuerentia,

rentia, & famulatu: ad socios autem reddendo cuilibet debita, & nulli nocendo. 12ᵉ. q. 100. 5. c.
5 Sanctis licet commorari in curiis principum, ad promouendū bonos, & ad impediendum malos: non autem propter voluptates. 22ᵉ. q 187. 2. 3ᵐ.
6 Deus reseruauit sibi institutionē summi principis, & regis Iudęorum, quia habebat specialem curam eorum. 12ᵉ. q. 105. 1. 1ᵐ.
7 Deus non dedit Iudæis principes, & reges à principio, sed tantum modum eligendi. s. secundum iudicium Dei, & de gente sua: & modum se habendi. 12ᵉ. q. 105. 1. 2ᵐ.
8 Diuisio regni Israel, & multitudo regum, magis cōuenit eis in pœnam, pro dissentionibus multis contra regnum Dauid iustum, quam ad eorum profectum. 12ᵉ. q. 105. 1. 3ᵐ.
9 Principibus Iudęorum, non sunt deputati cibi sicut sacerdotibus, ne superbirent, nec ambirent. 12ᵉ. q. 105. 1. 4ᵐ.

1 BONVS principatus triplex. s. regalis, aristocratia, & dimocratia. Et triplex principatus malus. s. tyrannis oligarchia, & dimocratia. 12ᵉ. q. 95. 4. c. & q. 105 1 c. & 22ᵉ. q. 61. 2. c.
2 Principatus regalis est optimus. 1ª. q. 103. c. & 12ᵉ. q. 105. 1. 2ᵐ. & 22ᵉ. q. 50. 1 2ᵐ.
3 Principatus regalis, est propter bonum populi, tyrannicus autem est propter bonum tyranni. 1ª. q. 93. 1. 2ᵐ. & q. 96. 4. c. & 22ᵉ. q. 42. 2. 3ᵐ.
4 Optimus principatus est in quo omnes habent aliquam partem. Et componitur ex regno, *inquātum vnus prędest: & aristocratia, in quantum multi principantur secundum virtutem & dimocratia id est principatus populi, in quo populus sibi eligit principē. 12ᵉ. q. 95. 4. c. & q. 105. 1. o.
5 Principatus dicuntur in angelis, quia principantur omnibus cælestibus principibus, diuinas iussiones explentibus. Sed archangeli dicuntur qui principantur soli ordini angelorum. 1ª. q 108. 5. 4ᵐ.

1 PRINCIPIVM quo ad relationem, est simul naturaliter cum principato: sed id quod est principium, est naturaliter prius eo. 1ª. q. 42. 3. 2ᵐ.
2 Principium est prius tēpore principiato dupliciter, scilicet, ex parte actionis successiuę, vel agentis imperfecti, vel eligentis tempus 1ª. q. 42. 1. c.
3 Apud Græcos filius & spiritus sanctus, dicuntur principiati, non autem apud Latinos 1ª. q 33. 1. 2ᵐ.

1 PRINCIPIVM sumitur à prioritate, sed non significat eam. 1ª. q. 33 1. 3ᵐ.
2 Principium est id à quo aliquid procedit, quocunque modo, & ecō uerso. 1ª. q. 33. 1. c.
3 *Principium est communis causa, & causa elemento. 1ª. quæst. 33. 1. 1ᵐ.
4 Nom omne principium, est primum principium. 12ᵉ. q. 6. 1. 1ᵐ & q. 41. 1ᵐ.
5 Græci indifferenter vtuntur nomine causæ, sicut nomine principij in diuinis, non autem Latini. 1ª. q. 33. 1. 1ᵐ.
6 In diuinis vna persona est principium alterius, non autem causa. 1ª. q. 33. 1. o. & q. 36. 4 o.
7 Principiū in diuinis & in creaturis, dupliciter cognoscitur. s. vt primum, & vt principium. 1ª. q. 33. 4. c
8 Non omne principium cognoscēdi, est principium essendi. 1ª. q. 85. 3. 4ᵐ.
9 Primum principium in speculatiuis est. Non contingit idem simul esse & non esse. In practicis autem est. Bonum est prosequendū: malum vero est fugiendum. 12ᵉ. q 94. 2. c & 22ᵉ. q. 1 7. c.
10 Principia speculatiua, cognoscuntur per alium habitum naturalē, quàm conclusiones: quia principia per intellectum, cōclusiones vero per scientiam. 22ᵉ. q. 47. 6. c & q. 49 2. 1ᵐ.
11 * Sicut in ratione speculatiua, sunt quædam vt principia, quorum est intellectus, & conclusiones, quarū est scientia, ita in ratione practica, vt principia naturaliter nota, sunt fines virtutum moralium: quia finis se habet in operabilibus, sicut principiū, in speculatiuis: & quædam sunt in ratione practica, vt cōclusiones eorū quæ sunt ad finem 22ᵉ. q 47. 6. c.
12 Nihil refert verum ille qui docet proponēdo vel interrogando, procedat de principiis communibus ad conclusiones. Vtrobique enim animus audiētis certificatur de posterioribus per priora. 1ª. q. 84. 3. 3ᵐ. & q. 117 1 o.

PRIORITAS nullo modo est in diuinis. 1ª. q 36. 3. 3ᵐ. & q. 42. 3. o.

1 PRIVATIO secunda suscipit magis & minus: quia ponit aliquid, quod est de ratione eius: non autem prima. 12ᵉ. q. 73. 1. o. & q. 82. 4. c.
2 Priuatio suscipit magis & minus secundum suas causas, nō autem secundum se. 3ª. q. 11. 4. 1ᵐ & q. 49. 3. 3ᵐ. & 12ᵉ. q. 22. 2. 1ᵐ.
3 Priuationes & negationes differunt specie secundum differentias habituum, & positionum oppositorum, & specificantur per habitus oppositos. 22ᵉ. q. 107. 2. c.
4 * Priuatio est carentia eius quod est aptum natum haberi. Et hoc tripliciter, scilicet vel ab eo, vel ab alio eiusdē speciei, vel à quocunque. Et tertia tantum est in diuinis. 1ª. q 33. 4. 2ᵐ.
5 Priuatio est negatio, circa determinatum subiectum. 1ª. q. 17. 4. c.
6 Contractum significat aliquam naturam in subiecto, non autem priuatio. 1ª. q. 17. 4. c.
7 Nulla priuatio, tollit totaliter esse. 1ª. q. 11. 2. 1ᵐ.
8 * Nulla priuatio est intenta ab aliquo agente. 1ª. q. 19. 9. c. & q. 49. 1. c.

PRIVILEGIVM est priuata lex: quia respicit singulares personas, sed commune est ad multa negocia. 12ᵉ. q. 96. 1. 1ᵐ.

1 PRIVS dicitur dupliciter, scilicet ordine perfectionis, & generationis. 1ª. q. 85. 3. 1ᵐ. & 12ᵉ. q. 68. 8 3ᵐ.
2 Prius natura dicitur dupliciter. s. secundum causam materialem, & magis secundum alias causas. 22ᵉ. q. 1. 7. 3ᵐ.
3 Semper id quod est naturalis, est prius. 12ᵉ q. 4 9. 2. c.
4 Imperfectum est prius tempore perfecto in eodem. Sed in diuersis est econuerso, & natura in vtrisque. 1ª. q 82. 3. 2ᵐ. & q. 85 3. 1ᵐ. & q. 94. 3. c. & 12ᵉ. q. 6. 2 4. c. & 3ª. q. 1. 5. 3ᵐ. & 6. c.
5 Prius duplex. s. per se, & per accidens. 22ᵉ. q. 4. 7. c.
6 Semper quod est per se, est prius eo quod est per aliud. 1ª. q. 20 1. c. & q. 84. 6. c.
7 Remoto priori, remouetur posterius, sequens tantum ex eo: nō autem si sequatur etiam ex alio. 12ᵉ. q. 15. 2. 2ᵐ.

1 PROCESSIO dicitur dupliciter. s. motus processiuus animaliū, & eductio principiati à principio: prima est in diuinis metaphoricè tantum secunda vero propriè. 1ª. q 27 1 o.
2 Processio duplex, scilicet ab extra, & ab intra: prima semper est per motum ad diuersum, & contra rationem primi principij, non autem secunda. Ideo secunda conuenit Deo, non autem prima. 1ª. q. 17. 1. o.
3 Omnis processio creaturæ, est per motum, vel mutationem: nō autem in diuinis. 1ª. q. 27. 1. 1ᵐ.
4 Processus rationis duplex, scilicet via compositionis, & via resolutionis. 12ᵉ. q. 14. 5. o.
5 In diuinis sunt tantum duæ processiones, scilicet verbi & amoris, secundum quod Deus suam essentiam, veritatem & bonitatē intelligit & amat. 1ª. q. 27. 3. 5. o. & q. 28. 4. c. & q. 36. 1. c. & q. 37. 1. c. & q. 41. 1. c.
6 Omnia quæ important respectum originis, absolute dicuntur de processione diuina: non autem repugnantia consubstātialitati, coæternitati, & independentiæ. 1ª. q. 27. 2. 2ᵐ.
7 Processiones in diuinis, distinguuntur per relationes, & modos originis, non autem seipsis: nec per esse à natura & voluntate. 1ª. q. 27. 3. o
8 *Processio filij, est per naturam patris. Ideo est ei coæternus, consubstantialis, & independens: nō autem creaturæ, quia procedūt per voluntatem Dei. 1ª. q. 41. 1. c. & q. 42. 2. c.
9 Omnia quæ pertinent ad generationem viuorum, dicuntur in processione filij Dei, vt oriri, nasci, gigni, & generari 1ª. quæstio. 27. 2 2ᵐ.
10 Hæresis Valentini, quod filius Dei procedit, vario modo prolationis, id est ad extra. 1ª. q. 14. 2. 2ᵐ.
11 Spiritus sanctus procedit à patre & filio, quia aliter non posset distingui, à filio. 1ª. q. 36 2. o.
12 * Spiritus sanctus procedit ab eis, inquantum sunt plures agentes: & inquantum sunt vnum, in vi spirativa. 1ª. q. 36. 4. 1ᵐ.
13 Hæresis Arrij, quòd spiritus sanctus procedit à patre & filio, vt creatura vtriusque. 1ª. q. 27. 1. c.
14 Hæresis Nestorij & Theodorici, quòd spiritus sanctus non procedit à filio. 1ª. q. 36. 2. 3ᵐ.
15 Spiritus sanctus, nō magis procedit à patre, quàm à filio, nec prius, nec plenius. 1ª. q. 36. 3. 4ᵐ.
16 Spiritus sanctus dicitur principaliter & propriè procedere à patre: propter auctoritatem in patre, non autem magis proprie. 1ª. q. 36. 3. 2ᵐ.
17 Spiritus sanctus procedit à patre immediate, & mediante filio, ratione suppositi: non autem ratione virtutis mediæ. 1ª. q 36. 3. 1ᵐ.
18 Processio filij, est per actū intellectus: sed processio spiritus sancti, est per actum voluntatis. 1ª. q. 27. 2 c. fi. & 3. c. & q. 28. 4. 1ᵐ. & q. 34. 2. c. & q. 45. 7. c.
19 Spiritus sanctus ita naturaliter & à natura procedit à patre, sicut & filius. 1ª. q. 41. 2. 3ᵐ. & 6. c. & q. 42. 2. c.
20 Processio spiritus sancti, tripliciter ratione nominatur tantū processio, scilicet ex habitudine rei amatæ ab amāte per amorem. 1ª. q. 27. 4. 3ᵐ. & q. 28. 4. c. & q 37 1. c.
21 Emanatio, proprietas, & relatio spiritus sancti, nominatur eodem nomine, scilicet spiratio, propter defectum nominum. 1ª. q. 36. 1. c. & q 37. 1. c.
22 Processio spiritus sancti dicitur æterna, respectu obiecti æterni: sed vt tendit in obiectum creatum, cui Deus cōfert aliquid, dicitur tempo-

temporalis.1ª.q.43.2.o.
23 Spiritus sanctus procedit à seipso, processione temporali. 1ª. q.43. 2.3m.
24 Processio æterna & temporalis, sunt tantum vna processio, ratione respectus ad principium quem principaliter importat, sed sunt duæ ratione duplicis respectus ad obiecta. 1ª.quæst. 43.2.c. & 3m.

1 PROCLAMARE licet in capitulis religiosorum de leuibus quę famæ non derogant, sine admonitione secreta, nō autem de graui.22ᴱ.q.33.7.4m.
2 Non videtur esse probabile, quod ea quæ sunt in consuetudine religiosorum, sint contra præcepta Christi. * Consuetum est autē in religionibus quod in capitulis aliqui proclamantur de culpis, nulla secreta admonitione præmissa. Sed huiusmodi proclamationes, sunt quasi quædam commemorationes, potius oblitarum culparum quàm accusationes vel denunciationes. 22ᴱ.q.33. 7.2.4.& 4m.
3 Si essent tamen alia, de quibus frater infamaretur, contra præceptū domini ageret, qui per hunc modum proclamando, peccatum fratris publicaret.22ᴱ.q.33.7.4m.

1 PRODIGALITAS est circa passiones pecuniæ, sicut defi ciens: non autem sicut superabundans in eis. 22ᴱ. quæst.119.1. 1m.
2 Prodigalitas dicitur esse contra naturam: quia habet immoderatā emissionum rerum, repugnantem naturæ. 12ᴱ.q.32.6.2m.
3 Prodigus sępe excedit in dando propter voluptates, nō tamen semper.22ᴱ.q.119.1.3m.
4 Prodigalitas semper est peccatum, non principaliter propter quātitatem, sed propter inordinationem dandi, quibus nō debet dari, & propter quæ, & sicut debet.22ᴱ.q.19.1.o.& 3.1m.
5 Prodigus peccat in se, & in proximum, præcipuè clerici consumentes bona pauperum. Similiter auarus 22ᴱ.q.119.3.1m.
6 Prodigalitas opponitur liberalitati.22ᴱ.q.117.princi. & q.118.princi. & q.119.1.2.3.c.
1 PRODVCTAE res à principio fuerunt, in statu perfecto: vt essent principia aliorum. 1ª.q.94.3.c.
PROFITENS, non vouet seruare, quicquid est in regula: sed vitam regularē, vel viuere secundum regulam, quod est cautius, vel obedientiam secundum regulam non obligando se ad culpā vt in religione ordinis fratrum prædicatorum, quod est melius. 22ᴱ.q.186.9.1m.
2 Votum simplex de maiori religione, nō obligat post professionem in minori.22ᴱ.q 189.8.3m.
3 Professio facta ante annos pubertatis, scilicet ante annos quatuordecim in puero, vel ante annos duodecim in puella, non tenet propter ecclesiæ statuta.22ᴱ.q.88.9.c.3m. & q.189.5.c.1m.& 3m.
4 Nazaræi profitebantur quandam perfectionē, deponētes comam. 22ᴱ.q.186.9.b.
1 PROHIBITIO incitat concupiscentiam tripliciter, scilicet ratione ardui, ratione clausæ passionis, & ratione importunitatis.12ᴱ. q.98.1.2m.
2 Omne peccatum est malum, quia prohibitum iure naturali: nō autem iure positiuo.12ᴱ.q.71.6.4m.
3 Prohibitio ligni scientiæ boni & mali fuit propter figuram. s. propter euentum futurū, quia post eius esum, homo per experimētum pœnę didicit, quid interesset inter obedientię bonum, & inobedientiæ malum: non autem propter naturam arboris malā. 1ª.q.102.1.4m.& 12ᴱ.q.102.1.2m.
1 PROMISSIO est actus rationis, quia est enuntiatio, & ordinatio alicuius.22ᴱ.q.88.1.c.
2 Promissio est ordinare, quid facere pro alio debeat gratum ei. Sed comminatio est contra alium.22ᴱ.q.88.1.2.5.c.
3 Promissio nuda, id est, non habens aliquid additum ad confirmationem, non habet vim plenam obligandi Deo, nec homini. 22ᴱ q. 88.3.1m.
4 Promissa non debēt seruari: si est illicitum * quod promittitur: vel si sint mutatæ cōditiones personarum, vel negociorum. Ad hoc ergo quod homo seruare debeat quod promisit, oportet vt sit licitum quod promittitur, & quod omnia immutata permaneant. 22ᴱ.q.110.3.1m.
1 PROMVLGATIO legis naturæ, fit ex hoc quod Deus inserit eam mentibus hominum naturaliter custodiendam.12ᴱ.q.90.4. 1m.
2 Promulgatione non indigent præcepta communia legis naturæ, & credere in Deum.12ᴱ.q.100.4.1m.
3 Promulgatio fit verbo & scripto. Et vtroque modo promulgatio legis æternæ est æterna, ex parte Dei, non autem ex parte nostra. 12ᴱ.q.91.1.2m.
4 Promulgatio legis necessaria est ad hoc, quod lex habeat vim obligandi.12ᴱ q.90.4.o.
5 Promulgatio obligat absentem, sicut & præsentem, inquantū promulgatio ad eum peruenit, vel potuit peruenire per alios. Futuros autem obligat per scripturas. 12ᴱ.q.90.4.2m.& 3m.
1 PRONOMINA demonstratiua dicuntur de Deo, secūdum quod faciunt demonstrationē ad intellectum: non autem ad sensum. 1ª.q.13.1.3m.
2 Pronomina possessiua, cōiunguntur nominibus Dei, quæ significāt rationem principij efficientis, vel finalis, vel exemplaris: non autem nominibus Dei, quæ significant per modum formę inhærētis.1ª.q.36.1.3m.
1 PROPASSIO, est passio inchoata in appetitu sensitiuo, non vltra procedens: sicut in Christo fuit.3ª.quæst.15.4 c.& 6.2m.& 7. 1m.
1 PROPHETIA non est habitus, nec qualitas permanens, sed vt passio transiens.12ᴱ.q.68.3.3m. & 22ᴱ.q.171.2.o. & q.174.3.2m.& q. 176.2.3m.
2 Prophetia non est gratia gratum faciens, sed gratis data. 12ᴱ.q.68. 3.3m.
3 Prophetia est diuina inspiratio rerum, futura immobili veritate de nuntians, secundum Cassiodorum.22ᴱ.q.171.3.2.1.& 6.b.
4 Propheta dicitur quasi procul phans, vel procul videns: inquatum cognoscit vel loquitur ea quæ sunt procul à communi hominū sensu, cum quibus conuersatur, & communicat in statu vitæ. 3ª.q.7.8.o.
5 Prophetia principaliter, & primo consistit in cognitione. Ideo dicitur à Phanos. Secundario consistit in locutione, ideo dicitur à phari. Tertio consistit in operatione miraculorum, ad confirmationem eius. 22ᴱ. q. 171.1.o. & 2 c.& q.174.3.3m.& 4. c.& 3ª.q. 7.8.o.
6 * De ratione prophetiæ, non est ænigmatica cognitio, quia Moyses fuit propheta: & tamen Deum palam, & non per ænigmata vidit.3ª.q.7.8.1m.
7 In prophetia sunt duo, scilicet, repræsentatio, & iudicium de visis, quod est principalius, & completiuum eius, sine quo non est.22ᴱ. q.173.2.c.& q.176.2.1m.
8 Ad prophetiam, requiritur lumē intellectuale supernaturale.22ᴱ.q. 171.2.c.
9 Ad prophetiam requiritur inspiratio, quo ad mentis eleuationem: & reuelatio, quo ad perceptionem diuinorum.22ᴱ.q.171.1.4m.
10 Ad prophetiam requiritur maxima mentis eleuatio, ad cōtemplationem spiritualium.22ᴱ.q.172.4.c.
11 Bonitas morum, quo ad refrenationem passionum, & remotionem occupationum exteriorum, requiritur ad prophetiam. 22ᴱ. q. 172.4.o.
12 Dispositio naturalis, non requiritur ad prophetiā, quia Deus simul remouet indispositionem, disponit & perficit.22ᴱ.q.172.3.o.
13 Prophetia potest haberi sine charitate, & sine gratia gratum faciēte.22ᴱ.q.6.2.3m.& q.172.4.c.
14 Obiectū prophetiæ, est illud quod est in cognitione diuina, supra facultatem humanam.22ᴱ.q.174.1.c.
15 Prophetia est de omnibus. Sed primo & principaliter est de futuris contingentibus: secundo de existentibus supra vniuersalem cognitionem hominum, tertio respectu alicuius. 22ᴱ.q.171.3.o.& q. 172. 1.c. fi. & 4m. & 5.c.& quæstione 176.2.3m. & quæstione 178.1. 1m.
16 * Prophetiæ sunt principaliter de futuris. * Sunt tamen etiam de præsentibus, quæ tamen sunt procul à cognitione non omnium hominum, sed quorundam secundum sensum vel secundum intellectū, vt Helisęus cognouit quę Giezi præsens fecerat, & sunt etiam de occultis omnibus hominibus naturaliter: vt mysteriū trinitatis, sunt etiam de mysterio Christi sub nomine hominum & tunc excedunt veritatem historiæ. 22ᴱ.q.171.3.c.
17 Omnia prophetabilia, sunt non cognoscibilia ab homine, nisi per reuelationem Dei. Sed quæ pertinent ad sapientiam, & scientiā & interpretationem sermonum, possunt naturaliter cognosci ab homine.22ᴱ.q.171.3.2m.& q.172 1.c.fi.
18 Prophetæ non vident omnia prophetabilia, sed tantum ea quæ sibi specialiter reuelantur.22ᴱ.q.171.4.o.
19 Aliqua prophetia est de præterito, sicut in Genesi. Et in aliqua ponitur præteritum pro futuro, propter certitudinē prophetiæ.22ᴱ. q.171.3.b.
20 Prophetæ non vident Deum per essentiam. 22ᴱ. q.171. 2.c.& 4.c.& 3m.& q.173.1.o.
21 Prophetæ vident in speculo æternitatis, seu intelligētiarum, siue in libro præscientiæ Dei causaliter, non autē formaliter.22ᴱ.q.173. 1.c.fi.& 1m.& 2m.
22 Prophetæ habent certissimam & distinctam cognitionem de visis per spiritum prophetię: non autē de habitis per instinctum Dei. 22ᴱ.q.171.5.o.
23 Prophetiæ nullo modo potest subesse falsum: sicut nec præscientiæ Dei.22ᴱ.q.171.o.& q.172.1.c.& 3.3m.& 6 2m.
24 Propheta propriè cognoscit se moueri à Deo, ad aliquid æstimandum, vel significandum verbo vel facto, non tamen omnia quæ per

per hoc intendit Deus. 22ᴱ.q 1-3.4.o.
25 Propheria simpliciter dicta, id est, supra vniuersalem cognitionem hominum, non potest esse à natura, sed tantum ex reuelatione Dei, prophetia vero secundum quid, id est, de aliquibus in suis causis, potest esse à natura, sed fallibiliter. 22ᴱ. quæstio 172.1.o.& 3.c.
26 Prophetia, & aliæ illuminationes, & reuelationes, fiūt nobis à Deo mediantibus angelis.1ª.q 111.1.o.& 22ᴱ.q.172.2.o.
27 Aliquis cessante prophetica illustratione actuali, dicitur propheta ex deputatione Dei, & ex habilitate remanente ad facilius illustrari.22ᴱ.q.171.2.2m.
28 Prophetia prædestinationis, completur sine arbitrio nostro causante, non autem sine eo consentiente.3ª.q.30 1.1m.
29 Finis prophetiæ, est manifestatio alicuius veritatis existētis supra hominem.22ᴱ.q.174.2.c.2m.& 6.c.
30 Prophetia secundum quid potest esse à dæmonibus, nō autem prophetia simpliciter.22ᴱ.q.172.5.o.
31 Prophetia dæmonum, non fit per illuminationes, vt diuina, sed per visionem imaginariam vel sensibilem: nec est semper vera, sicut prophetia diuina.22ᴱ.q.172.5.2m.& 3m.
32 Propheræ dæmonum, quandoque prædicunt vera ex inspiratione diuina, & aliquando per dæmones. 22ᴱ. quæst. 172. 6.o. & q.174. 5.4m.
33 Species prophetiæ triplex. s. comminationis, prædestinationis, & præscientiæ.22ᴱ.q.174.
34 Prophetia fit dupliciter. s. per influxum luminis tantum, & per species impressas, vel aliter ordinatas. 22ᴱ q.173.2.o.
35 Modus prophetiæ triplex, secundum triplicem potentiam cognoscitiuam, scilicet secundum oculos corporis, secundum spiritum imaginarium, & secundum intuitum mentis.22ᴱ quæst.174. 1.3m.
36 Prophetis repræsentantur aliqua quadrupliciter. s. in sensu exterio ri, sicut Daniel vidit scripturam in pariete, & Samuel audiuit verba: vel per formas in imaginatione diuinitus impressas, sicut in cæcis natis similitudines cœlorum: vel per formas diuinitus ordinatas, sicut Ieremias vidit ollam accensam, vel species in intellectu, sicut in scientia infusa Salomoni & Apostolis. 22ᴱ. q.173.2. o.& 3.c.
37 Modus prophetiæ septuplex, secundū differentias influxus. s. extasis, visio, somnium, per nubem, vox de cælo, parabola, & repletio sancti spiritus.22ᴱ.q.174.1.3m.
38 Gradus prophetiæ imaginariæ, distinguitur quadrupliciter, scilicet per somnium & vigiliam, per signa, si loquens videtur vel non, & secundum dignitatem apparentis. 1ª. q. 12. 11. 1m. & 12ᴱ q.174. 3.o.
39 Gradus prophetiæ impropriè dicitur duplex. s. minimus. i. secundū operationem exteriorem, vt Sanson: & visio de naturalibus, vt Salomon.22ᴱ.q.174.3.c.
40 Actus prophetiæ duplex, scilicet principalis, id est visio: & secunda rius, id est, denuntiatio.22ᴱ.q.176.2.c.
41 Veri prophetæ tripliciter differunt à falsis prophetis. s. agente, fine, & certitudine 21ᴱ.q.173.3.3m.
42 Prophetia prædestinationis, semper impletur, non autem prophetia comminationis.1ª.q 19.7 2m.& 22ᴱ.q.171.6.2m. & q.174.1.c.& 2.o.
43 * Omnis prophetia de quacunque re, est eiusdē speciei, quia est per vnum formale. s. per lumen diuinum.22ᴱ.q.171 3.3m.
44 Prophetia est simpliciter excellentior bono linguarum, triplici ratione. s. quia consistit in ipsa illuminatione mentis, quia pertinet ad rerum notitiam, & quia est vtilior.12ᴱ.q.176.2.o.
45 Prophetia intellectualis visionis, est nobilior quā imaginaria, nisi respectu reuelandi, per similitudinem corporalem, quia tunc est econuerso.22ᴱ.q.174.2.o.& 3.c.fi.& 4.c.1m.& 5.c.& q. 176.1.c.1m. & 3ª.q 30.3.1m.
46 Prophetia magis propriè dicitur de imaginaria, quam de intellectuali.22ᴱ.q.173.1.c.fi & q.174.2.3m.& 3.c.
47 Prophetia imaginaria, de supernaturali veritate, est nobilior intellectuali, de cognoscibilibus humana ratione.22ᴱ.q.174.2.3m.& 3. c.& q.176.2.1m.
48 Prophetia quanto est vicinior Christo, tanto est maior, & magis postquam ante: licet in quolibet statu prima sit maior aliis.1ª.q. 57 5.3m.& 22ᴱ.q.174 6.o.
49 Idem propheta non est semper in eodē gradu prophetię: sed quandoque in maiori, & quandoque in minori.22ᴱ.q.174.3 2m.
50 Moyses fuit cæteris prophetis simpliciter maior. licet secūdū quid sit minor aliquo.22ᴱ.q.174.4.o.
51 Prophetia Dauid ex propinquo, attingit ad visionem Moysis maiorem, quo ad cognitionem diuinitatis: sed econuerso, in cognoscendo & exprimendo mysteria incarnationis Christi. 22ᴱ.q.174. 4.1m.
52 Ioannes Baptista, fuit maior propheta Moyse, & cæteris prophetis veteris testamenti. 22ᴱ.q.174 4.3m.
53 Prophetia non conuenit Deo, nec beatis, nec angelis. 22ᴱ.q.173 1.c & q.174.c.o.& 3ª.q.7.8.c.& q.31.2.c.
54 * Prophetia fuit in Christo, inquantum fuit viator.22ᴱ.q.174.5.3m. & 3ª.q.7.8.o.& q.31.2.o.
55 Ille cuius tantum intellectus illuminatur ad iudicandum visa ab alijs, sicut Ioseph & Daniel, est propheta.22ᴱ. q.173.2.c.
56 Ille cui ostenduntur similitudines, sine lumine intelligentiæ, sicut Pharao, vel Nabuchodonosor, vel Balthasar, nō est propriè propheta.22ᴱ.q.173.1.c.
57 Abraham, Isaac, & Iacob, fuerunt prophetæ.22ᴱ.q.174.6.c.
58 * Dauid habuit prophetiam, quo ad intuitū mentis, sine imaginaria visione.22ᴱ.q.174.4.1m.
59 Omnes numerati inter prophetas, habuerunt prophetiam imaginariam, de supernaturali veritate & habebant officium prophetandi, & loquebātur in persona Dei, non autem agiographę. 22ᴱ. q. 174.2.3m.
60 Omni tempore fuerunt prophetæ, etiam in nouo testamēto.22ᴱ.q. 95.2.3m.& q.174.6.o.
61 Prophetæ fuerūt maximè in abundantia, tempore regū, quia tunc populus erat liber: ideo instrui debebat de agendis. 22ᴱ q.174.6. 2m.
62 Prophetię inceperunt scribi per Isaiam & Osee, quando Roma cōdita fuit 22ᴱ.q.174.6 2m.
PROPICIATORIVM erat tabula super alas cherubin, quia exinde Deus propiciabatur populo.22ᴱ.q 102.4.2m.

1 PROPORTIO secundum primam nominis impositionem significat habitudinem quantitatis ad quātitatem, secundū determinatum excessum, vel adæquationem: sed transfertur ad significandum habitudinem quorumcunque, sicut materiæ ad formam, potentiæ ad actum, obiecti ad potentiam: finiti ad infinitum & creaturæ ad creatorem.1ª.q.12.1.4m.
2 Proportio proprię, non est finiti ad infinitum, nec creaturæ ad creatorem: sed proportionalitas. s. similitudo proportionum 1ª. q.12. 1.4m.
3 Cognitio sensitiua, non se extendit ad proportionem vnius ad alterum.22ᴱ.q.58.4.c.
1 PROPOSITIONIS veritas duplex. s. rei, & signi 1ª.q.16.8.3m.
2 Propositiones affirmatiæ veræ possunt formari de Deo. 1ª. q. 13. 12.o.
3 Propositiones affirmatiæ de Deo, dicuntur incompletæ vel incōuenientes, propter modum significandi. 1ª.q.13.12.1m.
4 Cum dicitur Deus sciuit aliquid esse futurum contingens, non ponitur ibi contingens, nisi vt materia verbi, & non vt pars principalis propositionis 1ª.q.14.13.2m.
1 PROPOSITVM est actus voluntatis deliberatę.22ᴱ.q.88.1.c.
* Propositum pro facto reputatur 1ª q.23.2.2m.
1 PROPRIVM est de genere accidentium.12ᴱ.q 83 12.3m.
2 Proprium non addens aliquid nobilitatis supra commune, non habet proprium nomen, sed nominatur nomine communi. 12ᴱ. q. 111 1.3m.& 22ᴱ.q. 9.2.c & q.50.2.1m.& q.161.1 1m.
3 In omni re, primum accidens est aliud ab essentia eius, & est posterius ea, ordine generationis & perfectionis. 12ᴱ.q.1.6.c.& q.83. 2.3m.
4 Proprium fluit à subiecto, sine mutatione, sed per naturalem resultantiam. 1ª.q.77.6.3m.
1 PROPTER se duplex. s. quod diuiditur contra per aliud, & contra per accidens, primo modo finis diligitur propter se, virtutes autem secundo modo.22ᴱ.q.145.1.1m.
2 Propter quod vnūquodque tale, & illud magis: intelligitur tantū in iis, quæ sunt eiusdem ordinis sicut in eodem genere causæ: puta si dicatur quod sanitas est desiderabilis, propter vitam, sequitur quod vita sit magis desiderabilis: si autem accipiantur ea quæ sunt diuersorū ordinum, non habet veritatem: vt si dicatur quod sanitas est desiderabilis, propter medicinam, non ideo sequitur quod medicina sit magis desiderabilis: quia sanitas est in ordine finitorum: medicina autem in ordine causarum efficientium. 1ª. q.87 2.3m.& q 88.3.2m.
1 PRORVMPERE, & Homo prorumpit facile, ad manifestandum conceptum cordis. 12ᴱ.q 72.7.c
2 Iracundus in verba contumeliosa prorumpit, 11ᴱ.q.7.27.c.
Licet tristari de gloria & prosperitate inimici, inquantum est nociua.22ᴱ.q.36.2.o.& q 158.2.3m.

1 PROVIDENTIA importat respectum quendā alicuius distantis, ad quod ea quæ in præsenti ocurrunt, ordināda sunt. 22ᴱ.q.49 6.c.
2 Prouidentia est ratio ordinis in finem. 1ª. q 22. 1.o.& 2.c & q 23.1.c.
3 In recta ordinatione ad finem, quæ includitur in ratione prouidentię, importatur rectitudo consilij, iudicij, & præcepti sine quibus recta ordinatio in finem esse non potest. 12ᴱ.q.49.6 3m.
4 Prouidentia perfectè conuenit Deo. 1ª.q.22.1.o. Proui-

5 Prouidentia Dei habet certitudinem.1ª.q.22.4.2m.& 3m.
6 Error duplex circa diuinam prouidentiam.1ª.q.116.3 c fi.
7 Error triplex,circa diuinam prouidentiam.1ª.q.22.1.c.
8 Opinio Platonis,de triplici prouidentia,secundum Gregorium Nicenum.s.prouidentia summi Dei,qui primo & principaliter prouider rebus spiritualibus:& consequenter toti mundo quantum ad genera,species,& causas vniuersales:prouidentia qua prouider singularibus generabiliũ & corruptibilium:& hanc attribuit diis qui circumeunt cælos.i.substantiis separatis, quæ monent corpora cælestia circulariter:& prouidentia quæ est rerum humanarũ quam attribuebat dæmonibus,quos Platonici ponebant medios inter nos & deos,vt narrat Augustinus. 1ª.q.22.3.c. & q.105.6.1m.
9 Modus cõingentiæ,& necessitatis,cadit sub prouisione Dei, & nõ sub prouisione creaturæ.1ª.q 22.4.3m.
10 Sicut ad prouidentiam pertinet prospicere per se conueniens fini, sic ad circunspectionem,an sit conueniens fini,secundũ circunstantias.22ᵉ.q.49 7.3m.
11 Ars Dei,dicitur respectu productionis rerum: dispositio autem respectu rerum inter se,sed prouidentia respectu ordinis in finem. 1ª.q.22.1.c.fi.
12 Prouidentia Dei,se extendit ad necessaria non autem prouidentia hominis.1ª.q.22.2 3m.& 4.3m.& q.103.1.3m.& 12ᵉ. q.93.4.o.& 22ᵉ. q.49.6.c.
13 Aliquid subest prouidentiæ Dei dupliciter.s.propter se, & propter aliud,primo modo subsunt sola perpetua,secundo autem modo indiuidua corruptibilia.1ª.q.103.5.2m.
14 Bonum & malum subiacent diuinæ prouidentię,vt præscita & ordinata,sed bonum,vt intentum,non autem malum. 1ª. q. 22.2.2m.
15 Omnia subiacent diuinæ prouidentię,sed diuersimodè.1ª.q.8.3.c.& q.22.2.3.o.& q 23.1.c.& q.103.5.o & q.113.6.c.& 12ᵉ.q.91.2.c.& q.93. 1.4.5.c.
16 Prouidentia Dei non est respectu sui,quicquid est in eo,est finis,& non ad finem.1ª.q.22.1.c.fi.& 12ᵉ.q.93.4.o.
17 Prouidentia Dei, est omnium singularium,etiam contingentium. 1ª.q.22.2.o.& q.103.5.o.
18 Rationalis creatura,speciali modo subest diuinæ prouidentię.1ª.q. 22.2.4m.,& 5m.& q 103.5.2m.& q 113.2.c.& q.116 1.c.& 12ᵉ.q.91 2.c. & 22ᵉ.q.8 .2 c.
19 Electiones humanæ subsunt diuinæ prouidentiæ , propter se:ita vt etiam sint prouisores,* propter liberum arbitrium: sic tamen vt prouidentia hominis sit sub prouidentia Dei, tanquã causa particularis,sub vniuersali.1ª.q 22.2.4m.
20 Omnes motus,& actiones,& corruptiones, subiacent diuinæ prouidentiæ.1ª.q.22.2.2m.& q.103.5.1m.& 12ᵉ.q.93.1 5.c.
21 Prouidentia propriè non est in speculatiuis , sed tantum in practicis.22ᵉ.q.49.6 2m.
22 Boni subsunt diuinæ prouidẽtię propter se,mali vero propter alios tantum,vt bruta.1ª q.22.2.4m.& q.23.7.c.
23 Bruta subduntur diuinæ prouidẽtiæ per se,& in singulari , sed propter aliud tantum,& actus eorum. 1ª. q.22.2. 5m.& q.103 5.2m.& 12ᵉ.q.93.5.c.
24 Prouidentia Dei est æterna,sed gubernatio est temporalis 1ª.q.22. 1.2m.
25 Prouidentia est tantum in intellectu, licet præsupponat volũtatem finis , sed gubernatio passiua , est in gubernatis , actiua vero in gubernante.12ᵉ.q.22.1.3m.& q.23.2.4.c.
26 Certitudo prouidentiæ Dei,non deficit à suo effectu,neque à modo eueniendi,quem prouidit.1ª.q.22.4.3m.
27 Deus prouidet omnibus immediate, quo ad rationem ordinis, sed mediate,quo ad executionẽ eius,quæ dicitur gubernatio. 1ª. q. 22.3.o.& q.103.6.o.& q.116.2.c.
28 Prouidentia diuina,gubernat creaturas spirituales inferiores per superiores.1ª.q.110.1.c.
29 Et creaturas corporales per spirituales.1ª,q.22.3.c & q.63.7.c. & q. 102.2.1m.& q.103.6.o.& q.110.o.& q.112.1.c.& q.113.1.c.
30 * Et corpora inferiora,per corpora superiora. 1ª.q.113.1. c. & q. 115. 3 o.
31 Deus gubernat mundum bonitate , quia est principium prouidentiæ vt finis:*sic tamen vt liberè moueat hominem per lib.arbit. inuitando ad bonũ per præmium,retrahendo à malo, per timorem pœnarum.1ª.q.103.1 5.c.2m.
32 Finis gubernationis rerum à prouidentia Dei, est aliquid extra totum vniuersum,s ipse Deus,& 1ª.q.103 2 o.& 3.4.c.
33 Effectus gubernationis à prouidentia Dei , est vnus ex parte finis, sed ex parte mediorum,sunt duo in generali,scilicet,cõseruatio & motio in finem , in particulari vero sunt immutabiles nobis. 1ª.q.103.4.o.
34 Nihil potest contingere præter ordinem gubernationis,prouidentiæ Dei vniuersaliter,sed tantum respectu alicuius causæ particularis.1ª.q.22.2.1m.& q.103.7.o.
35 Nihil potest niti contra vniuersalem gubernationem diuinæ prouidentiæ sed tantum contra aliquod particulare.1ª.q.103.8.o.
36 Ad prouidentiam Dei non pertinet subtrahere defectus, corruptiones,& mala,à rebus 1ª.q.22.2.2m.& q.23.5 c.& q.48.2.c.3m.& 12ᵉ. q.10 11.c.
37 Prouidentia Dei non excludit à rebus contingentiam, nec casum nec fortunam,nec liberum arbitrium. 1ª.q.19.8.o.& q.22.2.1m.& 4.o.& q.23.1.1m.& 3.3m.& 6.c.& q.103 7.2m.& 3m & 12ᵉ. q.10.4.o.& 22ᵉ.q.83 2.c.& q.171.6.1m.
38 Ad diuinam prouidentiam pertinet quod permittat hominem tentari,& peccare.1ª.q.23.3.o.& 22ᵉ.q.165.1.o.
39 Immobilitas diuinæ prouidentiæ , non excludit vtilitatẽ orationis 1ª.q.23 8.o.& 22ᵉ.q.83.2.c.

1 PRVDENTIA, & Nomen prudentiæ sumitur à prouidentia, sicut à principaliori eius parte; quia omnia requisita ad prudentia necessaria sunt,vt aliquid ordinetur in finem. 22ᵉ. q. 49, 6.1m.
2 Nomen prudentiæ sumitur à prouidendo,quod etiam ad mala extendi potest:& ideo licet prudentia simpliciter dicta in bono accipiatur:aliquo tamen addito potest accipi in malo. 22ᵉ. q. 55. 1. 1m.
3 Prudens dicitur quasi porro videns,id est procul videns. 22ᵉ. q. 47. 1.c.
4 Prudentia simpliciter dicta,est virtus non impropriè,sicut virtutes intellectuales,sed propriè.12ᵉ.q.57.5.3m.& q. 61.1.c.& 22ᵉ.q.74.4. o.& q.55.1.1m.
5 Prudentia est generalis regula & perfectio virtutum moraliũ,dans eis modum & formam.22ᵉ.q.166.2.1m.
6 Prudentia est virtus generalis causaliter , non autem essentialiter. 22ᵉ.q.53.2.c.
7 Prudentia est virtus specialis , propter specialem rationẽ formalis obiecti.22ᵉ.q.47.5.o.& q 53 2.c.
8 Prudentia est virtus intellectualis secundum essentiam,sed moralis secundum materiam.12ᵉ.q.58.3.1m.q.61.1.1. c. & 22ᵉ. quæstio. 181. 2.3m.
9 Prudentia est amor,quia ab eo mouetur ad actũ,non autem essentialiter.22ᵉ.q.47.1.1m.
10 Prudens secũdum quid,est qui bene ratiocinatur,ad aliquem finẽ: simpliciter autem,qui ad totam vitam.12ᵉ.q.57.4.3m.& 22ᵉ.q.47. 2.1m.& q. 55.1.2.5.c.
11 Prudentia est in intellectu subiectiuè.1ª.q.22.1.3m.& 12ᵉ.q.56.2.3m. & 3.c.& q.6 .2.c.& q.68.1.c.& q.85.3.in corpore & 22ᵉ.q.47.1.o.& 3. 3m.& 5.6 c.& 10.3m.
12 Prudentia non est tantum in intellectu,sicut scientia & ars,sed habet aliquid in appetitu.s.rectitudinem.1ª.q.22.1.3m. & 12ᵉ.q.56.2. 3m.& 3 c.fi.& q 57 4.c.& 22ᵉ.& q.47.1.2m & 13.1m.& 16.2m.
13 Prudentia est tantum in ratione practica subiectiuè.12ᵉ.q.57.3.c. & 22ᵉ.q.47. .o.
14 Prudentia & ars,sunt in opinatiua parte animæ,& circa obiectum contingens aliter se habere.1 ᵉ.q.57.1.2m.& 5.3m.
15 Prudentia non consistit in sensu interiori,sed in sensu interiori , nõ principaliter,sed per applicationem ad opus.12ᵉ.q.47.3.3m.& q. 49 1.1m.& 2 3m.
16 Prudentia est in Deo,respectu aliorum,non autem respectu sui.1ª. q 22.1.c.1m.
17 Christus habuit plenitudinem prudentiæ , secundum donum consilij 3ª q.11.1 1m.
18 Prudentia infusa,est in omnibus existentibus in gratia:sed prudentia acquisita,non est in iuuenibus. 21ᵉ. quæstio. 47. 14.o.& q.51. 1.3m.
19 Nullus sufficit sibi,quo ad omnia, in iis quæ sunt prudentiæ, ideo non etiam maiores oportet in iis esse dociles.22ᵉ.quæstio.49.3 c. 3m.
20 Prudentia non est in seruis & subditis,inquantum huiusmodi: sed inquantum conuenit eis regere se per rationem.22ᵉ.q. 47.12.o.& q.49.3 3m.q.50.c.
21 Prudentia proprie non est peccatoribus , sed tantum quædam falsa similitudo eius.22ᵉ.q.47.13.o & q.50.3.2m.& q. 51.1.3m.
22 * Prudentia non conuenit brutis,nisi metaphoricè.s. inquantũ instinctu naturali aguntur sagaciter.1ª.q 22.1.c 4m.& q. 55.3.3m.& q.97.1.c.4m.& 12ᵉ.q.3.6.c.& q.13.2.3m.& 22ᵉ.q.47.15.3m.
23 Agibile vt obiectum rationis , id est,sub ratione veri , est materia prudentiæ:sed vt obiectum appetitus,id est sub ratione boni,est materia aliarum virtutum.22ᵉ.q.47.5.c.3m.
24 Prudentia nõ est circa altissimam causam simpliciter,sed circa bonum humanum 22.q.47.2.1m.
25 Prudentia proprie non est de fine,sed de iis quæ sunt ad finem.22ᵉ. quæst.33.1.2m. q.47.1.2m.& 6.c.& 15.c.fi & q.49.6.in corpore, & q. 56.1.c.3m.
26 Prudentia se habet ad bonum priuatum & ad bonum commune, id est,extendit se ad regimẽ sui,& multitudinis.1ª.q. 22.1.c.& 22ᵉ q.47.10.o.& q.49.3.3m.

27 Prudentia non solum considerat vniuersalia,sed etiam singularia. 22ᵉ.q.47.3.o.& 15.c.& q.49.1.1m.& 5.2m.& 7.c.
28 Futura contingentia, ordinabilia per hominẽ ad finem humanæ vitæ,propriè pertinent ad prudentiã, non autem necessaria,nec præterita, nec præsentia.22ᵉ.q.49.6.c.
29 Actus prudentiæ est aliqua ordinate disponere ad finem.1ª.q.22.1. c.& 22ᵉ.q.49 6.o.& 7.c.
30 Prudentia carnis,est peccatum,quia ponit finem in bonis carnis:& est mortale,si sit ibi vltimus finis,aliter est veniale. 22ᵉ. quæst.55. 2.2.o.
31 Quædam vitia manifeste contrariantur prudentiæ , ex defectu eius,vel eorum quæ ad eam requiruntur vt imprudentia , præcipitatio,seu temeritas,inconsideratio,& incõstantia: aliqua verò secundum falsam similitudinem , & abusum requisitorum ad prudentiam,vt astutia,prudentia carnis,dolus,fraus,solicitudo temporalium , & futurorum. 22ᵉ.q.21.3.c.& q.53. princip.& 1.c.& q.55.princip & 3.8.c.
32 Peccatum habens similitudinem prudentiæ, est cõtra prudentiam dupliciter.s.ordinando studium rationis ad finem non vere bonum,sed apparentem,vt prudentia carnis: vel vtendo non veris viis,sed simulatis, vt astutia. 22ᵉ.q.55.3.c.
33 Actus prudentię,miscetur actibus omnium aliarum virtutum:quia ex ea rectitudinem electionis participant:ideo ab ea dependent. 22ᵉ.q.47.5.2m.& q.53.2.c. & q.55.2.3m.
34 Opus prudentis est,esse bene consiliatum.22ᵉ.q.49.5.c.
35 Actus rationis practicæ,& prudentiæ triplex s. consiliari, iudicare, & præcipere,quia est principalis actus prudentiæ.1ª. q.22.1.1m.& 3m & q.13 4.c.& 12ᵉ.q.57.6.c.& q.58.5.3m & q.61 3.c.& q.65.1.c.22ᵉ. q.47 8.o.& 9.c.1m.& 10.16.c.& 12.3m. & 13.c. & q.48.c.& q.51. 2.o. & q.53.1. c.1m.
36 Per prudentiam,aliquis præcipit aliis & sibi.22ᵉ.q.47.12.3m.& q.49. 3.3m.& q.50 2.3m.
37 Consiliari non est immediatus actus prudentiæ : sed mediante eubulia.1ª.q.22.1.1m.& 12ᵉ.q.57.4. .m & 22ᵉ.q 51.2.o.
38 Laus prudentiæ,non consistit in sola consideratione:sed in applicatione ad opus.22ᵉ q.47.1.3m.& 3.4.c. & 16.c.3m.
39 Prudentia corrumpi potest per passiones : non autem per obliuionem,licet per eam impediri possit.12ᵉ. q.53 1.c.& 22ᵉ.q.47.16 o.
40 Prudentia triplex,scilicet falsa, imperfecta , & perfecta: prima est ad malum,secunda ad finem particularem,tertia ad verum & vltimum finem.22ᵉ. quæst.47.13.c.& quæst.51.1 2.o. & 3.1m.& q.94. 1 2m.
41 Species prudentiæ tres,secundum tres fines*scilicet prudentia simpliciter dicta,quæ ordinatur ad bonum propriũ, quæ à quibusdam dicitur monastica,quasi vnius tantum gubernatio:alia autem est Iconomica , quæ ordinatur ad bonum commune domus,vel familiæ:tertia Politica,quæ ordinatur ad bonum commune ciuitatis vel regni 12ᵉ.q.67.6.4m.& 22ᵉ.q.47.11.o.& q.48.1. c.2m.& q.53.2.c.
42 Species prudentiæ quinque.s.monastica,Iconomica,Politica,militaris,& regnatiua.22ᵉ.q.18.c.2m.& q.50.o.& q 52.2.c.
43 Partes integrales eius , sunt octo,scilicet memoria , ratio, intellectus,docilitas,eustochia,id est,solertia, prouidentia, circunspectio,& cautio.12ᵉ.q.56.5.3m.& q.57.6.4m.& 22ᵉ. q.48.o. & q.49.o. & q.53.2.c.
44 Partes eius potentiales,sunt tres.s.Eubulia,synesis,& gnomi.3ª.q. 22.1.1m.& 11ᵉ.q.57 6 o.& 22ᵉ.q.49.c.fi.& q.51 o & q.53.2.c.
45 Prouidentia est completiua formalis & principalis pars prudẽtię, aliæ verò quasi materiales ad ipsam reducuntur.1ª. q. 22.1.c.& 22ᵉ.q.49.6.o.
46 Physica , dialectica , rethorica , & Politica , sunt partes prudentiæ large dictæ , & etiam propriæ , & continentur sub prudentia, quo ad vsum & exercitium,non autem quo ad obiectum. 22ᵉ.q. 48.c.
47 Prudentia est principalis in virtutibus moralibus, & directiua omnium:charitas verò vt imperans,& coniungens fini. 3ª, quæstio. 8.3.4m.
48 Idem est medium prudentiæ & regulantis & mensurantis,& virtutis moralis,vt regulatæ & mensuratæ,scilicet rectitudo rationis. 12ᵉ.q 64.3.c
49 In omnibus moralibus,est eadem virtus dirigens,scilicet prudentia,quia eadem est ratio veri in eis,non autem eadem ratio boni.Ideo non est eadem virtus appetitiua. 12ᵉ. q.60.1.1m.
50 Nulla virtus moralis,potest esse sine prudentia.12ᵉ.q.56.5.o.& q.58. 4.o.& q 65.1 o.& 2.c.& 4 c 1m.& q.68.5.c.& q.73.1.2m. & 22ᵉ.q.47. 4 c.& q.51.2.c.& q 141.1.2m.
51 Prudentia vitra virtutes morales , est maximè necessaria ad bene viuendum.12ᵉ.q.57.5.o.& 22ᵉ.q.51.3.3m.
52 Prudentia non potest esse in aliquo, sine virtutibus moralibus.1ª. quæst.22.1.5m.& 12ᵉ.q.57.4.c.& q.58.5.o.& q.65.1 2.c.& quæst. 73. 1. c.2m.
53 Prudentia est nobilior cæteris virtutibus moralibus. 12ᵉ, q 61.2.1m. & q.66.1.c.& 2.o.& 22ᵉ.q.23.6.c.& q.47.6.3m.& q.56.1 1m.& q 123. 12.o.& q.141.8.o.
54 Prudentia est inuentiua medij in virtutibus moralibus.12ᵉ.q.66 3. 3m.& 22ᵉ.q.47 7.o.
55 Sicut omnis virtus moralis,relata ad bonum commune,dicitur legalis iustitia,sic prudentia relata ad bonum commune , dicitur politica.22ᵉ.q. 47.10.2. 1m.& 11.c.1m.& quęst.50.2 3m & quęst.58. 6.c.3m.
56 Prudentia dirigit virtutes præstituendo finem , & eligendo ea quæ sunt ad finem,12ᵉ.q.66.2.3m.
57 Inclinatio in finem rectũ,est electio , & actus virtutum moralium. Sed discretio eorum quibus hoc bonum rationis consequi possumus in operationibus & passionibus est actus prudentiæ.22ᵉ. q.47.1.2m.
58 Experimentum prudentiæ non acquiritur ex sola memoria,sed ex exercitio rectè præcipiendi.22ᵉ q.47.16.2m.
59 Ratio naturalis præstituit finem virtutibus moralibus, non autem prudentia,sed disponit de iis quæ sunt ad finem. 1ª. q. 22. 1.1m.& 22ᵉ.q.47.6.o.& 7.c.
60 Prudentia hominis non est omnino certa, propter variabilitatem singularium,sed est vt in pluribus. 22ᵉ.q.47.3.2m.& 9.2m.& q.49. 1.c.& 5.2m.& q.51.1.2m.
61 Cum per prudentiam aliquid rectè agimus,ad finem alicuius virtutis moralis, ille actus est principaliter illius virtutis. 22ᵉ. q.33. 1.2m.
62 Quælibet virtus moralis,participat actus prudentię,quia formaliter complet in eis rationem virtutis.12ᵉ q.58.1.o.
63 Prudentia præsupponit virtutes morales,per quas appetitus se habent ad bonum.1ª.q.22.1.3m.
64 Prudentia ponitur in diffinitione virtutum moralium,quia dependent ab ea.22ᵉ.q 23.4 m.& q.47.5.1m.& q.50.1.1m.
65 Omnia quæ sunt virtutum moralium,pertinent ad prudentiam,sicut ad dirigentem.22ᵉ.q.50.1.1m.
66 Electio potest attribui prudentiæ consequenter , inquantum eam dirigit per consilium , quod magis propriè pertinet ad prudentiam 22.q.47.1.2m & 2.c.
67 Prudentia adiuuat omnes virtutes,& in omnibus operatur 22ᵉ q. 47.5.2m.& 6.3m.& q.119.3.3m.
68 Prudentia & synesis,præferuntur eubuliæ.12ᵉ.q.68 7 c.& 22ᵉ. q 51. 2.c.2m.
69 Maioris prudentiæ est,pecunias vtiliter expendere,quàm eas vtiliter conseruare vel custodire , quia plura sunt attendenda circa vsum pecuniæ,qui assimilatur motui quàm circa conseruationẽ quæ assimilatur quieti.22ᵉ q.1 7.4. 1m.
70 Prudentia non est in nobis à natura,nisi quo ad principia eius,quę sunt nobis magis connaturalia, quàm prima principia speculationis.22ᵉ.q.47.15.o.& q.49.1.2m.& 2.1m.& 3.2m.
71 Ratio prudentiæ procedit à duplici intellectu. s. primorum principiorum vniuersalium,& alicuius singularis s.finis particularis. 22ᵉ q.49. .1m.& 3m.
72 In iis quæ pertinent ad prudentiam,homo maxime indiget eruditi,præcipuè à senibus prudentibus.22ᵉ.q 49.3.c.
73 Prudentia infusa restituitur per pœnitentiam,non autem prudentia acquisita,sed tollitur actus contrarius,in quo propriè cõsistit peccatum imprudentiæ.22ᵉ.q 53. .3m.

PSALMVS & In psalmis omnia opera Dei,omnes historiæ veteris testamenti, & omnia quæ ad fidem incarnationis Christi pertinent,sic lucide tanguntur,sicut in euangelio.3ª.q 183.4. c.principio.

1 PVDICITIA dicitur à pudore. Et est præcipuè circa signa venereorum Castitas vero circa venerea.22ᵉ.quæst.143.c. & q. 151. 4.o.
2 Pudicitia ordinatur ad castitatem,non quasi virtus ab ea distincta, sed sicut exprimens circunstantiam eius , tamen aliquando vnũ pro alio ponitur.22ᵉ.q.151 4 c.

1 PVERI impediuntur in vsu membrorum & rationis , propter nimiam humiditatem cerebri.Vnde pueri de nouo loqui incipientes appellant omnes viros patres, & fœminas matres: posterius autem determinant vnumquodque secundum philosophum.1ª. q.99.1.o.& q.101.2.o.
2 Probabile est quod ante circuncisionem, parentes fideles pro paruulis suis in periculis constitutis, aliquas preces Deo funderẽt, vel benedictionem eis darent,sicut etiam adulti pro se. 3ª. q.70. 4.2m.
3 Pueri non habuissent sufficientem virtutem in statu innocentiæ, ad omnem motum.1ª.q.99.1.o.
4 Et habuissent infirmitatem,quo ad perfectum vsum membrorum, non autem pœnalem.1ª q.99.1.1m.
5 Nec habuissent scientiam,sed sine difficultate acquisiuissent,inueniendo,vel discendo ab aliis.1ª.q 10 .1.o.
6 Nec ignorantiam,sed simplicem nescientiam,1ª.q.101.1.2m.
7 Nec perfectum vsum rationis, seu vsum liberi arbitrij habuissent,

Universidad de Deusto Biblioteca

sed tamen perfectiorem quàm nunc, 1ª.q.101.2.o.
8 Habuissent tamen prudentiam, & principia vniuersalia iuris naturalis, & alia principia vniuersalia, multo magis quàm nunc, 1ª.q.101.3ᵐ.
9 Et habuissent defectus consequentes naturam humanam ex principio originis, non autem ex parte termini. 1ª.q.99.1.ter.
10 Tunc omnes postea generassent, & non tantum primi parentes. 1ª. q.99 1.ter.
11 Tunc natæ fuissent fœminæ, & non soli masculi. 1ª.q.99.1.o.
1 PVLCHRITVDO requirit tria, scilicet integritatem, proportionem debitam, & claritatem. pri q.39 8.c. & 22ᵉ.quæst. 145.2.c.& q. 180.2.ter.
2 Pulchrum habet rationem causæ formalis, bonum autem rationem causæ finalis. 1ª.q.5.4.1ᵐ.
3 Pulchrum est cuius apprehensio placet: bonum verò quod placet. Ideo sunt idem re, & differunt ratione. pri.q.5.4.pri.& 12ᵉ. q.27. 1.ter.& 22ᵉ.q 145.2.pri.
4 Pulchrum præcipue pertinet ad visum, & auditum, quia sunt maxime cognoscitivi, non autem ad alios sensus. 12ᵉ.q.27.1.ter.
5 Sensus delectantur in pulchris, quia sunt eis similes. ſ. in proportione debita. pri. q.5.4. pri.
6 Pulchritudo & decor virtutis hominis, ex ratione est. 22ᵉ q 116.2.se. & q.142 2.4.c.& q.145.2.c.& 180 2.ter.
7 Pulchritudo est in vita contemplativa per se, & essentialiter, in virtutibus verò moralibus, participative. 22ᵉ.q.180.2.ter.
1 PVNCTVS non ponitur in diffinitione lineæ in communi, sed tantum finite & recte. 1ª.q.85.8.sec.
1 PVNITIO inquantum pertinet ad iustitiam publicam, est actus iustitiæ commutatiuæ, vindicatiuæ verò inquantum pertinet ad immunitatem personæ singularis. 22ᵉ.quæst.80.pri.& quæst.108. 2. pri.
2 Deus punit malos, per bonos & malos angelos, bonos autem per malos tantum. 22ᵉ.q.164.1 4ᵐ.
1 PVRGATIO duplex. ſ. per gratiam à culpa, & per lumen doctrinæ à nescientia. 3ª.q.27.3.ter.
2 Figura & ratio literalis omnis immunditiæ, & purgationis in lege veteri. 12ᵉ.q.102 5.4ᵐ.& 5ᵐ.& 6ᵐ.& 7ᵐ.& 6.pri & q 103.2.o.
1 PVSILLANIMITAS potest tripliciter considerari, scilicet secundum se, ex causa eius, scilicet ignorantia, timore, pigritia, & ira: & effectu eius, scilicet subtrahendo se: primo modo opponitur directe magnanimitati: secūdo solicitudini: tertio similiter. 22ᵉ. q.133 2.c.
2 Pusillanimitas secundum defectum, opponitur humilitati, inquantum applicat animum ad vilius quam decet: sed directius opponitur magnanimitati, quia fugit magna. 22ᵉ.q.162.1.ter.
3 Pusillanimitas est contraria magnanimitati secundum defectum: præsumptio autem secundum excessum. Ideo vtraque est peccatum. 22ᵉ.q.130 principio.& q.133.o.& q. 62.1.ter.
4 Pusillanimitas est peccatum mortale, & quandoque veniale. 22. q. 133.1.sec.
5 Pusillanimitas secundum speciem propriam, est grauius peccatum præsumptione, quæ dicitur nequissima, ratione suæ causæ, scilicet superbiæ. 22ᵉ q.133.2.4ᵐ.
6 Pusillanimitas oritur ex superbia, quia nimis innititur sensui proprio. 22ᵉ.q.133.1.ter
7 Pusillanimus est, qui recusat exequi operationem sibi proportionatam. 22ᵉ.q. 33.1.c.
8 Putrefactio cuiuscunque corporis, prouenit ex infirmitate naturæ eius, non potentis ampliùs corpus continere in vnum. ter. quæst. 51.3.c.

1 QVALITAS proprie, importat modum, id est, determinationem substantiæ, vel secundum quod potentia materiæ determinatur ad esse substantiale, & sic est differentia substantiæ. Vel ad esse accidentale, & sic est differentia accidentalis & prædicamentum qualitatis. 12ᵉ. q.49.2 c.
2 Qualitas animæ vel corporis duplex. ſ naturalis, & superueniens. 1ª. q.83.1,5ᵐ.& 12ᵉ. q.17.7 sec.& q. 49.2.c.
3 Distinctio & ordo specierum qualitatis. 12ᵉ.q.49.2.c. & q.50.1.ter.
4 In prima specie qualitatis, dicitur bene vel male, facile & difficile: quia est modus & determinatio subiecti secundum naturam, quæ est finis generationis. 12ᵉ.q.49.2.c.pri.& 3.ter.& q. 50.1.3ᵐ.& 2.ter.
5 In secunda & tertia specie qualitatis, dicitur facile vel difficile fieri, cito transiens vel diuturnum, non autem bene vel male: quia motus & passiones non habent rationem finis. 12ᵉ.q.49.2.c.
6 Secunda & tertia species qualitatis dicunt modum & determinationem subiecti, secundum actiones & passiones naturales, vel sensuales 12ᵉ.q.49.2.c.& q.50.2.3ᵐ.
7 In tertia specie qualitatis, est tantum passio & passibilis qualitas. 3ª. q.63.2. sec.
8 Quarta species qualitatis, est modus vel determinatio subiecti, secundum quantitatem, quæ secundum sui rationem, est sine motu, & sine ratione boni vel mali. Ideo in ea non est bene vel male, cito vel tarde transiens. 12ᵉ.q.49.2.c.
1 QVANTITAS est prima post substantiam. 12ᵉ.quæst.52.1.c.& 3ª.q. 77.2.c.
2 Error antiquorum, scilicet quod quantitas est substantia. 3ª.quæst. 77.2.c.
3 Quantitas & qualitas, sunt prima accidentia consequentia substantiam. 3ª.q.77.2.c.
4 Quantitas consequitur subſtātiam ex parte materiæ, & qualitas ex parte formæ. 3ª.q.90.2.c.
5 Quantitas debita alicui speciei, non est determinata, secundum aliquod indiuisibile: sed habet aliquam latitudinem. 3ª.q.33.2 sec.
6 Quantitas duplex. ſ molis & virtutis, quæ ex genere suo non est quātitas, sed qualitas, vel forma substantialis. 1ª.q.42.1.pri.
7 Quantitas virtutis duplex, scilicet secundum numerum obiectorū, & secundum intentionem actus super idem obiectum. Prima est sicut continua, secunda verò sicut discreta. 22ᵉ.q.24.4 pri.
8 Quantitas triplex ſ perfectionis, virtutis, & molis: prima conuenit per se omni formæ, non autem secunda & tertia, sed per accidēs. 1ª.q 42.1. pri.
9 Quantitas virtualis attenditur primo quidem in radice, id est, in ipsa perfectione formæ, vel naturæ, secundo attenditur in effectibus formæ, id est, secundum esse, & secundum operationem. 1ª. q.42.1.pri.& sec.
10 Quantitas corporalis, habet aliquid inquantum quantitas. ſ. distinguibilitatem secundum situm, vel secundum numerū, & aliquid inquantum forma actu, scilicet distinguibilitatem secundum subiectum tantum. 12ᵉ q 24.5.pri.
11 Cuilibet quantitati mathematicæ finitæ, potest fieri additio, non autem quantitati naturali, 3ª.q.7 11.pri
12 * Quantitas dimensiua, non est in Deo, sed tantum quantitas virtualis, 1ª.q.28.4.c. & q.42.1.pri
QVARTA dies creationis, 1ª.q.70.2.c.
1 QVID & duplex, scilicet quid nominis, & quid rei, 1ª.q.2.2.sec.
2 Quid, quærit de natura, & aliquando de supposito, 2ª. q.29.4.sec.& q 3.2.quar.
1 QVIES. & De ratione quietis est quod mobile similiter se habeat nunc & prius, 1ª.q 53.2 3.c
2 Quies est prior motu via intentionis, & posterior via executionis, quia est finis eius, 12ᵉ.q.25.1.o.
1 Quies dicitur dupliciter. ſ cessatio operis, & complementum desiderij, 1ª.q 73.2.3.o.
1 QVIESCERE in toto tempore aliquo, est esse in eo in quolibet instanti illius temporis, etiam in vltimo, 1ª.q.53.3.c.
2 Spiritus sanctus manet, seu quiescit in filio tripliciter. ſ. secundum vim spiratiuam, secundum humanitatem, & secūdum amorem, 1ª.q.36.2.quar.
1 QVI est, est proprium nomen Dei, & primum, 1ª.q.13.11.o.
2 Hoc nomen, qui est, magis proprium nomen Dei est, quàm Deus, ex parte eius à quo nomen imponitur. & quantum ad modum significandi, sed quo ad id ad quod nomen imponitur, est conuerso, pri.q.13.11.c.pri.
3 Qui est, appropriatur filio Dei. ratione tantum adiuncti. ſ. rationeliberationis figuratæ. Et est personale secundū relationem determinatam, essentiale vero secundum relationem indeterminatā, pri.q.39.8 fi.
4 QVINTA dies creationis, pri.q.70.1.c.& q.71.o.
1 QVO est, & quod est, in solo Deo non differunt, pri.q 29.4.pri & 3ª. q.3.2.ter.& 3. pri.& q.17.1.c.

R

RACHA, est interiectio irascentis, 22ᵉ.q.158.5.ter.
RADIX. & Aliqua dicuntur ad similitudinem radicis arboris, quæ ex tertia trahit alimentum, vel quæ alimentum præstat totiarbori. 12ᵉ.q.34.1.c.
RANCOR est indignatio, contra * omnes, & maxime prælatos detinentes hominem inuitum in spiritualibus bonis, quæ ipsum contristant, & etiam contra omnes ad spiritualia bona inducentes, 22ᵉ.q.35.4.sec.
RAPACITAS continetur sub violentia, cum sit species eius. Quæ violentia, est filia auaritiæ, 22ᵉ.q.118.8.c.ter.
RAPINA per se est peccatum, quia est auferre per vim, rem alienam iniuste. 22ᵉ.q.66.8.o.
1 RAPTVS vt est species luxuriæ, est quando puella de domo patris violenter abducitur, vt corrupta matrimonio habeatur: siue ei, siue parentibus violentia inferatur, 22ᵉ.q.154.1.c & 7.o.
2 Raptus quandoque est cum stupro, & quandoque sine eo, vt in raptu viduæ, vel nuptæ, vel corruptę. Et quandoque stuprum est sine raptu, si defloretur virgo sine vi, 22ᵉ.q 154.7.o.
3 Raptus plerunque concurrit cum stupro. Ideoque quandoque ponitur vnum pro alio. 22ᵉ.q.154.7.pri.
4 Rapta potest duci in matrimonium, si ipsa vel parentes consentiant, 22ᵉ.

tiant. 22ᵉ.q.154.7.3ᵐ.
5 Raptus monialium, grauius secundum leges puniatur. ſ. capitali pœna. 22ᵉ.q.154.10.2ᵐ.
R aptus mentis proprie, est eleuatio mētis ad supernaturalia à Deo, cum abstractione à sensibus. 22ᵉ.q.175.1.o.
7 Extasis dicit simpliciter excessum mentis, sed raptus addit violentiam. 22ᵉ.q.175.3.1ᵐ.
8 Raptus ratione causæ, potest pertinere ad vim appetitiuā, non autem ratione termini, sed tantum ad vim cognitiuam. 22ᵉ.q. 175. 2.o.
9 Homo sit extra se, secundum appetitum dupliciter, scilicet eleuādo se per intellectum ad diuina, prætermissis sensibilibus, sicut Paulus: vel econuerso, ſ. infrà se, seipsum præcipitando; sicut ille qui porcos pauit, sub semetipso cecidit. Et neutro modo est proprie raptus. Sed minus primo modo: quia est sine violentia: licet vterque excessus possit esse causa raptus in vi cognitiua. 12ᵉ.q.28. 3.c. & 22ᵉ.q.175.2.2ᵐ.
10 * Raptus mentis ad diuina triplex. ſ. per similitudines imaginarias, per effectus intelligibiles, & per essentiam Dei. Primus conuenit Petro, & Ioanni euangelistæ. Secundus Adæ & Dauid. Tertius verò Paulo & Moysi. 22ᵉ.q.175.3.1ᵐ.
11 Paulus nescivit, an eius anima in raptu fuerit separata à corpore: licet probabilius sit quod non fuerit separata. 22ᵉ.q.175.5.4ᵐ.& 6.o.
12 Paulus in raptu, fuit beatus secundū actum, non autem secundum habitum. Sed fidem habuit econuerso. Ideo erat tunc viator. 22ᵉ. q.24.8.1ᵐ.& q.175.3.3ᵐ.& 5.1ᵐ.& 6.3ᵐ.& q 180.5.c.
13 Paulus post raptum, memor fuit eorum quæ viderat in diuina essentia, per species relictas ex eo. 1ª.q.12.9.2ᵐ.& 22ᵉ q 175.4.3ᵐ.
1 RATIO sumitur dupliciter, scilicet stricte & proprie, secundum quod nomen rationis sumitur ab inquisitione & discursu, vel secundum quod ratio dicit quandā obumbrationem intellectualis naturæ, vt dicit Isaac, quod ratio oritur in vmbra intelligentiæ: & sic ratione, est differentia animalis, & Deo non conuenit, nec angelis. Alio modo sumitur ratio communiter siue metaphorice, scilicet pro qualibet cognitione virtutis non impressæ in materia, & sic rationale communiter conuenit Deo & angelis, & hominibus. 1ª.q.29.3.4ᵐ.& q.51.1.2ᵐ.& q.62.8. 2ᵐ.& 22ᵉ. q. 49.3.3ᵐ.
2 Ratio rei dicitur tripliciter. ſ. quæ non habet fundamentum in re, neque proximum, neque remotum, sicut ratio chimeræ, & alia fictitia, & ratio rei ratiocinantis, qua cognita sunt in cognoscēte secundum modum cognoscentis, & ratio rei rationabilis. 1ª. q.16.3.2ᵐ.& 22ᵉ.q.1.2.c.principio & 6.2ᵐ.
3 Ratio dicitur dupliciter. 1. per essentiam, & per participationem. 3ª. q.18.2.c.1ᵐ.
4 Ratio dupliciter inducitur, ad aliquid probādum, scilicet vel sufficienter, sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficiēs ad probandum quod motus cæli semper sit vniformis velocitatis, vel quæ non sufficienter probet aliquā radicem, sed quæ radici iam positæ ostendat congruere consequentes effectus: sicut in astrologia ponitur ratio eccentricorum & epicyclorum. 1ª.quæst.32. 1.2ᵐ.
5 Ratio hominis est perfecta dupliciter, scilicet perfectione naturali, id est lumine rationis, & perfectione supernaturali, id est virtutibus theologicis: quarum prima perfectius habetur: sed secunda est maior. 12ᵉ.q.68 2.c.
6 Ratio bene ordinatur per actus omnium virtutum dupliciter, scilicet, vel in se, per virtutes intellectuales, vel circa interiores passiones seu exteriores operationes, per virtutes morales. 12ᵉ. q. 100.2.c.
7 Aliquid præfuit in rationibus causalibus dupliciter. ſ. vt fiendum à Deo tantum, vt corpus hominis, vel à creatura. 1ª.q.71.1 1ᵐ.& q. 91.2.4ᵐ.& q.92.4.3ᵐ.
8 Rationes seminales primo sunt in verbo Dei: secundum rationes ideales: secundo in elementis mundi, vt in causis vniuersalibus: tertio in causis particularibus: quarto in semimbus. 1ª.quæst. 115. 2.c.
9 Semper remoto aliquo de ratione alicuius, remouetur illud. 12ᵉ.q. 67.5.o & 22ᵉ.q.18.1.c.& 3ª.q.86.4.1ᵐ.
10 Virtutes naturales inquantum sunt originatæ à rationibus idealibus, possunt dici rationes, non autem inquantum sunt in materia corporali. 1ª.q.115.2.1ᵐ.
11 Rationes ideales possunt dici causales, & seminales: seminales autē possunt dici causales. 1ª.q.115.2.4ᵐ.
12 Rationes seminales sunt virtutes rerum, actiuæ & passiuæ. 1ª.q 115. 2.o.
13 * Ratio & intellectus sunt realiter eadem potentia. 1ª.q.79.8. o.& q. 83.4.c.2ᵐ.& 22ᵉ.q.49.5.3ᵐ.& q.83.10.2ᵐ.& 3ª.q.18.3.2ᵐ.
14 Ratio & sensus, differunt obiecto, sed ratio & intellectus differunt in solo modo cognoscendi. Ideo ratio pertingit ad perfectionē intellectus, non autem sensus ad perfectionem rationis. 1ª.q. 59. 1.1ᵐ.& q.79.8.3ᵐ.& 12ᵉ.q 5. 1.tᵐ.
15 Certitudo rationis, est ex intellectu, sed necessitas rationis, est ex defectu intellectus. 22ᵉ.q 49.5.2ᵐ.
16 Ratio practica est causatiua & apprehensiua rerum, speculatiua verò est tantum apprehensiua. 22ᵉ.q.83.1.c.
17 Nihil firmiter constat secundum rationem speculatiuā, nisi per resolutionem ad prima principia indemonstrabilia: nec secūdum rationem practicā: nisi per ordinationem ad vltimum finem, qui est bonum commune. 12ᵉ.q.90.2.3ᵐ.
18 Ratio practica est circa operabilia singularia, & contingentia, non autem circa necessaria, sicut ratio speculatiua 12ᵉ.q.91.3.3ᵐ.
19 Ratio superior & inferior, sunt realiter eadem potentia, quæ respectu æternorum, dicitur superior, sed respectu temporalium, dicitur inferior. 1ª.q.79.9.o.& 12ᵉ.q.74 7.c.
20 Ratio superior & inferior, non differunt secundum diuersa obiecta, sicut practicum & speculatiuum, sed per diuersa media. 1ª.q. 79.9.c.
21 Ratio superior dupliciter inhæret æternis. ſ. considerādo ea secundum se, & vt regulas agendorum consulendo. Ideo est speculatiua & practica. 1ª.q.79.9.c.& 12ᵉ.q.74 9.c.& 22ᵉ.q.45.3.c.
22 In ratione, sunt duo, scilicet actus, vt intelligere & ratiocinari, & aliquid constitutum per actum eius triplex, scilicet primo diffinitio, secundo enunciatio, tertio syllogismus vel argumentatio. 12ᵉ.q 90.1.2ᵐ.
23 Applicatio ad opus, est finis rationis practicæ. 22ᵉ.q.47.1.3ᵐ.& 3.c.
24 Ratio est primum principiū omniū actuum humanorum, & omnia alia principia eorum, obediunt rationi, sed diuersimode. 12ᵉ. q. 58.2.c.& q.90.2.c & 100 & q.102.1. 3ᵐ.
25 Quilibet actus rationis, se extendit ad quamlibet materiam moralem 2ᵉ.q 54.1 c.
26 Ratio habet vim mouendi, à voluntate, quia ex hoc quod aliquis vult finem, ratio imperat de iis quæ sunt ad finem. 12ᵉ. q.17 1.c.& q.90.1.3ᵐ.
27 Omnis inquisitio rationis procedit à simplici intuitu principiorū per intellectum, & terminatur ad ipsum per resolutionem. 1ª. q. 79.8.c.& 12.c.& 12ᵉ.q.91.2.2ᵐ.& q.100.1.c.& 22ᵉ.q.8.1.2ᵐ.& q 154. 11. c.
28 Idem potest esse ratio diuersorū excedens, vt diuina essentia, non autem adæquata. 1ª.q 14.6.3ᵐ.& q.55.3.3ᵐ.
29 Ratio est nobilior virtute morali acquisita. 12ᵉ.q.51.2.3ᵐ.& q. 63. 2. 3ᵐ.
1 RATIONALE dicitur dupliciter: * primo quidem sumitur stricte & proprie, secundum quod ratio dicit quandā obumbrationem intellectualis naturæ, ex eo quod non statim veritatē agnoscit, sed inquirendo per discursum inuenit, & ita rationale est differentia animalis, quo modo, nec Deo cōpetit, nec angelis. Quādoque autem sumitur communiter pro qualibet cognitione virtutis non impressæ in materia, & sic communiter conuenit Deo, angelis, & hominibus. Illa enim substantia intellectualis dicitur proprie, cuius tota cognitio, secundum intellectum est: cognoscit enim subito quæ sibi offeruntur sine discursu. Anima verò cum discursu: & ideo non proprie intellectualis, sed rationalis dicitur. 1ª.q.51 1.2ᵐ.& 22ᵉ.q.83.10 2ᵐ.
2 Rationale conuenit Deo & angelis superemitenter. 1ª q.29.3.4ᵐ.& 22ᵉ.q.83.10.2ᵐ.
3 Rationale dicitur dupliciter. ſ. per essentiam, & per participationē. 1ª.q. 8.2.2ᵐ.& 3.o.& 4.5.c.& 12ᵉ.q 50 4.c
4 Rationale & sensibile, vt sunt differentiæ, sumuntur ab anima rationali, & ab anima sensitiua, non autem à potentia rationis, & potentia sensus: licet per has noscantur. 1ª.q.76 3. 4ᵐ.& q. 77.1. 7ᵐ.& 3.c.& 12ᵉ.q.110.4.4ᵐ.
1 REATVS pœnæ, est effectus peccati per accidens tantum, & dispositiue. 12ᵉ.q. 87.1.o.
2 Non omnium peccatorum est idem reatus. 3ª.q.88.1.c.
3 Reatus manet post actum peccati 12ᵉ.q 87.6.o.
REBELLIS & contumax, semper occidebatur in veteri lege 12ᵉ. q.105.2.9ᵐ.
1 RECIPERE, pati, & huiusmodi, dicuntur æquiuocè de intellectu, & de materia prima. 1ª.q.50.2.2ᵐ.
2 Non omne receptiuum, oportet esse denudatum ab omni natura determinata, sed tantum à natura recepti 1ª.q.75 2.c.
RECTITVDO duplex. ſ. circa exteriora, & quæ dicit debitum ordinem ad finem, & ad legem Dei. Prima est iustitiæ, secunda verò est omnis virtutis. 12ᵉ.q.55. 4ᵐ.
1 REDEMPTIO. & Ad redemptionem requiruntur duo. ſ. solutio, & pretium. Et vtrumque immediate conuenit soli Christo, sed principaliter toti trinitati. 3ª.q.48.5.o.
2 Christus est redemptor noster dupliciter. ſ. liberando à diabolo, & reconciliando nos Deo 3ª.q.48.6 3ᵐ.
1 REDVNDANTIA fit in corpus, ex iis quæ sunt in anima, nisi in Christo patiente, * in quo illa naturalis habitudo quæ est animæ ad corpus, subiacebat voluntati diuinitatis ipsius, ex qua

factum est,quod beatitudo remaneret in anima, & non deriuaret ad corpus:sed caro pateretur quæ conueniunt naturæ passibili.12ᶠ.q.3.3.c.3ᵐ.& q.4.6.c.& q.75.4.1ᵐ.& 2ᵐ.& 22ᶠ.q.175.4.1ᵐ. & 2ᵐ.& 3ª.q.14.1.2ᵐ.& q.15.5.3ᵐ.& 6.c.& 9.3ᵐ.& q.19.3.3ᵐ.& q. 28,2.3ᵐ.& q.45.2.c.1ᵐ.& q.46.2.c.2ᵐ.& 8.c.2ᵐ.& q.49.6.3ᵐ. & q. 54 2 c.& q 79.1.3ᵐ.

1 REDVPLICATVS terminus, sumitur quãdoque pro suppposito, sed magis proprie pro natura,quia sumitur in vi prædicati 3ª.q. 16.10.11.12.o.

2 Quod conuenit alicui cum reduplicatione,non semper conuenit ei simpliciter sine ea 3ª.q.16.10.3ᵐ.

REGERE & gubernare,est proprie rationis.22ᶠ.q.47.12.c.

REGNVM Dei principaliter est in interioribus, consequenter in iis,sine quibus illa non possunt esse, non autem in differentibus. 12ᶠ.q.10ᵒ.1.1ᵐ.

1 REGVLA actuum humanorum duplex,scilicet humana ratio, & lex æterna,scilicet Deus. * Sicut etiam est duplex regula voluntatis hominis,scilicet regula regulans,id est,voluntas diuina, & regula regulata,id est,voluntas vnius hominis,respectu voluntatis alterius.Nam voluntas vnius hominis,secundum se considerata, non est regula voluntatis alterius,sed inquantum voluntas proximi, est hærere voluntati Dei, quod fit per consequens regula secundum primam regulam.12ᶠ.q.19.4.o.& q. 21.1. c. & q. 63.2.4.c.& q.71.6.c.& q.74.7 c.& q.90.1.c. & 22ᶠ.q.3 6.c.& q.8.3. 3ᵐ.& q.17.1.c & q.19.7.c.& q.23,3.6.c.& q.37.1.1ᵐ.& c.45.2.o.& q. 154.2.2ᵐ.

2 Aliquid continetur in regula dupliciter,scilicet vt finis,id est, actus virtutum,& vt exercitium exterius, id est, tria vota scilicet obedientiæ,paupertatis,& continentiæ,ad quæ omnia alia ordinantur 22ᶠ.q. 86.9.c.

3 Vtraque religio, scilicet monachorum & canonicorũ regularium, ordinatur ad opera vitæ contemplatiuæ, inter quæ, præcipua sunt ea quæ aguntur in diuinis mysteriis,ad quæ ordinatur dirécte,ordo canicorum regularium, quibus per se competit quod sint clerici religiosi.Sed ad religionem monachorum,non per se competit,vt sint clerici religiosi : vt habetur in decretis.Et ideo quamuis ordo monachorum,sit arctioris obseruantiæ,si monachi essent laici,liceret transire ab ordine monachorum, ad ordinem canicorum regularium, non autem econuerso : vt habetur in decretis,vbi dicitur:Mandamus & vniuersaliter interdicimus, ne quis canonicus regularis professus, nisi (quod absit) publice lapsus fuerit,monachus efficiatur. Sed si monachi sint clerici,sacris mysteriis obsequentes,habentid quod canonicorũ regularium, cum maiori arctitudine. Et ideo transire licitum erit de ordine canonicorum regularium,ad ordinẽ monachorũ, petitatamen superioris licentia,vt dicitur in decretis.22ᶠ.q 189. 8.2ᵐ.

1 RELATIO secundum esse eius,est aliquid, non autem secundũ rationem eius,sed est ad aliquid.Alia vero prædicamenta, sunt aliquid vtroque modo.1ª.q.38.1.2.c.

2 Relatio realis,est eorum quæ ad inuicem habent ordinem & inclinationem.1ª.q.28.1.c.

3 *Subiectum secundum rationem eius,nihil ponit in subiecto. 1ª. q.28 1.2.c.

4 Omnis relatio fundatur in qualitate,vel quantitate,vel actione,vel passione,1ª.q.28.4.c.

5 Relatio quæ est accidens,præsupponit distinctionem suppositorũ, non autem relatio subsistẽs,scilicet diuina,sed eam fert secum. 1ª.q.40 2.4ᵐ.

6 Relatio dupiex,s.realis,& rationis.1ª.q.28.1 c.

7 Relationes differentes specie,non possunt terminare eandem relationem in specie,contra Præpositiuum.1ª.q.32.2.c.

8 Aliquando ex parte vnius extremi,est tantum vna relatio,& ex parte alterius,sunt multæ.3ª.q.35.1.3ᵐ.

9 Relatio in patre,differt specie à relatione in matre.3ª.q.35 5.1ᵐ.

10 *Vnitas & pluralitas specifica relationum,sumitur ex causa,numeralis autem ex subiecta,nulla vero ex terminis.3ª.q.35.5.c.

11 Idem ad seipsum,non refertur aliqua relatione reali.1ª.q.42.1.4ᵐ. & q.45.3.2ᵐ.

12 Relatio realis,requirit distinctionem suppositorum, non autem relatio rationis. 1ª.q.13.7 c.& q.42.1.4ᵐ.

13 Relatio identitatis numeralis,est relatio rationis tantum, generica verò & specifica,est relatio ralis.1ª.q.13.7.c.& q 28.1. 2ᵐ & 4. 1ᵐ. & q 42.1 4ᵐ.

14 Alia ratione refertur dominus ad seruum, & seruus ad dominum. 1ª.q.13.8.1ᵐ.& 22ᶠ.q.81.1.3ᵐ.& 3ª.q.20.1.2ᵐ.& 2.c.

15 Relatio est ens reale,licet non omnis 1ª.q 13 7.c.& q.28 1.c.

16 Relatio realis,requirit duo extrema realia.1ª.q.13.7.c.& q.28.1.2ᵐ. & 4.1ᵐ.

17 Necesse est,quod procedens & id à quo procedit, quãdo sunt eiusdem naturæ,sint in eodem ordine, & habeant relationes reales. 1ª.q.28.1.c.

18 In iis tantum,in quibus est eadem ratio ordinis ex vtroque termino,est mutua relatio realis, vt in omni relatione consequente quantitatem.1ª.q.13.7.c.& q.28.1 c.

19 Quando vnum relatiuorum dependet ex altero,& non econuerso, relatio est realis,tantum in dependente.1ª.q.28.1.c.

20 Relationes consequentes actionem & passionem, sunt realesin vtroque termino,vt motiuum & mobile, pater & filius. 1ª. q.13. 7.c.

21 Relationes consequentes tantum operationem intellectus in rebus,sunt relationes rationis tantum:sed quæ sunt inter verbum & intellectum,sunt relationes reales.1ª.q.13.7 c. & q.28.1. 4ᵐ.& 4.1ᵐ.

22 Relatio scientiæ ad scibile,est relatio realis, econuerso autem, est relatio rationis tantum.1ª.q.6.2.1ᵐ.& q.13.7.c &3ª.q.35.5.3ᵐ.

23 In quibus differt intellectus & intellectum,volẽs & volitum,potest esse relatio realis scientiæ ad scibile,voluntatis ad rem volitam, non autem in Deo 1ª.q.28.4.1ᵐ.

24 In relatione sunt aliqua secundum rationem tantum,nõ autem in aliquo alio genere.1ª.q.28.1.c.

25 Omnis respectus ad non ens,est relatio rationis tantum. 1ª.q.13. 7.c.

26 Relatio rationis non est in hærens.1ª.q.28.1.c.

27 Relatio rationis contingit quadrupliciter, scilicet vel quando relatio non habet aliquid in rei natura,supra quod fundetur.Et inde est,quod quãdoque cõtingit, quod relatio est realiter in vno & non in alio, quia in vno habet modum quẽdam supra quem fundatur,quem non habet in alio:sicut est in omnibus illis relationibus,quibus Deus ad creaturam refertur:quæ quidẽ realiter sunt in creatura,& non in Deo. Vel quando relatio nõ habet aliquam realem diuersitatem inter extrema,sicut relatio identitatis.Et ideo hæc nihil ponit secundum rem,sed solum secundũ rationem,vt cum dicitur,idem eidẽ idem.Vel quando designatur relatio aliqua entis ad non ens,vt cum dicitur, quod nos sumus priores iis qui futuri sunt.Vel quãdo ponitur relatio ipsius relationis.Ipsa enim relatio per seipsam refertur, & non per aliã relationem. Et hos vltimos duos modos,ponit Auicenna:sed primi duo possunt extrahi,etiam ex verbis Philosophi 1ª.quæst. 13.7.c.

28 Ratio relationis,depẽdet ex termino,sicut & motus, sed esse eius, dependet ex subiecto.3ª q.2 7 2ᵐ.

29 Relatio innascitur aliquãdo,ex motu vtriusque termini,& aliquando ex motu alterius termini tantum.3ª.q.2.7.c

30 Relatio realiter potest alicui de nouo aduenire, sine mutatione eius,1ª.q.13.7.c.& 3ª.q.16. 6.2ᵐ.

31 Omnis relatio incipiẽs ex tempore,ex aliqua mutatione causatur, 3ª.q.28.c.

32 Actionis & passionis,inquantum implicãt motum, sunt aliud à relationibus quæ ex eis consequuntur.1ª.q.41.1.2ᵐ.

33 Relationes non recipiunt magis & minus.12ᶠ.q.82.4 c.

34 Relatio eadem numero, est in omnibus, simul trahentibus idem. 3ª.q.35.5.3ᵐ.

35 Aliquando ex parte vnius extremi,est tantũ vna relatio,& ex parte alterius multæ.3ª.q.35.5.3ᵐ.

36 Nulla relatio refertur ad se,nec ad aliam per aliam relationem,sed per seipsam.1ª.q. 42. 1.4ᵐ.& q 45.3.2ᵐ.

37 In diuinis sunt quædam relationes reales.1ª.q 28.1.o.

38 In diuinis sunt tantum quatuor relationes reales, scilicet paternitas,filiatio,spiratio,& processio.1ª.quæst.28.4.o & q.30.1.c. & 2.c. 3ᵐ.

39 *Relatio in diuinis nõ est totum vniuersale,nec omnes simul sunt aliquid maius,quàm vna tantum.1ª.q.42.4.3ᵐ.

40 Relatio in diuinis, potest tripliciter considerari. s. vt relatio absolute,vt diuina cõstituens personas,tertio vt operatio.Primo modo sequitur operationem & processionem, secundum nostrum modum intelligendi:secundo econuerso:tertio sunt simul. 1ª.q. 40 4.o.

41 Oriri vel procedere,non conuenit relationibus diuinis, 1ª. q.28.3. 3ᵐ.

42 Relatio & essentia in diuinis,sunt idem realiter, & differunt ratione.1ª.q.28,2.o.& q.29.4.c.& q.39.1.c.& q.40.1.c.1ᵐ.& q.41.5.2ᵐ.& q.42.6.3ᵐ.

43 Relatio in diuinis, vt comparatur ad essentiam,& similis relationi identitatis,non autem vt comparatur ad terminum.1ª.q.28.1.2ᵐ.

44 Relationes sunt in essentia Dei,per idẽtitatem tantum, sed in personis,vt in supposito.1ª.q.40.1.2ᵐ.

45 Relationes in diuinis,sunt realiter ipsæ personæ,& in personis, 1ª. q.30.2.1ᵐ.& q.32.2.c.2ᵐ.& q.40.1.o.& 2.c.1ᵐ.& q.41. 6.c.& q.42.3. 2ᵐ.

46 Relatio in diuinis, vt origines, sunt idem re,& differunt ratione, quia origines significantur per modum actus,vt generatio,relationes vero vt forma.1ª.q.40.2.c.& q.41.1.2ᵐ.

47 Sed non sunt realiter in Deo,nec extra Deum, nec ipse Deus, 1ª. q.3 -.

q.3.7.c fi.& 2ᵐ.& 4ᵐ.& q.28.1.3ᵐ.& 4.c.

48 Nec sunt reales sed rationis tantum. 1ª.q.6.2.1ᵐ.& q.13.7.o.& q 28. 1.3ᵐ.& q.32.2.c.fi.& q.45.3.1ᵐ.& 3ª.q.35.5.c.

49 Relationes Dei ad creaturas,sunt etiam in Deo, secundum rationem & intellectum nostrum,& angelicum,& diuinum.1ª.q.13.7. 2ᵐ.& 4.

50 Relationes Dei ad creaturas,non multiplicantur in intellectu Dei, sicut in intellectu nostro.1ª.q.28 4.2ᵐ.

51 Non derogat simplicitati diuinæ, quod multæ relationes Dei ad creaturas,prædicentur de Deo.1ª.q.32.2.c.fi.

1 RELATIVVM duplex, scilicet secundum esse, & secundum dici. 1ª.q.13.7.1ᵐ.

2 Diuersitas relatiuorum triplex, scilicet realium in vtroque termino,vel in altero tantum,vel in neutro.1ª.q.13.7.c

3 Relatiuum in diuinis,dicitur quadrupliciter,s.quod refertur secũdum nomen suum,causans vel consequens relationem,implicãs eam,& quod ponitur pro ea.1ª.q.13.7. 1ᵐ.

4 Relatiua non sunt simul natura, nisi æqualiter mutuo referantur. 1ª.q.12.7.6ᵐ.

5 Relatiua non sunt simul natura,propter ordinem rerum,sed tãtum per hoc,quod vnum est de intellectu alterius,& econuerso.1ª. q. 13.7.6ᵐ.

1 RELIGIO importat ordinem ad Deum,ad quem ordinat hominem.22ᶠ.q.81.1.o.& q.94.1.1ᵐ.

2 Religio dicitur à sequenti electione diuini cultus. Vel dicitur abiterata electione Dei negligenter amissi. Vel dicitur à religando. 22ᶠ.q.81.1.c.

3 Religio est virtus,reddens debitum honorem Deo. 12ᶠ.q.60 3.c.& 22ᶠ.q.80.c.& q.81 2.o.& 5.c.& q.82.2.c.& q.8 3.c.& q.84.1.c.& q. 89.4.1ᵐ & q.97.3.c.& q.98.2 c.& q.103.1.c.& q. 03.3.c.& q.122. 3.4. c.& q.186.1.c.

4 Religio est alia virtus à pietate.22ᶠ.q.101.3.2ᵐ & q.102.1.1ᵐ.

5 Religio est vna virtus,quia exhibet reuerẽtiam Deo sub vna ratione.s.vt Deus est primum principium creationis & gubernationis rerum.22.q.81 3.o & 4.1ᵐ.& 2ᵐ.

6 Religio cæteris virtutibus imperat.22ᶠ.q 81 1.1ᵐ.& 4.1ᵐ.& 8. 1ᵐ.& q.88.5.c.& q.186.1.c.2ᵐ.

7 Religio præfertur aliis virtutibus moralibus.22ᶠ.q.81.6 o.& q.88.6. c.& q.1ª3.2. c.

8 Sicut religio est quædam protestatio fidei,spei, & charitatis, quibus homo primordialiter ordinatur in Deum,sic pietas est quædam protestatio charitatis,ad parentes & patriam. 22ᶠ.q.101.3. 1ᵐ.

9 Sicut religio per excellẽtiam dicitur pietas, sic latria dicitur dulia, inquantum Deus est excellenter pater & dominus. 22ᶠ.q. 103.3. 1ᵐ.& q.106.1.1ᵐ.

10 Omnia illa per quæ Deo reuerentia exhibetur,pertinẽt ad religionem.22ᶠ.q.83.3 c.

11 Religiosi non subiiciunt se homini,propter hominem,sed propter Deum 22ᶠ.q.81.1.1ᵐ.

12 In religione considerantur duo,scilicet cultus Dei,& Deus.Primũ est materia & obiectum eius, secundum verò,est finis eius. 22ᶠ. q.81.5.o.

13 Religio est in voluntate. Ideo ordinat actus aliarum potentiarum ad Dei reuerentiam.22ᶠ.q.83.3 1ᵐ.& q.88.5.c.

14 Omnes actus eius pertinent ad cultum Dei, vel seruitutem eius. Primum respicit excellentiam Dei,secundũ verò, subiectionem hominis.22ᶠ.q.81.3.2ᵐ.

15 Religio habet duplices actus.s.elicitos,vt sacrificare, adorare, & huiusmodi:& imperatos.s.actus aliarũ virtutum 22ᶠ.q 81.1.1ᵐ. & q.85.3.o.& q.186.1.2ᵐ.& q.188 2.c.

16 Religio habet duplices actus.s.interiores,vt principales & per se,& exteriores,vt secundarios,& propter interiores 22ᶠ. q. 81.7.o.& q.82 principio.& q.84.2.o.& q.85 2.c.

17 Religio nominat statum perfectionis.22ᶠ.q.186.1.o.

18 Status religionis,ordinatur ad perfectionem charitatis, sicut ad finem.22ᶠ.q.186 7.1ᵐ.& 2.c.& q.187.2.c.& q.88.2 7.c.

19 Religio est status pœnitentiæ,exercitii & schola perfectionis. 22ᶠ. q.186.1.4ᵐ.& 2.c.& 3.c.5ᵐ.& 5.c.& q.187.6.c & q.188.1.c.& q.189.1. c.3ᵐ.

20 Status religionis, est spiritualis militia proficientibus,& exercitiũ cyrocinij incipientibus. * Nam ordines sacri præexigunt sanctitatem : sed status religionis est exercitium quoddam, ad sanctitatem assequendam. Vnde pondus ordinum imponendum est parietibus,iam per sanctitatem deficcatis,sed põdus religionis deficcat parietes,id est,homines ab humore vitiorum.22ᶠ.q. 189.1.3ᵐ.

21 Status religionis præfertur eleemosynis, & virginitati secularium, quia viuentes in monasteriis ad hoc quod inhæreant Deo postponunt propriam volũtatem,& omnia quæ possunt habere.Sed virgines ad hoc postponunt venereas voluptates.Et ideo virginitas non simpliciter est maxima virtutum.1ª.q.98.5. 2ᵐ.& 3ᵐ.

& 22ᶠ.q.152.5.b & c.& q.1ª6.8.c.

22 Status religionis potest considerari tripliciter, scilicet vt exercitiũ tendẽdi ad perfectionem charitatis,vt quietans,& vt holocaustum.22ᶠ.q 186.7.c.

23 Difficilius seruantur præcepta Dei in seculo, quàm in religione. 22ᶠ.q.189.1 5.

24 Omnis religio sumpsit originem à discipulis Christi.22ᶠ.q.188 7 c. fin.

25 Voluntaria paupertas,requiritur vt primum fundamẽtum,ad perfectionem religionis.22ᶠ.q.186.3.o.& 4.c.1ᵐ.

26 Habere aliquid proprium,repugnat perfectioni religionis,non autem habere aliquid in communi:sed aliqualiter impedit, si superabundet.22ᶠ.q.188.7.8.

27 Ad perfectionẽ religionis,requiritur perpetua continentia.12ᶠ.q. 88.11 c.fi.& q.186.4.o.

28 Obedientia requiritur ad * perfectionem religionis : quia cum religio sit disciplina & exercitium tendẽdi ad perfectionem,necessaria est discretio alicui* quasi magistri,quem omnino sequatur proficiens quod fit per obedientiam ad maiores. 22ᶠ.q.186.5.o.

29 Votum triplex requiritur ad perfectionẽ religionis,scilicet votum paupertatis,cõtinentiæ & obedientiæ.12ᶠ.q.108.4.c.& 22ᶠ.q. 186. 6.o.

30 Perfectio religionis integratur ex prædictis tribus votis.22ᶠ.q.186. 7.o.& q 188.1.2ᵐ.& 2.2ᵐ.

31 Vorum obedientiæ est præcipuum inter tria vota religionis. 22ᶠ. q.186.8 o & q.188.7.1ᵐ.

32 Interiores actus virtutum,non cadunt sub voto religionis,sed religio ad eos ordinatur,vt ad finem.22ᶠ. q.186.7.1ᵐ.

33 Ad religionem requiritur subtractio impedientium hominem, ne totaliter feratur ad seruitium Dei.22ᶠ.q.186.4.c.

34 Omnes obseruantiæ religionũ,ordinantur ad tria principalia vota,ad quæ etiam pertinet habitus,vt signum obligationis. Ideo simul datur,vel benedicitur cum professione.22ᶠ. q. 186.7.2ᵐ.& q 188.1.2ᵐ.

35 Per ingressum religionis, homo totaliter se mancipat Dei obsequiis.22ᶠ.q.189.3.c.3ᵐ.

36 In ingressu religionis, recipitur tanta gratia, quanta recipitur in baptismo,& remittitur omnis pœna.Sed hoc non est quia talis ex se à satisfactione absoluatur,sed quia eo ipso quod suam voluntatem etiam in seruitutem redigit propter Deum, plenariè iam pro omni peccato satisfecit, quàm chariorem habet omnibus rebus mundi,de quibus tantum potest dare,quod eleemosynis omnia peccata sua redimeret,etiam quãtum ad pœnam 22. q.189 33ᵐ.

37 Consilium vel magna deliberatio,non requiritur ad ingressum religionis secundum se,nec quo ad vires:sed quo ad impedimenta, vel modos religionis per doctrinam maiorum,ab iis qui sperãtur prodesse, vt de ingressu religionis frequenter contingit, ex ignito sermone predicationis,vel ex virtuosa operatione, & excellenti vita doctoris.22ᶠ.q 189 10.o.

38 Habens votum,vel iuramentum minoris religionis, licite inducitur ad maiorem,non autem econuerso,nisi dispẽsetur.22ᶠ.q. 189. 9.3ᵐ.

39 Non licet inducere aliquem ad religionem per falsam doctrinã.22. q.189 9.c.

40 Inducens alios ad religionem,non peccat,si fiat sine violentia, simonia,& mendacio,sed magnum præmium meretur.22ᶠ.q. 189. 9.o.

41 Licet dare,vel accipere aliquid,pro victu in monasterio,si non sit sufficiens,non autem pro ingressu religionis, quia simonia est, 22ᶠ.q.100.3.4ᵐ.

42 Licet nutrire pauperes ad religionẽ, vel alligere munuscul is, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel accipere pro ingressu monasterij.22ᶠ.q.189.9.c.& q.100.3.4ᵐ.

43 Presbyteri,curati, archidiaconi, possunt sine licentia ingredi religionem 22ᶠ.q.184.6.8.c.4ᵐ.& q.189.7 o.

44 Non licet parentibus ingredi religionem nisi prouiso, quod filij educari possint.22ᶠ.q.189.6.c.

45 Non licet filiis ingredi religionem,si parẽtes sine eis commode viuere non possint.22ᶠ.q.189.6.o & q.100.4 3ᵐ.& 4ᵐ.

46 Seruus non potest recipi in religione,inuito domino eius.22ᶠ.q.88. 8.2ᵐ.& 4ᵐ.& q.189.5.c.& 6 3ᵐ.

47 Obligatus debitis,prius debet soluere,quantum potest,& tunc potest ingredi religionem,licet non possit omnia soluere.22ᶠ.q.189. 6.3ᵐ.

48 Puer ante pubertatem potest recipi in religione, de consensu parentum,sed post,etiam eis inuitis, 22ᶠ.q.88.8 2ᵐ.& 9 o.& q. 89 5.o.

49 Non exercitati in præceptis Dei,debent recipi ad religionem.22ᶠ. q.189.1.o.

50 Facilius conuertuntur ad religionem peccatores,quàm præsumentes de sua innocentia.12ᶠ.q.189.1.1ᵐ.

51 Recepti simoniace scieter po st cõcilium generale, repellũtur à suo monasterio, sine spe restitutionis, & ad perpetuam pœnitentiã, in arctiori regula debent poni, vel in alio loco eiusdem ordinis, si arctior ordo non inuenitur. Si verò ante debent poni in alio eiusdem. Vel si non potest, sint in eodem, ne vagentur, sed in loco inferiori. Si autem ignoranter, postquã renunciauerunt, possunt de nouo recipi mutatis locis. 22ᵉ.q.100 6.5ᵐ.

52 Obligare se voto, ad ingressum religionis, est laudabile secundum se. 22ᵉ.q.88.9.o.& q.189. 2.o.

53 Voués ingredi religionem, tenetur intrare quàm citius potest, nisi posuerit terminum. 22ᵉ q.88.3.2ᵐ & q.189.3 o.

54 Vouens ingredi religionem, non tenetur ibi perpetuo manere, nisi hoc intenderit 22ᵉ.q.189.4 o.

55 Eadem ratio est de monachis, & de aliis religiosis, quo ad cõmunia omni religioni, non autem quo ad propria monachorum. 22ᵉ.q.188.2.2ᵐ.

56 Religiosi non tenentur habere perfectam charitatem, sed ad hoc tendere, & ad hoc operam dare. 22ᵉ.q.186 2.c.1ᵐ.& 9.c.

57 Nec ad ea quæ consequuntur perfectionem charitatis, sed ad hæc tendere, non contemnendo. 22ᵉ.q.186.2.c.

58 Nec ad omnia exercitia, per quæ venitur ad perfectionem, sed tantum ad taxata secundum regulam suam. 22ᵉ.q.186.2.c.

59 Nec ad omnia consilia de particularibus melioribus, sed ad essentialia religioni. 22ᵉ.q.186.2.3ᵐ.

60 Nec ad alia quàm seculares, nisi quæ ad eorũ vota pertinent. 22ᵉ.q. 110.4.5ᵐ.& q.187.3.o.

61 Nec ad opera manualia, plusquam seculares, nisi ad quæ tenetur ex statutis ordinis sui. 22ᵉ.q.187.3.o.

62 Religiosus factus episcopus, non absoluitur à tribus votis religionis, quia nihil debet habere proprium, sed est dispensator communium bonorum ecclesiæ. Sed per accidens non tenetur obedire, si superiorem non habeat, sicut nec abbas. 22ᵉ.q.88.11.4ᵐ.& q.185.8.o.

63 *Professi religionem, mortui sunt mundo, & viuunt Deo. Vnde nõ sunt reuocandi ad vitam humanam occasione cuiuscunque euẽtus. 22ᵉ.q.88.11.1ᵐ.

64 *Nec religiosos oportet exire claustrum, ad corrigendum delinquentes. 22ᵉ.q.13.2.4ᵐ.fi.

65 Professus non debet exire religionem, vt parentibus subueniat, sed procuret eis sicut potest cum licentia. 22ᵉ.q.101.4.4ᵐ. & q. 189. 6. 1ᵐ.

66 Transgressio regulæ, quo ad tria vota principalia religionis, est peccatũ mortale, nõ autem quo ad alia nisi propter præceptum, vel contẽptum. In quibus tamen aliis vt est silentium, solitudo, abstinentiæ, & vigiliæ graues, possunt prælati in religione ipsi secum dispensare, sicut & cum aliis. 22ᵉ q.88.11.4ᵐ.& q.185.8.o & q. 186.9.o.& q. 88.5.c.

67 Licet religiosis, ex commissione prædicare, & simili. 22ᵉ.q.187. 1. o. & 4. 2ᵐ.

68 *Religiosis competit principaliter intẽdere studiis literarum pertinentium ad doctrinam, quæ est secundum pietatem. Aliis autem doctrinis intendere, nõ pertinet ad religiosos quorũ tota vita diuinis obsequiis mancipatur, nisi inquantum ordinantur ad sacram doctrinam. 22ᵉ.q.188.5.3ᵐ.

69 Licet eis aduocare pro monasterio, pro pauperibus, & viduis. non autem propter aliquod mundanum. 22ᵉ.quæst, 71.2.o.& q.188. 3. 2ᵐ.

70 Licet eis tractare negocia secularia, moderatè, eũ licentia, ex charitate non autem ex cupiditate. 22ᵉ.q 18.3.2ᵐ.& q. 187. 2. o. & q. 187.2.2ᵐ.& 189.6.1ᵐ.

71 Licet eis viuere de eleemosynis, quasi debitis eis dupliciter. s. ratione necessitatis triplicis. i. infirmitatis, egestatis, & cõsuetudinis: & ratione operis quadruplicis. s. prædicationis, altaris, studij, & dominationis omniũ bonorũ suorum monasterio. 22ᵉ.q.187.4.o.

72 Licet eis mendicare pro humilitate, necessitate, vel vtilitate, nõ autem ex cupiditate, sicut secularibus. 22ᵉ.q.187 5.o.

73 Licet eis vti vtilibus vestibus, ad cõemptum seculi, ad pœnitentiã & humilitatem 22ᵉ.q.169.1.2ᵐ.& q.187.6.o.

74 Religiosis militibus, licet bellum facere, auctoritate principis, non autem auctorite propria. 22ᵉ.q.188.3.4ᵐ.& 4 2ᵐ.

75 Religiosi dicuntur dupliciter. s. cõmuniter omnes qui per fidẽ colunt Deum, & specialiter, qui totam vitam suam dedicant cultui diuino. 22ᵉ.q.81.1 5ᵐ.& q.88.1.1ᵐ.& 2.2ᵐ.

76 Gradus religionis triplex, cui competit triplex gradª paupertatis, scilicet quia primum & summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ propinquissimæ sunt perfectioni episcoporũ: secundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem, tertius est earum quæ occupantur circa exteriores actiones. 22ᵉ.q. 188. 6.c.& 7. o.

77 Religionum aliquæ ordinantur ad opera vitæ contemplatiuæ, aliquæ verò ad opera vitæ actiuæ 22ᵉ.q.88 2.o.& 3.4.5. c.

78 Religiones sunt diuersæ, principaliter secundum fines, secundario secundum exercitia. 22ᵉ.q.188.1.o.6.c.

79 Quædam religio conuenientissime instituta est ad prædicationes, confessiones, & alia huiusmodi spiritualia. 22ᵉ.q.188.4.o.

80 Et ad studium, quia illud illuminat, remouet errores, prodest ad prædicandum & huiusmodi, domat luxuriam & auaritiam, & valet ad obedientiam. 22ᵉ.q.188.5.o.

81 Et aliqua ad militandum, non quidem propter aliquid mũdanum, sed ad defensionem diuini cultus, & proximi. 22ᵉ.q.188.3.o. & 4. 2ᵐ.& 5ᵐ.

82 Summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, secundum verò quæ ad contemplandum, tertium autem quæ ad opus extrinsecum. Et in singulis præeminent, quæ sunt ad altiorem actum in eodem genere, vel ad plura, vel quæ habent statuta conuenientiora ad suum finem consequendum, non autem quę est arctior. 22ᵉ.q.188.6.o.& q.189. 8.2ᵐ.

83 Religio principaliter est melior, cuius finis est potior, id est, ad maius, vel ad plura, secundario autem, quæ melius proportionatur fini. 22ᵉ.q.188.6.o.& q.189.8.c.

84 Religio tanto perfectior est secundum paupertatem, quãto habet eam magis proportionatam suo fini 22ᵉ.q.188.7.c.1ᵐ.

85 Religio ordinata ad actiones corporales, esset imperfecta, si careret diuitiis in communi, non autem aliæ. 22ᵉ.q.188.7. c. & q.189. 8.2ᵐ.

86 Religio solitariorum est perfectior quàm socialis, sed periculosissima est imperfectis. 22ᵉ.q.188.8. o.

87 Transire de vna religione in aliam, non est laudabile secundum se, quia facilius proficitur in prima, & relicti scandalizantur, nisi forte propter magnã vtilitatẽ, vel necessitatem. Sed laudabiliter trãsitur tripliciter. s. zelo perfectioris religionis, vel quæ melius seruatur, licet sit mitior, vel propter infirmitatẽ. In primo debet peti licentia propter humilitatem, sed negari non potest: tamẽ si non constet, requiritur iudicium superioris, sicut & in secundo, sed in tertio requiritur dispensatio. 22ᵉ.q.189.8.o.

88 Nulla satisfactio æquipollet pœnitentiæ religiosorum. 22ᵉ.q. 189. 3.3ᵐ.

89 Status secularij, periculosior esse dicitur, quàm religionis status. 22ᵉ.q.189.1.5ᵐ.fi.

RELIGIOSI crucifixi cum Christo dicuntur, qui quælibet actioris disciplinæ instituta subeunt, secundum Bedam. 3ª. quæst. 46.11.c.

RELIQVIAE sanctorũ, vel diuina verba, licite portantur suspensa ad collum, si portentur ex fiducia Dei & sanctorum, quorum sunt reliquiæ. Si autem circa hoc attendatur aliquid aliud vanum, puta quod vas in quo sunt, esset triangulare, aut aliquid aliud huiusmodi, quod non pertineret ad reuerentiam Dei & sanctorum, esset superstitiosum & illicitum. 22ᵉ.quæstio.96.4. 3ᵐ.

REMEDIVM duplex, contra malũ. s. impediens futurum, & remouens malum præsens. 12ᵉ.q.42.6.1ᵐ.

I REMINISCENTIA est inquisitio eius, quod excidit à memoria, & prior ea est tantum in parte sensitiua, & tantum in homine. 1ª.q.78.4.c.fi.5ᵐ & 12ᵉ.q.74.3.1ᵐ.

2 Ex parte memorabiliæ, non solum habet homo memoriam, sicut cætera animalia, in subita recordatione præteritorum, sed etiam habet reminiscentiam, quasi syllogistice inquirẽdo, præteritorũ memoriã, secundũ indiuiduales intẽtiones. Et illam eminentiã habet cogitatiua & memoria in homine, nõ per id quod est proprium sensitiuæ partis, sed per aliquam affinitatem & propinquitatem ad rationem vniuersalem, secundum quandam refluentiã. Et ideo non sunt aliæ vires, sed eædem, perfectiores quam sint in aliis animalibus. 1ª.q.78.4.c.fi.5ᵐ.

REMISSIO in puniendo, opponitur directæ crudelitati, non autem fœuitiæ. Nec est vitium nisi sit contra iustitiam. 22ᵉ.q.159.2. 3ᵐ.

REMVNERATIO & Bona facta sine gratia, remunerãtur in præsenti. 22ᵉ.q.83.16.o.& q.178.2.1ᵐ.& 3ª.q.82.6.c.& 7.3ᵐ.

REMVNERATOR & Inquirentibus se, Deus remunerator est, 22ᵉ.q.2.5 b.& 3ª. q.56.2.3ᵐ.

RENITI & Licet votum eorũ, qui sunt alterius potestati subditi, non sit firmum, sine consensu eorum, quibus subiiciuntur, nõ tamen peccant vouendo, quia in eorum votis intelligitur debita conditio. s. si suis superioribus placuerit, vel si non renitantur. 22ᵉ.q.88.8.4ᵐ.& 3ª.q.28.4. o.

REPARATIO & Reparari naturam humanam post lapsum, fuit congruentissimum ex parte Dei: quia in hoc manifestatur misericordia, potentia, & sapientia eius, & ex parte naturæ humanæ, & vniuersi. 3ª.q.1.1.c.

I REPROBATIO Dei, est pars prouidentiæ, respectu eorum qui exciderunt à beatitudine: sicut prædestinatio, respectu eorũ qui diuinitus ordinantur ad eam. 1ª.q.23.3.c.

Reproba io addit supra præscientiã, voluntatem permittendi peccare, & inferendi pœnam æternæ damnationis. 1ª.q.23.3.c.

3 Reprobatio Dei, non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Ideo dicit impossibilitatem conditionatam ad gratiam, non autẽ absolutam. 1ª.q 23 3ᵐ.

4 Deus reprobat aliquos homines. 1ª.q.23.3.o & 4. c.

1 REPTILE est animal, cuius corpus non multum eleuatur à terra per instrumenta motus, sed repit vi costarum, vt serpens, vel vi annulorum vt annulosa, vel vi oris, vt quidam vermis, vel vi penularum, vt pisces. 1ª.q.72.2ᵐ.

2 Reptilium quædam sunt aquatica, & quædam terrestria: ideo commemorantur in scriptura cum vtroque elemento. 1ª. q 71.o.& q.72.1ᵐ.

1 REQVIRI ad aliquid contingit quadrupliciter. s. vt præparans, perficiens, coadiuuans, & concomitans 1ª.q 41 c.

2 Quandocunque multa requiruntur ad vnum, necesse est vnũ eorũ esse principale. 22ᵉ q.49.6.1ᵐ.

RES est vnum de transcendẽtibus. Ideo est cõmunis, & indifferens, ad absolutum & relatiuum. 1ª.q.39.3.3ᵐ.

RESPECTVS diuersi Dei ad creaturam, sunt in Deo ab æterno. 1ª. q.13.7.3ᵐ.

1 RESTITVTIO est actus iustitiæ commutatiuæ, quia nihil aliud videtur esse, quàm aliquem statuere in possessionẽ rei suæ. 22ᵉ. quæst. 62. principio. & q.62.1.o.& 2.c.

2 Restitutio male ablata, est de necessitate salutis, quantum possibile est. 22ᵉ.q.62.2.o.& q.79.3.2ᵐ.

3 Restitutio proprie est tantum debiti. & in rebus exterioribus, quia supponit identitatem, sed transfertur etiam ad actiones & passiones. 22ᵉ.q.62.1.1ᵐ.& 2ᵐ.

4 Quando res non est restituibilis, sicut membrum mutilatum, debet fieri compensatio, quantum possibile est. 22ᵉ.q.62.2 1ᵐ.

5 Restitutio debet statim fieri, vel dilatio peti ab eo qui potest cõcedere vsum rei, quia implicat præceptum negatiuum* quod obligat semper, & ad semper 22ᵉ.q.33.2.c.& q 62.8.o.

6 Ante sententiam iudicis, sufficit restituere simplum, sed post eam, tenetur etiam ad pœnam pro culpa 12ᵉ.q.105.2. 9ᵐ. & 22ᵉ.q.62.3. o & 4.c.

7 Restitutio præfertur subuentioni parentum, nisi in extrema necessitate. 22ᵉ.q.31.3 3ᵐ. & q.32.7.3ᵐ.& q.62.4 4ᵐ.

8 Qui rem alienam accepit iniuriose, vel ad sui vtilitatem, tenetur restituere, etiam si amisit eam. 22ᵉ q. 62. 6.o

9 Quicunque est causa iniustæ acceptionis, directe vel indirecte, tenetur ad restitutionem. 22ᵉ.q 62. 7.c.

10 Qui habet rem alienam, tenetur restituere, ratione rei, qui verò eã abstulit, tenetur restituere, ratione actionis iniuriosæ. 22ᵉ.q. 62. 6.c.1ᵐ.

11 Principes tenentur ad restitutionẽ, si latrones increscant, quia redditus quos habent, sunt quasi stipendia, vt conseruent iustitiam. 22ᵉ.q.62.7.c.3ᵐ.

12 Impediens aliquem iniuste, ne acquirat præbendam, tenetur ad restitutionem ad arbitrium boni viri, non autem si iniuste impedit. 22ᵉ.q 62.2.4ᵐ.

13 Suffodiens semina, vel tenens pecuniam creditoris, vltra terminũ præfixum, tenetur restituere: non quidem totum lucrum possibile, sed secundum æstimationem, pensatis periculis, laboribus, & expensis. 12ᵉ.q.62 4.1ᵐ & 2ᵐ.

14 Inueniens aliquid, quod de propinquo fuit alicuius, nõ habẽtis illud pro derelicto, tenetur ad restitutionem, nõ autẽ si nunquam fuerat alicuius, vt gemmæ in littore, vel tantum antiquitus, vt thesauri, sed conceduntur occupanti, tamen secundum leges ciuiles, medietas debetur domino agri 22ᵉ q.66.1.2ᵐ.

15 Quando vnus totum restituit, alij non tenentur principali, sed debent refundere partem suam soluenti totum. 22ᵉ.quæst. 62. 6 3ᵐ. & 7.2ᵐ.

16 Restitutio potest fieri per confessorem secrete, ne crimen detegatur. 22ᵉ.q.62.6. 2ᵐ.

17 Restitutio semper debet fieri ei, à quo aliquid ablatum est 22ᵉ. q. 62.5.o.

18 Si is cui restitui debet aliquid, mortuus est, debet dari hæredibus eius. 22ᵉ.q.62.5. 3ᵐ.

19 Si verò ignotus sit, debet dari pauperibus, præmissa diligenti inquisitione. 22ᵉ.q 62.5.3ᵐ.

20 Si autem sit multum distans, debet ei mitti, præcipue si sit res magni valoris, vel debet deponi. 22ᵉ.q.62.5 3ᵐ.

21 Quando prælatus iniuste concedit res ecclesiæ, debet restitui ecclesiæ, vt deueniant ad successorem eius. 22ᵉ.q 62.5.5ᵐ.

1 RESVRRECTIO significatur per octauam, triplici ratione. s. ad excludendum quorundam falsam opinionem, propter duplicẽ vitã. s. actiuam & contemplatiuam, quarum vna significatur per quaternarium, & alia per ternarium, & quia resurrectio octaua ætate erit. 12ᵉ.q.102.5.1ᵐ.& 3ª.q.70.3.3ᵐ.

2 Et erit miraculosa simpliciter. s. ex parte principij supernaturalis. i. Dei, sed erit naturalis secũdũ quid. s. ratione termini 1ª.q.105.7 2ᵐ.

3 Omnes resurgent in ætate iuuenili, non quidem quo ad numerum annorum, sed quo ad staturam. 3ª.q.46 9.4ᵐ.

4 Omnes resurgent immortales, & incorruptibiles, etiam secundum corpus. 1ª.q.97 3.c.

5 Natura mortalitatis non auferetur à resurgentibus, sed erunt eiusdem speciei, sicut nunc. 3ª.q.54.1.2ᵐ.

6 Corpora sanctorum, post resurrectionẽ erunt impassibilia propriè, ex dominio animæ supra corpus, & magis, in magis beatis, & nõ natura quinti corporis, vt quidam dicunt, quia corpus quintum non venit materialiter ad compositionem corporis humani. Et impossibile est dicere, quod aliqua virtus qualis est virtus corporis cœlestis, transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis est impassibilitas corporis glorioſi, cum immutationem corporis humani Apostolus attribuat virtuti Christi. Et etiam non potest natura cælestis ita dominari in corpore humano, quia natura elementaris remaneat, cui essentialibª suis principiis, passibilitas inest 1ª.q.97.3. c.

7 Hæc impassibilitas, non tollet sentire, sed omnes sensus beatorum simul erunt in actu proprio, per immutationem spiritualem ab obiecto exteriori. 1ª.q.3.3.c

8 Tunc non erit vsus ciborum, venereorum, somni, & huiusmodi. 1ª. q.97.3.c

9 Necessarium fuit Christum resurgere, quintuplici ratione, scilicet ad commendationem diuinæ iustitiæ, ad confirmationem fidei nostræ, ad subleuationem nostræ spei, ad informationem vitæ fidelium, & ad complementum nostræ salutis. 3ª.q.53.1 o. & 2.c. & 3.1ᵐ.

10 Christus conuenienter resurrexit tertia die, & nõ statim, nec in fine mundi, ad cõfirmationem fidei, de humanitate & deitate eius. 3ª.q.51 4.o.& q 53.2.o.

11 Christus resurrexit mane diluculo. 3ª. q 51.4.3ᵐ.& q.53.2.3ᵐ. & q. 83.2.4ᵐ.

12 Corpus Christi resurrexit gloriosum & integrum, cũ qualibet parte eius. 3ª.q.54.2.3.o.& c.55.6.4ᵐ.

13 Resurrectio Christi nõ debuit primo manifestari omnibus, sed gradatim. Et primo mulieribus: *vt mulier quæ primo nunciũ mortis ad hominem detulit, primo etiam vitam resurgentis Christi, in gloria, nunciaret: & similiter vt ostẽderetur quo ad assequendam gloriam, nihil facere sexũ differentiam: sed si maiori charitate feruerent, maiori etiam gloria refulgebunt in regno beatorum. 3ª.q.36.2.c.& q.55.1.o.

14 Nec immediate* ipsa resurrectio debuit ab hominibª videri, sicut eius ascensio, ex eo, quod Christus nõ rediit resurgendo, ad vitã cõmuniter hominibus notam, sed ad vitam immortalem & Deo conformem: Et quia quæ supra hominem sunt, per angelos debent nũciari hominibus: ideo resurrectio Christi debuit per angelos hominibus nunciari. 3ª.q.55.2.o.

15 Christus post resurrectionem suam, apparuit pluries, vt ostenderet veritatem resurrectionis. Sed non conuersatus est cum discipulis suis continue, sicut prius, vt ostenderet gloriam suam. 3ª. q.55.3.o.

16 Christus cõuenienter & sufficienter probauit resurrectionẽ suam, duplici testimonio. s. angelorum & sacræ scripturæ, & argumentis, id est, signis euidentibus. 3ª.q. 55 5.6. o.

17 Christus fuit primus resurgens simpliciter. Sed aliqui prius secundum quid, quia iterum mortui sunt. 3ª.q.27 3.c.fi.& q.53.3.o.& q. 56.1.c.3ᵐ.

18 Qui cum Christo resurrexerunt, mortui sunt iterum, secundũ Augustinum & Hieronymum, licet Hieronymus aliquando videatur dicere quod non. 3ª.q.5 .3.2ᵐ.

19 Christus secundum diuinitatem, fuit causa suæ resurrectionis, non autem secundum humanitatem. 3ª q.53.4 o.

20 Resurrectio Christi, est causa efficiẽs & exemplaris resurrectionis nostræ, quo ad corpora, & quo ad animas per gratiam, tamẽ virtute principalis causæ. s. iustitiæ Dei. 3ª.q.54.2.c.& q 56.1.2.o. & q. 59.2.c.fi.& q.62.5.1ᵐ.

21 Resurrectio Christi, est causa exemplaris reparationis vitæ nostræ, & mors Christi, destructionis mortis nostræ: licet vtraque sit causa effectiua vtriusque. 3ª.q.56.1.4ᵐ.& q.62.6.1ᵐ.& 3ᵐ.

22 Exemplaritas resurrectionis Christi proprie se extendit tantum ad bonos, licet efficientia eius proprie se extendat ad resurrectionẽ tam bonorum quàm malorum. 3ª.q.56.1.3ᵐ.

*RHETORICA est ex coniecturis ad suspicionem: quia quandoque nõ fit cõplete fides, vel opinio, sed suspicio quædam: quia non totaliter declinatur ad vnam partem condictionis, licet magis declinetur in hanc, quàm in illam: sed dialectica est ex probabilibus ad opinionem. 22ᵉ.q.48.c.fi.

1 RETRIBVTIO proportionalis, ex debito legali, si est ex pacto, pertinet ad iustitiam commutatiuam: si vero ex debito honestatis, pertinet ad virtutem gratiæ, siue ad gratitudinem. 22ᵉ.q.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

106.1.2m.

2 Retributio Dei duplex, scilicet pro bonis impletis,& pro beneficiis.3a.q.56.2.3m.

1 REVELATIO tripliciter aliquid cognoscitur, scilicet per reuelationem,per seipsum,& hoc certitudinaliter,& coniecturaliter per aliqua signa.12e.q.112 5.c.

2 Reuelare secreta,in malum personæ,est contra fidelitatem,nisi vergat in periculum aliorum , vel nisi propter bonum commune, cõtra quod nullum debet recipi secretum.22e.q.68.1.3m.& q.70.1.2m.

3 Reuelatio Dei,fit ad inferiores per superiores,sicut ad homines per angelos.22e.q.2.6.c.

4 Nullus vnquam purus homo,habuit reuelationem à Deo, nisi mediantibus angelis.1a.q.98.3.c.&3a.q.55.2.c.

5 Plura , & excellentius de mysteriis gratiæ reuelata sunt angelis & apostolis,quàm prophetis 1a.q.57.5 3m.

6 Fides nostra innititur reuelationi apostolis & prophetis factæ , nõ autem alij reuelationi.1a.q.1.8 2m,&22e.q.172 6.1m.

7 Multis gentilibus, reuelationes factæ sunt de Christo , vt patet de Sibylla.22e.q.2.7.3m.& q 172.6.1m.

8 Potest aliquis scire,se habere gratiam:per reuelationem.22e.q. 112. 5.c.

9 Reuelat Deus hoc aliquando aliquibus,ex speciali priuilegio,vt securitatis gaudium etiam in hac vita,in eis incipiat , & confidentius & fortius magnifica opera prosequantur, & mala præsentis vitæ sustineant.12e.q 112.5.c.4m.& 5m.

10 Non tamen reuelat hoc omnibus, ne , scilicet non prædestinati de sperent,& ne securitas,in prædestinatis negligentiam pariat. 1a. q 23.1.4m.

11 Reuelatum fuit Paulo,quòd esset in gratia.12e.q.112. 5.c.

1 REVERENTIA directe respicit personam excellentem : ideo secundũ diuersas rationes excellentiæ,diuersæ sunt species eius. 22e.q.104 2.4m.

2 Reuerentia Dei in communi, est de dictamine rationis naturalis, non autem determinatio eius.22e.q.81.2.3m.

3 Reuereri est actus timoris,sed vt debetur Deo,est actus latriæ.22e. q.81.2.1m.

4 Christus secundum quod homo, præ cæteris habuit pleniorem affectum reuerentiæ ad Deum.3a.q 7.6.c.fi.

5 Reuereri homines ratione alicuius diuini in eis.s.gratiæ , virtutis, vel naturalis imaginis Dei,est laudabile,non autem vt sunt contrarij Deo.22e.q.103.1m.& q.25.1 1m.

6 Quæ habent aliquam excellentiam,solent haberi in reuerentia,nõ autem omnia:*ideo consuetudo hominum inoleuit, vt reges & principes quos oportet in reuerẽtia haberi à subditis,& preciosioribus vestibus ordinentur,& etiam ampliores, & pulchriores habitationes habeant , & propter hoc oportuit vt aliqua specialia tempora,& speciale tabernaculum,& specialia vasa,& speciales ministri ad cultum Dei ordinarentur in lege , vt per hoc animi hominum,ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur.12e. q.102.4.c.

REX,prudentia & iustitia,sunt maxime propriæ regi.22e.quæst.50. 1. 1m.

RITVS Iudæorum,tolerantur ab ecclesia,propter figuram,in testimonium nostræ fidei,non autem ritus aliorum infidelium , atq; hæreticorum,nisi vt vitetur maius malum, quia. s. ad vitandum scandalum,vel dissidium,quod ex hoc posset prouenire,vel vt facilius conuertantur.22e.q.10 11.0.

1 RIXA est contradictio in factis.s.mutua percussio , & particulare bellum,sine auctoritate publica:sed contentio*importat quandam contradictionẽ verborum,in verbis.22e.q.41.1.c.& q.42.1.c.

2 Qui publica potestate inuadunt,non rixantur,nec peccant,sed qui eis resistunt,iniuste se defendendo.22e.q.41.1.3m.

3 Rixa inuadentis iniuste, est semper peccatum mortale,sed in defendente,nullum est peccatum;*vel veniale,scilicet quãdo aliquis leuis motus odij vel vindictæ se immiscet,vel mortale , scilicet quando affirmato animo , ex odio contra impugnantem insurgit,ad eum occidendum,vel eum grauiter lædendum.22e.q. 41. 1.0.& q.42.2.c.

4 Rixa oritur proxime ex ira , sed ex concupiscentia, sicut ex prima radice,& iactantia occasionaliter,& ex odio per accidens.22e. q. 37.2.1m.& q.41.2.0 & q.158.7.c.

5 Odium & discordia,sequuntur ex rixa,in rixantibus.22e.q.41.2.5m.

RVTH Moabitis, quæ mulier virtutis erat , significat ecclesiam de gentibus.Et conuersa ad Deum , intrauit ecclesiam , licet esset Moabitis.12.q.105.3.1m.

S

1 SABBATVM inter cætera festa,tantum præcipitur in decalogo,quia figurabat generalia beneficia Dei,scilicet creationis, & beatitudinis.12e.q.100.5.c.2m.& q.102.4.10m,& 22e.q.122.4.c.2m.

2 Sabbatum præcipitur Iudæis triplici ratione,scilicet propter auaritiam, vt vacẽt diuinis.Secundo ne errent circa creationem.Tertio vt significet triplicem quietem , scilicet Christi in sepulchro, mentis à peccatis,& beatorum in patria.12e.q.100.5.2m. & q.102. 4.10m.& q.105.2.9m.fi.& 22e.q.122e.4.o.

3 Opera seruilia,prohibita in sabbato,mystice sunt peccata,sed ad literam sunt opera seruorum,id est,mechanica.22e.q 187.3.c.

4 Opera seruilia prohibita in sabbato , sunt principaliter peccata mortalia,secundo opera propria seruorum:nõ autẽ peccata venialia,nec opera quæ sunt ad cultum Dei, nec opera spiritualia, nec necessaria ad salutem corporis,vel animæ,vel rerum exterio rum.12e.q.100.8.4m.& q.107.1.4m.& 22e.q.40.4 o & q.122.4.3m.& 3a.& q.40 4.1m & 2m.

5 In obseruantia sabbati,sanctificatio est finis:sed præceptum est cessare ab opere seruili,id est,mechanico 22e.q.122.4 3m.

6 Circuncisio & sacrificia,licebant Iudæis in sabbato. 22e. q. 122.4 3m.

7 Licuit Machabeis in sabbato pugnare:Heliæ fugienti itinerare , Apostolis euellere spicas.12e.q.100.8.4m.& 22e.q.40.4.o.& q 122.4. 3m.& 3a.q.40.4.3m.

8 Christus non soluebat sabbatum,nisi secundum apparentiam. 12e. q 107.2.4m.& 3a.q.40 4 1m.

9 Iudæi melius facerẽt,laborare sabbato,quam ludis & ocio vacare: *ideo magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die festo,quàm qui aliud corporale opus licitum facit.22e.quæsti.122. 4 3m.

1 SACERDOS fuit Christus simul,& hostia pacificorum , & hostia propeccato,& holocaustum.3a.q.22.1.2.o.& q.84.7.4m.

2 Christus est sacerdos,secundum quod homo,non autem secũdum quod Deus.3a.q.22 2.1m.

3 Christus simul fuit sacerdos,rex,& legislator,non autem alij homines.3a.q.22.1.3m.& q.3'.2. c.2m.& q.59.4.1m.

4 Christus est totius sacerdotij origo 3a.q.50.4.

5 In Christo est diuini sacerdotij plenitudo,3a.q.63.6.c.

6 Christus excellentius angelis,habuit potestatem sacerdotalẽ,quia fuit maior eis,secundum vtramque naturam , & angeli fuerunt ministri sacerdotij.3a.q.2'.1.1m.

7 Christus in triduo mortis fuit sacerdos , quia sacerdotium conuenit homini ratione animæ , id est, in qua est character ordinis. *Vnde per mortem, homo non perdit ordinem sacerdotalem, multo minus Christus qui est totius sacerdotij origo.3a.q.40.4. 5m.

8 Christo non conuenit suscipere in se characterem,vel effectum sui sacerdotij,quia ipse est fons totius sacerdotij,nisi secundũ quid. s.ratione impassibilitatis suæ.3a.q.22.4.o.

9 Sacerdotium Christi manet in æternum,ratione consummationis & finis s.beatitudinis sanctorum , non autem ratione expiationis,vel passionis Christi, nisi virtualiter. 3a.q.22.5.o.& 6.c.& q. 63.5.c.

10 Sacerdotium Christi facit duo , quæ requiruntur ad perfectam emundationem peccatorum.s. gratia quo ad culpam , & satisfactio, quo ad reatum.3a.q.22.3.o.

11 Homo fit particeps sacerdotij Christi,per omnia sacramẽta,percipiendo aliquem effectum eius.3a.q.63.6.1m.

12 Christus noluit nasci de sacerdotibus,ne videretur idem sacerdotiũ & vetus,sed vetus erat figura eius.3a.q.22.1.2m.

13 Sacerdotium ante legem , erat tantum secundum determinationẽ humanam * quæ hanc dignitatẽ primogenitis attribuebat.12e. q.103.1.3m.

14 Sacerdotium veteris legis,fuit figura sacerdotij Christi, sed multũ distans,quia nec æternum,nec mundans peccata 3a.q.22.1.1m.& 4 c.3m.& 5.c.2m & 6.c.

15 Sacerdotium Christi , dicitur secundum ordinem Melchisedech, quia excellentia eius ad sacerdotium legale , figurabatur perilud.3a.q.22. 6.o.

16 Sacerdotium Christi , quo ad oblationem , expressius figurabatur per sacerdotium legis,quam per sacerdotium Melchisedech,scilicet in effusione sanguinis. Sed quo ad participationem & effectum eius,in quo præcipue attenditur excellentia eius, & econuerso.3a.q 22.6.2m.& q.61.3.1m.

17 Indictus est sacerdotibus veteris legis , feminalium vsus , ad tegmen pudendorum,ad excludendam idolatriam in sacris Priapi. 12e.q.102.4.7m.fi.

18 Sacerdotium Leuiticum deriuabatur ad posteros,secundum originem carnis.12e.q.102.6.11m.& q.105.1 4m & 3a.q.31.8.4m.

19 Sacerdotes nouæ legis,tenent locum septuaginta discipulorũ Christi.22e.q.184.6.1m.& q.188.4 5m.& 3a.q.67. 2.2m.

20 Ministri comparantur ad sacerdotem,sicut secundarium,& instrumentale agens,ad agens principale.3a.q.71.4.c.

21 Sacerdos nouæ legis,operatur in persona Christi.3a.q.22.4.c.

22 Sacerdos vt peccator,participat effectum sui sacerdotij , non autẽ vt sacerdos.3a.q 22.4.1m.

23 Bonus laicus dicitur sacerdos spiritualiter,non autem quo ad ordinem 3a.q.82 1.1m.

24 Sacerdos inquantum medius,inter Deum & hominem, habet nomen angeli.3a.q.22.4.1m.

25 Proprium officium sacerdotis,est esse mediatorem inter Deum & populum.3a q.22.1.c.1m.& 4 c.& q. 26.1 o.& q.82.3.c.

26 In officio sacerdotis,possunt considerari duo.s.oblatio sacrificij, & consummatio.3a.q.22.5.c.& 6.2m.

27 In oblatione sacrificij cuiuscunque sacerdotis,sunt duo.s.sacrificiũ & deuotio.Sed effectus proprius sacerdotij est quod sequitur ex sacrificio.3a.q.22.4.2m.

1 SACRAMENTA sunt protestationes fidei. 3a.q.62.6.c.fi & q.72. 5.2m.

2 Sacramentum est in genere signi , quia est rei sacræ signum.3a. q. 60.1.o.

3 Sacramentum propriè,non est signum cuiuslibet rei sacræ,sed tantum rei sacræ sanctificantis homines.12e.q.101.4.c & q.102.5.c.& 3a.q.60.2.o.& q.62 2.o.& 3.c.

4 Sacramentum est signum passionis Christi gratiæ ,& gloriæ. Ideo est commemoratio præteriti,demonstratio præsentis,& prognosticum futuri.3a.q.60.3.o.

5 In sacramentis requiritur res determinatæ,ex institutione Dei.3a. q.60 5.o.& 7.c.

6 Sacramentum propriè,semper est aliqua res sensibilis.3a.q.60.4.o. & q 61.1 c.& q.64.2.2m.

7 In sacramentis habentibus materiam corporalẽ,actus humani nõ sunt de essentia sacramentorum,sed dispositiue se habent ad sacramenta.2a.q 84.1.1m.

8 Res & verba sunt vnum sacramentum , inquantum conueniunt in vno.s.in significando,vel causando.3a.q.60.6.2m. & q. 62.4.4m.& q.86.6.c.

9 Sanctificatio materiæ,est de necessitate sacramenti,in aliquibus sacramentis,vt in confirmatione,& extrema vnctione: & in aliquibus est de solennitate tantum,vt in baptismo,& matrimonio.3a. q.66.3.5m.& q.72.3.o.

10 Materia sacramentorum,necessario benedicitur, præter baptismũ & eucharistiam:quia hæc per vsum Christi benedicta sunt. 3a.q. 72.3.o.

11 Materia sacramenti indiget duplici benedictione. Prima cum instituitur,secunda in vsu.3a.q.65 3.2m.& q.71.3.2m.

12 In omnibus sacramentis,indigentibus materia sanctificata , prius materia sanctificatur per episcopum.3a.q.72.3.o.

13 Illa quibus homines communius vtũtur, debent sumi pro materia vel pro forma sacramentorum.3a.q.60.5.3m.fi. & 7.2m. & q 66.5. 7m.& q. 74.1.3.c.

14 In sacramentis res sensibiles, sunt vt materia,& verba vt forma. 3a. q.60.6.c.2m.& 7.q 90.2 c.

15 Sacramenta quorum effectus non dependet ab opere humano,habent materiam sensibilem,vt baptismus & confirmatio,non autem si dependet sicut matrimonium & pœnitentia 3a.quæst.84. 1.1m.

16 Sacramenta in quibus confertur superabundãs gratia,habent materiam corporalem,non autem alia.3a.q.84.1.1m.

17 Forma determinata verborum,requiritur in sacramentis. 3a. q 60. 7.o.

18 In sacramentis requiruntur verba Sed expressius significãt in lege noua,quam in lege veteri.3a.q.60.6.o.

19 In forma cuiuslibet sacramenti,oportet exprimi illud, in quo substantia eius consistit.3a.q.72.4.c.

20 Proferens corrupte*verba sacramẽtalia,si ex industria hoc faciat non videtur intendere facere, quod facit ecclesia , & ita non videtur perfici sacramentum.Si autem hoc faciat ex errore,vel labore linguæ , si sit tanta corruptio , quæ omnino auferat sensum locutionis,non videtur perfici sacramentum:cum præcipuè corruptio fiat in principio dictionis,vt pro patris,dicat matris.Si vero nõ totaliter auferatur sensus locutionis:vt in nomine patrias pro in nomine patris,nihilominus perficitur sacramentum,licet enim mutaretur sonus sensibilis , remanet tamen intelligibilis. 3a.q.60.7.3m.

21 Addens,minuens,transponens,mutans vel interrumpens formam sacramentorum,perficit sacramentum : nisi intendat contra rem ecclesiæ,vel nisi principalis sententia mutetur. 3a. quæst 60. 8.o.

22 Sacramenta sunt necessaria ad salutem humani generis: triplici ratione. s. quia sunt illa per quæ homo ex sensibilibus de spiritualibus eruditur,per quę affectũ qui sensibilibus subiicitur,in Dei honorem Dei exercita reuerentiam refert,& per quæ circa ea in honorem Dei exercitatur.3a.q.6.1.o.& 3.c.

23 Sacramenta fuerũt necessaria , tempore legis naturæ post peccatũ, sed indeterminata.3a.q.60.5.3m.& q.61.3.o.

24 Necesse fuit , quod per legem Moysis adderentur sacramenta determinata supra sacramenta legis naturæ.3a.q.60 5.3m. & quæst 61.3.o.

25 Necesse fuit,quod in lege noua essent alia sacramenta,quàm in lege veteri.3a.q.60.4.3m.& q 61.4.o.

26 Sacramenta simpliciter necessaria ad salutem, sunt tantum tria:* primo quidẽ baptismus cuilibet personæ singulari simpliciter & absolutè:pœnitentia vero post mortale peccatum:Sacramentum autem ordinis est necessarium ecclesiæ: quia vbi non est gubernator,corruet populus.Pro.xj.Alia vero sacramenta, necessaria sunt,vt melius habeatur finis,id est,salus per gratiam , ita quod non peccat quilibet ea non accipiens,nisi ea contemnat iniquo animo.3a.q.62.2.c.& q.65 4.o.& q.72.1.3m.

27 Sacramenta legis naturæ,non obligabant ex præcepto Dei,sed secundum mentem cuiuslibet celebrabantur.3a. q.60.5.3m.& q 61. 3.2m.& q.70.2.1m.

28 Solus Deus est institutor sacramentorum. Quæ autem per homines instituta sunt , pertinent ad solennitatem. Quæ vero à Christo,necessaria sunt.3a.q.64.2.o.& q.83 3.8m.

29 Solus Deus operatur vt causa principalis,ad effectum interiorem sacramentorum, sed homo & sacramenta instrumentaliter tantum.3a.q.64.1.5.o.& 9 c.& q.84.3.3m.

30 * Sacramenta operantur vt instrumenta diuinæ misericordię iustificantis,Dei autem est respicere ad hominis cor.1a. q.57.4.o.& 22e.q.44.1. c.& q.106.5 3m.

31 Sacramentalia non pertinẽt ad gratiæ interioris necessitatem, sicut sacramenta.Ideo Christus reliquit ea fidelibus instituenda pro arbitrio suo.12e.q.108 2.2m.

32 Christus vt Deus,operatur per auctoritatem,ad interiorem effectũ sacramentorum,sed vt homo meritorię , & efficienter vt instrumentum principale.3a.q.64.3.o.& 4 c.

33 Omnia sacramenta nouæ legis,sunt immediate instituta à Christo, 12e.q.108.2.c.2m.& 3a.q 64.3.c.& q. 66.6.c.& q 72.1.1m.

34 Virtus Christi operatur in sacramentis, per modum sanationis , & expiationis cuiusdam.3a.q.52.8.2m.

35 Fides ministri non est de necessitate sacramentorum 3a. q.64 9.o.

36 Deuotio ministrialiquid operatur impetrando , non quidem effectum sacramentorum,sed aliquid annexum ei. 3a.q. 64.1.2m.& q.82.6.c.

37 Orationes quæ fiunt in collatione sacramentorum, fiunt in persona totius ecclesiæ, & non in persona alicuius particularis. 3a. q. 64.1.1m.

38 Intentio ministri requiritur ad perfectionem sacramentorum.3a.q. 60.8.c.& q.64.8.o.

39 Intentio virtualis,sufficit ad perfectionem sacramẽtorum.Sed minister debet conari ad actualem intentionem: licet non totaliter sit in potestate hominis.3a.q.64 8.3m.

40 Intentio ecclesiæ,expressa in forma sacramenti , sufficit ad perfectionem eius,nisi cõtrarium exprimatur exterius 3a q 64.8.2m.

41 Peruersitas intentionis,respectu sacramenti expressa, tollit veritatem sacramenti,non autem respectu sequẽtium 3a.q.64 10 o.& q.74.2.2m.

42 Sacramenta conferri possunt per malos ministros. 3a. q. 64. 5 o.& 9.c.

43 Quandiu minister ecclesię qui est in peccato mortali,sustinetur ab ecclesia,subditus eius debet ab eo sacramenta accipere:quia ad hoc est ei obligatus.3a.q.64 6.2m.

44 Tamen prẽter articulum necessitatis,non est tutum eum inducere ad aliquid sui ordinis exequendum , durante tali conscientia, quam tamen deponere posset,quia in instanti , gratia emundat. 3a.q.64.5.2m.

45 Hæretici præcisi ab ecclesia,seruantes formam ecclesię,conferunt sacramentum,non autem rem sacramenti.Sed grauiter peccant dantes,& recipientes.Si vero non seruent formam , nihil conferunt.3a.q 64 9.2m.& 3m.& q 82.5.o.& 7.2m.& 8.9 o.

46 Effectus sacramentorum duplex.s. principalis,id est gratia,& secũdarius s.character,vel aliquis ornatus animæ,in sacramentis in quibus non imprimitur character.3a.q.62.principio.

47 Quando plures actiones ordinantur ad vnum effectum,in illa quę perficit effectum principalem, cõsistit essentialiter sacramentũ, non autem in eis quæ ad hoc disponunt, vel remouent impedimentum,vel ornant,sed sunt sacramentalia 3a.q.60.2.3m.

48 Vbi occurrit specialis effectus gratię,ibi ordinatur speciale sacramentum,quia sacramenta nouæ legis ad hoc ordinantur. 3a. q. 72.1.c.

49 Omne sacramẽtum producit suum effectum virtute formæ & materiæ.3a.q.86.6.c.

50 Diuersa sacramenta,diuersimodè purgant,illuminãt,& perficiunt, 3a.q.65.1.3m.

51 In sacramento nouæ legis,est illuminatio gratiæ, cum purgatione. 3a.q. 65.1.3m.

52 Effectus sacramenti non impetratur oratione ecclesię,vel ministri, sed ex merito passionis Christi.3a.q.64.1.2m.

53 Omnis efficacia sacramentorum, descendit à Christo. 3ª. q. 60. principio & q. 66. 6. c. & q. 84. 1. 1ᵐ. & 7. c.

54 Efficacia & virtus sacramentorum est ex Deo, vt à causa principali sed est ex passione Christi, vt à prima causa meritoria, & vt ab instrumento coniuncto, ex fide vero, vt à continuante instrumentum agenti principali. 3ª. q. 49. 1 4ᵐ. & q. 61. 1. 1ᵐ. & q. 62. 5. 0. & 6. c. & q. 64. & 1. 2ᵐ. & 2. 0. & 7 c. & q. 84. 7. c. & q. 86. 1. c. fi.

55 Sacramentum consequitur virtutem spiritualem, ex benedictione Christi, & applicatione ministri ad vsum sacramẽti 3ª. q. 62. 4. 3ᵐ. & q. 63. 6. 1ᵐ.

56 Omnia sacramenta sunt instituta cõtra aliquem defectum. 3ª. q. 65. 1. c.

57 Nullum sacramentum ordinatur specialiter, contra peccatum veniale. 3ª. q. 65. 1. 3ᵐ.

58 Commune est omni sacramento, quod per illud exhibetur remedium aliquod contra peccatum, per hoc quod gratiam confert. 3ª. q 63. 6. c.

59 Per omne sacramẽtum, sanctificatur homo, id est, mundatur à peccato, quod fit per gratiam. 3ª. q. 65. 6. 2ᵐ.

60 Sacramenta ecclesiæ ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in cultu Dei, & remedium contra peccatum. 3ª. q 65. 1. c.

61 Sacramenta veteris legis propriè dicuntur quæ significabant sanctitatem Christi, non quidem vt in se est, sed vt per eam sanctificamur. 3ª. q. 60. 2 2ᵐ.

62 Et erant prænuncia Christi venturi, 3ª. q 60. 6. 3ᵐ. & q. 61. 3. b. & 4. c. & q. 62. 6. c fi.

63 Passio Christi est causa finalis sacramentorum veteris legis, quia fuerunt instituta ad eam significandam. 3ª. q. 61. 3. 1ᵐ.

64 Sacra & sacramenta veteris legis, figurabant sacra & sacramenta nouæ legis: & observantiæ veteris, legis conuersionem populi nouæ legis, quæ omnia ad Christum pertinent. 12ᴱ. q. 101. 4. 1ᵐ. & 4ᵐ.

65 Sacramẽta veteris legis erant plura, propter diuersitatem cerimoniarum, & sacrificiorum. 3ª. q. 65. 1. 4ᵐ.

66 Sacramenta veteris legis, quo ad omnes erant tria, scilicet circuncisio, esus agni paschalis, & purificatio à quibusdã immundicijs, vt expiatio à peccatis. Sed quo ad ministros, etiam erãt alia tria scilicet consecratio sacerdotum, oblatio victimarum, esus panũ propositionum, & huiusmodi, & ablutio manuũ & pedum, & ratio pilorum 2ᴱ. q. 102. 5. c.

67 Sacramenta veteris legis sanctificabant, mancipãdo ad diuina, nõ autem emundando, nec confirmando. 3ª. q. 62. 6. 2ᵐ.

68 *Et nihil interius efficiebant, Ideo dicuntur iustitia carnis. 3ª. q. 72. 5. 3ᵐ.

69 Nec purgabant à culpa, sed ab immunditia, id est, ab irregularitatibus, & impedimẽtis, quæ multiplicabãtur à lege, propter timorem & reuerentiam Dei. 12ᴱ. q. 102. 5. 4ᵐ. & 5ᵐ. & 6ᵐ. & q. 103. 2. 0. & 3ª. q. 37. 4. 3ᵐ. & q. 89. 4. 1ᵐ.

70 Nec diluebant peccata, quo ad maculam, sed reatum, inquantum erant onerosa, tamen præsupposita gratia. 3ª. q. 62. 6. 2ᵐ.

71 Ratio literalis & figuralis omnium sacramentorum veteris legis exponitur. 12ᴱ. q. 102. 5. 0.

72 Nec iustificabant, sed significabant fidem, qua iustificabantur patres antiqui. 12ᴱ. q 98. 2. 4ᵐ. & q. 103. 2. 0. & q. 107. 1. 3ᵐ. & 3ª. q. 62. 6. 0.

73 Nec habebant in se aliquam spiritualem virtutem operatiuam spiritualis effectus. 3ª. q. 62. 6. c. fi. & q. 63. 1. 3ᵐ.

74 Sacramentum dicitur tripliciter, non quidem æquiuoce, sed analogice, scilicet sacrum secretum, iuramentum, & signum rei sacræ. 3ª. q. 60. 1. c.

75 In quolibet sacramento sunt tria, scilicet origo, perfectio, & finis duplex, scilicet proximus, id est sanctificatio, & finis vltimus, scilicet vita æterna 3ª. q 60 3. c.

76 Differentia inter sacra, sacramenta, sacrificia, & obseruantias. 12ᴱ. q. 101. 4 0.

77 Sacramenta nouæ legis, conferunt gratiam, non autem sacramẽtalia, sed remouent contrarias dispositiones, & impedimenta. Ideo secundum ea multiplicantur. 12ᴱ. quæst. 108. 3. 2ᵐ. & 3ª. quæst. 71. 3. 2ᵐ.

78 Sacramenta & sacramentalia, quæ habent effectum perpetuũ, non possunt iterari, quæ vero non habent, possunt iterari. 3ª. q. 66. 5. 3ᵐ. fi & q. 82. 8. 2ᵐ.

79 Sacramenta quatuor dicuntur magna, scilicet baptismus, ratione effectus, confirmatio ratione ministri, eucharistia ratione contenti, & matrimonium ratione significati 3ª. quæst. 65. 3. 4ᵐ. & q. 67. 2. 3ᵐ.

80 In sacramentis veteris legis, quæ ordinabantur ad hominum sanctificationem, nihil erat sine rationabili causa. 12ᴱ. q. 102. 5. b.

81 Numerus & sufficientia septem sacramentorum nouæ legis. 3ª. q. 65. 1. 0.

82 Ordo sacramentorum nouæ legis exponitur. 3ª. quæst. 65. 2. 3. 0. & q. 67. 2. 3ᵐ.

83 Sacramenta nouæ legis, tripliciter se habent ad sacramenta veteris legis, scilicet essentialiter, vt matrimonium, pœnitentia, & ordo: figuraliter, vt baptismus, & eucharistia: & neutraliter, vt alia. 12ᴱ. q. 102. 5. 3ᵐ.

1 SACRIFICIVM propriè dicitur aliquid factũ ad honorem debitum soli Deo, ad eum placandum 22ᴱ. q 81. 4. 1ᵐ. & 3ª. q. 22. 2. c. & q. 48. 3. c.

2 Sacrificium exterius, est signum sacrificij interioris, quo quis se offert Deo. 3ª. q. 82. 4. c.

3 Omne quod Deo exhibetur, vt spiritus feratur in Deum, potest dici sacrificium. 2ª. q. 2 2. c. & q. 48. 3. c.

4 Omnia obsequia proximis facta, inquantum ad Deum referuntur, dicuntur sacrificia. 22ᴱ. q. 188. 2 c.

5 Sacrificium nihil aliud est, nisi protestatio interioris deuotionis & fidei. 22ᴱ. q. 85. 2. c. & 3ª. q. 22. 2. c.

6 Sacrificium debet offerri soli Deo. 12ᴱ. q. 102. 3. c. & 22ᴱ. q. 84. 1. 1ᵐ. & 85. 2. 0 & q. 94. 2. c. & 3ª. q. 48. 3. c.

7 Offerre Deo sacrificium in communi est de iure naturali, sed determinatio eius est de iure diuino, & humano. 22ᴱ. q. 85 1. 0.

8 Sacrificia sensibilia instituta sunt, nõ propter indigentiam Dei, sed vt homo se & omnia sua referat in Deum, vt in finem, principiũ, & dominum omnium. 12ᴱ. q. 102. 2. c. 1ᵐ. & 22ᴱ. q. 30. 4. 1ᵐ. & q. 81 6. 2ᵐ. & 7. c 2ᵐ. & q 85. 2. c.

9 Quicunque offert sacrificium, debet esse sacrificij particeps. 3ª. q. 82 4. c.

10 Sacrificium duplex, scilicet interius, & exterius. 22ᴱ. q. 85. 2. c & 3. 2ᵐ. & 4. c & 3ª. q 22. 2. c & q. 82. 4. c.

11 Ad primum omnes tenentur. Ad secundum vero, soli subditi legi, nisi necessarij actus virtutum 22ᴱ. q. 85. 4. 0.

12 In quolibet sacrificio, considerantur quatuor, scilicet cui, à quo, quid, pro quibus offertur. 3ª. b. 22. 3. 1ᵐ. & q. 48. 3. c.

13 Homo indiget sacrificio propter tria. s. propter remissionem peccati, conseruationem gratiæ, & adeptionem gloriæ. Quæ omnia danturnobis, per humanitatem Christi. 3ª. q. 22. 2. c.

14 Homo tripliciter exhibet corpus suum, sacrificium & hostiã Deo. s. per martyrium, per austeritatem, & per opera iustitiæ & diuini cultus 22ᴱ. q. 85 3. 2ᵐ.

15 Sacrificia, oblationes, & huiusmodi, ante legem Moysis, erant necessaria in communi, sed erant voluntaria in speciali. 12ᴱ. q 103. 1. 0. & 3ª. q 60 5. 1ᵐ. & q. 61. 3. 2ᵐ. & q. 70. 2. 1ᵐ. & 4. 2ᵐ.

16 Præcepta de sacrificijs, non sunt data Iudæis, nisi post idolatriam. 12ᴱ q 102. 3. c.

17 Ratio literalis & figuralis omnium sacrificiorum in lege veteri, exponitur. 12ᴱ q. 102. 3. 0.

18 Lex vetus, in multis diminuit cultum corporalẽ: ideo statuit quòd sacrificia, non offerrẽtur de quolibet, nec in omni loco. 12ᴱ. q. 101. 3. 3ᵐ. & 4. 1ᵐ. & 4ᵐ. & q. 102. 4. 3ᵐ.

19 Esus adipum, * & sanguinis, in sacrificiis Iudæorum, erant prohibita: sed sanguis effundebatur ad crepidinẽ altaris, ad honorẽ Dei: adeps vero, adurebatur igne, & hoc ad euitandũ idolatriam. Libabant enim idolatræ sanguinẽ victimarum, & comedebant adipes. Secundo ad informationẽ humanæ vitæ, vt horrerent homicidia. Esus autem adipum prohibebatur, ad virandã lasciuiam, & delitias quæ in cibis habentur. 3ª. ratio ad reuerentiam Dei. 4ª. quia significabatur effusio sanguinis Christi: adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat, & pinguedinem significat charitatis. 12ᴱ q. 102. 3. 8ᵐ.

20 Sacrificia veteris legis, non erant Deo accepta, secundum se, sed quia figurabant passionem Christi, & sacrificium interius. s. deuotionem, & ne offerrent ea idolis 12ᴱ. q. 102. 3. 0. & 4. 3ᵐ. & 5. 4ᵐ. principio

21 Sacrificium in lege veteri, erat publica protestatio peccati. Ideo non fiebat pro peccato negligentiæ, nec pro alijs peccatis interiorum actuum quia erant occulta 22ᴱ. q. 54. 3. 3ᵐ.

22 Sacrificium triplex in lege veteri. s. oblatio pro peccato, holocaustum, & victima, vel hostia. 12ᴱ. q 102. 3. 8ᵐ. & 9ᵐ.

23 Sacrificia veteris testamenti, significabant passionem Christi, sed oblationes significabant dispositionem Christi patientis. s. voluntariè. 3ª. q 47. 2. 1ᵐ. & q. 48. 3. 0.

24 Vtraque significabant eucharistiam, prima quidẽ quo ad significatum, secunda vero quo ad numerum, & vsum. 12ᴱ. q. 101. 4. 1ᵐ.

25 Primum, scilicet oblatio pro peccato, conuenit pœnitentibus, secũdum perfectis, & tertium proficientibus. 12ᴱ. q. 102. 3. 8ᵐ.

26 Primum erat de necessitate remissionis peccati, vnde in eẽ debatur vna pars, & alia erat sacerdotis, quia expiatio fit à Deo, per ministerium sacerdotum. 12ᴱ. q. 102. 3. 8ᵐ.

27 Tertiũ erat ex debito beneficij vel accepti, vel accipiendi, pro gratiarum actione, vel pro salute & prosperitate offerentium, quorum tertia pars erat, secũda sacerdotum, & prima incendebatur Deo 12ᴱ. q. 102. 3. 8ᵐ.

Sacra-

28 Sacrificium pro peccato totius populi, vel sacerdotis, totum comburebatur, ne aliquid peccati in eis remaneret. 12ᴱ. q. 102. 3. 8ᵐ.

29 Primitiæ, erant oblationes, non autem sacrificia, quia nihil sacrum fiebat circa eas. 22ᴱ. q. 85. 3. 3ᵐ. & q. 86. 4. 0.

30 De iis quæ veniunt in vsum hominis de terræ nascentibus, sunt cibus, potus, condimẽtum, & medicamentum. De primo offerebatur in sacrificium panis. De secundo, vinum. De tertio oleum, & sal. De quarto, thus, quod est aromaticum, & cõsolidatiuum. Primo, significatur caro Christi. Secundo, sanguis eius. Tertio, gratia. Quarto, scientia. Quinto, oratio. 12ᴱ. q. 102. 3, 5ᵐ.

31 Sal offerebatur in sacrificiis, quia impedit corruptionẽ putredinis. Et significat discretionem sapientiæ, & mortificationem carnis, 12ᴱ. q. 102. 3. 4ᵐ.

32 Sacrificium expiationis, erat solennissimũ. Et erat præcipua figura eucharistiæ, quo ad Christum passum, sicut omnia sacrificia veteris legis. 3ª. q. 73. 6. c.

33 Potissimum sacrificium est, quo Christus se obtulit Deo. Ideo omnia sacrificia veteris legis, erant ad figurandum hoc vt perfectũ per imperfecta, quorum rationes sumi debent ex eo. 12ᴱ. q. 102. 3. c.

34 Licet sacrificijs veteris legis, nõ sumeretur caro humana, sed aliorum animalium, tamen caro Christi, est verum sacrificium, quadruplici ratione. s. quia ex eo quod est caro humanæ naturæ, caro cõgrue pro hominibus offertur. Et ex eo quòd erat passibilis & mortalis, apta erat immolari. Et ex hoc quòd erat sine peccato, efficax erat, ad emũdãda peccata. Et ex eo quod erat caro ipsius offerentis, erat Deo accepta propter charitatẽ, suam carnẽ offerentis, secundum Augustinum. 3ª. q. 48 3 1ᵐ.

35 Passio Christi, fuit verum sacrificium. 3ª. q. 47. 2. c. 1ᵐ. & 4. 2ᵐ. & q. 48. 3. 0 & 6. 3ᵐ. & q. 49. 4. c. & q. 73. 4 c 3ᵐ. & q. 83 1. c.

36 Occisio Christi, fuit sacrificium, respectu voluntatis eius. Non autem quo ad voluntatem occidentium, sed grauissimum peccatum, 3ª. q. 22. 2. 2ᵐ. & q. 47. 4. 2ᵐ. & q. 48 3. 3ᵐ.

37 Sacrificium Christi fuit efficacissimũm, ad delendum peccata, ratione deitatis. 3ª. q. 22. 3. 2ᵐ.

1 SACRILEGIVM est omne quod fit ad irreuerentiã rei sacræ, 22ᴱ q. 99. 0. & q. 154. 10. 3ᵐ.

2 Sacrilegium est speciale peccatum, oppositum religioni. 22ᴱ. q. 99. 2. 0.

3 Sacrilegium est sine aliis peccatis, quando non est alia deformitas, nisi violatio rei sacræ. 22ᴱ. q. 99. 2. 3ᵐ.

4 Species eius sunt tres, secundum triplicem rationem sanctitatis. s. personarum, locorum, & aliarum rerum. 22ᴱ. q. 99. 3. 0. & q. 154. 10. 3ᵐ.

1 Et grauius est contra personam, quàm contra locum. Sed grauissimum est contra sacramenta, secundo contra vasa, tertio contra imagines, & reliquias sanctorum, quarto contra ornatus rei sacræ, quinto contra res ministrorum ecclesiæ. 22ᴱ. quæstione 99. 3. c.

6 Omne peccatum personæ sacræ, est sacrilegium materialiter, nõ autem formaliter, nisi sit directè contra sanctitatem eius, puta si virgo Deo dicata fornicetur. 22ᴱ. q. 99. 3. 3ᵐ.

7 Quælibet species luxuriæ, secundum quod violat aliquid pertinens ad cultum Dei est sacrilegium. 22ᴱ. q. 154. 10. 0.

8 Pœna sacrilegij secundum æqualitatem, est excommunicatio. Sed quia hæc non timetur, additur decapitatio secundum leges, & pœna pecuniaria, secundum canones. 22ᴱ. q. 99. 4. 0. & quæst. 154. 10. 2ᵐ.

SAL impedit corruptionem putredinis. 1ª. q. 104. 2. c. & 12ᴱ. quæst 102. 3. 14ᵐ.

1 SALOMON non meruit sapientiam in somniis, sed fuit signum præcedentis de fiderij. 12ᴱ. q. 113. 3ᵐ. & 2ᵐ. & 22ᴱ. q. 154. 5. 1ᵐ.

2 Somnus Salomonis, nõ fuit naturalis, sed fuit prophetica visio. 12ᴱ. q. 113. 3. 2ᵐ. & 22ᴱ. q. 173. 2. c.

1 SALVARI nullus potest, nisi per Christum. 3ª. q. 61. 3. c. 2ᵐ. & 4. c. & q. 68. 1. 0. & 2. c. & q. 73. 5. c. & q. 84. 5. c.

2 Ad salutem venitur dupliciter. s. merito Christi, vt pueri, & stulti, & ad salutem venitur dupliciter. s. merito Christi, per actum fidei. 22ᴱ. q. 124. 1. 1ᵐ.

3 Pueri antiquorum, saluabantur in fide parẽtum 3ª. q 34. 3. c. & q. 70. 4. 2ᵐ.

4 In necessarijs ad salutem, tenemur intellectum nostrum cõformare intellectui Dei, vt in iis quæ sunt fidei. 1ª. q. 1. 8. 2ᵐ.

5 In necessarijs ad salutem Deus nunquam deest, nec vnquam defuit homini, nisi ex culpa eius. 12ᴱ. q. 98. 2. 4ᵐ. & 22ᴱ. q. 177. 1. c. & q. 178. 1. c.

6 Quolibet tempore instructi sunt homines diuinitus de agendis, inquantum expediebat ad salutem electorum. 22ᴱ. quæst. 174. 6. c. fi. 3ᵐ.

7* Ex diuina prouidentia, procurãtur multæ occasiones salutis hominibus, vt prædicationes, exempla, actus virtutum pro loco & tempore, ægritudines, flagella, etiam peccata. 12ᴱ. qu 87. 2. 1ᵐ. & 2ᵐ.

8 Non est de necessitate charitatis, quod aliquis exponat proprium corpus, pro salute proximi, nisi quando tenetur eius salutiprouidere, sed est de perfectione charitatis 22ᴱ. q 26. 5. 3ᵐ.

1 Si voluntate Dei, ipsa anima Samuelis, Sauli euentum belli prænunciauit, Deo sibi hoc reuelante, pertinet ad rationem prophetiæ. Non autem est eadem ratio de sanctis, qui sunt modo in patria. 22ᴱ. q. 174. 5. 4ᵐ.

2 * Dici etiam potest, quòd non fuerit anima Samuelis, sed dæmon ex persona eius loquens, quẽ sapiens, Samuelẽ nominat, & eius prænunciationem, prophetiam, secũ dũ opinionem Saulis & astantium, quia ita opinabantur. 22ᴱ. q. 172. 6. 2ᵐ. & q. 174. 5. 4ᵐ.

1 SANCTIFICATIO duplex, scilicet totius naturæ humanæ, ab omni corruptione culpæ & pœnæ in resurrectione, & personalis, in sola mente. 3ª. q. 27. 2. 4ᵐ.

2 Sanctificatio duplex. s. adultorum per proprium actum, & paruulorum, secundum fidem parentũ, vel ecclesiæ: Prima est perfectior quàm secunda. 3ª. q. 34. 3. c & q. 70. 4. 2ᵐ.

3 Sanctificari dicitur tripliciter. s. mundari à peccato, confirmari in bono, & deputari ad cultum Dei. Et tantum tertium conuenit carenti ratione. 22ᴱ. q. 81. 8. c. & q. 62. 6. 2ᵐ. & q. 63. 6. 2ᵐ.

4 Sanctificatio tabernaculi, & vasorũ eius literaliter fuit, vt haberetur in reuerentiam. Sed figurabatur spiritualis sanctificatio fidelium. 12ᴱ. q. 102. 4. 9ᵐ.

5 Sanctificari dicitur tripliciter. s. ex minus sancto, ex nõ sancto priuariuè, & ex non sancto negatiuè. Et tantum tertium conuenit Christo, * qui factus est sanctus ex non sancto, secundum hominem, non quidem priuatiue, vt. s. aliquando fuerit homo, & non fuerit sanctus, sed negatiuè, quia. s. quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam: & ideo simul factus est homo, & sanctus homo 3ª. q. 34. 1. 2ᵐ.

6 Quæ fiunt præter legem communẽ, non fiunt principaliter ad subueniendum vni personæ, sed ad insinuationem & commendationem gratiæ, vt sanctificatio in vtero. 2ª. q. 27. 6. c.

7 Non est credendum, aliquos esse sanctificatos in vtero, de quibus non loquitur scriptura. 3ª. q 27 6. c.

8 Illi præcipuè sanctificati sunt in vtero, qui immediatius ordinati sunt, ad significandum sanctificationem Christi. 3ª q. 27. 6. 0.

9 Hieremias, & Ioannes baptista, non fuerunt sanctificati ante infusionem animæ rationalis. 3ª. q. 27. 2. 1ᵐ.

10 Sanctificati in vtero, creduntur non peccasse mortaliter de cætero. 3ª. q. 27. 6. 1ᵐ.

11 Sanctificati in vtero, debent baptizari, vt suscipiant characterem, * quo Christo configurentur, & ita per susceptionem characteris, alijs membris Christi configurarentur, etiam corporaliter, & vt quasi deputentur ad percipienda diuina: tertio propter bonũ obedientiæ, quia præceptum de baptismo omnibus est datum, & ab omnibus debet impleri, nisi articulus necessitatis sacramentum excludat. 3ª. q. 68. 1. 3ᵐ.

12 Nazarei per quos significantur perfectissimi, sanctificabãtur voto. 22ᴱ. q. 86. 6. b.

1 SANCTITAS est specialis virtus. s. religio, sed est generalis imperio. 22ᴱ. q. 81. 8. 1ᵐ.

2 Sanctitas refert omnia virtutum opera in Deum, vel per hæc dispõnit ad cultum Dei: ideo differt tantum ratione à religione, quæ est circa pertinentia specialiter ad cultum Dei, vt in sacrificijs. 22ᴱ. q. 81. 8. 0.

3 Sanctitas importat duo necessaria ad applicationẽ mentis ad Deũ. s. munditiam, & firmitatem. 22ᴱ q. 81. 8. 0.

SANCTVS vnus præcipuè laudatur de vna virtute, & alius de alia, propter excellentiorem promptitudinem ad actum vnius virtutis, quàm ad actum alterius. 12ᴱ. q. 66. 2. 2ᵐ.

1 SANGVIS non est actu pars, sed est totum in potẽtia 3ª. q. 31. 5. 1ᵐ. & 6. c.

2 Sanguis est de integritate humanæ naturæ. 1ª. q. 119. 1. c

3 Sanguinei sunt amatiui. Ideo ie cur dicitur cogens amare, quia generat sanguinem. 12ᴱ. q. 48 2. 1ᵐ.

4 Sanguis in lege veteri effundebatur ad crepidinẽ altaris, vt Iudæi horrerent effundere sanguinem. Et quia vita est à Deo. Et pro effusione sanguinis Christi. 12ᴱ. q. 102. 3. 8ᵐ. & 6. 1ᵐ.

5 Sanguis Christi, est pretium redemptionis nostræ, quod Christus obtulit Deo, non autem diabolo. 3ª. q 48. 4. 3ᵐ. & 5 c. & q 49. 5. 1ᵐ.

6 Totus sanguis Christi, qui ad veritatem humanæ naturæ pertinebat, in passione eius effusus pro redemptione humani generis, ad corpus Christi rediit, & resurrexit cum eo, triplici ratione. s. quia passus est in perfectissima ætate in qua maximè ea quæ in homine inueniũtur, ad veritatẽ humanæ naturæ pertinere videntur tanquam ad maximã perfectionẽ adducta, & ex merito passionis, sicut & illæ partes sanctorũ martyrum, in quibus pathemem pro Christo sustinuerunt, quendam priuilegiatum fulgo-

rem,

rem,in resurrectione habebũt,& ex ipsa virtute passionis in qua humanũ genus sanctificauit.quia humanitas Christi, salutiferã virtutem habuit,ex virtute verbi sibi vniti,secundũ Damascenũ. $3^a.q.54.3.1^m$.

7 Sanguis Christi in passione effusus,qui maximè fuit salubris, fuit diuinitati vnitus:ideo oportuit,quod in resurrectione, iungeretur aliis humanitatis partibus, sicut & verum corpus eius. $3^a.$ q. $52.3.1^m$.

8 Sanguis vero qui in quibusdam ecclesijs pro reliquiis obseruatur, fluxit miraculosè,de quadam eius imagine percussa. $3^a.$ q. $54.3.3^m$.

1 SANITAS est de prima specie qualitatis, causata ex humoribus adæquatis.$12^E.q.49.2$ c.1^m.&3^m.& 4 c.& q.50.1.c.fi.

2 * Sanitas est tantum in animali.$1^a.q.16.6.c.$

3 Eadem numero sanitas,est in animali,& in alijs,nec alia sanitas est medicinæ,& vrinæ,quàm sanitas animalis, quàm medicina facit.& vrina significat $12^E.q.20.3\,3^m$.

4 Christus quemcunque curauit,totum sanauit,s.mente,& corpore, $3^a.q.44.3.3^m$.& q 86.1.1^m.

5 Dicitur ille non posse sanari, qui non potest de facili sanari. Potest tamen hoc fieri,per virtutem diuinæ gratiæ, quæ etiam interdũ in profundum maris se conuertit.$22^E.q$ $33.2.1^m$.& $3^a.$quæst. 86.1. 2^m.fi.

1 SAPIENTIA qua formaliter sapientes sumus, est quædam participatio diuinæ sapientiæ,quæ Deus est.$22^E.q.13.2.1^m$.

2 Sapientia secundum philosophos,est tantum cognoscitiua,secundum theologos vero,est etiam directiua.$22^E.$quæstio 19.7.c.& q. 45.2. 0.

3 Sapientia iudicat de omnibus,& ordinat,quia considerat altissimas causas.$12^E.q.57.2.c.1^m$.& q.66.5.c.1^m.

4 Sapiens simpliciter, est qui cognoscit altissimam causam simpliciter,sed sapiens in aliquo genere, est qui scit altissimam causam in illo genere.$1^a.q.1.6.c.$& $22^E.q.9.2.c$ & q.45.1.c.& q.47.1.1^m.

5 Sapientia simpliciter,semper est bona , sed secũdum quid est mala, & est triplex.s.terrena,animalis,& diabolica.$22^E.q.45.1.1^m$. & q. $46.1.2^m$.& q.55.1.3^m.& q.113.1.1^m.

6 Omnis sapientia est scientia,inquantum est de conclusionibus,sed differt à cæteris scientiis,inquantum est de principijs.$12^E.q.57.2.$ 1^m.& 4^m.& 22^E.q 9.2.c.

7 Sapientia vtitur principiis,non solum cõcludendo ex eis,sicut aliæ scientiæ,sed iudicando de eis,& disputando contra negantes ea. $1^a.q.1.8.c.$& $12^E.q.53.2.1^m$ & 2^m.& q.66.5.4^m.

8 Sapientia continet sub se scientiam & intellectum.$12^E.q.57.2.2^m$.

9 Sapientia est tantum vna,licet scientiæ sint multæ.$12^E.q.57.2.c.fi.$

10 Sapientia est maxima inter omnes virtutes intellectuales,iudicãs & ordinans eas.$12^E.q.57.2.2^m$ & q.66.5.c.& q.68.7.c.

11 Differentia inter sapientiam,scientiam,intellectum,artem & prudẽtiam.$12^E.q.57.2.3.4.c.$

12 Sapientia in rebus humanis,est prudentia. $1^a.$ q. 1.6.c.& $22^E.q.47.2.$ 1^m.

13 Prudentia non imperat sapientiæ,sed econuerso. Nec est de altissimo,sicut sapientia. Sed imperat de ordinatis ad sapientiam Ideo est minittra eius.$12^E.q$ $66.5.1^m$.

14 Prudentia est de iis,per quæ peruenitur ad felicitatẽ,sed sapientia est de obiecto eius. Et actus eius in hac vita non est perfecta felicitas,sed est inchoatio eius: quia est actus imperfectus, respectu sui obiecti principalis,scilicet Dei.$12^E.q$ $66.5.2^m$.& 3^m.

15 Dona sapientiæ & scientiæ, nihil aliud sunt, quàm quædam perfectiones mentis humanæ, secundum quas disponitur ad sequendum instinctum spiritus sancti,in cognitione diuinorum, & humanorum.$12^E.q.68.5.1^{m}$.& $22^E.q$ 8.5 c.

16 Sapientia data à Deo,est donum spiritus sancti,sed sapientia acquisita per studium humanum,est virtus intellectualis. $1^a.q.1.6.3^m$. & $22^E.q.45.10.$& 4.1^m & 2^m.

17 Donum & virtus sapientiæ,principaliter est de diuinis,secundario vero de aliis,iudicando per regulas diuinas.$12^E.q.5$ $.2.c.$& $22^E.q.$ 9.2.c.

18 Virtus sapientiæ,est tantum speculatiua , sed donum sapientiæ est speculatiuum principaliter,& secundario practicum.$1^a.q.64.1.c.$ & $22^E.q.10.7.c.$& q.45.7.c.& 6.3^m.

19 Ratio speculatiua,quo ad apprehẽsionem, perficitur dono intellectus,& quo ad iudicium,dono sapientiæ.Sed ratio practica quo ad primum perficitur dono consilij, & quo ad secundum , dono scientiæ. $12^E.q.68.4.c.$

20 Donum sapientiæ,est in ratione superiori,donum autem scientiæ, in ratione inferiori.$1^a.q.79.9$ c.& $22^E.q.45.5.c.$

21 Augustinus loquitur de sapientia,quantũ ad suam causam s.quantum ad charitatem,ex qua etiam sumitur nomen sapientiæ,quę est donum, secundum quòd saporem quendam importat. $1^a.$ q. $43.5.2^m$.& 3^m.& $22^E.q.45.2.1^m$.

22 Talis expositio.s.quòd sapientia dicitur quasi sapida scientia, non conuenit,nisi secundum nomen quod habet sapientia , in latina lingua.In græca autem nõ competit,& forte nec in alijs linguis. Vnde potius videtur nomen sapientiæ ibi accipi pro eius fama, qua à cunctis commendatur.$1^a.q.43.5.2^m$.& 3^m.& $22^E.$ q.$45.1.2^m$.

23 Donum sapientiæ dirigit hominis intellectum & affectum,ideo ei tanquam directiuo,correspondent duo dona,s.intellectus in intellectu,& timor in affectu.$12^E.q.68.4.5^m$.

24 Rectum iudicium de diuinis ex inquisitione rationis, est virtutis sapientiæ,doni vero eius secundum connaturalitatẽ.$1^a.q.1$ 6.3^m, & $12^E.q.68.1.4^m$.& $22^E.q.45.2.c.$

25 Iudicium per modum inclinationis:est doni sapientiæ,sed per modum cognitionis tantum,est theologiæ.$1^a.$quęst.$1.6\,3^m$.& $22^E.q.$ $45.2.c.$

26 Intellectus habet duos actus,scilicet percipere,& iudicare, secundum rationes diuinas & humanas. Primum est doni intellectus, secundum doni sapientiæ,& tertium doni scientiæ. $22^E.q.8.6.o.$& q.9.2.0 & $q.45.2.3^m$.

27 Donum sapientiæ,est excellẽtissimum,inter septem dona spiritus sancti,sed est inferius charite.$12^E.q.68.7.c.$

28 Sapientia acquisita,potest esse cum peccato mortali, non autem donum sapientiæ , sicut nec charitas, quam præsupponit. $22^E.q.$ $45.4.0.$

29 Fides assentit veritati diuinæ secundum se , sed donum sapientiæ iudicat secundum eam:ideo præsupponit fidem $22^E.q.45.1.2^m$.

30 Fides est initium sapientiæ secundum essentiam, timor autem seruilis est vt dispositio eius,sed filialis,vt primus effectus eius. $22^E.$ $q.19.7.0.$& $q.45.6.3^m$.

31 Donum sapientiæ,quandoque dicitur pietas,& timor Dei, quia sicut pietas quæ pertinet ad cultum Dei,est manifestatio fidei,inquantum per cultum Dei protestamur fidem,ita etiã pietas manifestat sapientiam,& propter hoc dicitur quod pietas, est sapiẽtia,& eadem ratione, timor: per hoc enim ostenditur quod homo habet rectum iudicium de diuinis,quod Deum timet,& colit.$22^E.q.45$ 1.3^m.

32 Donum sapientiæ,quo ad suam causam,est in voluntate, sed secũdum essentiam est in intellectu.$22^E.q.45.2.0.$

33 Donum sapientiæ,quantum est necessarium ad salutem,est in omni habente gratiam,sed est in pueris & amentibus , habitualiter tantum,sed quo ad secreta mysteria,& directionem aliorum,est in paucis,quia est gratia gratis data.$12^E.q.68$ 5.1^m.& $22^E.q.45.5.0$

34 Sapientia in diuinis semper est essentialis,& nunquam est personalis & propria,sed appropriatur , quia non significatur per modũ exeuntis,sicut amor,sed per modum quiescentis in subiecto.$1^a.$ $q.34.1.2^m$.& $q.37.2.1^m$.& $q.39.7.2^m$.

35 Sapientia in diuinis,dicitur dupliciter s. essentialis,& genita.$1^a.q.$ $34.1.2^m$.

36 Sapientia vt supponit pro essentia,non dicitur genita nec ingenita: sed vt supponit pro hypostasi,dicitur genita vel ingenita, tamen semper significat essentiam.$1^a.q.32.2.c.1^m$.

37 Sapientia patris dicitur dupliciter s. essentialis , quæ est in ipso, & quæ procedit ab eo.$1^a.q.39.7.2^m$.

38 Pater est sapiens,sapientia essentiali , non autem sapientia genita. $1^a.q.37.2.1^m$ & $q.39$ 7.2^m.

39 Filius est sapientia patris $1^a.q.39.7.2^m$.

40 Filius est sapiens formaliter, sapientia tantum essentiali : effectiue vero , sapientia ingenita tantum,sed seipso vel per se, sapientia genita.1^a $q.39.7.2^m$.

SARABAITAE vt sunt monachi,sine obedientia,ideo non approbantur,licet sint laboriosi.$22^E.q.186.5\,3^m$.

1 SATISFACTIO nulla debet imponi nouiter baptizatis,* quia sunt totaliter liberati per passionem Christi , & satisfactionem illius,cui configurantur in baptismo , & ideo iniuria fieret eius passioni , quasi ipsa non esset sufficiens satisfactio pro peccatis baptizatorum.$3^a.q.49.3.2^m$.& $q.68.5.0.$& 6.c.

2 Pœnitens,per satisfactionem consequitur perfectum effectũ gratiæ,quia liberatur totaliter à reatu peccati.$3^a.q$ $90.3.2^m$.

3 Ex proposito satisfaciendi,gratia confertur,licet satisfactio actualis,gratiam præsupponat.$3^a.q.90.3.1^m$.

4 Homo non potest satisfacere de vno peccato,sine alio.$3^a.q.86.1.0.$

5 Homo potest satisfacere Deo , secundum æqualitatem proportionis , per acceptionem infinitæ misericordiæ Dei, non autem secundum æqualitatem quantitatis offensæ. $3^a.$ q. $1.2\,2^m$.q.85.3.0. & 90.2.c.

6 Satisfactio in proposito , causat gratiam , sed in executione auget eam,sicut & baptismus.$3^a.q.90.2.2^m$.

7 Nulla pura creatura , potuit satisfacere Deo,pro natura humana. $q.1.2.2^m$.& $q.46.1.3^m$.& $q.49.5.1^m$.

8 Satisfactio pro se,vel satisfactio pro alio,dicitur pretium quoddã. $3^a.q.48.4.c.$

9 Adam & alij sancti patres,satisfecerunt pro peccatis suis,secundũ quod peccatum corrumpit bonum personale , non secundum quod corrumpit naturam.$3^a.q.49.5.1^m$.& $q.62.5.0.$& 2^m.

10 Vnus homo potest satisfacere pro alio , inquantum sunt vnum in charitate.$1^a.q.14.1.c.$& $q.48.2.1^m$.

11 Nullus potest conteri,vel confiteri pro alio , sicut potest satisfacere quia hoc est extra illa vero sunt intra,quia pertinent ad bonitatem gratiæ,vel ad culpam.3^a $q.48.2.1^m$.

12 Passio Christi causauit nostram salutem,per modum satisfactionis $3^a.q.43.1.3$ c.& 4.2^m.& $q.48.2.0.$& 4.c.& 6.3^m.

13 Hæc satisfactio fuit superabundans.3^a q.48.2 c.2^m. & 4.c.& q.49.3. c.& q.68 5.1^m.& q.69.2.c.

14 Christus per mortẽ suam sufficienter satisfecit pro peccatis humani generis,etiam si essent plura.$3^a.q.46.6.c.4^m$.& 6^m.& q $48.2.0.$ & q.49.1.3.c.& q.68.1.c.& q.69.7.c.& q.86. 2^m.

15 Christus satisfecit pro tota natura humana sufficienter, non autem efficaciter.$3^a.q.46.1.3^m$.& $q.79.7.2^m$.

16 Vna gutta sanguinis Christi fusa in circumcisione , vel quacunque pœna eius,plene satisfecit,ratione personę eius,non autẽ secundum genus operis.$3^a.q.46.6.6^m$.

1 SCANDALVM proprie,est dictum vel factum, minus rectũ, prębens aliis occasionem ruinę.Sed scandalum large sumitur pro quolibet impedimento,alicui præstito,in via aliqua , quam prosequi intendit.$22^E.q.43.1.0.$& 4.c.

2 Scandalon græce,offensio dicitur latine,vel ruina.vel impactio pedis.22^E q.43 1.0.& 4.c.

3 Scandalum duplex s.actiuum.i.omne inductiuum peccati,intentũ, vel non intentum.s. peccatum vel simile ei , & passiuum.i.ruina peccati ex dicto vel facto alterius.$22^E.q.43.1.4^m$.& 2.c.

4 Scandalum actiuum,quandoque est sine passiuo,quandoque econuerso,& quandoque simul.$22^E.q$ 43 1.4^m.& 2.c.

5 Omne scandalum est peccatum,sed actiuum quidem dantis , passiuum vero sumentis $22^E.q.43$ 2.0.

6 Scandalum actiuum per se,i.intentum,est speciale peccatum, non autem per accidens,nec scandalum passiuum.$22^E.q.43.3.0.$

7 Scandalum actiuum est sine alio peccato,quando factum vel dictũ non est peccatum sed habet speciem mali.$22^E.q.43.3$ 2^m.

8 Vtrunque scandalum,actiuũ & passiuum, est veniale & quãdoque mortale.$22^E.q.43.4.0.$

9 Scandalum actiuum vel passiuum , non conuenit perfectis, nisi de veniali,sed imperfectis etiam de mortali. $22^E.q.43.5$ 6.0.

10 Omne scandalum causatur ex aliquo scandalo actiuo sui , non autem semper ex peccato alterius.22^E q. $43.6.1^m$.

11 Bona spiritualia necessaria,non debent dimitti propter scandalum: alia vero debent occultari,vel differri,si fit ex ignorantia,donec docearur,nisi sit periculum. Non autem post , nec si est ex malitia.$22^E.q.43.2.7.8.0.$& $3^a.q.42.2.0.$

12 Veritas nullo modo deseri debet propter scandalum passiuum alio rum.$22^E.q.43.7.2^m$.&3^a $q.42.2.c.1^m$.

13 Bona temporalia propria,debent deseri,propter scandalũ ex ignorantia vel infirmitate , vel scandalum sedari, non autem si fit ex malitia, nec aliena nobis commissa.$22^E.q.43.8.0.$

14 Punitio non debet deseri propter scandalum , nisi sequatur peius, propter multitudinem peccantium,vel propter potentiam principum.$22^E.q.33.6.0.$& $q.43.7.1^m$.& $q.108.1.5^m$.& 3.1^m.

SCHENOPEGIA erat festum tabernaculorum per dies septem, propter beneficium deductionis,& protectionis in deserto.Et significat peregrinationẽ sanctorum in hoc mundo.Cui nunc succedit festum consecrationis ecclesiæ. $12^E.q.$ 102. 4.10^m. & q.102 3.4^m.

SEVERITAS est virtus inflexibilis, circa inflictionem pœnarum, quãdo recta ratio requirit hoc.$12^E.q.157.2.1^m$.& 2^m.& $q.159.2.2^m$.

1 SCIENTIA* significat qualitatem simplicem,quam cõsequitur quidam respectus.$1^a.q.13.7.1^m$.& $q.14.1.1^m$.& 12^E.quæst.54. 4.0.

2 Scientia est qualitas simplex relata ad multa secundum vnum. $12^E.$ q.54.4.0.

3 Scientia est assimilatio intellectus,ad rem scitam , per speciem intelligibilem,quæ est similitudo rei intellectæ.$1^a.q.14.2.2^m$.

4 Diuersæ scientiæ procedunt ex diuersis principiis & mediis. $12^E.$ q. $54.2.2^m$.

5 Omnis scientia habetur per aliqua principia per se nota , & per cõsequens visa,$22^E.q.1.5.c.$

6 * Nulla scientia probat principia sua,sed probat alia ex eis.Nec disputat contra negantes ea præter primam philosophiam. $1^a.q.1.$ 8.c.

7 Tota virtus demonstrationis dependet ex medio.Ideo diuersa media , sunt sicut diuersa principia actiua , secundum quæ habitus scientiarum diuersificantur.$12^E.q.54.2.2^m$.

8 In diuersis conclusionibus vnius scientiæ , sunt diuersa media per quæ probantur. Ideo homo potest scire aliquas conclusiones sine aliis,sicut & media.$22^E.q.5.3.2^m$.

9 Scientia demonstratiua,dicitur iudicatiua, inquantum per resolutionem in prima principia , de veritate inquisitorum diiudicat. $22^E.q.53.4.c.$

10 Idem est subiectum principiorum , & totius scientiæ , quia tota scientia , virtute continetur in eis. $1^a.$ q.17.c & $12^E.q.3.6.c.$& $22^E.$ q.4.1.c.

11 Omne quod scitur,est aliquo modo.$1^a.q.14.9.0.$& $3^a.q$ 10.3.c.

12 Omne scitũ à nobis,est necessarium,non autẽ omne scitum à Deo. $1^a.q.14.13.3^m$.

13 Omne scitum,est aliquo modo visum per intellectum. $22^E.$quæst.1. $5.c.4^m$.

14 Idem est subiectum principiorum,& totius scientiæ:cum tota scientia virtute contineatur in principiis.$1^a.q.1.7.c.$

15 Subiectum scientiæ sicut & obiectum potentiæ duplex.s.materiale & formale.$1^a.q.1.$ c.

16 Formalis ratio subiecti scientiæ , sicut & obiecti potentia duplex, scilicet ex parte rei,& ex parte nostra.$22^E.q.1.2.c.$

17 Sic se habet subiectum ad scientiam,sicut obiectum ad potentiam vel habitum.$1^a.q.1.7$ c.

18 Materialiter scita,sunt cõclusiones:formalis vero ratio sciẽdi,sunt media demonstrationis,per quæ conclusiones cognoscũtur.$22^E.$ $q.1.1.c.$

19 Scientia est de mobilibus & contingentibus, secũdum quod in eis est aliquid necessarium vel vniuersale.$1^a.q.84.1.c.3^m$.& quæst.86. 3.0.

20 Solæ scientiæ practicæ,sunt circa contingentia,inquantum huiusmodi.s.in particulari.$12^E.q.6.$principio.

21 De qualibet re ad sciendũ an est, oportet vti pro medio quid nominis,non autẽ quid rei.quia sequitur quæstionẽ an est.$1^a.q.2.2.2^m$

22 De nulla re sciri potest,an est,nisi de ea sciatur,quid est,saltem cõfuse.$1^a.q.2.2.2^m$.

23 Habitus scientiæ,est in intellectu possibili,non autem in intellectu passiuo,contra Auerroim.$12^E.q.50$ 4.0.& q.51.2.c.

24 Scire & discere,per accidens est malũ, ex parte scientis dupliciter. s.propter occupationem impedimẽtem officium eius, vel propter contemptum diuinorum Ex parte vero obiecti tripliciter. s.vel quia inclinat ad malum vt ars magica, vel quia excedit,vel quia est quid inutile.$1^a.q.22.3.3^m$.& $22^E.q.167.1$ 0.

25 Quilibet tenetur scire communiter credenda,communia iuris præcepta , & ea quæ ad eius statum, vel ad eius officium pertinent. $12^E.q.76.2.c.$

26 Scientia legis Dei, sic annexa est officio sacerdotali,quod simul cũ eo iniungitur.$22^E.q.16.2.3^m$.

27 * Scientia acquisita,est habitus naturalis , quia inest vnicuique hominiquoddam principium scientię.i.lumen intellectus agentis, per quod cognoscuntur statim à principio naturaliter, quædam vniuersalia principia omnium scientiarum.$1^a.q.117.1.c.1^m$.& $12^E.$ q.51.4.c & q 113.10.3^m.

28 * Homo meditando acquirit scientiam. $1^a.q.62.9.1^m$.& $12^E.q$ 51 3.c. & $22^E.q.15.3$ 1^m.& q 49.1.2^m.

29 Scientia vel sapientia acquisita per proprium ingenium & studiũ quod est à Deo,est naturalis.Si vero aliter,vt in Apostolis,est miraculosa.$1^a.q.117.1.1^m$.& $12^E.q.51.4$ c.& $q.113.10.3^m$.

30 Modus acquirendi scientiam duplex.s.præcipuus per inuẽtionem, & secundarius per doctrinam $1^a.q$ 117.1.c.& $3^a.q.9.4.1^m$.

31 Cæcus à natiuitate,non potest habere scientiam de coloribus.$1^a.q.$ 84.3.c.fi.4.b.& c fi.& q.111 3.1^m.& 2^m.

32 * In statu innocentiæ , homo non acquisiuisset scientiam ex sensibus.$3^a.q.61.2.0.$

33 * Disciplina quę est receptio cognitionis ab alio,requiritur ad scientiam.$12^E.q$ 41.c.& 22^E q.189.1.4^m.

34 Nullus vnquam per dæmones scientiam acquisiuit. $1^a.$ q.64.1.5^m.& $22^E.q.96.1.c.$& q 172.5.2^m.

35 Ille qui ie aliqua scientia , acquirit per primam demonstrationem, scientiam conclusionis vnius,habet quidem habitũ , sed imperfectè. Cum vero acquirit per aliquam aliam demonstrationem, scientia conclusionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus,sed habitus qui prius inerat fit perfectior, vtpote ad plura se extendens.$12^E.q.151.4.3^m$.& $q.54.4.3^m$.& $q.65.1.1^m$.

36 Multi impediuntur à scientia acquirenda tripliciter s.propter indispositionem,occupationes,& pigritiem. $22^E.q.61.5.3^m$.& $22^E.q.2.$ 4.c.& q.172.3.2^m.

37 Virtutes morales,& præcipue castitas,multum faciunt ad acquisitionem & vsum scientiarum $22^E.q.15.3.c.$& q. 96. 1.2^m.& q.148.6. c.& q.180.2 0.

38 Discursus in acquisitione scientiæ duplex est in scientia nostra.s.secũdum successionem vnius post alterum,ex notis ad ignota procedens,& secundum causalitatem,per vnum in alterum. $1^a.q.14.7.$ c & q 58.3.0.& q.117.1.c & $3^a.q.11.3.$ c.

39 Opinio est dispositio ad scientiam,qua acquisita,potest remanere cognitio etiam per syllogismum dialecticum.3^a q.9.3.3^m.

40 Scientia quadrupliciter tantũ amittitur.s. ratione excidente à mẽte,corrupto sciente vel scito,vel obliuione $1^a.q$ 89.5.c

Scien-

41 Scientia augetur secundum se, per additionem. 12ᴱ. q. 49. 4. c. & q. 52. 4. c.
42 Scientia est vna numero à subiecto, in quo est, sed vna est in specie à scibili. 1ª. q. 117. 1. c.
43 Vnitas scientiæ generica, specifica, vel numeralis, sumitur ab vnitate generica, specifica vel numerali sui medij. 12ᴱ. q. 54. 2. 2ᵐ.
44 In scientia contrariorum eadem ratio est cognoscendi vtrunque, quia vnum per aliud cognoscitur. 12ᴱ. q. 54. 2. 1ᵐ.
45 Intellectus est vna potentia in qua tamen sunt diuersarum sciẽtiarum habitus. 12ᴱ. q. 54. 1. 1ᵐ.
46 Quantitas scientiæ attenditur non solum secundum numerum scibilium, sed etiam secundum claritatem cognitionis. 12ᴱ. q. 52. 1. & 3ª. q. 10. 2. 3ᵐ.
47 Diuersa ratio cognoscibilis, inducit diuersitatem scientiarũ. 1ª. q. 1. 1. 2ᵐ. & 12ᴱ. q. 57. 2. c.
48 * Scientia quæ habetur per reuelationẽ, & scientiæ humanitus inuentæ, differunt secundum genus. Vnde Theologia quæ ad sacram scripturam pertinet, differt secundum genus ab illa theologia quæ pars philosophiæ ponitur. 1ª. q. 1. 1. 2ᵐ.
49 Scientia infusa, & scientia acquisita, sunt diuersarum rationum. Vnde nihil prohibet de eisdem rebus, de quibus physicæ disciplinæ tractant, secundum quod sunt cognoscibiles lumine naturalis rationis, & aliam scientiam tractare, secundum quòd cognoscuntur lumine diuinę reuelationis. 1ª. quęst. 1. 1. 2ᵐ. & 3ª. q. 9. 1. 3ᵐ.
50 Consideratio scientiæ speculatiuæ, non se extendit vltra virtutem suorum principiorũ. i. vltra quam cognitio sensitiua ducere potest. 12ᴱ q. 3. 6. c.
51 Contra rectitudinem scientiæ, contingit peccari dupliciter in speculatiuis. s. vel inducendo rationem ad conclusionem falsam, apparentem veram, vel arguendo ex falsis, quæ videntur vera. 22ᴱ. q. 55. 3. c.
52 In speculatiuis scientiis, demonstratiua scientia dicitur iudicatiua, inquantum per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum diiudicatur. 22ᴱ. q. 53. 4. c.
53 In speculatiuis est alia rationalis scientia, ordinata ad inquisitionẽ inuentiuam. s. dialectica, & alia scientia demonstratiua, determinatiua veritatis. 22ᴱ. q. 51. 2. 3ᵐ.
54 Omnes scientiæ demonstratiuæ continentur sub physica, vt ponitur pars prudẽtiæ large, vt includit etiam scientiam speculatiuã. 22ᴱ. q. 48. c. co. 2.
55 Scientia dicitur speculatiua vel practica tripliciter. s. ratione sciti, modi, & finis. 1ª. q. 14. 16. c.
56 Scientia de non operabili, est speculatiua tantum, ordinata vero ad operationem, est practica tantum, speculatiua vero ratione modi vel finis, est secundum quid speculatiua & practica. 1ª. q. 14. 16. c.
57 Omnis scientia operatiua, tanto perfectior est, quanto magis considerata particularia, in quibus actus est, 1ª. q 22. 3. 1ᵐ.
58 Scientiarum practicarum illa est dignior, quæ ad vlteriorem finem ordinatur, vt ciuilis militari. 1ª. q. 1. 5 c.
59 Omnes fines scientiarum practicarum ordinantur ad beatitudinẽ æternam, sicut ad vltimum finem. 1ª. q. 1. 5. c.
60 Scientia practica triplex. s. monastica seu ethica, œconomica, & politica. 22ᴱ. q. 47. 11. b & q. 48. 2ᵐ.
61 Scientia duplex. s. subalternans, & subalternata. Prima procedit ex principiis per se notis, lumine naturalis intellectus, secunda vero, ex principiis per se notis, in scientia superiori. 1ª. q. 1. 2. c. 1ᵐ. & 6. 2ᵐ.
62 Intellectus qui est habitus principiorum, est nobilior quam scientia conclusionum. 12ᴱ. q. 51. 2. 3ᵐ. & q. 57. 2. 2ᵐ. & q. 63. 2. 3ᵐ. & q. 68. 7. c.
63 VNA scientia est dignior alia dupliciter. s. ratione nobilioris subiecti, vel quia certior. 1ª. q. 1. 5. c. & 12ᴱ. q. 66 5, 3ᵐ.
64 * Aliqua scientia imperat aliis, tanquã ancillis, eis vtendo. 1ª. q. 1. 5. b. & 2ᵐ.
65 Ciuilis præcipit omnibus scientiis & artibus, sed speculatiuis quo ad exercitium actus, non autem quo ad determinationẽ actus, sicut practicis. 22ᴱ. q. 47. 2. 2ᵐ.
66 Scientia est donum necessarium, ad iudicium discernendi credenda à non credendis, sicut donum intellectus, ad sane capiendum credenda. 22ᴱ. q. 8. 6. c. & q. 9. 1. 2.
67 Scientia quæ est donum, non est discursiua, quia est participata similitudo scientiæ Dei. 22ᴱ. q. 9. 1. 1ᵐ.
68 Donum hoc est tantum circa res humanas, vel certas, quia est certitudo iudicij, per causas secundas. 22ᴱ. q. 8. 6. c. & q. 9. 2. 2. & 4. c.
69 * Et est principaliter speculatiuum, & secundario practicum, sicut & fides. 22ᴱ. q. 8. 6. c. & q. 9. 3. 2. & q. 52. 2. 2ᵐ.
70 Donum scientiæ, est in omnibus habentibus charitatem, non autem prout est gratia gratis data. s. ad instruendum fideles, & ad confutandum aduersarios. 1ª. q. 1. 6, 3ᵐ. fi. & 12ᴱ. q. 58. 5. 1ᵐ. & 2ᵐ. & 22ᴱ. q. 9. 1. 2ᵐ.
71 Dona intellectus & scientiæ, correspondent fidei. 22ᴱ. q. 1 principio & q. 8. principio.
72 Donum sciẽtiæ, non directè correspondet prudẽtiæ, sed per quandam extensionẽ, eam adiuuat: * donũ autem consilij directè respondet prudentiæ, sicut circa eandem existens. 22ᴱ. q. 52. 2 2ᵐ.

1 SCIENTIFICVM & ratiocinatiuum, non sunt idem quod ratio superior & inferior, quia scientificum est tantum speculatiuum, & est de Deo & de creaturis 1ª. q. 79. 9. 3ᵐ.
2 Scire contingit plura, intelligere vero vnum. 1ª. q 85. 4. 0.
3 Scire contingit tripliciter. s. per reuelationem, certitudinaliter per seipsum, & per coniecturas signorum. 12ᴱ. q. 112. 5. c.
1 SCHISMA est separatio propria spõte & intẽtione, ab vnitate ecclesię, renuens subesse Papæ, & communicare membris ecclesię 22ᴱ. q. 39. 1. 0. & 4. c.
2 Schisma per se, id est ex intentione, est speciale peccatum, oppositum vnitati ecclesiæ. Et dicitur à Scissura animorum. 22ᴱ. quæst. 39. 1. 0.
3 Schisma est maximum peccatorum in proximum. 22ᴱ. q. 19. 2. 3ᵐ.
4 Infidelitas secũdum se, est grauius peccatum schismate, sed per accidens est ecõuersio. Sed in lege veteri, schisma grauius fuit punitum, propter pronitatem, & ignorantiam Iudæorum. 22ᴱ. q. 39. 2ᵐ.
1 SCHISMATICI propriè dicũtur, qui propria sponte & intentione, separant se ab vnitate ecclesię, renuentes subesse Papæ, & communicare membris ecclesiæ. 22ᴱ. q. 39. 1. 4. c.
2 Potestas spiritualis duplex. s. sacramentalis, & iurisdictionis. Prima manet in hæreticis, & schismaticis secundum essentiam, non autem secundum vsum. Ideo possunt ordinare & consecrare, non autem absolute excommunicare, dare executionem ordinum, gratiam, vel indulgentias, quia iurisdictio confertur per simplicem iniunctionem hominis. 22ᴱ. quæst. 39. 3. 0. & 3ª. q 64. 9. 2ᵐ. & 3ᵐ.
3 Schismatici conuenienter puniuntur duplici pœna. s. excommunicatione, & coerceri per potestatem secularem. 22ᴱ. q. 39. 4. 0.
SCHISMOS græce, furor latine dicitur. Et significat velocitatem irę, & firmitatem propositi, ad vindictam. Ideo dicit primã & tertiam speciem iræ. 22ᴱ. q. 46. 8. 2ᵐ.
1 SCRIPTVRAE principalis auctor est spiritus sanctus. 1ª. quæst. 1. 10. c.
2 Scriptura sacra, sic debet exponi, quòd ab infidelibus non irrideatur. 1ª. q. 1. 9. 2ᵐ. & q. 68. 1. c. principio.
3 Afferere aliquid esse de sacra scriptura, quod non est, multum nocet. 1ª. q. 68. 1. c.
4 In omnibus quæ scriptura per modũ narrationis historicæ tradit, est pro fundamẽto tenenda veritas historiæ, & desuper spirituales expositiones fabricandæ. 1ª. q. 102. 1. c.
5 Quod ergo dicitur, quod Deus loquebatur Moysi, facie ad faciem, secundum opinionem populi, loquitur scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo. 12ᴱ. q. 98 3. 3ᵐ.
6 Sicut scriptura libri, est signum eorum quæ fienda sunt, ita notitia Dei, est quoddam signum apud ipsum, eorum qui sunt perducẽdi ad vitam. 1ª. q. 24. 1. c.
7 Pythagoras & Socrates, nihil scripserũt, quia fuerũt excellentissimi doctores 1ª. q. 42. 4. c.
1 SCVRRILITAS est iocularitas, ex defectu rationis, non valẽtis cohibere gestus exteriores. 22ᴱ. q. 148. 6. c.
2 Scurrilitas pertinet ad verba ratione inhonestatis, multiloquium vero ratione superfluitatis. 22ᴱ. q. 53. 5. 4ᵐ. & q. 148. 6. c.
3 Scurrilitas procedit ex actu gulæ, nõ autem ex actu luxuriæ, sed ex voluntate eius. Ideo pertinet ad vtraque. 22ᴱ. q. 148. 6. 3ᵐ.
SE, est relatiuum reciprocum. Ideo magis dicit vnitatẽ suppositi, quàm ille terminus, idem. 3ª. q. 3. 2. 1ᵐ.
SEBASTIANVS vtiliter latitabat sub veste militari, in domo Diocletiani, vt deficientes in tormentis confortaret. 22ᴱ. quæst. 10. 10. 2ᵐ.
SECVLVM nihil est aliud, nisi periodus cuislibet rei pro quo aliquando ponitur æuum, vel æuiternum. 1ª. quæstio. 10. 2. 2ᵐ. & 6. 1ᵐ.
1 SECVRITAS perfecta, pertinet ad præmium virtutis. Sed securitas secundum participationem, est conditio alicuius virtutis. 22ᴱ. q. 129. 7. 3ᵐ.
2 Securitas non est idem quod fortitudo, sed est conditio eius, & magnanimitatis, si sit quando, & in quibus debet. 22ᴱ. q. 129. 7. 1ᵐ & 2ᵐ.
3 Securitas opponitur timori priuatiue tantum, audacia vero contrarie. 12ᴱ. q. 45. 1. 3ᵐ.
4 Securitas magis opponitur timori, quàm pertineat ad spem. Nec causat negligentiam, nisi inquantum diminuit æstimationem audi. 12ᴱ. q. 46. 8. 1ᵐ.
1 SEDERE necesse est Socratem, dum sedet. 22ᴱ. q. 49. 6. c.
2 Sedere ad dexteram patris in beatitudine eius, vel habere regiam & iu-

& iudiciariam potestatem, conuenit soli Christo, secundum vtrãque naturam. 1ª. q. 57. 2 ter. & q. 58. 0.
3 Pater nullo modo sedet ad dexteram filij, nec ad dexteram spiritus sancti, nec filius, sed econuerso, 3ª. q. 58. 2. ter.
4 Sedere ad dexteram patris, conuenit spiritui sancto, secundum veritatem, inquantum est æqualis ei. Sed non appropriatur ei æqualitas, nec sessio dextræ, sed filio, ter. q. 58. 2. ter.
5 Quilibet sanctus, est constitutus ad dexteram Dei. Sed non sederibi, quia habet beatitudinem, sed non cum dominatiua potestate, quasi propriam & connaturalem, 3ª q 58. 4. sec.
6 Nullus sedet ibi in sinistra, quia ibi nulla est sinistra, id est nulla miseria, 3ª. q. 58. 1. 2ᵐ.
1 SEDITIO & schisma, continentur sub discordia. s. partium multitudinis ad inuicem, 12ᴱ. q. 42. 1 pri. & ter.
2 Seditio est speciale peccatũ. s. mutua impugnatio inter partes multitudinis, vel præparatio ad pugnam. Rixa vero est vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Sed bellum est inter diuersas multitudines. Et vtrumque est pugna in actu non præparatio, 22ᴱ. q. 42. 1. 0.
3 Seditio est semper de se peccatum mortale. Et est grauius rixa. Et principaliter est in procurantibus: secundo, in sequentibus, non autem in defendentibus bonum commune. 22ᴱ. q. 42. 2. 0.
4 Seditio opponitur vnitati, & paci multitudinis, 22ᴱ. q 39. princ & q. 42. 1. 2. c.
5 Seditio opponitur vnitati temporali, & seculari: schisma vero, spirituali. Prima est cum præparatione ad pugnam, non autem aliud, 22ᴱ. q. 42. 1. 2ᵐ.
SEGNITIES est fuga operationis, & ex timore laboris, 1ª. q. 41. 4. 0. & q. 44. 4. ter.
1 SEMEN extenso nomine, dicitur non solum sperma, sed etiam mẽstruum. 1ª. q. 115. 2. 3ᵐ.
2 Semen non fuit aliqua pars in actu, respectu generantis, sed in potẽtia totum secundum potentiam actiuam, 1ª. q. 119. 2. 0.
3 Semen est de superfluo alimenti, 1ª. q. 119. 2. c.
4 Semen est superfluum, respectu nutritiuæ, sed est necessarium, quo indiget natura ad generationem, 22ᴱ. q. 153. 3. 1ᵐ.
5 Semen est album, quia est spumosum, vt possit continere spiritum vitalem, in quo est virtus formatiua vt forma, sed magis vt motor, 1ª. q. 118. 1. 3ᵐ.
6 Semen masculi, non occurrit ad generationem, sicut materia in cõpositione geniti, sed sicut agens, 3ª. q. 28. 1. 5ᵐ. & q 31. 5. c.
7 * Semen mulieris nihil facit ad generationem prolis: ideo aliquæ concipiunt sine eo, 3ª. q. 31. 5 3ᵐ. & q. 35. 3 3ᵐ.
8 Filius est de substantia patris, quia semen secundum potentiam actiuam, est potentia totum, licet non sit actu aliqua pars patris. pri q 119. 2. pri.
9 Virtus animæ, quæ est in semine, per spiritum qui est in semine formatur corpus in generatione. 3ª. q. 32. 1. pri.
10 Virtus formatiua seminis, dicitur intellectus, quia operatur sine organo, 1ª. q. 118. 1. 3ᵐ.
11 Homines pingues, & animalia magna vt elephas, pauci sunt seminis, & paucæ generationis, quia conuertitur in pinguedinem & substantiam, 1ª. q. 119. 2. c. fi
SENARIVS numerus, dicitur numerus perfectus, ratione partium, quia consurgit ex omnibus suis partibus aliquotis: ideo congruit perfectioni vniuersi, & operum Dei in sex diebus 1ª. q. 74. 1. c.
SENES sunt suspiciosi, & amant viuum, propter frigiditatem: sed anus magis, & sunt fabulosi, 22ᴱ. q 60. 3. c.
1 SENSIBILE duplex. s. per se, & per accidens: sensibile per se duplex. s. proprium, & commune. 1ª. q. 17. 2. c & q. 78. 3. 1ᵐ.
2 Similitudo sensibilium, est in sensu tripliciter. s. primo & per se, respectu sensibilium propriorum, per se, sed non primo, respectu sensibilium communium, & per accidens tantum, respectu sensibilium, per accidens. 1ª. q. 17. 2. c.
3 Sensus in actu, est sensibile in actu. 1ª. q. 14. 2. c. & q. 55. 1. 2ᵐ.
4 Sensibilium aliqua immutãt sensum, spiritualiter tantum vt color: quædã materialiter, vt gustabile & tangibile: alia vero vtroque modo. 1ª. q. 67. 1. c. & q 78. 3. c.
1 SENSVALITAS. & Aliquid petinet ad sensualitatẽ dupliciter. s. vt præambulum, sicut apprehensiue, sensitiue: & essentialiter, vt appetitiue tantum. 1ª. q. 81. 1. 1ᵐ.
2 Sensualitas dicitur à sensu, & est vis appetitiua, sensitiuæ partis. 1ª. q. 81. 1. 0.
3 Sensualitas non nominat simpliciter vnam potentiam, sed vnam secundum genus. s. appetitiuam sensitiuam. 1ª. q. 80. 2. c.
4 Sensualitas nominat appetitum sensitiuum, vt indistinctus, incompletus & depressus est: ideo non potest esse subiectum virtutis, sed perpetuæ corruptionis, ideo differt tantum ratione à cõcupiscibili & irascibili, quia nominant idem, sed opposito modo. 1ª. q. 81. 3. 1ᵐ. & 12ᴱ. q. 74 1. 2ᵐ.
5 * Singuli motus sensualitatis, sunt in potestate nostra, non autem omnes simul. 12ᴱ. q. 74. 3 2ᵐ. & 22ᴱ. q. 154. 5. c.
6 Ratio tripliciter se habet ad motum sensualitatis, de genere peccati mortalis. s. vt imperans vel consentiens, vt resistens, & neutrali ter: primo modo peccat mortaliter, tertio venialiter, non autem secundo, sed meretur. 22ᴱ. q. 154. 5. c.
7 Sensualitas non potest sanari à corruptione fomitis, nisi per miraculum, quod tamẽ non fit in hac vita quadruplici ratione. s. quia ipse Deus secundum ordinem suæ sapientiæ sic disposuit, & quia donum gratiæ quæ per Christum nobis confertur, quamuis sit efficacius, quàm peccatum primi hominis, non tamen ordinatur ad remouendum corruptionem prædictam, quæ est naturæ, sed ad remouendum culpam personæ, similiter etiã huiusmodi corruptio quamuis sit contra statum naturæ primitus institutæ, est tamen consequens principia naturæ sibi relictæ. Est etiam homini vtile ad virtutum elationis vitium, vt sensualitatis infirmitas maneat post baptismum. 12ᴱ. q. 74. 3. 2.
1 SENSVS est potentia passiua. 1ª. q. 79. 3. 1ᵐ.
2 Sensus est virtus corporea, ideo est cognoscitiuus corporaliũ tantum, & non spiritualium. 1ª. q. 12. 3. c. & 4. 3ᵐ. & q. 85. 1. c. & 12ᴱ. q. 3. 3. c. & 22ᴱ. q. 46 3. c. 3ᵐ.
3 Non datur sensus agens. 1ª. q. 79 3 1ᵐ.
4 * Sensus est quædam deficiens participatio intellectus. 1ª. quæst. 77. 7. c.
5 Sensus quandoque sumitur pro iudicio rationis. 22ᴱ. quæst. 46. 3. c. 3ᵐ.
6 Sensus dicitur tripliciter. s. natura sensitiua, potentia, & actus. 1ª. q. 79. 1. 1ᵐ.
7 Sensus exteriores sunt tantum quinque, secundũ quinque modos immutationis ab obiectis. s. visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus. 1ª. q. 78. 3. 0.
8 Sensus interiores secẽdum Aristotelem, sunt tantum quatuor, secundum quatuor modos operationum. s. sensus communis, imaginatiua, æstimatiua in aliis animalibus siue cogitatiua in homine, & memoria sensitiua, licet sint quinque, secundũ Auicennam. s. sensus communis, imaginatiua, phantasia, æstimatiua, & memoria sensitiua. 1ª. q. 78. 4. 0.
9 Sensus non apprehendit rationem essendi, nec intentionem entis, nec formam substãtialem, nisi per accidens, sed tantum accidẽtia sensibilia. 1ª. q. 57. 1. 2ᵐ. & q. 67. 3. c. & q. 75 6. c fi.
10 Sensus non potest cognoscere substantiam. 12ᴱ. q. 31. 5. c.
11 Sensus non potest cognoscere vniuersalia, quia non potest recipere formam immaterialem, quia semper recipit in organo corporali. 1ª. quæst. 12. 4. c & q. 85. 1. c. & 12ᴱ. q. 5. 1. 1ᵐ. & q. 19 3. c. & q. 29. 6. 0.
12 Nullus sensus discurrit à causis ad effectus, nec econuerso, sed tantum intellectus. 1ª. q. 58. 4. 5 0. & q. 85. 5. 0.
13 Sensus dupliciter immutatur. s. interius, & exterius ab obiecto. 1ª. q 111. 4. c.
14 Sensus exterior apprehendit tantum rem præsentem, interior autẽ etiam absentem. 1ª. q. 78. 4. c. 6ᵐ. & q. 81. 3. 3ᵐ. & 12ᴱ. q. 15 1. c. & q. 17. 7. 3ᵐ. & q. 35. 2. 2ᵐ.
15 Obiectum sensus communis, est ipsum sensibile, quia cum sit vna potentia, extendit se ad omnia obiecta quinque sensuum exteriorum. 1ª. q. 1. 3. 2ᵐ.
16 Sensus communis, non est communis vt genus, sed vt radix & principium sensuum exteriorũ, vel vt respicit obiectum sub vniuersaliori ratione formali. 1ª. q. 1. 3. 2ᵐ. & q. 78. 4. 1ᵐ.
17 Sensus communis, fertur in omnia sensibilia, secundum vnã communem rationem, ad quam nullus sensuum propriorum pertingere potest. 1ª. q 1. 3. 2ᵐ.
18 Sensus communis, cognoscit differentias sensibilium diuersorum generum, & intentiones sensuum, non autem sensus proprius, 1ª. q. 4. 2. 1ᵐ. & q. 57. 2. c. & q 78 4. 2ᵐ.
19 Sensus proprius discernit inter contraria sensibilia, inquãtum participat aliquid de virtute sensus communis, sed vltimum iudiciũ & vltima discretio, pertinet ad sensum communem, qui iudiciũ aliorum perficit. 1ª. q. 78 4. 2ᵐ fi.
20 Sensus formati, habẽt propriam operationem. s. iudicium de propriis obiectis, sed iudicium eorum sensus cõmunis perficit. 1ª. q 78. 4. 2ᵐ. fi.
21 * Sentire & intelligere, sunt actiones immanentes. 1ª. q. 14. 2. 1ᵐ. & q. 54. 2. c. & 12ᴱ. q. 31. 5. c.
22 Sentire non semper accipitur pro actu sensus, sed quandoque pro actu intellectus, secundum quòd intellectus quandoque sensus dicitur. 1ª. q. 14. 5. 1ᵐ. & 22ᴱ. q. 46. 3. c 3ᵐ.
23 Sensus theologiæ duplex. s. literalis vel historicus, quę voces significant, & spiritualis vel mysticus, quę res habent. Et est triplex, allegoricus. i. figuratiuus, tropologicus i. moralis, & anagogicus. i. cœlestis. 1ª. q. 1. 10. 0. & 12ᴱ. 2. q. 102. c.
24 In sacra scriptura, præter principalem sensum, quem auctor intendit, possunt alij sensus, non incongrue aptari. 1ª. q. 1. 9 2ᵐ. & 10. 1ᵐ. & q. 102. 1. c.

Nulla

Universidad de Deusto Biblioteca

25 Nulla alia scientia vel scriptura præter sacram scripturam, habet sensus spirituales, sed tantum literalem, 1ª.q.1.10.c.

26 Multiplicitas istorum sensuum, nõ facit æquiuocationem, nec aliquam speciem multiplicitatis, 1ª.q.1.10.1ᵐ.

27 Sensui literali, sacræ scripturæ, nunquam potest subesse falsum, 1ª. q.10.3ᵐ.

28 Sensus literalis est, quem auctor sacræ scripturæ intendit, prim.q.1. 10.c.

29 Sensus spiritualis sacræ scripturæ fundatur super literalem, & eum præsupponit, 1ª.q.1.10.c.1ᵐ.

30 In vna litera sacræ scripturæ, sunt plures sensus literales, 1ª.q.1.10. c.fi.

31 Sensus parabolicus continetur sub literali, non autem figura eius, 1ª.q 1 10.1,10 3ᵐ.& 12ᴱ.q.102.2.1ᵐ.

32 Nihil continetur sub sensu spirituali, necessarium fidei, quod scriptura non tradat alicubi manifeste per sensum literalem, 1ª.q.1. 9.2ᵐ. & 10.1ᵐ.

SENTENTIA est applicatio iuris, ad particulare factum, 12ᴱ.q.96. 1.1ᵐ.& 22ᴱ.q 67 1.c.

SEPARATIO est delectabilis dupliciter. S in quantum tollitur contrarium perfectioni rei, vel in quantum aliqua vnio fit. 12ᴱ.q.36.3. 2ᵐ & 3ᵐ.

SEPTEMBER est quasi totus solennis, apud Iudæos, sicut & septimus dies, 2ᴱ.q.102 4.10ᵐ.

SEPTENARIVS numerus vniuersitatem significat, 12ᴱ. q. 102. 5. 5ᵐ.

1 SEPVLTVRA. & Mos cuiuscunque gentis in sepultura, & in officiis eius, seruari debet, 3ª. q.71 2.2ᵐ.

2 Terra non consecrata in sepultutam, potest emi in sepulturam, & sepulturam iam consecrata, potest vendi ratione materiæ, in necessitate ecclesiæ, sicut & calix consecratus ratione materiæ, non autem potest vendi ratione consecrationis, vel officij, vel processionis in funere alicuius, vt S aliquis pro pecunia ibi sepeliatur, tamen non dantes oblationes debitas pro sustentatione, possunt compelli dare secundum consuetudinem, & possunt puniri per sacramentorum subtractionem, non per sacerdotem cui sunt oblationes faciendæ, ne videatur pro sacramentorum vel sacramentalium exhibitione, aliquid exigere, sed per aliquem superiorem, 22ᴱ.q.86.1.3ᵐ.& q.100.2.4ᵐ & 2 2ᵐ. & 4 ᵐ.& 2ᵐ &3ᵐ.

3 Sepultura non confert mortuo quo ad spiritum, sed quo ad honorem eius, & pium affectum viuorum, ideo pro ea quidam commendantur, 22ᴱ.q.22.2.1ᵐ.

4 Sepulturam non ponit Christus inter opera misericordię, sed solum ea quæ sunt euidentioris necessitatis, 22ᴱ.q.32 2.1ᵐ.

5 Christus noluit crucifigi, vbi sepultus est Adam, id est, in Hebrõ, sed in Caluariæ loco communi damnatorum, vt ostenderetur quòd crux Christi, est in remedium, contra peccatum totius mundi, & non tantum contra peccatum personale Adæ, 3ª. q. 46. 10. 3ᵐ.

6 Sepultura Christi, operata est efficienter nostram salutem, sicut & mors eius, 3ª.q.51.1.2ᵐ.& 2 4ᵐ.

7 Christus fuit sepultus conuenienti modo, & redditur ratio literalis, & mystica on nium gestorum circa hoc 3ª. q 51.2.0.

8 Christus fuit conuenienter sepultus, ad probandum veram eius morrem, ad spem resurrectionis nostræ, & ad exemplum quòd absconda mur à turbis, 3ª.q.51.1.0.& 2.4.c. & 0.52.4.c

9 Christus fuit in sepulchro tantum vna die vsuali, & duobus noctibus, i. triginta sex horis, 3ª,q.51. 1.0.& q 51.4.c.& q.53.2.c.

1 SERAPHIN interpretantur ardentes, seu accendentes, 1ª.q.63.7. 1ᵐ.& 93ᵐ.& q.180.5.5ᵐ. & q.109. 1.3ᵐ.

2 Seraphin dicuntur ab incendio, secundum tres proprietates ignis, scilicet motus continui sursum, excessus feruoris, & lucis, 1ª.q. 108.5.5ᵐ.

3 Seraphin est primus ordo primæ hierarchiæ angelorum, quia in amando est completissima vnio ad Deum, quia facit interiora amati penetrare, pri.q.63.7.pri & 9.ter.& q.108.5 5ᵐ.& quæst.109. 1.3ᵐ.

4 Imagines cherubin & seraphin, fuerunt in templo Salomonis, non quidem ad cultum vt adoraretur, sed ad mysterium, 12ᴱ.q.102.4. 6ᵐ col,1 fi.

1 SERMO. & In sermone est aliqua gratia gratis data, ad efficaciter loquendum, sicut donum linguarum, ad posse intelligi à diuersis, 22ᴱ q 177.1.o.

2 Gratia sermonis, dupliciter subtrahitur. S. vel propter culpam auditoris vel prædicatoris, & bona opera vtriusque non merentur eam, nisi remouendo impedimenta eius, 22ᴱ q 177.1 3ᵐ.

1 SERVIRE. & Qui seruit homini, sufficit quòd ei subiiciatur obediendo in licitis, sed qui seruit Deo, oportet quòd subiiciatur ei interius bonum affectum habendo, 22ᴱ.q.105.5.o.

2 Copula carnalis, retrahit animum à seruitio Dei, propter vehementiam delectationis, & solicitudinem, 22ᴱ q 186.4.c.

1 SERVITVS & Seruus dicitur ad dominum, ideo vbi est specialis rario dominij, oportet esse specialem rationem seruitutis, 22ᴱ.q. 81.1.3ᵐ.& q.104.5.o.

2 Relatio seruituris & dominij, fundatur super actione & passione, ideo proprie non conuenit naturæ, sed personæ secundum naturam, 3ª.q.10.1.2ᵐ. & 2 c.

3 Seruitus naturaliter refugitur, quia est impeditiua boni vsus potestatis, 12ᴱ q 2.4.3ᵐ.

4 Seruitus est contra naturam, quo ad primam intentionem naturæ, non autem contra secundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura, vt quiliber sit bonus: sed ex quo aliquis peccat, natura etiã inclinat, vt ex peccato pœnam reportet, Et sic seruitus in pœnam peccati introducta est, 12ᴱ q.94.5.5ᵐ.

5 Seruitus quæ est de iure gentium, est naturalis, non quidem absolute, sed ratione vtilitatis consequentis, scilicet quòd quis regatur à sapiente, & iuuet eum, 12ᴱ.q.94.5.3ᵐ.& 22ᴱ.q.57.3.2ᵐ.

6 Homo est seruus alterius hominis secundum corpus, non autem secundum mentem, 22ᴱ.q.100.4.5.c.2ᵐ.& 6.1ᵐ.& q.122.4.3ᵐ.

7 Vernaculus i. in seruitute natus, vel seruus emptus ad seruitium Iudeorum, si fiat Christianus, liberatur à seruitute, nullo pretio dato. Si vero infidelis existens sit emptus ad mercationem, tenentur per statutum ecclesiæ infra tres menses, exponere eum venditioni, nec in hoc iniuriam facit ecclesiæ, 12ᴱ.q.10 10.c.

8 In spiritualibus est duplex seruitus & duplex libertas S. peccati, & iustitiæ, 22ᴱ q.183.4.c.

9 Seruitus triplex. S. peccati, hominis, & Dei, 22ᴱ.q.122.4.3ᵐ.& quæst. 1ª 3.4.c.

10 Homo iuste relictus est à Deo, in seruitute diaboli, licet ille iniuste inuaserit eum, 3ª. q. 63.3ᵐ.& q 8.4 2ᵐ & q.4 2.2 c.

11 Seruitus peccati, est vere seruitus, sed est libertas secundum opinionem tantum, seruitus autem Dei, est econuerso 22ᴱ.q.183.4.c.

SEXTA dies creationis 1ª.q.70.1.c.& quæst.71.o. & q.90.4.c. & q.96. 4.5ᵐ.

1 SEXVS & Diuersitas sexuum in eodem, vel in diuersis, causatur ex virtute cœlesti, & ex dispositione materiæ. 1ª. q 15 2.4ᵐ.

2 Propheria potest conuenire mulieri, quia attenditur secundum mentem illuminatam à Deo, ex qua non est diuersitas sexuum, 22ᴱ.q. 77.2.1ᵐ.

SIBYLLA expresse prophetauit de Christo. 21ᴱ.quæst.1.7.3ᵐ.& 3.72. 6.1ᵐ.

SICVT, importat similitudinem, non autem æqualitatem 1ª. quæst. 60.4.3ᵐ.

1 SIGNIFICATIO & Terminus singularis, idem significat & supponit secundum sophistas, non autem terminus communis. 1ª.q. 39.4.a.1.

2 Nomen non significat, nisi mediante conceptione intellectus. 1ª.q. 13.1.c & 4.c.pri.& 9.sec

3 Modus significandi, sequitur modum intelligendi. 1ª.q.45.2.sec.

4 Ad proprietatem locutionis, requiritur res significata, & modus significandi. 1ª.q 19 4 5 c.

5 Variatio dictionis in principio, mutat significationem, & variatio in fine, mutat consignificationem apud latinos. Sed apud græcos, mutat in verbis, etiam in principio 3ª.q. 07 ter.

1 SIGN poterit esse signum, respectu diuersorum, & sui vt est in alia specie, non autem in eadem specie rei, q.48.3 sec.

2 Signum multorum ordinatorum ad vnum, non est ambiguum & fallax, sed est certum 3ª.q.60.3.pri.

3 * Signum quandoque dicitur causa. S quando est notior effectu. Sed sæpius dicitur de effectu, & diuiditur contra causam. Tamen ideo potius dicit scriptura, vt luminaria sint in signa, quam in causas, vt occasionem idololatriæ tollerer. 1ª.q.70.2.2ᵐ.

4 Causa principalis non potest proprie dici signum effectus, licet occulti & causa sit sensibilis, & manifesta, sed tantum causa instrumentalis. 3ª.q.62.3.3ᵐ.

5 Signum primo & principaliter, conuenit sensibilibus. Non autem intelligibilibus, nisi vt sunt manifestata per sensibilia. 3ª. quæst. 60.4.1ᵐ.

6 Petere signum à Deo, contingit dupliciter. S. ad explorandum potestatem Dei vel veritatem dicti eius, & ad instructionem. Primum est peccatum tentationis Dei, non autem secundum. 22ᴱ.q. 97.2.3ᵐ.

1 SYLLOGISMVS & In agendis, fit syllogismus, cuius maior vniuersalis, est intellectus practici, minor vero particularis, est rationis particularis i, cogitatiuæ, conclusio autem est in electione operis. 22ᴱ q.76.1.c & q 90.1.2ᵐ.

2 Syllogismus necessario est in quolibet actu virtutis, & peccati. Sed temperatus & intemperatus, syllogizant, ex triplici propositione, continens autem, & incontinens, ex quadruplici propositione, sed diuersimode. 12ᴱ.q.77.2.4ᵐ.

SYLVESTER Papa, excommunicauit eos à quibus exulauit, non quidem ex vindicta, sed ex zelo Dei. 22ᴱ.q.108.1.4ᵐ.

1 SYMBOLVM. & Necesse fuit edere plura symbola, contra diuersas hæreses. Nec differunt, nisi quòd explicatur in vno, implicitum in alio, in alio. 22ᴱ.q.1.9.2ᵐ.& 10.1ᵐ.& 2ᵐ.

2 Edere nouum symbolum, pertinet tantum ad Papam, sicut & cętera pertinentia ad totam ecclesiam. 22ᴱ.q.1.10.o.& q.11.2.3ᵐ.

3 In symbolis, dicitur credo in Deum, in persona ecclesiæ, cuius fides est formata, quę inuenitur in omnibus illis, qui sunt numero & merito de ecclesia, & vt siqui fideles, fidem formatam non habent, ad hanc formam pertingere studeant. 22ᴱ.q.1.9.3ᵐ.

4 In symbolo apostolorum, melius dicitur, sanctam ecclesiam, quàm in sanctam ecclesiam. Tamen si dicatur, in sanctam ecclesiam, intelligitur in spiritum sanctum, sanctificantem eam. 22ᴱ. quæst. 1.9. 5ᵐ.

5 In quolibet concilio, compositum est aliquod symbolum non quidẽ aliud à præcedenti, sed explicans aliquid implicitum in priori, contra nouam hæresim. 1ª.q.36.1.2ᵐ.

6 In symbolo patrum, nihil explicatur de descensu Christi ad inferos, quia nullus error exortus est contra hoc. 22ᴱ.q.1.9. 4ᵐ.

7 Symbolum patrum, publicè cantatur in missa, quia editum fuit, fide iam manifestata, & ecclesia pacem habente, & est declarans symbolum apostolorum, editum tempore persecutionis, fide nondum propalata. Ideo symbolum apostolorum occulte dicitur in prima, & in completorium quasi contra tenebras errorum præteritorum futurorum. 22ᴱ.q.1.9.6ᵐ.

8 Symbolum patrum, dicitur statim post euangelium, quasi expositio eius. Illud autem symbolum Athanasij, dicitur in prima, quasi expulsis iam hæreticorum tenebris. Et vtrunque dicitur tantum in quibus homines magis consueuerunt venire ad ecclesiam, & in quibus solẽnizatur aliquid de pertinentibus ad articulos fidei. 3ᴱ. q.83.4.c.

9 Athanasius composuit manifestationem fidei, non quidem per modum symboli, sed per modum doctrinæ, licet auctoritate Papæ habeatur vt regula fidei, quia integram fidei veritatem breuiter continet. 22ᴱ.q.1.10.3.3ᵐ.

1 SIMILITVDO est relatio æquiparentiæ, non tamen semper denominat vtrumque extremorum, sed tantum quando forma est æqualiter & eadem ratione in vtroque extremorum. 1ª.q.4.3. 4ᵐ. & q.42.1.3ᵐ.

2 Similitudo duplex. S. partipationis eiusdem formæ, & proportionis. 1ª.q.4.3.o.& q.14.3.2ᵐ.

3 Similitudo duplex. S. repræsentationis, & secundum conuenientiam in natura. Prima requiritur inter cognoscens & cognitum, nõ autem secunda. 1ª.q.85.8.3ᵐ.& q.88.1.1ᵐ.

4 Similitudo duplex. S. vt principium, & vt principiatũ. Prima dicitur exemplar, secunda vero imago. 1ª.q.35.1.1ᵐ.

5 Aliqua dicuntur similia dupliciter. S. participando vnam formam, & secundum quòd vnum imitatur alterum, secundum proportionalitatem. Prima sunt composita. Ideo nulla creatura est sic similis Deo, sed solum secundo modo. 1ª. quæst. 4.3. o.& q.44.3. 1ᵐ.

6 Similitudo triplex creaturæ rationalis ad Deum. S. secundũ esse naturæ, secundum cognitionem, & secundum potestatem operandi ad beatitudinem obtinendam. 22ᴱ.q.163.2.o.

7 Primas duas habuit angelus à principio, & tertiam appetiit. Sed homo, tantum primam habuit in sua creatione, & reliquas appetiit. 22ᴱ.q.163.2.o.

8 Verbum, idea, Deus, & quælibet causa, dicitur large similitudo, id est exemplar creaturæ, & effectus, non autem propriè. 1ª.q.35.1.1ᵐ. & 0.57.2.2ᵐ.

9 Similitudo conuenit verbo * inquantum ipsum est quædam similitudo rei intellectæ, sicut genitũ est similitudo generantis, sed adamorem pertinet, non quodipse amor sit similitudo, sed inquantum similitudo, est principium amandi & ideo genitum. S. verbum est principium amoris. 1ª.q.27.4.2ᵐ.

10 * Similitudo in diuinis, aliter pertinet ad verbum, & aliter ad amorem. 1ª.q.27.4.2ᵐ.

11 Similitudo & dissimilitudo in diuinis, attenditur secundum essentiam, non autem secundum relationes. 1ª.q.36.4.3ᵐ.

12 Similitudo & dissimilitudo attenditur, non solum secundum qualitatem eandem vel diuersam, sed etiam secundum eundem vel diuersum modum participandi. 12ᴱ.q.52.2.c.

13 Conceptio intellectus, est similitudo rei intellectæ. 1ª.q.27.2.c.fi.

14 Species inteligibilis nostri intellectus, non potest esse similitudo principiorum individualium. 1ª.q.14.11.1ᵐ.& 12.c.

1 * SIMONIA est studiosa voluntas, emendi vel vendendi aliquod spirituale, vel ei annexum. 22ᴱ.q.100 1.o.

2 Simonia non est peccatum in spiritum sanctum. 22ᴱ.q.100.1.2ᵐ.

3 Simonia est hæresis, grauior hæresi Macedonij, quo ad exteriorem protestationem, & similitudinem. 22ᴱ.q.100.1.1ᵐ.

4 Actus est spiritualis dupliciter. S. ratione principij. i. doni vel officij, & ratione finis, Primum licet vendere, non autem secũdum, quia simonia esset. 22ᴱ.q.100.3.o.

5 Oratio est spiritualis vtroque modo. Ideo non habet imponi pro pretio, quia esset simonia. Sed licet dare eleemosynam pauperibus vt orent. 22ᴱ.q.100.3.2ᵐ.

6 Licet vendere iustum patrocinium, & iustum consilium Non autẽ verum iudicium, id est sententiam, nec verũ testimonium, quia ad hæc tenentur iudex & testis, non autem aduocatus, vel iurisperitus Ideo esset simonia in causa spirituali, non autem in causa seculari. 22ᴱ.q.71.4.o.& q.100.1.1ᵐ.

7 Papa potest incurrere simoniam sicut & alij Et grauius est peccatum, quanto papa est maior: quia non est dominus spiritualium, sed dispensator. 22ᴱ.q.100 1.7ᵐ.

8 Ante collationem beneficij, licet episcopo subtrahere de fructibus eius, ad pios vsus. Sed requirere ab eo cui cõfert est simonia. 22ᴱ. q 100. 1.3ᵐ.

9 Si clericus impendat prælato obsequiũ honestum, id est ad spiritualia, sit dignus ecclesiastico beneficio Non autem si sit inhonestum vel ad cardinalia, id est ad vtilitatem cõsanguineorum, vel patrimonij eius, sed est munus ab obsequio, & simonia. 22ᴱ. q. 100.5.1ᵐ.

10 Dare aliquid aduersariis, ne impediant in beneficio ecclesiastico, ante acquisitum ius, est simonia, non autem post. 22ᴱ. q. 100. 2.5ᵐ.

11 Permutatio vel transactio beneficij ecclesiastici sine licentia, est simonia, quia nomine emptionis & venditionis, prohibetur omnis contractus spiritualium non gratuitus. Sed cum licẽtia prælati, & ex causa vtili vel necessaria, sunt licitæ, 22ᴱ. quæstio. 100. 1. 6ᵐ.

12 Accipere aliquid temporale pro sacramentis, est simonia. Nec cõsuetudo excusat Non autem accipere ad sustentationem, 22ᴱ. q. 86.1.1ᵐ.& q. 100.2.o.

13 Exigere aliquid pro absolutione ab excommunicatione, quasi pretium absolutionis, est simonia, nõ autem quasi pœnam pro culpa. 22ᴱ.q.100. 1.1ᵐ.

14 Exigere aliquid pro consecratione, benedictione, ordinibus, chrismate, oleo sancto vel alio spirituali, est simonia, nisi accipiantur vt stipendia. 22ᴱ.q 100.2.4ᵐ.

15 Accipere aliquid pro dispensatione, commissione, correctione, doctrina ex officio spirituali, festo faciendo, vel prætermittendo, etiam ad sustentationem, est simonia, quia ex officio ad ea obligantur, & stipendia habent. Tamen visitantes, possunt accipere procurationes, 22ᴱ.q 100.3.3ᵐ.

16 Statutum de non fienda processione in funere, nisi dentur tot, est illicitum & simoniacum, non autẽ quòd processio fiat, si tot dentur. 22ᴱ.q.100. 1.1ᵐ.

17 Dare vel accipere aliquid quasi pretium, pro prædicatione, prophetia, oratione, officio, & huiusmodi actibus spiritualibus, est simonia. Non autem accipere pro sustentatione, secundum ordinationem ecclesiæ, vel consuetudinem approbatam, non exigẽdo ab inuitis per subtractionem spiritualium, sed per superiorem, 22ᴱ.q.100. 1.o.

18 Hypocrita non videtur esse simoniacus, quia non dat spirituale pro prter temporale, sed demonstrat sanctitatem, & furatur laudem. 22ᴱ.q.100. 1.4ᵐ.

19 Emptores spiritualium, imitantur Simonẽ Magum in actu, venditores autem in intentione: quia voluit emere vt venderet. Giezi vero tantum vendidit Ideo secũdi possunt dici simoniaci, & Giezitæ, primi vero simoniaci tantum. 22ᴱ.q.100. 1.4ᵐ.

20 Simonia mẽtalis, & quodlibet aliud peccatum interius, nullã pœnam ecclesiasticam incurrit, sed diuinam. 22ᴱ.q.100.5.6ᵐ.

21 Simonia & alia peccata, tollunt gratiam, & executionem ordinum. Non autem tollunt sacramentum, nec impediunt susceptionem eius. 22ᴱ.q.100.6.1ᵐ.

22 Emens aliquid simoniace, punitur priuatione cuiuslibet rei talis. Dantes autem vel mediantes, puniuntur infamia & dispositione si sint clerici, sed laici excommunicatione. 22ᴱ.q.100. 1.o.

23 Recipiens beneficium simoniace, tenetur restituere illud, & omnes fructus qui potuissent percipi, à diligenti possessore, deductis expensis, licet alius dederit pro eo, nesciente, præter fructus cõsumptos bona fide, nisi fuerit inimicus eius, vt impediret eum, vel nisi contradixerit, nec post ratum habuerit. 22ᴱ.q 100 6 3ᵐ.

24 Dans pecuniam simoniace, non potest eam repetere, licet recipiẽs, eam teneat iniustè. 22ᴱ.q.100.6.1ᵐ.

25 Res simoniaca debet restitui ecclesiæ, in cuius iniuriã data est, nisi totum collegium sit in culpa. 22ᴱ.q.100.6.4ᵐ.

26 Nullus debet ordinari ab episcopo simoniace promoto, etiam occulto, licet præcipiat vel excommunicet Et si ordinetur, non potest exequi nisi dispensetur, licet ignoraret. Si vero episcopus sit aliter simoniacus occultus, quilibet potest ordinari ab eo. 22ᴱ.q. 100 6.1ᵐ.

27 Suscipiens ordinem sacrum simoniace, etiam occulte, suspẽsus est quo ad se, & quo ad alios. Sed dans ordinem, vel dans siue recipiens beneficium, vel medians, publici, sunt suspensi vtroque modo: occulti vero, suspensi primo modo tantum. 22ᴱ. quæst. 100.6.1ᵐ.& 2ᵐ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

28 Solus papa potest dispensare, cum promoto simoniace scienter. In aliis autem casibus episcopus post renũciationem, facit quadruplicem dispensationem. s. paruam. i. quo ad communionem laicam, magnam, vt sit in suo ordine in alia ecclesia: maiorẽ, vt sit in eadem in minoribus: maximam vero vt in eadem ecclesia, in qua aliquid simoniace acquisiuit, maiores ordines exequatur, non tamen quod prælationes accipiat. 22ᵉ. q. 100. 6. 7ᵐ.

1 SIMPLEX aut totum cognoscitur, aut nihil. 1ª. q. 58. 5. c. & q. 8. 5. 6. c. & 22ᵉ. q. 2. 2. 2ᵐ.

2 Pluralitas rationum non repugnat maximè vnitati & simplicitati, nisi quæ reducitur ad diuersitatem rei. Ideo conuenit Deo, licet sit omnino simplex. 1ª. q. 3. 6. & q. 9. 1. c. & q. 25. 1. c. & q. 18. 2. c.

1 SIMPLICITAS ad virtutem veritatis pertinens, dicitur simplicitas, quia non tendit in diuersa, veritas autem dicitur, inquantum signa concordant signatis. Ideo simplicitas & veritas, differunt tantum ratione. 22ᵉ. q. 109. 2. 4ᵐ. & q. 111. 3. 2ᵐ.

2 Simplicitas est virtus, ad quam pertinet directè præseruare se à deceptione. 22ᵉ. q. 111. 3. 2ᵐ.

3 Simplicitas facit intentionem rectã, non quidem directè, quia hoc facit omnis virtus, sed indirectè. s. excludendo duplicitatem, per cuius oppositum dicitur. 22ᵉ. q. 109. 2. 4ᵐ.

1 SIMPLICITER dicitur dupliciter. s. absolute. i. secũdum naturam suam, siue sine adiuncto, & totaliter. i. vniuersaliter siue omnino. 22ᵉ. q. 58. 10. 2ᵐ. & q. 109. 4ᵐ. & 3ª. q. 50. 5. c.

2 Vnumquodque dicitur simpliciter, vt est in actu, secundum quid vero vt est in apprehensione. 22ᵉ. q. 6. 6. c.

SIMVLATIO proprie, est mendacium in signis factorum exteriorum, Ideo semper est peccatum. Sed large sumitur pro fictione. 22ᵉ. q. 111. 1. o.

SYNAGOGA fiebat in diuersis locis, ad doctrinam: templum autẽ tantum in vno loco, ad sacrificium. Et vtrique succedit ecclesia. 12ᵉ. q. 102. 4. 3ᵐ.

1 SYNDERESIS non est potentia, sed est habitus naturalis principiorũ moralium. 1ª. q. 79. 12. o. & 13. c. fi. & 3ᵐ. & 12ᵉ. q. 94. 1. 2ᵐ. & 22ᵉ. q. 47. 6. 1ᵐ. & 3ᵐ.

2 Actus synderesis est remurmurare malo, & inclinare ad bonum. 1ª. q. 79. 1. c.

SYNESIS est virtus beneiudicatiua de agibilibus, secũdum legem communem: gnomi vero, secundum altiora principia. s. iuris naturalis, ideo est altior. 1ª. q. 22. 1. 1ᵐ. & 12ᵉ. q. 56. 6. o. & 22ᵉ. q. 48. c. fi. & q. 51. 3. 4. o. & q. 53. 2. c.

1 SINISTRVM & Dextra pars mundi, est australis, sinistra vero, aquilonaris. 12ᵉ. q. 102. 4. 6ᵐ. co. 2.

2 Pars dextra, significat bona spiritualia, & sinistra, bona temporalia. 12ᵉ. q. 102. 4. 6ᵐ. co. 2.

SYNONYMA dicuntur nomina significantia idem, secundum eandem rationem. 1ª. q. 13. 4. 1ᵐ.

SITVS & Quæ pertinent ad situm, dicuntur de Deo metaphorice: vt sedere, & stare. 1ª. q. 3. 1. 4ᵐ.

1 *SOBRIETAS proprie est circa potum inebriatum. Largè verò, est circa omnem materiam, quia sobrius dicitur, quasi briam. i. mensuram seruans. 22ᵉ. q. 143. c. principio. & q. 149. 2. o.

2 Sobrietas est specialis virtus. 22ᵉ. q. 149. 1. o.

3 Sobrietas est maxime necessaria iuuenibus, quia in eis viget cõcupiscentia. Mulieribus autem, quia in eis deficit robur mẽtis. Senibus vero & episcopis, omnibus ministris ecclesiæ, & regibus, propter officia, & operationes eorum. 22ᵉ. q. 149. 4. o.

SOCRATES ditissimus Thebanus abiecit magnum pondus auri, vt Athenis vacaret philosophiæ. 22ᵉ. q. 186. 3. 3ᵐ.

SODOMIA, id est coitus masculorum, est species luxuriæ contra naturam. 22ᵉ. q. 142. 4. 3ᵐ. fi. & q. 154. 11. 11. o. & 12. 4ᵐ. & 3ª. q. 70. 2. 1ᵐ.

1 SOL aliqualiter influit in omnia corpora. 22ᵉ. q. 47. 5. 2ᵐ.

2 Sol propter distantiam loci non eundem caloris effectum habet in Dacia, quem habet in Aethiopia. 1ª. q. 115. 6. 2ᵐ.

SOLENNITAS vnicuique adhibetur, secundum cõditionem eius, & tantum cum quis totaliter mancipatur alicui rei. 22ᵉ. quæst. 88. 7. c.

1 SOLERTIA non est virtus, quia se habet ad bonum & ad malum, & magis dependet ex naturali ingenio, quam ex assuetudine. 22ᵉ. q. 49. 4. o.

2 Solertia est subtilitas quędam, in non perspecto tempore medij, secundum Aristotelem. Vel est habitus, ex repentino inueniens quod conuenit. 22ᵉ. q. 48. c.

3 Solertia valet ad bene consiliandum, sed necessaria est in repentinis. 22ᵉ. q. 49. 4. 2ᵐ.

1 SOLICITVDO est studium adhibitum ad aliquid consequendũ, quod maius est, vbi est timor, & minus est, vbi est securitas. 22ᵉ. q. 47. 5. 3ᵐ. & q. 55. 6. c.

2 Solicitus dicitur quasi solers citus, quia ex solertia animi, velox est ad prosequendum agenda. 22ᵉ. q. 47. 9. c. & q. 49. 4. c.

Solicitudo pertinet ad prudentiam. 22ᵉ. q. 47. 9. o. & q. 48. 5ᵐ. & q. 53. principio. q. 54. 2. c.

4 Solicitudo temporaliũ, est illicita tripliciter. s. si in eis ponatur finis vel superfluũ studium, vel timor. 12ᵉ. q. 108. 3. 5ᵐ. & 22ᵉ. q. 55. 6. o. & q. 83. 6. 2ᵐ. & q. 188. 7. c.

5 Solicitudo de futuris prohibetur, nisi immineat tempus eorum. 22ᵉ. q. 61. 7. o. & q. 188. 7. 2ᵐ.

1 SOLITARIVS. & Homo potest solitarius viuere dupliciter, vel quasi societatem humanam non ferens propter animi sæuitiã, & hoc est bestiale, vel per hoc quòd totaliter diuinis rebus inhæret, & hoc est supra hominem, & ideo philosophus dicit in primo politicorum, quòd ille qui aliis non communicat, aut est bestia, aut Deus, id est diuinus. 12ᵉ. quæst. 511. c. fin. & 22ᵉ. q. 88. 8. 5ᵐ.

2 *Si autem absque præcedenti exercitio, solitaria vita assumatur, est periculosissima, nisi per diuinam gratiam suppleatur, quòd in aliis per exercitium acquiritur, sicut patet de beatis Antonio & Benedicto. 22ᵉ. q. 188. 8. c. fi.

SOLITVDO non est essentia perfectionis, sed est instrumentũ congruum contemplationis, non autem actioni. 22ᵉ. q. 188. 8. o.

1 SOLVS remouet consortium dupliciter. s. vel simpliciter. i. solitarius. s. qui non est cum alio eiusdem naturæ, vel conditionis, vel respectu alicuius: primo modo stat cathegorematice, sed secũdo modo sincathegorematice. 1ª. q. 31. 3. 4. o.

2 Solus proprie determinat tantum subiectum, solum, autem, & tantum, possunt congruere addi subiecto & prædicato. 1ª. q. 3. 3. 2ᵐ. & 4. c.

3 *Hæc propriè non conceditur, Pater, vel Trinitas, est solus Deus, nisi ex parte prædicati intelligatur aliqua implicatio. 1ª. quæst. 31. 3. 2ᵐ.

4 Hæc propositio, solus Deus est pater, cathegorematice est falsa, sed syncathegorematice est vera in triplici sensu, & est falsa in vno sensu. s. formaliter & communiter. 1ª. q. 3. 3. 3ᵐ.

5 Hæc propositio, solus pater est Deus, & aliæ similes, cathegorematice sunt falsæ, sed syncathegorematice sunt veræ in duplici sensu, & falsæ in vno sensu. 1ª. q. 31. 4. o.

6 Hæc propositio, solus Deus creat, vel generat, vel est Deus, & aliæ similes, sunt falsæ cathegorematice: sed sunt veræ syncathegorematice in duplici sensu, 1ª. q. 3. 3. o.

1 SOMNIVM. & Causa somniorum duplex, scilicet interior, id est, præcedens cogitatio, vel dispositio corporis, & exterior, scilicet ars, cælum, dæmon, & Deus, per angelos. 22ᵉ. q. 95. 6. o. & q. 154. 5. c. & q. 172. 1. 2ᵐ. & 3ª. q. 80. 7. c.

2 Somnium quandoque est causa futurorum euentuum. s. inducẽdo ad operandum, & quandoque est signum eorum. s. quando idem est causa vtrique. 22ᵉ. q. 95. 6. c. & q. 154. 5. c.

SOMNOLENTIA & ociositas, vt reducuntur ad torporem, sunt filiæ accidiæ. 22ᵉ. q. 35. 4. 3ᵐ.

1 SOMNVS. & In somnis nullus potest mereri, nec demereri, quia tunc non potest haberi perfectum iudicium rationis: sed potest esse signum præcedentis meriti, vel peccati. 1ª. q. 84. 8. o. & q. 94. 4. 4ᵐ. & 22ᵉ. q. 154. 5. o.

2 Somnus potest esse peccatum mortale, vel saltem occasio peccati mortalis, scilicet quando ex hoc omittitur illud, quod quis facere debet, vel fit aliquid quod inclinat ad malum. 12ᵉ. q. 71. 5. c.

1 SORS propriè dicitur, cum aliquid fit, vt considerato eius aduentu, aliquid innotescat. 22ᵉ. q. 95. 3. 8. c.

2 Sors triplex. s. diuinatoria, diuisoria, & consultoria prima quæritur cognitio futuri: secunda habendi, tertia fiendi. 22ᵉ. q. 95. 8. c.

3 Sors cuius euentus expectatur ex stellis, est vana & falsa: si autem à fortuna, est vana tantum sors diuisoria, si verò à diabolo, est illicita, & prohibetur secundum canones, sed si expectatur à Deo, non est mala secundum se, licet sit peccatum quadrupliciter. s. si fiat sine necessitate, vel sine reuerentia, vel in terrenis, vel in electionibus ecclesiasticis. 22ᵉ. q. 95. 8. c.

1 SPECIES duplex, scilicet natura communicabilis pluribus indiuiduis immediate secundum nomen & rationem æqualiter participatam, vt homo, & intentio quiescens in anima, vt species in anima. 1ª. q. 13. 9. o.

2 Vnumquodque sortitur speciem secundum actum, & non secundũ potentiam, sed secundum formam, in compositis ex materia & forma. 1ª. q. 53. 1. c. & 12ᵉ. q. 1. 3. c.

3 Illud secundum quod aliquid sortitur speciem, oportet esse fixũ & stãs, quasi indiuisibile: & quicquid attingit illud sub illa specie continetur, & quicquid recedit ab eo in plus vel minus, pertinet ad aliam speciem perfectiorem vel imperfectiorem. 12ᵉ. q. 52. 1. c.

4 Nihil prohibet esse aliquam speciem in aliquo genere, quæ aliqua liter operetur in omnibus speciebus eiusdem generis, sicut sol influit in omnia corpora. 22ᵉ. q. 47. 5. 2ᵐ.

1 SPECTACVLA de vtilibus & necessariis, ad vitam, vt venationes, distrahunt animum, & debent vitari à pœnitente, licet sint licita, cum debitis circunstantiis. 22ᵉ. q. 167. 2. c. 2ᵐ.

2 Spectacula turpium, vitanda sunt ab omnibus, sed maxime à pœnitentibus. 22ᵉ. q. 101. 6. 8ᵐ. & q. 167. 2. 2ᵐ.

3 Inspectio spectaculorum turpium, & ad peccata prouocantium studiosa, est prohibita, & est peccatum, & est mortale quandoque: vnde & comistionem animalium diuersæ speciei, prohibet lex, ad tollendam vniuersaliter occasionem concupiscentię. Animalia enim diuersarum specierum, non commiscentur de facili, nisi hoc per homines procuretur: & sic in aspectu coitus animalium, excitatur homini, concupiscentiæ motus: vnde etiã in traditionibus Iudæorum, prohibitum inuenitur, vt Rabbi Moyses dicit, vt homines auerterent oculos, ab animalibus coeũtibus. 22ᵉ. q. 102. q. 6. 8ᵐ. & q. 167. 2. c. 2ᵐ.

SPECVLATIO dicitur à speculo, non autem à specula: & reducitur ad meditationem, quia est visio causæ per effectum. 22ᵉ. q. 180. 3. 2ᵐ.

SPECVLVM & In speculo facto, resultant multæ imagines, quia habet multas superficies, causantes singulas reuerberationes, quia non habent ibi esse quiescens. 3ª. q. 76. 3. c.

1 SPES est virtus. 22ᵉ. q. 17. 1. o.

2 Spes est virtus theologica. 12ᵉ. q. 62. 3. o & 22ᵉ. q. 17. 5 o. & q. 18. 1. b. & 2. 4ᵐ.

3 Spes potest esse informis, i. sine charite 12ᵉ. q. 65. 4. o. & 5. 2ᵐ.

4 Spes informis, non est virtus. 12ᵉ. q. 65. 4. o. & 5. 2ᵐ.

5 Obiectum principale spei est gloria animæ, non autem gloria corporis, sed obiectum secundarium. 22ᵉ. q. 17. 5. 1ᵐ. & q. 18. 2. 4ᵐ. & 3ª. q. 7. 4. 1ᵐ.

6 Spes habet duplex obiectum. s. bonũ expectatum, & auxiliũ Dei. 12ᵉ. q. 40. 7. c. & q. 42. 1. c & q. 62. 4. 3ᵐ. & 22ᵉ. q. 1. 3. 1ᵐ. & q. 17. 2. 4. 5. c. & 5. 3ᵐ. & 7. c. & q. 18. 2. c. & q. 19. 1 c. & 3ª q. 7. 6. 1ᵐ.

7 Obiectum eius habet quatuor conditiones, scilicet bonũ, arduum, futurum, & possibile. 12ᵉ. q. 40. 1. o. & 2. 5. 6. 7. 8. c. & q. 41. 2. c. & q. 42. 3. c. & 3ᵐ. & 22ᵉ. q. 17. 1. 7. c. & q. 18. 1. 1ᵐ. & 2. c. 3ᵐ. & q. 20. 4. c. & q. 21. 1. c. & q 144. 1. c.

8 Obiectum spei, non est possibile, vt est differentia veri, sed vt possibile, dicitur secundum aliquam potentiam. 12ᵉ. q 40 3. 2ᵐ.

9 Spes potest esse de actu virtutis, qui est in potestate nostra. 12ᵉ. q. 42. 3. 3ᵐ.

10 Spes est tantum eorum quæ non habentur à sperante. 3ª. q. 7. 8 2ᵐ. & 9. 1ᵐ.

11 Spes & præsumptio, sunt de malo abusiuè, pro inordinato timore. 22ᵉ. q 21 3. 1ᵐ.

12 Spes directe respicit proprium bonum, nõ autem bonum alienum quia significat motus. Motum autẽ semper est ad proprium terminum proportionatum mobili. 12ᵉ. q. 17. 3. c.

13 Sperare licet in homine, vt in causa secundaria, non autem vt in causa principali, sed tantum in Deo. 22ᵉ. q. 17 4. o. & 5. c & q. 25. 1. 3ᵐ.

14 Proprium & principale obiectum spei virtutis, est beatitudo æterna, secundarium autem, sunt alia bona. 22ᵉ. q. 17. 2 4. o. & 5. c. 1ᵐ. & q. 18. 2. c. 3ᵐ.

15 Spes est de beatitudine, vt de vltimo fine, sed est de gratia, vt de ducente ad finem 12ᵉ q 69. 2 1ᵐ. & 3. c

16 Spes absolute, est tacitũ de bono proprio, sed vt præsupponit amorem, potest aliquis alteri sperare vitam æternam. 22ᵉ q 17. 3. o. & q. 18 2. 3ᵐ. & 3 2ᵐ. & 3ª q. 7. 4. 3ᵐ.

17 Nec est in beatis 12ᵉ. q. 67. 4. 5. o. & 22ᵉ. q. 18. 2. o. & 3. c. & q 19. 11. 3ᵐ.

18 Nec in damnatis, sed tantum in viatoribus hic, vel in purgatorio vel in limbo patrum. 22ᵉ. q. 18. 3. o.

19 Spes est subiectiue in potentia appetitiua, non autem in cognoscitiua. 12ᵉ. q. 40. 2. o. & 22ᵉ. q 18. 1. c.

20 Spes est in irascibili subiectiue 1ª. q 59. 1. 2ᵐ. & 12ᵉ. q. 23. 1. 2. c. & q. 40. 1. b. & c. 3ᵐ.

21 Spes virtus est subiectiue in voluntate. 1ª. q. 50. 4. 3ᵐ. & q. 82. 5. 2ᵐ. & 22ᵉ. q 18. 1 o. & 3. d. 26 q. 1. 5. o. & q. 2. 2. c. & Veri. q. 25. 5ᵐ. & Virt. q. 1. 5. c. fi & 12ᵐ. & q. 4. 2 o.

22 In brutis est spes, passio, & desperatio. 12ᵉ. q 40. 3. o. & 3. d 26. q. 1. 1. c.

23 Aliquid est causa spei dupliciter. s. faciendo aliquid esse possibile, vt diuitiæ, fortitudo, & omne augens potestatem hominis, vel faciendo æstimationem de possibili, vt doctrina, & persuasio: sed experientia est causa spei vtroque modo, licet sit causa defectus eius tantum secundo modo. 12ᵉ. q. 40 5. o. & q. 42. 5. 1. & q. 4 3. c. Amor. 235. Appetitus, 3ª. Baptismus 12 Concupiscentia. 3. Confessio. 56.

24 Stultitia & experientia, sunt causæ spei per accidens, remouendo scientiam. qua vere æstimatur aliquid nõ esse possibile. 12ᵉ. q. 40. 5. 3ᵐ. & 6. c. fi & 3ᵐ. Correctio. 3. Enoch Fides. 101. Fiducia. 7. Micordia. 43. Oratio 41. Paulus 24.

25 Inuentus est causa spei, quia parum habet de præterito & memoria & multum de futuro, & multos spiritus: ideo cor ampliatur, & fiunt animosi, sed parum experti. 12ᵉ. q 40. 6. o.

26 Senes deficiunt spe, propter experientiam, quæ facit æstimationẽ impossibilis. 12ᵉ. q. 40. 5. 2ᵐ.

27 In ebriis, sunt duæ causæ spei. s. inconsideratio, & caliditas, & multiplicatio spirituum propter vinum. 12ᵉ q. 40 6. o. & q. 45. 3. c.

28 Spes quo ad rem sperată, est ex gratia & meritis, sed quo ad habitũ, est tantum ex gratia. 22ᵉ. q. 17. 1. 2ᵐ & 3. d. 26. q. 2. 1. 3ᵐ. & Virtu. q 4 1. 2ᵐ. Peccatum. 56 Pignus. 1. Præsumptio. 2. 12. Saluari. 7. Sepultura. 1. 13. Timor. 11 15. 31.

29 Spes præsupponit merita in proposito, nõ autem in actu. 12ᵉ. q. 62. 4. 2ᵐ. & q 65. 4. c. & 3. d. 26. q. 2. art. 3. q. 1. 1ᵐ. & Virt. q. 4. 1. 3ᵐ.

30 Spes semper procedit ex gratia, vel habita, vel expectata, non autẽ semper ex habita. 12ᵉ. q. 62. 4. 2ᵐ. & 2. d. 43. 5. 4ᵐ. & 4. d. 2. q. 2 2. 3ᵐ.

31 Spes præsupponit amorem, & desiderium rei sperate 22ᵉ. q. 128. 6ᵐ.

32 EFFECTVS & Spes extendit se in Deum, ratione diuinæ largitatis, à quo resilit donum timoris, ex consideratione propriæ prauitatis. 3. d. 26. q. 2 1. 4ᵐ.

33 Spes per se adiuuat operationem dupliciter. s. ratione obiecti, & ratione effectus. s. deiectationis. 12ᵉ. q. 40. 8. o.

34 Spes supra expectationem addit certitudinem. 3 d. 26. q. 1. 3. 1ᵐ. & q. 1 2. c. Amor. 235. 236. Audacia. 6. 9. & c.

35 Spes addit supra desiderium, quendam conatum, & eleuationẽ animi, ad consequendum bonum arduum. 12ᵉ. q. 26. 1. c. & q. 46. 1. c.

36 Spes præcedit gaudium, & causat illud. 12ᵉ. q. 2. 1. c. Baptismus. 16. 99. Charitas. 61. 146. 150. 15. Confessio. 18.

37 Spes diuiditur contra memoriam, ratione delectationis, quæ est effectus vtriusque, non autem secundum essentiam. 3. d. 26. q. 1. 1. 2ᵐ. Consilium. 7.

38 Spes eleuat affectum hominis, ad summum bonum, vt adipiscendum. Virt. q. 2. 2. 5ᵐ. Correctio. 3. 3. 16. Delectatio. 35. c.

39 Habens spem sperat Deum cõsequi, & peripsum omnia necessaria quantumcunque difficilia obtinere, & omnia nociua quantumcunque difficilia repellere. 3. d. 26. q. 1. 2. 2ᵐ. Expectatio. 0. Fiducia. 7. 8. Ira. 11. 39. 42. 43. 78 Iustus. 7. Matrimonium. 128 132. Miraculum. 5.

40 Spes facit inhærere Deo, vt principio beatitudinis, fides autem, vt principio cognoscendi veritatẽ, charitas vero, propter seipsum, ideo distinguuntur realiter. 22ᵉ. q. 17. 6. o. & q. 23. 6. c. & 3. d. 26. q. 2. a. 3. q 1. o. & Virt. q. 2. 3. c. & q. 4. 3 5ᵐ. Modestia. 8, Mors. 13. 23. Oratio. 16. 41 Pœnitentia. 52. Præsumptio. 13 Religio. 9. 43. 61. Saluari. 7. Tristitia 14. Præsumptio. 13. Verecundia. 7. Virtus, 59 Visio 5.

41 Spes & fides, de subiectis humanæ potestati, non sunt virtutes: sed de iis quæ sunt supra facultatem naturæ humanæ, excedũt omnem virtutem, homini proportionatam 12ᵉ. q. 2 3. 2ᵐ.

42 Spes directe respicit proprium bonum, non autem alienum, quia significat motum. Motus autem semper est ad proprium terminum proportionatum mobili: sed amor est directe ad alium, quia est vnio amantis ad amatum, & vnio est distinctorum. 22ᵉ. q. 17. 3. c.

43 Spes propriè, est tãtum de bono, nisi forte abusiue, timor autem est tantum de malo. 12ᵉ. q. 23. 2 c fi & q 40. & 4. 1ᵐ. & q. 42. 5. 1ᵐ. & q. 67. 4. 2ᵐ & 22ᵉ. q. 21. 3. 1ᵐ. 3. d 26. q. 1. 1. c.

44 Spei contrariatur desperatio, secũdum accessum & recessum à bono, timor autem secundum contrarietatem boni & mali. 12ᵉ. q. 40 4. o. & q. 45 1. 2ᵐ. & 22ᵉ q 12. 6ᵐ. & q. 129 6. 2ᵐ. & 3. d. 2. q. 1. 3. 3ᵐ.

45 Spes est tantum de futuro, sed gaudium est de præsenti. 12ᵉ. q. 40. 1. c. & 3 d. 26. q. 1. 3. c

46 Spes est tantum de arduo, sed desiderium & concupiscentia de bono absolute. 12ᵉ. q 25. 1. c. fi. & q. 40. 1. o. & 3. d. 26. q. 1. 3. c.

47 Spes est tantum de possibili, desperatio autem de impossibili. 12ᵉ. q. 23. 2 c. fi & q. 40. 1. c. & 3ᵐ. & 4. o. 3. d. 26. q. 1. 1. c.

48 Spes virtus est circa arduum diuinum, non autem magnanimitas, sed circa humanum. 22ᵉ. q. 1 5. 4ᵐ. & 3 d. 26. q. 2 2. 4ᵐ.

49 Spes respicit arduum assequendum auxilio alterius, sed magnanimitas vt aliquid suæ potestatis, scilicet operationem magnorũ. 22ᵉ q 17. 4ᵐ.

50 Expectatio spei, dicit respectum ad auxilium Dei, siue sperati differatur siue non, non autem dicit dilationem, sicut expectatio longanimitatis. 22ᵉ. q. 17. 3ᵐ.

51 Spes est de principaliori bono, quàm concupiscentia, & delectatio tactus, quę sunt vehementiores & naturaliores. 22ᵉ q 141. 7. 3ᵐ.

52 Spes & desperatio, præsupponit desiderium. 12ᵉ. q 40. 1. c. & 4. 3ᵐ. & 7. c. & q. 4. 2 3ᵐ.

53 Spes est media inter præsumptionem & desperationem 12ᵉ. q. 64. 4. 3ᵐ. & 22ᵉ q 17 5 2ᵐ.

54 Amor non habiti, præsupponit spem, & spes desiderium: ideo spes est media inter vtrumque 12ᵉ q. 40. 1 c. & 3. d 26. q. 1. art. 3 q 2. o.

55 Spes est prima passio irascibilis, secunda desperatio: tertia timor, quarta audacia, quinta, & vltima, ira. 12ᵉ. q. 23. q. c. & q. 25. 3. o.

56 Spes est nobilior virtutibus moralibus, quo ad obiectum, scilicet Deum, non autem quo ad modum, sed econuerso. 12ᵉ. q. 67. 4 1ᵐ. & 3 d 33. q. 4. 1ᵐ.

57 Sicut se habet spes ad magnanimitatem, sic & timor ad fortitudinem. 22ᵉ. q. 127. 7. c & 3 d 26. q. 2. 2. 4ᵐ.

Fides absoluteest prior spe. 12ᵉ q 62 4 c. & 22 q. 4 7 c 2ᵐ. & q. 1 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

8.2ᵐ.& 7.0.&3.d.23.q.2.§ 0.

59 Spes est prior fide,non in esse,sed in proposito ideo spes dicitur introducere ad fidem.22ᶠ.q.4.7.2ᵐ.& 3.d.23.q.2.§.3ᵐ.

60 Spes & timor ducunt ad charitatem,per modum cuiusdam dispositionis.22ᶠ.q.24.3.c.3ᵐ.

61 Spes est prior charitate,via generationis, sed ordine perfectionis, est econtrario. 12ᶠ. q. 62.4.0.& q.85.5.2ᵐ.& 22ᶠ.q.17.8.0.& 3.d.26. q.2.art.3.q.2.0.

SPINA, & Spinæ & tribuli, producti sunt simul cum aliis plantis,sed non fuissent nociui ante peccatum. 1ª.q.69.2. 2ᵐ. & 22.q. 164.2.c.1ᵐ.

1 SPIRATIO actiua est eadem numero in patre & filio.1ª. q. 36.3. 1ᵐ.& 2ᵐ.& 4.1ᵐ.

2 Pater & filius,sunt duo spirantes,sed vnus spirator.1ª.q.36.4.7ᵐ.

1 SPIRITVALIS substantia dicitur esse in loco dupliciter, scilicet vel per applicationem virtutis limitatæ, vt angelus, vel non limitatæ,vt Deus.1ª.q.52.1.c.princip.

2 In substantiis incorporeis non est totalitas quantitatis.nec per se, nec per accidens, nec totalitas secundum perfectam rationem essentiæ.1ª.q.8.2.3ᵐ.

1 SPIRITVS, & Nomen spiritus, videtur esse sumptum à respiratione animalium.1ª.q.36.1.c.

2 Spiritus dicitur sextupliciter,scilicet aër vel ventus,corpora beatorum,animæ beatorum,virtus imaginatiua, mens,& Deus.1ª.q. 41.3.4ᵗᵒ.

3 Spiritus vt nominat subtilitatem naturæ, est commune tribus personis:sed dupliciter conuenit tantũ spiritui sancto:* primo quidem ex ipsa communitate eius quod dicitur spiritus sanctus: secundo vero ex propria significatione: nam nomen spiritus in rebus corporeis,impulsionem,& motionẽ significare videtur,flatum enim & ventum,spiritum vocamus. Est autem proprium amoris quod moueat,& impellat voluntatem amantis,in amato. Sanctitas autem,illis rebus attribuitur quę in Deum ordinãtur: quia igitur persona diuina, procedit per modum amoris, quo Deus amatur:ideo conuenienter spiritus sanctus,amor & persona huiusmodi nominatur.1ª.q.36.1.o.

* Spiritus sanctus,in viduarum dictionum, est commune toti trinitati:sed in vi vnius dictionis, est proprium nomen tertiæ personæ ex vsu ecclesiæ,duplici ratione, scilicet ex ipsa cõmunitate eius quod dicitur spiritus sanctus,& ex propria significatione spiritus & amoris.1ª.q.36.1.o.& 22ᶠ.q.14.2.c.

5 Et ponitur pro relatiuo,non ex nomine,sed ex vsu ecclesiæ, nisi vt spiritus.1ª.q.36.1.2ᵐ.

6 Spiritum sanctum esse,& non esse creaturam,sed Deum, probatur multipliciter.1ª.q.27.1.c.& q.41.3.c.4ᵐ.

7 Spiritus sanctus subito aduenit mentibus hominum.12ᶠ. quæst.113. 7.b.

8 Spiritus domini, in scriptura, non nisi pro spiritu sancto consueuit poni,quia aquis superferri dicitur,nõ quidem corporaliter, sed sicut voluntas artificis superfertur materiæ,quam vult formare. 1ª.q 64.3.3ᵐ.& 4ᵐ.& q.66.1.5ᵐ.& q.74.3. 4ᵐ.

9 *Pater & filius, sunt vnum principium spiritus sancti, vnitate notionis communis.1ª.q.36.2.c.& q.36.4.o.

10 Græci communiter dicunt,spiritum sanctum esse imaginem patris & filij,non autem Latini.1ª.q.35.2.c. 1ᵐ.

11 Auferens sponsam propriam per vim,excusatur à crimine raptus, licet peccet,violentiam inferendo.22ᶠ.q.154 7.4ᵐ.

STARE significat positionẽ naturalem hominis cum immobilitatei 22ᶠ.q.183.1.o.

1 STATVS proprie pertinet ad libertatem vel seruitutem in temporalibus vel spiritualibus,quia significat immobilitatem, & obligationem personæ hominis. 22ᶠ. q. 183.1.o.& 4.c.& q.184.4.c.& q.186.6.c.

2 Officium dicitur respectu actus,gradus autem secundum ordinem superioritatis,status vero requirit immobilitatem, in conditione personæ.22.q.183.1.3ᵐ.& 3.o.

3 Diuersitas statuum & officiorũ,est in ecclesia: quia pertinet ad perfectionem eius, ad necessitatem operum eius, ad dignitatem & pulchritudinem eius.22ᶠ. q.183.2.3.o.

4 Status naturæ humanæ duplex, scilicit naturæ integræ, & naturæ corruptæ.1ª. q.94.2.c.& 12ᶠ.q.14.2.c.& q.109.2.8.c.

5 Status hominum triplex,scilicet veteris legis,nouæ legis,& patriæ. 12ᶠ.q.101 1.c.& q.103,3.c.& q.106.4.1ᵐ.& 3ª.q.55.2.c.fi.

6 Status hominis,quadruplex,scilicet à principio vsque ad septimum annum, secundus à septimo anno vsque ad quartumdecimum, tertius à quartodecimo anno vsque ad vigesimũ primũ, & quartus deinceps.In primo statu nulli contractui homo aptus est: in secundo alicui de futuro,nõ perpetuo : in tertio alicui etiam perpetuo, quo ad propriam personam ,sed in quarto alicui quo ad omnia,etiam exteriora.22ᶠ.4.24.9.c.

7 Status naturæ humanæ secundum corpus triplex,scilicet corporalis,animalis,& spiritualis. Et datus secundum animam quadruplex:scilicet ante peccatum,post peccatum,ante gratiã,sub gratia & in gloria.1ª q.53.c.2 fi.

8 Status animæ distinguitur dupliciter,scilicet secundum diuersum modum essendi secundum naturam,scilicet animæ separatæ,& coniunctæ:& secundum integritatem naturæ & corruptionem. 1ª.q.94.2.c.

9 Status vitæ spiritualis triplex,scilicet incipientium,proficientium, & profectorum.22ᶠ q.24.9.o.& q.183.4.c.

10 Status post hanc vitam duplex,scilicet ante resurrectionẽ vniuersalem,& post.12ᶠ.q.67.1.3ᵐ.

11 In statu gloriæ,nihil erit figurale,ad cultum Dei pertinens, sed solũm gratiarum actio,& vox laudis.12ᶠ.q.101.2.c.& q. 103. 3.c.& 22ᶠ.q.13.4.c.

12 Status mundi potest variari dupliciter,scilicet secundum diuersitatem legis,& secundum diuersos gradus perfectionis, sub eadem lege.12. q.106.4.c.

13 Christus secundum aliquid fuit in triplici statu,s.innocentiæ, peccati,& gloriæ.3ª.q 13.3.2ᵐ.

1 STATVTVM negatiuum de non fienda re spirituali, nisi dentur tot,est illicitum & simoniacum. Vnde illicita esset ordinatio,si in aliqua ecclesia statueretur, quod non fieret processio in funere alicuius,nisi solueret certam pecuniæ quantitatẽ.Non autẽ statutum affirmatiuum,scilicet quod res spiritualis fiat, si tot dentur:quia primo modo tale statutũ,præcluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi ,non autem secundo modo:quia per hoc non præcluderetur via illud aliis exhibendi. Et prima ordinatio habet speciem exactionis, secunda autem habet speciem gratuitæ recompensationis.22ᶠ q.100 3.2.

2 Si aliquid de se repugnantiam habet,ad ius naturale,non potest voluntate humana fieri iustum, puta si statuatur quod liceat futari,vel adulterium committere.22ᶠ.q.57.2.2ᵐ.

1 STELLAE secundum Ptolomæum,mouentur in suis sphæris,nõ autem secundum Aristotelem.1ª.q 70.13ᵐ.

2 Stella apparẽs magis in nativitate Christi,nõ fuit de cælis,sed fuit spiritus sanctus,vel angelus in illa specie, vel probabilius de nouo creata:nõ in cælo,sed in aëre vicino terræ, quintuplici ratione,scilicet tum quia nulla alia stella,hac via incedit. Hæc enim stella ferebatur à septẽtrione in meridiem. Ita enim iacet Iudæa ad Persidem , vnde magi venerunt. Tum apparet hoc ex tempore. Non enim solum apparebat in nocte, sed etiam in meridie. Quod non est virtutis stellæ, sed nec etiã lunæ. Tum quia quandoque apparebat ,& quandoque occultabatur. Tum quia non habebat continuũ motum,sed cum opportebat ire magos,ibat: Quando autem opportebat stare,stabat. Tum quia sursum manens partum virginis demonstrabat, & deorsum descendẽs, hoc faciebat.3ª.q.36.7.o.

STIPENDIA principum,sunt redditus eorum.22ᶠ.q.62.7.c.

STRVTIO significat militantes Deo , & negociis secularibus se implicantes.22ᶠ.q.102.6.1ᵐ.co.2.fi.

1 STVDIOSITATIS nomen,deriuatur ad omnes virtutes inquãtum cognitio prudentiæ ad eas pertinet.22ᶠ.q.166. 2.1ᵐ.

2 Studiositas est virtus,cuius principalis materia est cognitio,secundario autem alia.22ᶠ.q.166 2.c.& q.167.2.o.

3 Et est virtus moralis,quia principaliter refrenat, & moderatur appetitum cognoscendi.Sed per accidens impellit contra laborem studij.22ᶠ.q. 66.2.o.& q.167.1.c.

4 Studiositas non est directè circa cognitionem,sed circa appetitum cognitionis acquirendæ.22ᶠ q.166.1.c.2ᵐ.& q 167.1.c.

5 Studiositas opponitur curiositati. 22ᶠ. q.170.1.c. & q. 167.princip.& q.166.princ.

1 STVDIVM importat vehementem aplicationem mentis ad aliquid,& principaliter ad cognitionẽ, secundario autem ad eam quibus homo per cognitionem dirigitur.22ᶠ.q.166.1.c.

2 Studium sapientiæ,summè commendatur.22ᶠ.q.88.1.c.

3 Circa studium contingit per accidens quadruplicitèr curiositas,superbia,& alia vitia:licet omne studium secundum se sit bonum, scilicet vno modo,inquantũ per studium minus vtile retrahitur aliqui à studio quod eis ex necessitate incumbit. Alio modo inquantum studet aliquis addiscere ab eo à quo non licet. Tertio quando homo appetit cognoscere veritatem circa creaturas non referẽdo ad debitum finẽ,scilicet ad cognitionẽ Dei. Quarto modo inquantũ aliquis studet ad cognoscendam veritatem, supra proprij ingenij facultatem, quia per hoc homines de facili in errores labuntur.22ᶠ.q.167.1 c.

4 Studium & curiositas dicuntur pertinere ad carnem vel ad auaritiam, ratione cognitionis eorum ad quæ illæ inclinant. 22ᶠ. q. 166.1.2ᵐ.& 3ᵐ.

1 STVLTIA dicitur à stupore, quia stultus est qui propter stuporẽ non mouetur.22ᶠ.q.46.1.2.c.

2 Stultus præcipuè videtur, qui deficit in summa iudicij, scilicet secundum altissimam causam,non autem si deficiat circa aliquid modicum.12ᶠ.q.46.1.1ᵐ.& 2.c.

Stultitia

3 Stultitia importat hebetudinem sensus spiritualis:sanitas autem totalem priuationem eius.Ideo prima opponitur contrariæ sapiẽtiæ,secunda vero priuatiuæ.22ᶠ.q.86.1ᵐ.& q.46.1.o.

4 Stultitia duplex,sicut sapientia duplex, scilicet mundi,& Dei.Prima sapientia decipit,non autem secunda.22ᶠ.q.46.1.2ᵐ. & 3ᵐ. & q. 113.1.1ᵐ.

5 Non moueri iniuriis eo quod æterna non sapiant, pertinet ad stultitiam mundi.Si vero ex stupore,pertinet ad stultitiam simpliciter.22ᶠ.q.46 1.4ᵐ.

6 Stultitia ex immersione sensus in terrenis.est peccatum, non autẽ si ex defectu naturæ,vt in amentibus.22ᶠ.q.46.2.o.& 3.c

7 Stultitia opponitur præceptis de contemplatione veritatis.22ᶠ. q. 46.2.3ᵐ.

8 Stultitia est filia luxuriæ,continens odium Dei, & desperationẽ futuri seculi,quia fastidiunt Deum,& dona eius.22ᶠ.q.46.5.o.

9 Stultitia ex impedimento corporali,causatur ex ira,ex luxuria vero, inquantum est ex immersione sensus in terrenis.22ᶠ.q.46.c.3.3ᵐ.

10 Hebetudo,stultitia,ignorantia,& præcipitatio differunt, quia prima opponitur intellectui,secunda sapientiæ, tertia scientiæ, & quarta consilio.22ᶠ.q.8.6.1ᵐ.

STVLTILOQVIVM significat peruersam sententiam verborum per quę quis præfert delectationes luxuriæ aliis bonis.22ᶠ.q.153. 5.4ᵐ.

1 STVPOR causatur ex insolita imaginatione.12ᶠ.q 41.4.c.fi.

2 Admiratio est principium philosophandi,sed stupor est impedimẽtum philosophicę considerationis,quo timetur iudicare in præsenti,& inquirere in futuro.12ᶠ.q.41.4.c. fi.& 5ᵐ.

1 STVPRVM est illicita virginis defloratio,sub cura parẽtum.22ᶠ. q.154.1.c.& 6.o.

2 Stuprum sit deformius,ex duplici iniuria sibi annexa.s. virginis feductæ,vel vi oppressæ,& patris.Et secundum legem reus tenetur satisfacere vtrique.22ᶠ.q.154.6.3ᵐ.

3 *Filia sacerdotis etiam non nupta,deprehensa in stupro,lapidabatur in veteri testamento,in aliis autẽ tantum nuptę.3ª.q.29 1.4ᵐ.

1 SVBIECTIO. & Quælibet res perficitur, per subiectionem ad suum superius.12ᶠ.q.92.1.c.& 22ᶠ.q.81.7.c.

2 Mouens necessario causat motum in mobili,totaliter ei subiecto, non autem in aliis.1ª.q.82.2.2ᵐ.& 22ᶠ.q.83.1.c.

3 Subiectio mulieris ad virum,inducta est in pœnã mulieris,propter peccatum. Vel nõ est per modum seruitutis , sed gubernationis. 22ᶠ.q 164.2.c 1ᵐ.

4 Omnia sunt nunc subiecta Deo & Christo, secundum potestatem, sed post iudicium,per finalem implectionem voluntatis eius. 3ª. q.20.1.3.& q.59.4.2ᵐ.

5 Prima subiectio hominis ad Deum,est per fidem.22ᶠ.q.16.1.c.

6 Homo dicitur esse Dei dupliciter,scilicet per subiectionem potestati eius,& per vnionem charitatis. Secundum desiit per peccatũ, non autem primum,nec alio modo,3ª. q.48 4.1ᵐ.

7 Subiectio Christi & cuiuslibet alterius hominis ad Deum triplex,s. secundum gradum bonitatis,potestatem,& obedientiam. 3ª. q. 20.1.

8 Christus fuit subiectus sibiipsi,secundum naturam humanam, non autem secundum naturam diuinam,nec secundum aliam personam.3ª.q 20.2.o.

9 Omnia quę ponunt subiectionem, vel minorationem Christi, intelliguntur secundum naturam assumptam,vel ad cõmendationem principij in parte,1ª.q.42 4.1ᵐ.& q.43.7.1ᵐ.

1 SVBIECTVM duplex, scilicet subiectum inhæsionis,& subiectũ scibile,1ª q 117.1.c.

2 Subiectum est causa effectiua propriæ passionis , quia propriũ fluit à subiecto.1ª.q.77.6.3ᵐ.

SVBITATIO & Comparatio motus irascibilis,& concupiscibilis quantum ad subitationem.22ᶠ.q.156.4.c.

SVBSANNATIO & irrisio ,conueniunt in fine. Sed differunt in modo : quia prima fit naso rugato , secunda vero fit ore,id est,in verbo & cachinnis.22ᶠ.q.75.1.2ᵐ.

1 SVBSISTENTIA dicitur, cuius actus est subsistere,id est, per se existere.1ª.q.29.2 c.

2 Omne subsistens est tantum vnum numero.1ª.q.41.6.c.& q. 44.1.c. & q.54.1.c & q.75.7.c.

3 Subsistens vt nominatur nomine intentionis, dicitur suppositum.Si autem nomine rei dicitur subsistentia,inquantum subsistit , sed dicitur res naturæ,inquantum naturæ communi supponitur:sed vt substat accidentibus, dicitur substantia vel hypostasis : & inquantum rationalis,dicitur persona.1ª. q.29.2.c.

4 Subsistere conuenit Deo, ratione eius ad quod significandum nomen imponitur,scilicet per se esse,non autem ratione eius à quo nomen imponitur,scilicet subesse, nisi secundum quod essentia subest ipsi esse secundum rationem.1ª.q.14.1.1ᵐ.& q. 29.3.3ᵐ.& q 39.1.3ᵐ.

5 Omne quod est in Deo, subsistit:& tamen ibi non sunt nisi tres subsistentes.1ª.q.30.1.2ᵐ.& 2.c & q.34.2.1ᵐ.

6 Sicut dicimus,in diuinis,tres personas,vel tres subsistẽtias,sic Græci dicunt tres hypostases,non autem tres substantias,propter errorem.1ª.q.29.2.3ᵐ.& q.30.1.c.1ᵐ.

1 SVBSTANTIA dicitur dupliciter.s.essentia seu quidditas,& suppositum.1ª.q.29.2.c.& 3ª.q.26.3ᵐ.

2 Substantia,subsistentia,& essentia , distinguuntur secundum triplicem actum.s.substare,subsistere,& esse,quorum esse,est commune omni enti:sed substare & subsistere,est commune tantũ substantiæ.1ª q.29 2.c.

3 Substantia est res,habens quidditatem,cui debetur esse per se,& nõ in alio,scilicet subiecto.1ª.q.3 5.1ᵐ.& 3ª.q 77.1.2ᵐ.

4 Per se existere,non est diffinitio substãtiæ,quia per hoc non demõstratur quidditas eius,quæ non est suum esse.1ª.q.3.5.1ᵐ.

5 Nulla pars integralis,potest dici substãtia prima,vel hypostasis. 1ª. q.29.1.5ᵐ.

6 Omne quod est per se in prædicamento substantiæ:est compositum ex esse & essentia,non autem ex materia & forma.1ª.q.3.5.c.

1 SVCCESSIO est in succedentibus , sicut ordo in ordinatis.1ª. q. 75.4.1ᵐ.

2 Conuersio eucharistiæ,non ponit aliquem actum imperfectum,sed ponit successionem,cuius relatio secundum rem,est in pane,nõ autem in corpore Christi,nisi secundum rationem.3ª. quæst. 75. 4.1ᵐ.

3 In damnatis est pœnarum successio. Sed gloria sanctorum est sine successione.12ᶠ.q.67.4.2ᵐ.& 22ᶠ.q.18.2.2ᵐ.

SVFFICIENS per se duplex,s.nõ recipiens additionem boni, vt Deus,& continens omnia necessaria,vt beatitudo.1ª.q.26. 2.1ᵐ. & 12ᶠ.q.3 2.2ᵐ.& 3.2ᵐ.& q.4.7. 2ᵐ.

SVFFRAGIA peccatoris prosunt mortuis, ex opere operato in persona eius,sed etiam ex opere operante in persona ecclesiæ, vel ex opere operantis,licet magis prosunt suffragia bonorum, 3ª.q.82.6.c.

1 *SVMMVM malum non datur. 1ª. q.49.3.o & q.103.7.1ᵐ & 22ᶠ.q. 17.1.6.c.

2 Summum & infimum in vita humana,potest accipi dupliciter,scilicet per comparationem status ad statum , tam in spirituali vita quam in sæculari,vel per comparationẽ graduum , qui sunt perfectio vnius huius.22ᶠ.q.189 1.2ᵐ.

SVPER,significat tria,scilicet directum situm,iuxta,& post.12ᶠ. q.89 2.1ᵐ.

1 SVPERBIA dicitur dupliciter.s. vt supergreditur regulam rationis, & quilibet excessus: prima semper est mala:secunda vero, quandoque est bona.22ᶠ.q 162.1.1ᵐ.

2 Superbia dicitur tripliciter.s.inclinabilitas ad superbiendum,ex flexibilitate naturæ,vel corruptione fomitis actualis : elatio cõtra præceptum,vel inordinatus appetitus excellentiæ in quacũque re:& tertio inordinatus appetitus excellẽtiæ,cui debetur honor, & reuerentia:prima est initium vel radix omnis peccati:secunda est generale peccatum:tertia vero, est peccatum speciale, & est vnum de septem capitalibus.12ᶠ.q.84.2.o.& 22ᶠ.q 162.2:8.o

3 Genus duplex superborum,scilicet efferentium se supra alios,& arrogantium sibi aliquid supra se.22ᶠ.q 33.5.c.

4 Superbia propriè,est inordinatus appetitus excellẽtiæ, cui debetur honor & reuerentia.Vel superbia propriè respicit defectum subiectionis hominis ad Deum,secundum s. quod aliquis se extollit supra id quod est sibi præfixum secundum diuinam regulam vel mensuram.12ᶠ.q 84.2.o.& 22ᶠ.q.77.5.c.& q.132.4.c.& q. 162.2. o.& 2 3.c & 4.5.6 c.

5 Superbia magis est in appetitu excellentiæ , quam in æstimatione. 22ᶠ.q 162.3.o.

6 Species superbiæ sunt quatuor,secũdum Gregorium.s. vel cum aliquis existimat bonum quod habet ab alio,ac si haberet à seipso efficienter,vel meritorie:vel cum aliquis attribuit sibi maius bonum quam habeat:vel prout excellẽtior aliquis redditur ex hoc quod bonum aliquod excellentius cæteris possidet,&sic aliis despectis,singulariter vult videri.22ᶠ.q.162.4.o.

7 Excusatio peccati pertinet ad tertiam speciem superbiæ , præsumptio vero ad quartam.22ᶠ.q.162.4.3ᵐ.

8 Gradus superbiæ sunt duodecim secundum Bernardum , oppositi duodecim gradibus humilitatis.scilicet curiositas per quam aliquis curiose,vbique & inordinate circũspicit:leuitas mentis,per quã.s.homo superbe se habet in verbo inepta lætitia qua homo est facilis & promptus in risu:iactantia non tacens vsque ad interrogationem , singularis per quã scilicet aliquis sanctior aliis vult apparere,arrogantia per quam.s.homo se aliis præfert,præsumptio per quã aliquis reputat se sufficientẽ ad maiora, defensio peccatorum,simulata confessio,per quam scilicet aliquis nõ vult subire pœnam pro peccatis quæ simulate confitetur : rebellio despiciens obedire:libertas per quam. s. homo delectatur libere facere quod vult:peccandi consuetudo , quæ implicat Dei contemptum 22ᶠ.q. 62.4 & 4ᵐ.

9 Superbia propriè,semper est peccatum.22ᶠ.q.162.7.o.

10 Superbia secundum se, est speciale peccatum ratione specialis obiecti: sed est peccatum generale, secundū redundantiam duplicē. f. finis, & contemptus legis. 22ᵉ. q. 162. 7. o. 5. 1ᵐ. & 8. c.
11 Superbia secundū genus suum, est peccatum mortale, præter actus eius imperfectos, id est sine consensu deliberato. 22ᵉ. q. 162. 5. o.
12 Superbia est grauissimum omnium peccatorum, ex parte auersionis, non autem ex parte conuersionis. 22ᵉ. q. 162. 6. o. & 7. 4ᵐ.
13 Superbia est initium omnis peccati, ex parte auersionis, concupiscentia vero ex parte conuersionis. 12ᵉ. q 84 2 c. 4. 4ᵐ.
14 Superbia est initium omnis peccati, non actu, sed aptitudine. 22ᵉ. q. 162. 2. o. & 5. 1ᵐ.
15* Superbia & auaritia inquantum sunt specialia peccata, sunt radices omnium peccatorum. 12ᵉ. q. 84. 1. c. 2ᵐ & 2. c. & 22ᵉ. q 117. 2. 1ᵐ
16 Superbia est primum omnium peccatorum, & principium eorum. 22ᵉ. q. 162. 7. o.
17 Superbia est regina omnium vitiorum. 12ᵉ. q 84. 4. 4ᵐ. & 22ᵉ. q. 132. 4. c. 1ᵐ. & q 153 4. 2ᵐ. q. 162. 8. c.
18 Superbia inordinate appetit excellentiā, sed inanis gloria manifestationem eius: ideo non sunt idem, sed prima causat secundam. 22ᵉ. 132. 4. c & q. 162. 8. 2ᵐ.
19 Superbus anhelat ad superabundantiam fortitudinis: ideo vult videri audax. 22ᵉ q. 162. 7. 5ᵐ.
20 Superbia opponitur magnanimitati secundum excessum, inquantum tendit ad magna inordinatè: sed directus opponitur humilitati, inquantum subiectionem aspernatur. 22ᵉ. q. 162. 1. 3ᵐ. & 5. c.
21 Superbia corrumpit solam humilitatem, per directam contrarietatem, cæteras autem virtutes corrumpit per abusum. 1ª. q. 64. 2, 5ᵐ. fi. & 22ᵉ. q. 22. 2, 3ᵐ.
22 Superbia semper contrariatur dilectioni Dei, & aliquādo dilectioni proximi. 22ᵉ. q. 162. 5. 2ᵐ.
23 Superbia est subiectiue in irascibili, non solum sensitiua, sed etiam in voluntate. 22ᵉ. q. 162. 3. o.
24 Homo superbiuit de scientia & potentia: ideo cōuictus est de ignorantia per idolatriam, & de impotentia, per transgressionem legis. 12ᵉ. q. 89. 2. 3ᵐ. & 6. c.
25 Superbia oritur ex virtutibus per accidens tantum, i. occasionaliter. 22ᵉ. q. 192. 5, 3ᵐ.
26 Superbia directè impedit cognitionem practicam, non autem speculatiuam, nisi indirectè. 22ᵉ. q. 162. 3. 1ᵐ.
27 Extollentia oculorum, est signum superbiæ, excludendo reuerentiam, & timorem 22ᵉ. q. 161. 2. 1ᵐ.
28 Deus permittit ruere in luxuriam, vt liberet à superbia. 12ᵉ. q. 79. 4. c. & q. 87. 2. 1ᵐ. & q. 98. 2. 3ᵐ. & 22ᵉ. q. 162. 6. 3ᵐ.
29 Remedium triplex contra superbiam, scilicet cōsideratio propriæ infirmitatis, magnitudinis Dei, & imperfectionis propriorum bonorum. 22ᵉ. q. 162. 6. 1ᵐ.
*Superficies est proprium, & per subiectum colorum. 12ᵉ. q. 36. 1. 3ᵐ. & 3ª. q. 74. 2. c.
Syperivs habet similitudinem cum inferiori, vt sol cum igne & in Deo est similitudo omnium rerum, & secundum accidēs, potest esse aliquid simile subſtantiæ, similitudine quæ est inter causatū & causam. 1ª. q. 57. 2. 2ᵐ.
1 Syperstitio est quædam protestatio infidelitatis. 22ᵉ. q. 94. 1. 1ᵐ. & q. 97. 4 c. & q. 100. 1. 1ᵐ.
2 Superstitio est vitium, religioni oppositum secūdum excessum. 22ᵉ. q 92. 1. o. & q. 94. 1. c. & q. 95 1. c. & q. 122. 3. c. & q. 138. 2. b.
3 Species eius sunt quatuor. f. cultus Dei inordinatus, idololatria, diuinatio, & obseruatio vana. 22ᵉ. q. 92. 2. o. & q. 94. 1. o.
4 Ad superstitionem pertinet omnis idololatria, & omnis acceptio auxilij dæmonum ad aliquid faciendum vel cognoscendū. 22ᵉ. q. 95. 2. c.
5 Quicquid procedit ex societate dæmonum cum hominibus, superstitiosum est. 22ᵉ. q. 95. 2. b.
6 Omnis superstitio oritur ex aliquo pacto cum dæmonibus inito, expresso, vel tacito: ideo prohibetur primo præcepto. 22ᵉ. q. 122. 2. 3ᵐ. & 3. 4. c.
Svppositio ponitur aliquando in prædicato, tam confusa, quam determinata. 1ª. q. 36. 4. 4ᵐ.
1 *Svppositvm. & In compositis differunt suppositum & natura. 1ª. q. 3. 3. c & q. 29. 2. 3ᵐ. & 3ª. q. 16. 5 1ᵐ.
2 In diuinis suppositum dicitur, quasi sub alio positum, non quidem secundum rem, sed secundum modum significandi, quia ibi est res subsistens. 1ª. q. 39. 1. 3ᵐ.
3 In Deo suppositum & natura, sunt idem re, & differunt secundū modum significandi. 1ª. q. 3. 3. o. & 3ª. q. 2. 2. c.
4 Persona filij Dei, est suppositum naturæ humanæ. 3ª. q. 16. 1, 2. 3. c.
1 Svspicio vitium importat, quæ quanto plus procedit, est magis vitiosa. 22ᵉ q. 60. 3 c.
2 Suspicio est opinio mali, ex leuibus signis. 22ᵉ. q. 60. 3. 4. c.
3 Gradus suspicionis triplex, f. leuis dubitatio, certa æstimatio, & cōdemnatio iudicialis: prima est peccatum veniale, secunda est peccatum mortale, si est de graui, tertia est peccatum mortale, pertinens ad iniustitiam. 22ᵉ. q. 60. 3. o.
4 Suspicio contingit tripliciter. f. ex propria malitia, ex odio & ex experientia. 22ᵉ. q. 60 3. 4. c.
Systinere est difficilius tripliciter, quàm aggredi: & importat passionem corporis, & actionem animæ 22ᵉ. q. 123. 6. 1ᵐ. & 2ᵐ.
1 Svsvrratio est ad separationem amicitiæ, detractio vero, ad denigrationē famæ: ideo differunt fine, sed cōueniunt in materia & forma. f. in occulta maledictione. 22ᵉ. quæst. 74 1. o. & q 75, 1. c.
2 Susurratio est grauius peccatum detractione, & contumelia, quia amicitia est melior quolibet alio modo exteriori. 22ᵉ. q. 74. 2. o.
3 Suum dicitur alicuius, quod ad ipsum ordinatur. 1ª. q 21. 1. 3ᵐ.
4 Suum vniuscuiusque dicitur, quod, ei secundū proportionis æqualitatem debetur. 22ᵉ. q. 58. 11. c.

T

Tabernaculvm Dei, significat ecclesiam militantem, sed domus vel templum Dei significat ecclesiam triumphantem. 12ᵉ. q 102. 4. 2ᵐ.
2 Ratio tabernaculi in veteri lege, & distinctio partiū eius: & templi, declaratur. 12ᵉ. q. 102. 4. o.
3 Totus status prioris tabernaculi, ordinabatur ad figurandum mortem Christi. 12ᵉ. q. 102. 4 5ᵐ.
1 Tabvla secunda post naufragium peccatorum, est pœnitentia & verecundia 3ª. q. 84. 6. o.
Tacere dicendum, & loqui tacendum, est peccatum. 12ᵉ. q. 73. 1, 3ᵐ.
1 Tactvs est sensus alimenti, gustus autem est discretiuus saporum. 22ᵉ. q. 141 5 1ᵐ.
2 Tactus vt est in aliis mēbris quàm in lingua, distinguitur à gustu, & secundum diuersam rationem immutationis. 1ª. q. 78. 3. 3ᵐ.
3 Tactus est vnus genere, & est plures specie, secundum plures cōtrarietates, vel omnes huiusmodi conueniuntin vno genere proximo, sed innominato. 1ª. q 78. 3. 3ᵐ.
4 Tactus est fundamentum omnis sensus, & est per totum corpus, sicut & organum eius: & eo dicitur aliquid sensitiuum 1ª. q. 76. 5. c. & q. 91. 1, 3ᵐ. & 3. 1ᵐ.
5 Subtilitas tactus, sequitur æqualitatem complexionis: ideo quanto quis est melioris tactus, tāto melioris est intellectus. 1ª. q. 76. 5. c.
6 Organum & medium tactus, non possunt denudari suo obiecto, sicut in aliis sensibus, quia qualitates tangibiles, sunt differentiæ corporis, in quantum corpus. 1ª. q. 91. 1. 3ᵐ.
7 Proles in ventre matris, antequam habeat animam rationalē, sentit per tactum. 3ª, q. 34. 2. 3ᵐ.
8 Tactus duplex. f. quantitatis, & virtutis. 1ª. q. 75. 3ᵐ. & q. 105. 2. 1ᵐ.
Tantvm. & Hoc aduebium tantum, cum sit exclusiuum, potest poni ex parte subiecti, & ex parte prædicati, possumus enim dicere: tantum Socrates currit. i. nullus alius currit: & Socrates currit tantum. i. nihil aliud facit. 1ª. q. 31 3. 2ᵐ.
Tarditas superflua minus opponitur rectitudini consilij, quam præcipitatio, quia oportet consiliari tarde. 22ᵉ. q. 53. 3. 3ᵐ.
1 Temeritas. & Temere fieri dicuntur, quæ ratione non reguntur, vel propter impetum voluntatis, vel passionis, vel ex contemptu, & hoc proprie est temeritas, quæ causatur ex superbia: ideo cōtinetur sub præcipitatione, quæ respicit vtrunque, sed magis primum. 22ᵉ. q. 53. 3. 2ᵐ.
2 Temeritas siue præcipitatio, est defectus consilij, & species imprudentiæ. 22ᵉ. q. 53. 2. 5 c. fi.
3 Defectus docilitatis, vel memoriæ, vel rationis, pertinet ad temeritatem, seu præcipitationem. 22ᵉ. q. 53 c. fi.
Temperantia est virtus, & est virtus specialis si sumatur antonomatice, vt refrenat à maxime allicientibus: sed est virtus generalis communiter. 22ᵉ. quæst. 141. 1. 2. o. & 4. 1ᵐ. & quæst. 186. 1. c.
2 Temperantia est virtus card inalis. 12ᵉ. q. 61. 1. o. & q. 66. 1. 4 c. & 22. q. 141 7. o.
3 Temperantia & omnes partes eius, denominātur à defectu, in quo consistit laus earum, sicut fortitudo & omnes partes eius & laus earum consistit in excessu. 22ᵉ. q. 146. 1. 3ᵐ.
4 Laus eius magis est in vincendo delectationes, quàm in perfistēdo contra impetus earum. 22ᵉ. q. 138. 1. 3ᵐ.
5 Temperantia mensurā accipit ex cōseruatione salutis corporalis, & multo magis ex conseruatione salutis spiritualis. 22ᵉ. q. 141. 6. 3ᵐ.
6 Necessitas huius vitæ, est regula temperantiæ. f. vt rebus vtamur, ad necessitatem vitæ præsentis. 12ᵉ. q 63. 4. c. & 22ᵉ. q. 141. 6 o & q. 142. 1. c.
7 Modus temperantiæ & omnium partium eius, est in retrahendo à delectationibus corporis. 22ᵉ. q. 141. 2, 3. c. & q. 161. 1. 4. c.
8 Partes eius integrales, sunt verecundia, & honestas: partes vero subiectiuæ sunt abstinētia, sobrietas, castitas, & pudicitia: partes autē potentiales seu adiunctæ, sunt continentia, humilitas, māsuetudo seu clemētia, modestia, bona ordinatio, ornatus, austeritas, parcitas, seu per se sufficientia, & moderatio seu simplicitas, 22ᵉ. q.

22ᵉ. q. 143. o, & q. 145. 4. o. & q. 146. 1, 3ᵐ. & q. 517. 3. o & q. 160. 1. o. & q. 161. 4. o.
9 Verecundia non est pars temperātiæ, quasi intrans essentiam eius, sed quasi disponiuè se habens ad eam. 22ᵉ. q. 144. 4. 4ᵐ.
10 Verecundia principaliùs pertinet ad temperātiam, ratione motiui. f. turpis, & non rationetimoris, secundario vero ad alias virtutes. 22ᵉ. q. 144. 1, 2ᵐ & 4. 4ᵐ.
11 Studiositas est pars temperantiæ adiuncta, seu potentialis, & comprehenditur sub modestia. 12ᵉ. q. 166. 2. o.
12 Patientia non est pars temperantiæ, quia patientia firmat in bono contra tristitias illatas ab alio, hæc autem circa tristitias tactus, refrenando. 22ᵉ. q. 136. 4. 2ᵐ.
13 Obiectum temperantiæ, est bonum delectabilium in concupiscentiis tactus, secundum modum rationis, vel legis diuinæ. 12ᵉ. q. 163. 4. c.
14 Temperantia principaliter est circa concupiscentias, & delectationes: secundario autem circa tristitiam de absentia delectabiliū, 12ᵉ. q. 35. 6. 3ᵐ. & 22ᵉ. q. 21. 1. 1ᵐ. & q. 23 4. 2ᵐ. & q. 95. 3. 2ᵐ. & q. 141. 3. o. & q. 147. 2. 3ᵐ.
15 Temperantia directe modificat passiones concupiscibilis, quæ tendunt in bonum, & consequenter omnes alias. 22ᵉ. q 141. 3. 1ᵐ.
16 Temperātia mundiciam operatur, sed non habet rationem sanctitatis, nisi referatur in Deum. 22ᵉ. q. 81. 8. 2ᵐ.
17 Propria materia temperantiæ, sunt passiones, circa delectabilia tactus. 1ª. q. 59 4, 3ᵐ. & 12ᵉ. q. 61. 3. c. & 22ᵉ & q. 137. 1. c.
18 Temperantia principaliter est circa delectationes tactus, quo ad vsum, non autem quo ad iudicium. 22ᵉ. q. 151. 3. 1ᵐ.
19 Temperantia propriè est circa maximas delectationes. f. tactus. i. in cibo, potu, & venereis, secūdario autem circa delectationes aliorum sensuum. 12ᵉ. q. 60. 5. c & 22ᵉ. q. 141. 4 7 5. o. & 7. c. & q 143. c. & q. 149. 1. c. & q. 151. 3. o. & q. 153. 1 1ᵐ. & q. 155. 2. c. & q. 156. 2. c. & q. 160. 1. o. & q. 166. 1. c. & 2. c 2ᵐ.
20 Temperantia principaliter est circa delectationes tactus, secundo gustus: tertio olfactus, quarto aliorum sensuum. 22ᵉ. q 141. 5. o.
21 Temperantia est circa delectationes tactus moderando eas, non autem continentia, sed resistendo eis. 22ᵉ. q. 155. 3. 1ᵐ.
22 Temperantia est circa concupiscentias naturalium delectationū, non autem liberalitas, quia cōcupiscentia & delectatio pecunię, non est naturalis, sed animalis: ideo liberalitas non pertinet ad temperantiam. 22ᵉ. q. 117. 5. 2ᵐ.
23 Temperantiæ est refrenare delectationes sensibilis, non autē amicitiæ, id est, affabilitatis, sed causare delectationes rationis in cōuictu. 22ᵉ. q 114 2. 2ᵐ.
24 Integritas, tranquillitas animi, decor, & honestas, maximè conueniunt temperantiæ, inter cæteras virtutes. 22ᵉ. q. 141. 2. 1ᵐ. & 2ᵐ. & 3ᵐ. & 8. 1ᵐ. & q. 143. c. & q. 145. 4. o. & q. 152. 5. c. & q. 180. 2. 3ᵐ.
25 Temperantia est principaliorvirtus, mansuetudine & humilitate. 22ᵉ. q 141. 7. 2ᵐ. & 3ᵐ.
26 Temperantia & fortitudo, vt virtutes humanę, non sunt in angelis, sed tantum vt operantur moderate & firmiter. 1ª. q 58. 4. 3ᵐ.
27 Temperatiua est subiectiuè in concupiscibili. 1ª. q. 59. 4. 3ᵐ. & 12ᵉ. q. 61. 1. c. & q. 66. 1. c. & q. 85. 3. c. & 22ᵉ. q 58 2. 2ᵐ & 3. c.
1 Templvm vel altare, soli Deo dedicatur, licet nominetur in honore sanctorum. 22ᵉ. q. 85. 2. 3ᵐ.
2 Templum vel tabernaculum opportuit fieri, non quidem propter Deum, sed propter homines, vt excitaretur deuotio, & cognitio Dei. 12ᵉ. q. 102. 4. 1ᵐ.
3 Templum fuit ædificatum à Salomone, in loco ostenso Abrahæ. Non autem prius, ne gentes appropriarent illud sibi, vel destruerent: * tertia vero ratio, est ne quælibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua, & propter hoc orirentur inter eos lites & iurgia. 12ᵉ. q. 102. 4, 2ᵐ.
4 Gentiles cooperati sunt Iudæis, in constructione templi. Nō autem in constructione tabernaculi, quia primum significat statum legis nouæ, secundum vero, statum veteris legis. 12ᵉ. q. 102. 4. 2ᵐ.
5 Templum vel tabernaculum, erat tantum vnum, ad exclusionē idolatriæ & quia cultus corporalis, secundum se non erat Deo ac ceptus, sicut cultus spiritualis. Ideo multiplicantur ecclesiæ, & altaria nunc. 12ᵉ. q. 102. 4. 3ᵐ.
6 Sicut in vnitate templi vel tabernaculi, repræsentabatur vnitas Dei vel ecclesię, sic in distinctione eorum representabatur distinctio rerum sub Deo. 12ᵉ. q. 102. 4. 3ᵐ. & 4ᵐ.
7 Pars orientalis in templo, vel tabernaculo, significat mundum corporalem, vel vetus testamentum, Sed pars occidentalis, id est sancta sanctorum, significat subſtantias spirituales, vel patriam cælestem, vel statum hunc. 12ᵉ. q 102. 4. 4ᵐ. & 5ᵐ. & 6ᵐ.
1 Mala temporalia. infliguntur impiis in pœnam, nō autem iustis, sed in medicinam. 12ᵉ. q. 114. 10. 3ᵐ.
2 Fides non est de aliquo temporali, vt de obiecto, sed vt pertinet ad veritatem æternam. 22ᵉ. q 4. 6. 1ᵐ.
Tentare est sumere experimētum de aliquo, an sciat, vel possit, vel, velit. Quod contingit sextupliciter. f. verbis, factis, aperte, occulte, expresse, & interpretatiue. 1ª. q. 114. 2. o. & 22ᵉ. q. 97. 1. o.
2 Tentatio ad prouocādum ad culpam, semper est peccatum in tentante, non autem semper in tentato. 1ª. q. 48 5. 3ᵐ.
3 Quanto quis maiori tentationi succumbit, tanto minus peccat. 12ᵉ. q. 73. 5. c. & 6. 2ᵐ. & q. 77. 6. b. & 22ᵉ. q. 161. 6. 1ᵐ.
4 Occasio tentationis duplex. f. ex parte hominis. i. propinquate peccato, & ex parte diaboli. f. bonum opus. Prima debet vitari, non autem secunda, exemplo Christi. 3ª. q. 41. 2. 2ᵐ.
5 Tentatio per se non est appetenda, quia nō est vtilis, nec bona, nisi per accidens. f. per auxilium gratiæ Dei, sed est mala de se. 3ª. q. 41. 2. 2ᵐ.
6 Tentare Deum expresse, est petere aliquid ab eo, vel aliquid facere vt exploret eius sapientiam, pietatem, vel potestatem. Interpretatiue vero, est sine necessitate & vtilitate, committere se Deo in factis, vel in petitionibus 22ᵉ. q. 53. 4. 1ᵐ. & q. 97. 1. o. & 2. c fi. & 3ᵐ. & 3ª. q. 42. 4. 1ᵐ.
7 Tentare Deum, semper est peccatum, quia omnis tentatio procedit exignorantia, vel ex dubitatione. 1ª. q. 112. 2. c & 22ᵉ. q. 97. 2. o.
8 Tentatio Dei, & quælibet alia irreuerentia eius, opponitur religioni, & est species irreligiositatis. 22ᵉ. q. 97. 3. o.
9 Superstitio est grauius peccatum tentatione Dei, quia magis est contra reuerentiam Dei. 12ᵉ. q 97. 4. o.
10 Adam tentatus fuit à diabolo principaliter, sed à muliere instrumentaliter. Nec fuit pœna, quia sine difficultate poterat resistere. 22ᵉ. q. 165. 1, 3ᵐ. & 2. 1ᵐ.
11 Conueniens fuit, quod Deus permitteret hominē tentari à dæmone in statu innocentiæ, & iuuari faceret ab angelis bonis. 22ᵉ. q. 165. 1. o.
12 Ordo tentationis eius fuit conueniens 22ᵉ. q. 165. 2. o. & 3ª. q. 41. 4. c.
13 Christus voluit tentari, quadruplici ratione: scilicet vt nobis daret auxilium, cautelam, exemplum, & fiduciam. 3ª. q. 41. 1. o.
14 Modus & ordo tentationis Christi conueniens fuit. 3ª. q 41. 4. o.
15 Non omnis tentatio Christi, legitur facta in deserto, licet quidam hoc asserant, scilicet imaginarie. Alij dicunt Hierusalem dici desertum. 3ª. q. 41. 2. 3ᵐ.
16 Christus debuit tentari in deserto, quia diabolus magis tentat solitarios, & tendentes ad meliora. 3ª. q. 41. 1. o.
17 Christus voluit tentari post ieiunium, quia ieiunium est arma contra tentationes, & occasio, & ostendit infirmitatem humanam, scilicet famem. 3ª. q. 41. 3. o.
18 Christus fuit tentatus in quadraginta diebus ieiunij, præter illas tres tentationes, quas habuit post ieiunium. 3ª. q. 41. 3. 2.
19 Diabolus tentans ostendit Christo regna, signando digito, non autem oculus Christi aliquid repræsentando. 3ª. q. 41 4. 7ᵐ.
20 Christus agebat, vt tunc à nemine videretur, licet diabolus portās, crederet videri Christum ab omnibus. 3ª. q. 41. 4. 7ᵐ.
1 Tempvs non est numerus abstractus, sed est numerus. 1ª. q. 10. 6. c.
2 Motus est alteratio mobilis, secundum diuersa vbi, sed tempus est fluxus ipsius nūc, secūdū quod alternatur ratione. 1ª. q. 10. 4. 2ᵐ.
3 Tempus est in primo motu cæli, sicut in subiecto, & primo mensurato. 1ª. q. 10. 6. c.
4 Accidit tempori esse numerum motus firmamenti, inquantum est primus motus, quia si alius motus esset primus, esset numerus eius. 1ª. q. 66 4. 3ᵐ.
5 Tempus comparatur ad primum motum, vt mensura, & vt accidēs ad subiectum, ad alios autem motus, vt mensura tantum. 1ª. q. 10. 6. c.
6 Tempus est vnum ab vnitate motus primi mobilis, non autem ab vnitate materiæ primæ. 1ª. q. 10. 6. c. & 3ª. q. 75 7. 1ᵐ.
7 Vnitas & pluralitas temporis & instantis, accipitur tantum secundum primum motum cæli, qui est principium omnis motus & quietis. 3ª. q. 75. 7. 1ᵐ.
8 Tempus duplex, scilicet numerus prioris & posterioris in motu cęli mensurans omnem motum continuum habētem ordinem ad motum cæli, & numerus prioris & posterioris in quocunque. 1ª. q. 85. 4. 1ᵐ.
9 Continuitas accidit tempori, ratione motu. Ideo tempus mensuras motum non continuum, nec habentem ordinem ad motum cōtinuum cæli, non est continuum. 1ª. q. 53. 3. o & q. 61. 2. 2ᵐ. & q. 63. 6 4ᵐ. & q. 85. 4 1ᵐ & 12ᵉ. q. 113. 7. 5ᵐ.
10 *Tempus non mensuratur alio tempore, nec fieri eius: quia totum esse eius est in fieri. Ideo incipit in principio temporis, vt in principio: non autem vt in mensurante. 1. q. 66. 4 5ᵐ.
11 Esse corruptibilium non mensuratur æternitate, sed tempore: quia tempus mensurat ea, etiam si actu non mutentur, sicut & quietē. 1ª. q. 10. 4 3ᵐ. & 5. c.
12 *Tempus est per se mensura motus primi. Ideo non mensurat esse nisi secundum quod subiacet variationi, ex motu cæli. 1ª. q. 10. 4. 3ᵐ. & 12ᵉ. q. 31. 2. c.
13 Tempus non mensurat, nisi habentia principium & finē. fui esse in

tempore, quia etiam motus cæli secundum quamlibet circulationem est huiusmodi. 1ª. q.10.4.c.

14 *Scriptura diuina creationem rerum, in diuisibili factam pronunciat dicens: In principio creauit Deus cælum & terram. Quod quidem principium Basilius principiū temporis exponit, quod oportet esse indiuisibile: vt secūdum philosophum probatur. 1ª. q.46.3.c.

15 Omnes & solæ operationes, quæ expectant in futurum aliquid ad complementum suæ speciei, sunt per se in tempore. 12ᶠ.q.31.2.o.

16 Tempus procreationis carnalis & spiritualis est quintuplex. s. conceptionis, alitionis, emissionis, lactationis: & ablactatis. 22ᶠ.q. 189.1.4ᵐ.

17 Pars nostra intellectiua secūdum se est supra tempus. Sensitiua vero subiacet tempori. Ideo transmutantur secūdum cursum eius. 12ᶠ.q.35.3.3ᵐ.

18 Intellectioni nostræ adiacet tempus, ratione phantasmatum, quo ad secundam operationem intellectus, non autem quo ad primam 1ª.q.85.5.2ᵐ. & 12ᶠ.q.113 7.1ᵐ.

19 Verbo omnium temporum, vere dicuntur de Deo. 1ª.q.10.2.4ᵐ. & q.13.1.3ᵐ. & q.42.2.4ᵐ.

20 Quędam nomina significant tempus, verba vero & participia cū tempore, sed aduerbia habitudinem temporis. 1ª.q.13.1 3ᵐ.

TENEBRAE possunt dici tripliciter. s. subiectum lucis, humilitas. & priuatio eius. Primo modo, & secūdo, sunt entia, & creatæ à Deo, non autem tertio modo. 1ª.q 66.1.c.5ᵐ. & 2.c fi & q.68 3. c.q.69 1.c.& q.74.3.4ᵐ.

*TENERI. & Adimpossibile nemo tenetur 22ᶠ.q.79.3.1ᵐ. & q.88. 3.2ᵐ. & q.104.1.3ᵐ.

TERTIA dies creationis. 1ª.q.69 1.2 c.principio.

TERGIVERSARI, est ab accusatione omnino desistere inordinate. 22ᶠ.q.68.3.c.3ᵐ.

TERNARIVS numerus, est numerus perfectus. 22ᶠ.q.70.2.c. & 3ª.q. 3.2 c.

1 TERRA & Non est possibile, aliam esse terram, præter istam. Et eadem ratio est de aliis partibus mundi. 1ª.q.47.3.3ᵐ.

2 Astrologus demonstrat terram esse rotūdam, per ecclipsim solis, & lunæ: naturalis vero per motum grauium ad centrum. 1ª.q.1.2ᵐ. & 12ᶠ.q.54.2.2ᵐ.

3 Per opus ornatus tertiæ diei creationis, aufertur duplex informitas terræ, scilicet cooperatio per aquas, & defectus plātarum. 1ª. q 66.1.o & q.79.2.c.

4 Terra sicut dicitur inanis & vacua quia deerat ei duplex pulchritudo, scilicet vna quam habet ex hoc quod est aquis discooperta, alia quam habet ex hoc quod est ornata herbis & plantis, ita eiᵖ formationem expressit scriptura per hoc quod dicit & appareat arida. 1ª q.66 1.c.1ᵐ. & 5ᵐ. & q.67.4.c. & q.68.3.c. & q.69.1.c.1ᵐ. & 2.c & q.74.3.4ᵐ.

TERTVLLIANVS & Hæresis Tertulliani & Vadrianorum, siue Anthropomorphitarum, qui figurant Deum, corporalibus lineamentis. 22ᶠ.q.188 5 c.

1 TESTAMENTVM propriè est percipiendæ hæreditatis institutio filiis à patre. Ideo primo pertinet ad promissiones, secundo ad mādata, quæ se habent sicut via ad consequendam hæreditatē promissam. 3ª.q.78.3.3ᵐ.

2 Omni tempore fuerunt aliqui pertinentes ad nouum testamētum. 12ᶠ.q 106. 3.2ᵐ.

3 Omnes quibus data fuit lex gratiæ, pertinent ad testamentum nouum. 12ᶠ.q.106.1.3ᵐ. & q.107.1.2ᵐ. & 3ᵐ. & 22ᶠ.q.108. 1.3ᵐ. & 3ª.q. 8.3.3ᵐ.

1 TESTIS esse quilibet tenetur ad liberandum, non autem ad condemnandum, nisi requiratur à suo superiori, & iuridice. i.in manifestis, & de quibus est infamia. 22ᶠ q.70.1.o. & 3.3ᵐ

2 Ad testimonium requiruntur duo vel tres testes, & sufficiunt, nisi in episcopis, presbyteris, diaconibus, & clericis Romanæ ecclesiæ, propter sanctitatem, dignitatē & aduersarios. 22ᶠ. q. 70. 2.o.

3 Discordia testium, non aufert efficaciam probationis, nisi sit in circunstantiis, quæ variant substantiam facti. 22ᶠ.q.70.2.2ᵐ.

4 Testis debet dicere certum pro certo & dubiū pro dubio. Nec peccat mortaliter errans, præmissa diligentia. 22ᶠ.q.70.4.1ᵐ.

5 Clericus non potest iuste cogi, vt sit testis in causa sanguinis, quia non conuenit ei, cooperari ad occisionem hominis. 22ᶠ. q 70. 1.3ᵐ.

6 Testis repellitur quadrupliciter, scilicet primo propter culpam, vt infideles, infames, & rei publico crimine, qui etiam accusare nō possunt. Secundo propter defectum rationis: vt pueri, amentes, & mulieres. Tertio propter affectum: vt inimici, coniuncti, & domestici. Quarto propter conditiones, vt serui, & pauperes, & quibus imperari potest, de quibus probabile est, quod de facili possunt induci ad testimonium ferendum contra veritatem. 22ᶠ. q 70.3.o.

7 Falsum testimonium habet triplicem deformitatem, scilicet periurij, iniustitiæ, & mendacij. Ideo est peccatum mortale ex prima & secunda deformitate, non ex tertia. 22ᶠ.q. 70.4.o.

8 Per prohibitionem falsi testimonij, prohibentur omnia peccata locutionis. 22ᶠ.q.122.6.2ᵐ.

9 Testes accipiunt, non quasi pretium testimonij, sed quasi stipendiū laboris, expensas ab vtraq, parte vel ab inducēte. 22ᶠ.q 71.4.3ᵐ.

TETRAGRAMMATON est nomen proprium Dei, impositum ad significandum substantiam Dei, vt est incommunicabilis. 1ª. q 13. 9.c.fi & 11.1ᵐ.

THAMAR non excusatur à peccato, nec Iudas fornicans cum ea. 22ᶠ.q 154.2.3ᵐ.

THEODOSIVS Augustus, misit ad Ioannem in Ægypti eremo prophetam famosum, & certissimum victoriæ nuncium accepit. 22ᶠ. q. 174.6.3ᵐ.

1 THEOLOGIA est doctrina necessaria homini, præter scientias naturaliter inuentas ab eo. 1ª.q.1.1 o. & 22ᶠ.q.2.3.4.o.

2 Theologia est sapientia. 1ª.q.1.6 o.

3 Theologia est velut quædam impressio diuinæ scientiæ, quæ est vna & simplex omnium. 1ª.q.1.3.2ᵐ.

4 *Theologia est scientia nobis diuinitus reuelata. 1ª.q.1.2.2ᵐ. & 22ᶠ. q.188.8.c.fi.

5 Theologia est scientia procedens ex principiis per se notis in scientia superiori, scilicet Dei & beatorum. 1ª.q.1.2 o & 6.1ᵐ. & 2ᵐ. & 22ᶠ.q.1.5.1ᵐ.

6 Theologia est vt scientia. 1ª.q.1.3.4.o.

7 Theologia est scientia practica, sed magis & principalius speculatiua 1ª.q.1.4 o & 5.c.

8 Theologia est scientia argumētativa. Et maximè propriū eius est, arguere ex auctoritate sacræ quidem scripturæ propriè & ex necessitate, aliorum vero sanctorū probabiliter, philosophorū autem, quasi extraneè, rationibus vero naturalis rationis ad aliquā manifestationem, non autem ad probandam fidem. 1ª.q.1.8.o.

9 Theologia disputat contra negantes, si aliquid de sacra scriptura condant, soluendo tantum rationes eorum. 1ª.q.1.8.c.

10 *Deus est subiectum theologiæ. 1ª.q.7.o

11 Theologia nō tractat de Deo & de creaturis æqualiter, sed de Deo principaliter, de creaturis autem, vt referuntur ad Deum, vt ad principium vel finem. 1ª.q.13.1ᵐ. & 7.c.

12 Theologia principalius agit de diuinis, quam de actibus humanis, quibus agit, secundum quod per eos homo ordinatur ad perfectam Dei cognitionem. 1ª.q.1 4.c.fi.

13 Theologia considerat actus humanos tripliciter. s. primo vt per eos homo ad beatitudinem ordinatur, secundo, vt in eis est bonū & malum melius & peius, tertio vt sunt meritorij 12ᶠ.q.2.7.c.3ᵐ.

14 Theologia non tractat principaliter de singularibus, sed vt sunt in exemplum vitæ, & in commendationem virorum per quos nobis reuelata est. 1ª q.1.2.2ᵐ.

15 Ad ea quæ considerantur de Deo in theologia, vtimur effectibus eius. s. naturæ vel gratiæ, loco diffinitionis, quia de Deo nō possumus scire quid est 1ª.q.1.7 1ᵐ.q 2.2.2ᵐ.q.3.princ.& q.12.12 c.3ᵐ & 13.1ᵐ.& q.13.8.2ᵐ.

16 Finis theologiæ inquantum est practica, est beatitudo æterna. 1ª q. 14.c.fi.& 5 c.

17 Finis theologiæ vltimus, est cōtemplatio primæ veritatis in patria, 1ª.q 1.4 c.fi.& 5 c.

18 Theologia tractat de consideratis in diuersis scientiis physicis. 1ª. q.1.3 2ᵐ. & 4.c.

19 Theologia est dignior cæteris scientiis 1ª q.1.5.o.

20 Theologia non accipit aliquid ab alijs scientiis, vt à superioribus, sed vtitur eis vt inferioribus propter nos 1ª.q.1.5.2ᵐ.& 8 c.

21 Theologia non probat principia aliarum scientiarum, sed iudicat de eis, & reprobat quicquid eius veritati repugnat. 1ª.q 1.6.2ᵐ.

22 Theologia nō accipit principia sua, nec supponit ea ab aliqua scientia humana, sed accipit ea immediate à Deo. 1ª q.1 5 2ᵐ & 6.1ᵐ.

23 Theologia est de rebus, secundum quod cognoscuntur lumine reuelationis diuinæ: metaphysica vero, secundum quod cognoscuntur lumine rationis. 1ª.q 1.1.2ᵐ

24 Theologia sacra, differt secundum genus, à theologia naturali, id est, à metaphysica. 1ª.q.1.1.2ᵐ.

25 Theologia est magis diuina, & magis sapientia, quam metaphysica 1ª.q.1.6.c.

26 Theologia viæ, subalternatur theologiæ beatorum 1ª. q 1.2.c.1ᵐ.

1 THOMAS iubetur tangere Christum, vt sit testis resurrectionis eius, licet crederet solo aspectu. Magdalena vero prohibetur, quia mulier erat 3ª q. 4.4.2ᵐ. & q.55.6 3ᵐ.

2 Thomas aliud vidit, aliud credidit. 22ᶠ.quæstion.1. 4.1ᵐ. & 3ª.q.55.5. 3ᵐ.

3 Thomas Cantuariensis sustinuit scandalum publicum, vt occurreret maiori periculo, scilicet libertatis ecclesiæ, & repetit res ecclesiarum, cum scandalo regis. 22ᶠ.q.43.8.b.

1 THVRIFICATIO non cessauit in nouo testamento, quia significat deuotionem orationis, non vt futuram, nec vt effectum eius, sed vt semper habendam. 3ª.q.85.5.2ᵐ.

Vtimur

2 Vtimur thurificatione, non ex statuto legis veteris, sed ecclesiæ, ad reuerētiam eucharistiæ, & ad repræsentationem effectus gratiæ, ideo primo fit altari, quod significat Christū, secundo omni homini per ordinē, quia gratia deriuatur à Christo ad fideles, officio ministrorum. 3ª.q.83.5.2ᵐ.

1 THVS offerebatur in sacrificiis veteris legis, ad significationē deuotionis necessariæ offerentibus, & bona famæ, quia pinguē & odoriferum est. 12ᶠ.q.101.3 4ᵐ.

2 Nec ponebatur in sacrificio ze'orypię, qui non procedebat ex deuotione, sed magis ex suspitione. 12ᶠ.q 102.3.4ᵐ

TIMIDITAS est peccatum leuius intemperātia, ratione peccātis, triplici ratione & obiecti siue materiæ necessarioris. s. quia timidus est minus compos suæ mētis, & peccatū eius est minus voluntarium dupliciter. s. cum principium eius sit ab exteriori impellente, atque minus circa singularia, & minus de facili potest contra timiditatem remedium adhiberi 22ᶠ.q.41.3.o.

1 TIMOR inter cæteros animæ motus, post tristitiam, magis obtinet rationem passionis, & est specialis passio. 12ᶠ.q.41.1.2.o.

2 Timor est tristitia, non quidem essentialiter, sed ratione obiecti tristantis si sit præsens. 12ᶠ.q.41 2.3ᵐ.

3 Timor non est virtus theologica, quia non habet Deum pro principali obiecto, sicut amor, sed malum. 22ᶠ.q.19 9.2ᵐ. & 3ᵐ.

4 Timor pertinet ad appetitum sensitiuum. 12ᶠ.q.41.1.c. & 22ᶠ.q.7 1.c.

5 Timor nullo modo est in concupiscibili, sed in irascibili. 12ᶠ.q.25.1. c.& q.41.2.3ᵐ. & q.42.3.2ᵐ. & q.43.2.3ᵐ.

6 Vis appetitiua perficitur contra concupiscentiam inordinatam de lectabilium, dono timoris: ideo timor correspondet temperātiç. 12ᶠ.q. 8.4.c.fi.& 1ᵐ. & 4ᵐ. & 22ᶠ.q 141.1.3ᵐ.

7 Decertantes non timent propter potentiā decertandi, sed propter defectum eius. 12ᶠ.q.41.2.3ᵐ.

8 Decapitandi non timent, quia non habent spem euadendi, quæ requiritur ad timorem. 12ᶠ q.42.2.c fi & 43.2.c.2ᵐ. & 3ª. quæst 15. 7.c.

9 Timor nullo modo est in Deo, quia Deus non habet superiorem. 22ᶠ.q.19.11.2ᵐ.

10 Habitus & actus doni timoris, & passio eius, fuit in Christo secundum quod appetitus eius refugiebat læsionem corporis, non autem incertitudo futuri, nec vitium timiditatis actu, nec habitu, 3ª.q.7.6.o & q.15. .o.

11 Timor filialis, est in beatis, quo ad actum reuerendi Deum, nō autem quo ad actum timendi separationem à Deo, nec timor seruilis. i. de pœnis, est in eis 12ᶠ.q.67. 1.2ᵐ & 22ᶠ.19.1ᵐ.o.

12 Timor est in damnatis, propter successionem pœnarum, non tamē propriè, quia sunt sine spe. 12ᶠ.q.67.4.2ᵐ

13 Obiectum timoris, est malum futurum, difficile, cui resisti non potest. 12ᶠ.q.41.1.o. & 2.4.c. & q. 42.2.3.5.c.& q.43.1 c. & q.44.2.c.3ᵐ. & 22ᶠ.q.19.1.c.& q.123 3.c.& q 144.1.c.& 2 c.

14 Timor primo & per se respicit malum, vt proprium obiectum: bonum autem, vt habet respectum ad malum duplex. s. priuans bonum, vel inflictum à bono. 12.q.42.1.o & q.43.1 1ᵐ.

15 Timor respicit duo. s. malum quod refugit, & bonum quod sua virtute potest infligere malum. 12ᶠ.q.40.2.1.c.& q 403.1.1ᵐ. & 22ᶠ.q. 19.1 c.& 3ᶠ.q.7.6.o.

16 Deus timetur, non quidem vt malum, sed quia infligit malum pœnæ. 12ᶠ.q.42.1.c.& 22ᶠ.q.19.1.o & 9.2ᵐ.

17 Deus est obiectū timoris, ratione iustitiæ, spei verò ratione misericordiæ. 22ᶠ.q.19.1.2ᵐ.

18 Timor est de malo naturæ, non autem propriè de malo culpæ, nisi ratione exterioris causæ. s. seductionis & huiusmodi 12ᶠ.q.42.2. 3.o.22ᶠ.q.144.1.c.

19 Malum naturæ, dupliciter non timetur. s. quando est multū distans vel quando est ineuitabile. 12ᶠ.q.42.2 o.& 6.2ᵐ.

20 Insolita, & repentina, maximè timentur, quia videntur esse maiora mala, & minus remediabilia. 12ᶠ.q.42.5.o.& q.48.3.3ᵐ.

21 Quæ non habent remedium, quando sunt in præsenti, maximè timentur de futuro, non autem si carent remedio, dum sunt futura. 22ᶠ.q.42.6 o.

22 Malum quod timetur, semper est à causa extrinseca. 12ᶠ. q. 42. 3.c. 2ᵐ. & 4.c.

23 Timor vt est à causa extrinseca, id est, vt est passio cōsequens phantasiam mali imminentis, potest timeri, non autem secundum quod subest voluntati. 2ᶠ.q.42.4.o.

24 Timor oritur ex fuga mali, quæ oritur ex desiderio boni, ideo timor dicitur desiderium. 22ᶠ.q 41.2.3ᵐ.

25 Timor per se nascitur ex amore, sed per accidens causat amorem. 12ᶠ.q.43.1.1ᵐ. & 22ᶠ.q.123.4.2ᵐ. & q. 25.2. c. & q.126. 1.c. & quæst. 175.2.3ᵐ.

26 Amor est causa timoris, dispositiue, & materialiter, sed illatiuum mali, est causa timoris effectiue. 12ᶠ.q.43.1.o. & 2.c. & 22ᶠ.q. 19. 9 3ᵐ.

27 Defectus est causa timoris, dispositiue, & materialiter ex parte timentis, sed ex parte eius qui timetur, virtus & robur est causa per se, per accidens autem defectus. s. ignorantia, iniustitia, læsio, vel timor læsionis. 12.q. 13.2 o.

28 Sensus non apprehendit futurum, sed ex apprehensione præsentis, animal mouetur instinctu naturali, ad timendum, vel sperandum futura. 12ᶠ.q.41.1.3ᵐ.

29 Timor consequitur desperationem vincendi. 12ᶠ.q.25.3.c.

30 Mites, & astuti, occultant iram, & nocent improuisos: ideo magis timentur, quàm acuti: * quia cui habenti iram acutā, non occultant eam, & ideo nocumenta ab illis illata, non ita sunt repentina, quin præuideantur. 12ᶠ.q 42.5.2ᵐ.

31 Timor causat contractionē caloris, & spiritus, ab exterioribus ad interiora: sed propter frigus causatū ex imaginatione, refugiūt à corde, & à superioribus ad inferiora: sed ira facit econuerso, propter calorem & subtilitatem spirituum: ideo timor supra fugam & abominationem, addit quandam depressionem animi, propter difficultatem mali: sed ira facit promptos, & audaces ad inuadendum. 12.q.25.1.c. & q.44.1.2.o. & q 45.4.1ᵐ. & 3ᵐ.

32 Timor impedit operationem exteriorem, ex parte membrorum, propter defectū caloris, sed confert ei ex parte animæ, per solicitudinem, nisi perturbet rationem, propter excessum. 12ᶠ.q.44. 4.o.

33 Timor facit tacere, quia contrariatur formationi vocis. 12ᶠ.q.44. 1.2ᵐ.

34 Timor facit pallere, sed verecundia, rubere: quia obiectum primi, opponitur naturæ, & appetitui animali: obiectū autem secundi, opponitur secundo tantum. 12.q.44.1.3ᵐ. & 3ª.q.7.9.c.

35 Timor causat sitim, solutionem ventris, remissionem vrinę & seminis, propter contractionem ventris, & testiculorum. 12ᶠ.q.44. 3.1ᵐ.

36 Timor Dei operatur ad vitationem omnis peccati, etiam negligētiæ. 22ᶠ.q.54.2.4ᵐ.

37 Timor qui est secundum rationem, excusat totaliter à peccato, nō autem timor inordinatus, sed diminuit peccatum, inquātum est inuoluntarius. 22ᶠ.q.125.4.o.

38 Timor duplex, scilicet naturalis, id est, de malo corruptiuo, & non naturali, id est, de malo contristatiuo non repugnante naturæ. 12ᶠ.q.41.3.o.

39 Species timoris sunt sex, scilicet segnities, erubescentia, verecūdia, admiratio, stupor & agonia. 12ᶠ.q.41.4.o & 22ᶠ q.79.2.1ᵐ.

40 Timor duplex, scilicet finalis, & seruilis. 12ᶠ.q.67.4.2ᵐ. & 22ᶠ.q.7.1. c.& q.22.2.o.

41 Timor quadruplex scilicet humanus vel mundanus, seruilis, initialis, & filialis siue sanctus seu castus 22ᶠ.q.19.2.c.

42 Timor & tristitia, habent conuenientiam in malo: sed differunt, quia primum est de futuro & arduo, secundum autem de præsenti & absolute. 12ᶠ.q.42.3.2ᵐ. & 3ª q.15.7.c.

43 Timor magis respicit rationem difficilis, quàm spes. 12ᶠ.q.44 2.3ᵐ.

44 Ea quæ augent spem diminuunt timorem, vt experientia, & omne augens potestatem 12ᶠ.q.42.5.1ᵐ.

45 Timor qui est inordinatus mortis tantum, id est timiditas, opponitur fortitudini, non autem timor qui est secundum rationem: nec timor inordinatus aliarum rerum, quia includitur in quolibet peccato. 22ᶠ.q 125.2.o.

46 Timor initialis & filialis, differunt secundum status, sicut imperfectum, & perfectum, non autem essentialiter. 12ᶠ.q.19.8 o.

47 Timor mundanus & humanus, pro eodem computantur, quia cōueniunt in vna ratione auertendi à Deo. 22ᶠ.q.19.2 5ᵐ.

48 Timor mundanus vel humanus respiciunt pœnam auertentem à Deo, sed timor seruilis & initialis, pœnam trahentē ad eum seruilis principaliter, alius secundario. 22ᶠ.q 19 2.4ᵐ.

49 Timor seruilis & filialis non sunt idem secundū substantiam, sed differunt essentialiter, & specifice. 22ᶠ.q 19 2.3ᵐ. & 5 o.

50 Timor filialis non contrariatur virtuti spei, sed sibi mutuo cohærent, & se inuicem perficiunt. 22ᶠ.q.19.9 1ᵐ.

51 Timor seruilis, ex amore sui causatur. 22ᶠ.q.19.6.c.

52 Timor seruilis manet cum charitate, quo ad substantiam eius, nō quo ad seruilitatem. 22ᶠ.q.19.6.o.& 8.2ᵐ.& 10.c.

53 Timor seruilis secundum suam substantiam est bonus, sed seruilitas eius est mala. 22ᶠ.q.19.4.o.& 7.9.c.

54 Timor non est peccatum secundum se, sed vt est inordinatus: & tūc est peccatum mortale, & quādoque veniale. 22ᶠ.q.125.3.o.& 4.c. & q.126.1.o.

55 Timor mundanus semper est malus, quia causatur ab amore semper malo, sab amore mundano. 22ᶠ.q.19 3.o.& 9 c.

56 Timor filialis, & timor castus, sunt idem 22ᶠ.q.19.2.3ᵐ.

57 Timor filialis habet duos actus. s. reuereri Deum, & timere separationem ab eo. 12ᶠ.q.67.4 1ᵐ.

58 Timor filialis augetur, aucta charitate: seruilis vero diminuitur secundum actum eius, non autem secundum substantiam. 22ᶠ. q. 19.10.o.

59 Timor filialis, siue castus, est primum donum, inter septem dona spiritus sancti, nō autē timor mūdanus vel humanus, nec seruilis:

lis: licet sit à spiritu sancto. 22ᵉ. q. 10. 9. ᵒ. & 12. 1ᵐ.

60 Actus donitimoris in beatis, est habere reuerẽtiam ad Deum. 12ᵉ. q. 67. 4. 2ᵐ.

61 Donum timoris eminentius retrahit à malis, propter reuerentiam Dei, quam virtus moralis. 12ᵉ. q. 68. 4. 4ᵐ.

62 Donum timoris, datur contra superbiam: nec tamen est humilitas sed est principium eius. 22ᵉ. q. 19. 9. 4ᵐ.

63 Donum timoris correspondet spei. 22ᵉ. q. 17. principio. & q. 19. principio.

64 Donum timoris, principaliter correspondet spei, secundario autẽ temperantiæ. 22ᵉ. q. 141. 3ᵐ.

1 TYRANNVS. & Regnum faciliter degenerat in tyrannidẽ, propter magnam potentiam eius, ex crudelitate & auaritia, nisi regis sit perfecta virtus. 12ᵉ. q. 105. 1. 2ᵐ.

2 Tyranni, ciuitates desolantes, sacra prædãtes, id est, magna per vim auferentes, sunt iniusti, non autem illiberales, quia illiberalitas est circa mediocres pecunias. 22ᵉ. q. 118. 6. 4ᵐ.

3 Perturbatio regiminis tyrannici, nõ habet rationem seditionis, nisi sic inordinate fiat, quod maius detrimentum sequatur: sed tyrannus est magis seditiosus. 22ᵉ. q. 42. 2. 3ᵐ.

4 Non licet occidere, vel inuadere tyrannos, nisi per publicam potestatem, licet principatus eorum sit iniustus. 22ᵉ. q. 42. 2. 3ᵐ.

TORNEAMENTVM, id est, inordinata & periculosa exercitia, prohibentur priuatione sepulturæ ecclesiasticæ, non autem castiludia 22ᵉ. q. 40. 1 4ᵐ.

1 TOTVM triplex, scilicet quantitatiuum, rationis vel essentiæ, totum potentiale vel virtutis: secundum & tertium conuenit formis per se, primum vero, per accidens tantum. 1ª. q. 76. 8. c.

2 * Totum homogeneum, nihil includit quod non includat quælibet pars eius, nec differt secundum identitatem earum & totius, nec per consequens à suis partibus. 1ª. q. 11. 2 2ᵐ.

3 Totum substantiale, est in qualibet parte totũ, sicut tota natura & species aquæ, est in qualibet parte aquę, non autẽ totum quantitatiuum, sed pars in parte, sicut locatum in loco. 1ª. q. 8. 2. 3ᵐ.

4 In substantiis incorporeis, non est totalitas per se, nec per accidẽs, nisi secundum perfectam rationem suæ essentię. 1ª. q. 8. 2. 3ᵐ. & q. 10. 1. 3ᵐ. & q. 76 8. c.

5 Virtus totius potentialis est in vna parte eius complete, in aliis autem diminute. 1ª. q. 77. 1. 1ᵐ. & 12ᵉ. q. 57. 2. 2ᵐ.

TRAGOEDYS, verus est falsus lector, secundum August. 1ª. q. 17. 1. 1ᵐ.

1 TRAHERE, & multi trahentes vnam nauim, faciunt vnam actionem ex parte operati, sed multas ex parte agentium. 1ª. q. 76. 2. c.

2 Te tua fata trahunt, vt poeta dixit. 1ª. q. 116. 2. 3ᵐ.

1 TRANSFIGVRATIO Christi, conuenienter facta est, ostensione gloriæ, non autem mutatione formæ, vel naturæ. 3ª. q. 45. 1. o.

2 Testes eius fuerunt conuenientes, s. Moyses, Helias, Petrus, Ioannes, Iacobus, & Deus pater. 3ª. q. 45. 3. 4. o.

3 Moyses tunc non reassumpsit propriũ corpus, sed aliud sicut angeli: Helias autem habuit proprium corpus, & venit illuc de paradiso terrestri, non autem de cœlo empyreo. 3ª. q. 45. 3. 2ᵐ.

1 TRANSGRESSIO proprie, est agere contra præceptũ negatiuum: & est communis omni peccato materialiter: sed formaliter est speciale peccatum dupliciter, scilicet, vt contemptum præcepti, & vt differt ab omissione. 22ᵉ. q. 79. 2. o. & 3. 3ᵐ. & 4. 3ᵐ.

2 Transgressio & omissio proprie, sunt peccata mortalia, sed large, id est præter præcepta sunt venialia. 22ᵉ. q. 79 4. 3ᵐ.

3 Transgressio simpliciter & absolutè: grauior est omissione, licet aliquando sit econuerso. 22ᵉ. q. 79. 4. o.

4 Transfiguratio cõtrariatur actui virtutis, cuius omissio, dicit simplicem negationem. 22ᵉ. q. 79. 4. c. 2ᵐ.

Omnis transitus, est determinatio ad determinatum. 1ª. q. 46. 2 6ᵐ.

TRANSMVTATIO organi sensus duplex. s. intentionalis seu spiritualis, & naturalis: prima requiritur per se ad actum potentiæ sensitiuæ apprehẽsiuæ, secũda vero per accidens: sed requiritur per se, ad actum appetitus sensitiui. 12ᵉ. q. 22. 2. 3ᵐ. & 3. c.

1 TREMOR est effectus timoris, propter debilitatem virtutis, ex defectu caloris. 12ᵉ. q 44. 1. 2ᵐ. & 3. o.

2 Cor timentibus maximè tremit, & quæ connectuntur pectori, vt vox, labium inferius, mandibula inferior, brachia, manus: quia calor deserit cor, & descendit ad inferiora, vel quia hęc membra sunt mobiliora, sicut & genua 12ᵉ. q. 44. 3. 3ᵐ.

1 TRIBVLATIO. & Misericordes quandoque tribulantur, ad eorum correctionem, vel humiliationem, vel probationem. 22ᵉ. q. 108. c. fi.

2 Tribulationes quibus Deus punit peccatores, sunt meritoriæ & satisfactoriæ, si patienter acceptentur, non autem aliter. 12ᵉ. q. 87. 6. c. fi.

3 Nullus est tãm crudelis, qui tribulatis & humiliatis noceat, sed parcit, quia eanis etiam non mordet hominem iacentem. 12ᵉ. q. 47. 4. a. 1.

TRIDVO Christus fuit totus in sepulchro, non autem totum. 3ª. q. 52 3. o.

1 TRINITAS. & Trinitatem nõ esse in diuinis, est impossibile. 1ª. q. 31. 1. o.

2 Nomen trinitatis, significat vnitatem essentiæ in recto, & numerũ personarum in obliquo quo ad etymologiam, sed quo ad significationem, est econuerso. 1ª. q. 31. 1. 1ᵐ.

3 Nomen collectiuum, significat multitudinem simpliciter, id est, diuisorum per essentiam & vnitatem minimam. s. vnitatẽ ordinis, sed trinitas econuerso. 1ª. q. 31. 1. 2ᵐ. & q. 39. 5. 6ᵐ.

4 Per rationem naturalem, non potest veniri in cognitionem trinitatis personarum. 1ª. q. 32. 1. o. & q. 39. 7. c. & q. 93. 6. 4ᵐ.

5 Bonitas Dei, per effectus potest intelligi, sine trinitate personarum, non autem in visione beata. 22ᵉ. q. 2. 8. 3ᵐ.

6 Trinitas non est trina, quia essent tres trinitates. 1ª. q 31. 1. 5ᵐ.

7 Trinitas est in vnitate, & econuerso, id est tres personæ sunt in vna essentia, & econuerso. 1ª. q. 31. 1. 4ᵐ.

8 Deus est trinitas, contra Poretanos. 1ª. q. 39. 6. 1ᵐ.

9 Pater non est trinitas. 1ª. q. 3. 1. 1ᵐ. & q. 39. 6. 1ᵐ.

TRIPLICITAS non conuenit Deo, quia non significat absolute numerum sicut trinitas, sed significat comparationem inæqualitatis, quia est species proportionis inæqualis. 1ª. quæstio. 31. 1. 3ᵐ.

1 TRISTITIA est passio animalis, media inter duas passiones irascibilis, quia sequitur timorem, & prior est ira, quam etiam causat. 12ᵉ. q. 25. 1. c. & q. 42. 3 1ᵐ.

2 Tristitia est dupliciter mala, scilicet secundum se, quæ est de malo apparenti, & vero bono, & secundum effectum, scilicet, de vero malo, sed immoderata impediens bonam operationem. 22ᵉ. q. 35. 1. c.

3 Species eius, secundũ applicationem ad extraneum, sunt quatuor, scilicet misericordia, inuidia, anxietas vel angustia, & accidia. 12ᵉ. q. 35. 8. o. & q. 41. 4 1ᵐ. & 22ᵉ. q. 35. q. 4. 3ᵐ.

4 OBIECTVM tristitiæ, est malum proprium præsens. 22ᵉ. q. 35. 8. c. & q. 36. 1. c. 1ᵐ.

5 Tristitia est de bono alterius, inquantum est malum sibi quadrupliciter, scilicet nocendo, carendo, excedendo, & quia est indignus. 22ᵉ. q. 36. 1 2. c.

6 Dolor est de repugnante ad naturam corporis, apprehenso pertactum, incipiens in læsione corporis, & terminatus in apprehensione: ideo est in sensu subiectiue, & est passio corporalis: sed tristitia est de repugnante appetitu apprehenso interius, incipiens in apprehensione, & terminatur in affectione, & est in appetitu sensitiuo, & est passio animalis. 12ᵉ. q. 42. 3. 2ᵐ. & 3ª. q. 13. 6. c. & q. 46. 6. c.

7 Tristitia est subiectiuè in concupiscibili. 12ᵉ. quæstion. 23. 1. c. 1ᵐ. & 2. c.

8 Nulla tristitia secundum Stoicos est vtilis ad aliquid: ideo quælibet tristitia, secundum eos est vitanda. 3ª. q. 46. 6. 2ᵐ.

9 Vera tristitia fuit in Christo. 3ª. q. 15. 6. o. & 7. c. 2ᵐ. & 9. c. & q. 46. 6. o

10 Tristitia fuit in ratione inferiori Christi, non autem in ratione superiori, nisi secundum quod radicatur in essentia animæ. 3ª. q. 46. 8. o.

11 Omnis defectus corporalis, disponit ad tristitiam. 22ᵉ. quæstio. 35. 1. 2ᵐ.

12 Ex spe & memoria malorum, causatur tristitia, sed non tanta, quãta à sensu præsentium. 22ᵉ. q. 30. 1. 3ᵐ.

13 Tristitia inter omnes animæ passiones, maximè corpori nocet. 12ᵉ. q. 37. 4. o. & q. 41. 1. c.

14 Tristitia impedit omnem operationem, de qua est, sed auger eam operationem, cuius est principium. 12ᵉ. q. 37. 2. 3. o. & q. 39. 3. 3ᵐ. & q. 59. 3. 2ᵐ.

15 Contemplatio veritatis, mitigat tristitiam & dolorẽ, etiam in cruciatu, ratione delectationis. 12ᵉ. q 38. 4 o.

16 Virtus moralis, directè mitigat tristitiam interiorem, constituendo medium in ea, non autem dolorem exteriorem, quia nõ obedit rationi, sed sequitur naturam corporis, sed mitigat indirectè per redundantiam. 3ª. q. 46. 6. 2ᵐ.

17 * Amici condolentes, mitigant tristitiam, quia videntur cõportare tristitiæ onus cũ illo, & quia in eo se percipit ab eis amari, quod est delectabile, delectatio autem omnis mitigat tristitiam. 12ᵉ. q. 38. 3. o.

18 Somnus, balneum, & omnia recreantia, mitigant tristitiam. 12ᵉ. q. 38. 5. o.

19 Omne animal naturaliter fugit tristitiam. 22ᵉ. q. 34. 6. c.

20 * Passio concupiscibilis, importans quietem in malo, scilicet tristitiam, media est inter duas passiones irascibilis, sequitur enim timorem,

morem. Cum enim occurrerit malũ quod timebatur, causatur tristitia. Præcedit autem motum iræ. Quia cum ex tristitia præcedente aliquis insurgit in vindictam, hoc pertinet ad motum iræ. 12ᵉ. q. 25. 1. c.

THRONI dicuntur propter quatuor conuenientias ad sedes materiales, quia eleuantur super terram, firmantur, sedentem suscipiunt, & apertæ sunt desuper. 1ª. q. 108. 5. 6ᵐ.

TVRPE LVCRVM est species auaritiæ. 22ᵉ. q. 118. 8. 4ᵐ.

TVRPILOQVIVM est filia luxuriæ, quia luxurioſi quorum est corturpibus delectationibus plenum & concupiscentijs, de facili ad turpia verba prorumpunt. 22ᵉ. q. 153. 5. 4ᵐ.

1 TVRPITVDO duplex. s. voluntaria & inuoluntaria. Prima est vitiosa non autem ardua: sed secunda est pœnalis & ardua. s. vituperium. 22ᵉ. q. 144. 2. c.

2 Turpitudo duplex. s. inhonestatis & exterioris defectus. Secũda est in humilitate & mendicitate, non autem prima. 22ᵉ. q. 187. 5. 4ᵐ.

1 TVRTVR est melior pullis eius: in columbis autem est econuerso. 12ᵉ. q. 102. 3. 3ᵐ.

2 Turtur & columba erant sacrificia pauperum, in holocaustis, propter volatus altitudinem, & in hostijs pro peccato, non autem in pacificis, quia non erant necessitatis. 12ᵉ. q. 102. 3. 9ᵐ. & 3ª. q. 37. 3. c. 4ᵐ.

3 Turtur & columba sunt in copia in Iudæa. Et significant coniunctionem duarum naturarum in Christo, castitatem & charitatẽ. 12ᵉ. q. 102. 3. 2ᵐ. & 3ª. q. 37. 3. 4ᵐ.

4 Turtur soliuaga, significat contemplationem & secretas orationũ lacrymas. Sed columba gregalis vitam actiuam, & orationes ecclesiæ publicas. 3ª. q. 37. 3. 4ᵐ.

5 Turtur significat prædicationem & cõfessionem fidei, per suam loquacitatem. Sed columba significat simplicitatem & mansuetudinem. 3ª. q. 37. 3. 4ᵐ.

V

1 VACVVM non fuit ante creationem, nec post: quia vacuum non est tantum negatio sed priuatio. i. spatium capax corporis sine corpore. Nec fuit possibile, nisi potentia creantis. 1ª. q. 46. 1. 4ᵐ.

1 VAGATIO mentis in oratione, tollit fructum eius. Et est peccatũ ex proposito tantum. 22ᵉ. q. 83. 13. 3ᵐ.

2 Et est filia accidiæ. 22ᵉ. q. 5. 4. 2ᵐ. & 3ᵐ.

VAPOR non ascendit ad cacumina quorundam montium. 1ª. q. 68. 2. c. fi.

VARRO secundum Augustinũ, dixit quod est Deus anima mundi motu & ratione mundum gubernans. 1ª. q. 1. c.

1 VAS quandoque dicitur instrumentum operandi aliquid. 3ª. q. 62. 3. 1ᵐ.

2 Vasa sacra in necessitate ecclesiæ, quo ad materiam tantum, possunt vendi integra, ad vsum ecclesiæ. Si autem vendantur ad alium vsum, frangantur, præmissa oratione. Non autẽ vendi possunt ratione cõsecrationis: vt. s. pro ea aliquid plus exigatur, quia simonia esset 22ᵉ. q. 100. 4 c. 2ᵐ. & 3ᵐ.

VBIQVE esse, conuenit soli Deo. 1ª. q. 8. 2. 4. o. & q. 16. 7. 2ᵐ. & q. 52. 2. c. & q. 112. 1. c.

VELLEITAS quæ secundum quosdam est voluntas incompleta, est de impossibili, quia, s. aliquis vellet illud, si esset possibile. Voluntas autẽ completa non est nisi de possibili, quod est bonũ volenti. 12ᵉ. q. 13. 5. 1ᵐ. & 3ª. q. 21. 4. c.

Motus naturalis est velocior in fine & tardior in principio, motus autem violentus econuerso. 12ᵉ. q. 34. 6. c 2ᵐ.

1 VELVM templi duplex. s. interius ante sancta sanctorum, & exterius. Secundum scissum est in passione Christi, non autem primũ 12ᵉ. q. 102. 4. 4ᵐ.

2 Velum templi habebat quatuor colores. per quos quatuor elementa designantur, quæ nos impediunt à diuinis. s. byssum, per quod designatur terra, quia byssus. i. linũ de terra nascitur: purpuram, per qua significatur aqua. Fiebat enim purpureus color ex quibusdam conchis, quæ inueniũtur in mari: hyacinthũ, per quam significatur aër, quia habet aëreum colorẽ, & coccũ bis tinctum per quem designatur ignis. Vel per calores eius quatuor, designantur quatuor virtutes. s. quia velum erat ornatum byssо, ad designandum carnis puritatem: purpura autem ad figurandum passiones, quas sancti sustinuerunt pro Deo: cocco bis tincto, ad significandum charitatem geminam Dei & proximi, Hyacintho autem significabatur cœlestis meditatio. 12ᵉ. q. 102. 4. 4ᵐ. & 8ᵐ.

VENATIO, Aucupium & piscatio sunt à natura. Ideo sunt secundum se licita. 1ª. q. 96. 1 c & 22ᵉ. q. 64. 1. o.

1 VENDERE. & Pretium rerum venalium, consideratur secundum vsum hominis, non autem secundum gradum naturæ rerum. 22ᵉ. q 77 2. 3ᵐ.

2 In illis est peccatum, quæ bis vendunt, * quod patet in iis quorum vsus non est aliud à re ipsa. In quibus rebus, qui rem vendit, vel mutuat, cum in huiusmodi transeat dominium ad accipientem, vel rem bis vendit, & est in venditionibus ad credentium dum plus pro dilatione volunt acipere, vel vendunt quod non est. Et vtrunque est vsurarium & peccatum. 22ᵉ. q 78. 1 o.

3 In domo autẽ sunt duo, scilicet substantia & vsus. Sed aliud est habere domum, & aliud vti domo. Vnde separatim possum vsum vendere, sine domus venditione, & ita in omnibus aliis huiusmodi. Vnde si aliqua sunt quæ consistant in ipso vsu tantum, & vsus eorum est distractio, non potest fieri id quod de domo. 22ᵉ. q. 78. 1. o.

4 Denariis vero vtimur distrahendo, & frumento cõsumẽdo, & ideo si vsum vendis, bis vendis. 22ᵉ. q. 78. 1. o.

5 Vendere ad terminum secundum iusti pretij quantitatem, non est vsura. Si autem cęteris paribus, fiat vltra iusti pretij quantitatem propter temporis expectationem, est peccatum vsuræ. 22ᵉ. q. 78. 1. o. & 2. 7ᵐ.

6 Vendens scienter rem quæ deficit in specie substantiæ, quantitate, vel qualitate, peccat. Non autem vendens ignoranter. Sed cum sciuerit, tenetur recompensare. 22ᵉ. q. 77. 4. o.

7 Vendere carius quàm emit, est licitum, meliorando rem, vel si mutetur pretium ratione loci vel temporis, vel propter periculum transferendi vel faciendi fieri. 22ᵉ. q 77. 4. 5ᵐ.

8 Illa superabundãtia quæ ex iusta permutatione seu venditione accidit, non habet vitium inæquitatis. Aliàs nõ fuisset venditio vel permutatio iusta. 22ᵉ. q. 77. 4. 1ᵐ.

9 Vendere rem plus nobiliter, quàm valeat simpliciter sibi, vel ipsi Vendenti, non licet, quamuis lex humana permittat citra dimidium. 22ᵉ. q. 77. 1. o.

10 Vendens non tenetur dicere publice vitium rei, nec in particulari, nisi propter damnum, vel periculum. 22ᵉ. q. 77. 3 o.

11 Venditor non tenetur dicere ementibus abundantiam venaliũ futuram per aduentum aliorum mercatorum, nec minuere pretiũ 22ᵉ. q. 77. 4 3ᵐ.

12 Mensuras venalium, oportet esse diuersas in diuersis locis, eas instituti publica auctoritate vel consuetudine. 22ᵉ. q. 77 2. 2ᵐ.

VENTER adulteræ, potantis aquam zelotypiæ, semper intumescebat. 12ᵉ. q. 103. 2. 3ᵐ.

1 VENVS agit ex insidijs, & furatur intellectum multum sapientis, 22ᵉ. q. 55. 8. 1ᵐ.

2 Venus dicitur ab Aristotele dolosa, & corrigia eius varia, secundũ quandam similitudinem, inquãtum. s. hominem subito surripit, sicut & in dolis agitur, non tamẽ per astutias, sed magis per violentiam concupiscentiæ & delectationis. Ibidem.

VERBERARE hominem, nulli licet, nisi habenti potestatem supra eum, vt pater supra filium, & dominus supra seruum. 22. q 65. 2. o. & q. 72. 2. 2ᵐ.

VERBOSITAS, curiositas, importunitas, inquietudo, & instabilitas loci vel propositi, pertinet ad euagationẽ mentis. Ideo oriũtur ex accidia. 22ᵉ. q. 35. 4. 3ᵐ.

1 VERBVM propriè importat rationẽ formæ exemplaris, quia est ars. 1ª. q. 3. 8. 2ᵐ.

2 Verbum cordis importat aliquid procedens ab intellectu, vt constitutum per operationem eius. 1ª. q. 27. 1. c. fi. & q. 28. 4. 1ᵐ. & q. 34. 1. c.

3 Verbum est ipsum intellectum, & id quod concipitur. 1ª. q. 22. 1. c. & q 28. 4. 1ᵐ. & q. 34. 1. c.

4 Quicunque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum. s. verbum. 1ª. q. 27. 1. c.

5 Verbum in anima, sine actuali cognitione esse non potest. 1ª. q. 93. 7. c. 3ᵐ.

6 Verbum cordis significatũ verbo oris, est conceptio rei intellectę, ex vi intellectiua prouenies, vel ex eius notitia procedens. 1ª. q. 27. 1. 2. c. & q. 28. 4. 1ᵐ. & q. 34. 1. o. & q. 107. 1. c. & 12ᵉ. q. 93 1. 2ᵐ.

7 Nihil implicans contradictionem, potest dici verbum. 1ª. quæst. 25. 3. c. fi.

8 Verba tenent præcipuum locũ inter signa, quibus homo aliquid significat alteri. 22ᵉ. q. 55. 4. 2ᵐ. & q. 72. 1. c. & q. 110. 1. 2ᵐ. 3ª. q. 60. 6. c. 1ᵐ. & 2ᵐ.

9 Verbis vtimur ad hominem, vt ei manifestemus nostros cõceptus: ad Deum autem, vt nos vel alios excitemus. 22ᵉ. q. 91. 1. c.

10 Verba vt signa inferunt multa damna, & in verbo homo facile delinquit. Sed secundum suam essentiam. i. vt soni, non nocent nisi auditui. s. clamando. 22ᵉ. q. 72. 1. 1ᵐ. & q. 89. 2 c. fi.

11 Verbum nostræ mentis manet, non autem verbum vocale. Sed neutrum subsistit. Verbum vero diuinum manet & subsistit. 1ª. q 37. 1. 2ᵐ.

12 Verbum Dei est tantum vnum, perfectum, & idem quod essentia, ideo est filius. Non autem verbum nostrum, nisi metaphoricè, quia est multiplex, imperfectũ, & accidens. 1ª. quæst. 27. 2. 1ᵐ. & q. 35.

q.31.2.3m.& q.34.2.1m.& 3.c.

13 Diuersitas obiectorum diuersificat speciem verbi & amoris. 1a. q. 93.8.c.

14 Verbum duplex.s.verbum vocale,& verbum mentale.Primo respõ det spiritus corporalis: secundo vero spiritus intimi amoris. 1a. q.27.1.c.

15 Verbum triplex,scilicet verbum cordis,vocis,& habens imaginem vocis.1a.q.27.1.c.

16 Verbum propriè dicitur tripliciter.s.conceptus mentis,vox significatiua eius,& imaginatio vocis. Impropriè vero dicitur verbũ, res significata vel effecta verbo.1a.q.34.1.c.

17 Verbum vt significat conceptum mentis,est in Deo propriè secundum alias vero significationes eius,est in Deo metaphoricè tantum.1a.q.34.1.c.1m.& q.36 2.5m.

18 In divinis est tantum vnum verbum. 1a.q.27.5.3m.& q.34.3.c. & 1a.q.41.6.o.

19 * Verbum in diuinis propriè,dicitur personaliter tantum, non autem essentialiter.1a.q.34.1.o.& 12e.q.93.1.2m.

20 Verbum est in diuinis ab æterno,& nõ tantum ratione incarnationis eius.1a.q.34.3.2.

21 Verbum in diuinis propriè,conuenit soli filio, figuratiuè autẽ conuenit spiritui sancto,inquantum manifestat filium.1a.q.34.2.o.

22 Deus eodem modo dicit se,& omnia alia, etiam creaturas.1a.q.34. 2.3m.& 3.c & q.37.2.c.3m.

23 Verbum Dei respectu non entium,est expressiuum tantum,sed respectu entium,est etiam factiuum.1a.q.34.3.5m.

24 Verbum Dei respectu creaturarum,est expressiuum, & operatiuũ, sed respectu eorum quæ sunt in Deo , est expressiuum tantum, 1a.q.34.3.c.

25 Verbum principaliter refertur ad patrẽ,& quasi per se,sed ad creaturas refertur consequenter,& quasi per accidens.1a.q.34.3.o.

26 Verba significãtia aliquid deuotionis, excitãt mentes,& præcipue minus deuotas. Sed verba pertinentia ad alia distrahunt mentem,& impediunt deuotionem.22e.q.83.12.2m.

27 Verba & participia dicuntur de Deo,ratione æternitatis,quæ continet omne tempus.1a q.13.1.3m.

1 Verecvndia non est virtus propriè,sed large, inquantum est passio laudabilis.22e.q.144.1.o.

2 Verecundia est timor turpitudinis exprobrabilis. Et principaliter respicit vituperium.Sed respicit culpam cõsequenter.Et hoc dupliciter.s.cessando & celando.22e.q.116.2.3m. & q.144.1.c.2m.& 2. o.& 4.c.

3 Verecundia non est timor de ipso actu peccati , sed de turpitudine vel ignominia,vel conuitio,vel opprobrio.12e.q.41.4.c.2m.& 3m. & q.42.3.4m.

4 Homines maximè verecundantur de actibus venereis,etiã in matrimonio,& de signis eorum.12e.q.151.4.c.

5 Verecundia non est de operibus virtutum,nisi per accidens , ratione falsæ opinionis,vel propter notam præsumptionis vel simulationis.22e.q.144.1.3m.

6 Verecundia est ab iis,quorum testimonium est maioris ponderis, propter certitudinem ex rectitudine iudicij. s. à sapientibus & virtuosis , vel ex cognitione. s. à notis & coniunctis,vel propter effectum nocentis vel iuuantis.22e.q.144.3.o.

7 Aliqua peccata grauiora,sunt minus verecundabilia , quæ tamen sunt minus turpia,vel quia se habent in excessu temporalis boni.22e.q.116.2 3m.& q.144.2.4m.

8 Verecundia est principium emẽdationis , quia in principio erubescimus oculos hominũ:in fine vero, oculos rationis & Dei. 22e. q.144.4.4m.

9 Verecundia cellat turpem actum, sed erubescẽtia cessat à turpi actu.Vel vtraque propter timorem vituperij. 22e.q.144.2 c.fi.

10 Verecundia iacit prima temperantię fundamenta,secundum Ambros.inquantum , scilicet incurrit horrorem turpitudinis.22e.q. 144.4.4m.

11 Ex sæpius verecundari causatur virtus,qua vitantur turpia,non autem virtus qua quis verecundetur,tamen sic disponit , quod verecundaretur si turpia ageret.22e.q.144.1.5m.

12 Verecundia non est in pessimis,quia peccatum nõ reputant vt turpe.Nec est in virtuosis & senibus,quia non apprehendunt illud possibile sibi,nec est difficile eis ad vitandum.22e.q.144.4.o.

13 Verecundia conuenit senibus & virtuosis condionaliter tantum,s. quia verecundarentur,si aliquid turpe agerent. 1a. q.95.3.c.fi. & 22e.q.144.4 c.1,5m.& 4.c.

14 Carent verecudia homines,in peccatis profundati, quibus sua peccata non displicent,sed magis de eis gloriantur.22e.q.144.4.c.

Vererer 1. & Quidam sunt qui non verentur alios cõtristare. 22e. q.116.1.c.

1 Veritas octupliciter diffinitur.1a.q.16.1 c.fi.

2 Ratio veritatis consistit in adæquatione rei & intellectus. 1a. q.21. 2.c.

3 Ratio veritatis,prius est in intellectu,quàm in rebus,1a.q.16.1.o.

4 * Veritas magis fundatur in esse rei,quàm in essentia rei.22e.q.109. 1.c.

5 Veritas dici relationem,qua esse ordinatur ad intellectũ , sicut bonitas ad appetitum,1a.q.16.1.3.c.

6 Veritas dicitur primo de intellectu,de enunciatione vero,inquantum est signum eius:de re autem,vt de causa eius.1a. q. 16.7.8.c.

7 Veritas non entium,vt chimeræ, vel aliorũ huiusmodi , est tantum in intellectu,& ab eo causatur. 1a.q.16.3.2m.& 5.3m. & 7.4m.

8 Ad veritatem locutionum,requiritur res significata,& modus significandi.1a.q.39.4.5.c.

9 Veritas enunciabilium,nõ est aliud quàm veritas intellectus , quia enunciabile vt est in intellectu,habet per se veritatem: sed in voce est verum,quia significat veritatem intellectus,nõ autem per veritatem in enunciabili existentem.1a.q.16.7.c.

10 Eadem est veritas , & rectitudo communium principiorum apud omnes,& æqualiter nota:sed in ratione speculatiua , eadem est, non autem æqualiter nota in conclusionibus:in practica vero ratione,nec est eadem,nec æqualiter nota.12e.q.94.4.c.

11 Veritas triplex.s.cognitionis naturalis,infusæ,& acquisitæ.1.q.69. 1.3m.

12 Homo pertingit ad cognitionem veritatis tripliciter. s. capiendo à Deo,ab homine,& per studium:primo est necessaria oratio: secundo auditus:tertio meditatio.22e.q.180.3.4m.

13 Veritas quadruplex.s.vitæ,doctrinæ,iustitiæ,& locutionis.1a.q.16. 4.3m.& q 21.2.2m.& 22e.q.109.3.3m.

14 Veritas est in intellectu Dei propriè & primo , sed in intellectu nostro,est proprie & secundario: in rebus autem est secundario & improprie.1a.q.16.7.8.c.

15 Deus est veritas.1a.q.16.5.o.& 12e.q.3.7.c.

16 Deus est summa,maxima,& prima veritas.1a.q.16.5.c.

17 Veritas in diuinis sumitur dupliciter,scilicet proprie, id est,æqualitas intellectus Dei ad essentiam eius principaliter , & ad creaturas consequenter, & metaphoricè, id est, summa imitatio principij:primo modo dicitur tantum essentialiter:secundo autem personaliter,& conuenit soli filio.1a.quæstion.16.5.2m.& q. 39.8.c.

18 Anima non iudicat de omnibus rebus, secundum quamcũque veritatem,sed secundum primam veritatem,inquãrum resultat in anima,sicut in speculo,secundum prima intelligibilia.1a.q.12.11. 2m.& q.16.6.1m. & q.84.5.c.& q.88.3.1m.& 12e.q.93.2.c.& 22e.q. 173.1.2m.

19 Omnis veritas est à Deo.1a.q.16.5.3m.

20 Veritas prima est finis omnium desideriorum,& actionum nostrarum.22e.q.4.2.3m.

21 Omnes res sunt veræ vna veritate,scilicet Dei,sicut principio effectiuo & exemplari:sed multis formaliter. pri. q. 16. 6.o. & 12e.q. 93 1.3m.

22 Quælibet veritas,præter primam, est aliquo modo mutabilis. pri. q.16.8.o.

23 Veritas qua quis dicit verum, & qua verax dicitur , est virtus , non autem qua verum dicitur,sed est obiectum & finis virtutũ.pri.q. 16.4.4m.& q.17.1.c.& 22e.q.109.1.o.

24 Hæc virtus non est virtus theologica,nec virtus intellectualis,sed est virtus moralis: & medium eius est inter superfluum & diminutum,& hoc dupliciter,scilicet ex parte actus & ex parte obiecti 22e.q.109 1.3m.

25 Et est specialis virtus.22e.q.109 2.o.

26 Ad virtutẽ veritatis pertinet,talem se exhibere exterius per signa exteriora,scilicet per verba & facta,qualis est.22e.q.109.1.c.3m.2. c.& 3.1m.& 3m.& q.110.1.c.

27 Hæc virtus pars annexa iustitiæ, quia vtraque est ad alterum,& vtraque æqualitatem constituit:sed iustitia secundum debitum legale,veritas autem secundum debitum morale. 22e. quæstion. 109.3.o.

28 Et declinat plus in minus quàm in maius , non quidem negando verum,sed affirmando.22e.q.10 9.4.o. & q.129.1.5m.

29 Veritas vitæ est communis ad quamlibet virtutem. 22e.q. 109. 2. 3m.

30 Veritas amatur per se,sed oditur per accidens. 12e. q. 29. 5.o.& 22e. 15.1.3m.

31 Veritas creata est maior anima,secundum quid ,,vt perfectio eius, non autem simpliciter.pri.q.16.6.1m.

1 Verum dicitur dupliciter,scilicet verum veritate essentiæ,& verum veritate proprietatum.pri.q.68.4.c.& 22e.q.77.2.1m.

2 Ens est de ratione veri,non autem econuerso: ideo verum non potest intelligi,non intellecto ente,sed bene econuerso,non autem vero non existente.pri.q.16.3.3m.

1 Vespertilio circa terrã volat:ideo significat prædictos scientia sæculari,qui sola terrena sapiunt.12e.q.102.6.1.fi.

Vestigivm trinitatis attenditur secundum appropriata,per quæ veniri potest in trinitatem personarum .pri.q.45. 7.1m.

Tres

2 Tres partes eius, diuersimode assignantur à diuersis , quæ tamen reducuntur ad principium,medium,& finem.1a.q.5.5.o.

3 Et repræsentat causam vt causam tantum,imago autem repræsentat etiam quo ad formam causæ.1a.q.45.7.c.& q.93.6.c.

4 Vestigium trinitatis est in creatura secundum quod imitatur perfectionem Dei,seu consequitur esse perfectum,1a.q.5.5.o.& q.45. 7.o.

5 Vestigium trinitatis est in qualibet treatura,inquantum est creata,habens formam & ordinem, licet proprie sit tantum in individuis substantiæ,1a.q.45.7.o.& q.93.6.c.

1 Vestis.& Inusu vilium vestium potest esse peccatũ inanis gloriæ & auaritiæ,& virtus humilitatis , signum contemptus mundi,pœnitentiæ,& tristitiæ.22e.q.16 1.c.2m.& q.187.6.o.

2 Vitiosum est, quod vir vestiatur veste mulierum , vel econuerso, ad lasciuiam,sed potest esse sine peccato,propter aliquam necessitatem:sed prohibetur in lege veteri , propter idolatriam.12. q. 102.6.4m.& 22e.q.169.2.3m.

Vexatio.Redimere suam vexationem licet,iuris ordine non præmisso.22e.q.66.5.3m.& q.10 4.3m.

Vgo de sancto Victore,non est auctoritatis,1a.q.1.10.2m.& 22e.q. 5.1. 1m.& 3a.q.45.2.c.& q.50.4.c.

1 Via.& Non oportet quod qui vadit per viam , in quolibet passu cogitet de fine viæ.12e.q.1.6.3m.

2 Homini datur longior via quàm angelo, quia magis distat à Deo per cognitionem.1.q.52.5.1m.

Vicem Dei gerunt homines,in commissis hominum iurisdictioni: non autem quo ad omnia,vt in institutis à solo Deo,sicut in matrimonio & huiusmodi.12e.q.100.8.3m.fi.

Vigilantia est idem quod solicitudo , & pertinet ad prudentiam,12e.q.47.9.o.

Vigilare.& Cum aliquis vult diu vigilare de sero,ex quo sequitur quod non vadat hora matutinali ad ecclesiam , tunc actus iste interior vel exterior, per accidens se habet ad peccatum omissionis.12e.q.71.5.c.

Vigiles & cursores,& alij huiusmodi , de suo labore viuentes,intelligunt de labore manuum suarum viuere.22e.q 187.3.c.

1 Vindicatio est virtus specialis,quia ad hoc natura inclinat 22e.q.108.2.o.

2 Vindicatio consistit in medio duorum vitiorum s. crudelitatis & seuitię,secundum excessum:& remissionis,secundum defectum. 22e.q.108.2 3m.

3 Naturalius est homini appetere vindictam iniuriarum illatarum, quàm ab hõc deficere,quia vix alicui nimis paruæ videntur iniuriæ sibi illatæ,secundum Salustium,22e.q.157.2.2m.

4 Vindicatio,& inflictio pœnæ peccanti,est licita , si sit propter bonum.s.vel emendationis, vel cohibitionis , vel quietis aliorum cum aliis debitis circunstantiis,nõ autem si sit ex odio,vel principaliter intendatur malum peccantis , 22e. q.108.1.o. & 3.c. & q. 158.1.c.3m.& 2.c.& 3.o.& 3a.q.15.9.c.

5 Fortitudo disponit ad vindictam remouendo prohibens,zelus autem importat primam radicem eius,quia actus cuiuslibet virtutis,precedit ex radice charitatis.12e.q. 105.2. 10m.& 22e.q.108.2. 2m.

6 Vindicatio debet fieri per priuationẽ eorum quæ peccans diligit. s.per mortem,verbera,talionem,vincula,carcerem,seruitutem, damnum,exilium,ignominiam,& huiusmodi. 22e.q.108.3.o.

1 Vinvm vitis,est proprie vnum,alia vero per similitudinem eius 3a.q.74.5.c.1m.

2 Vinum calefacit & lætificat.22e.q.147.8.1m.& 3a.q.74.5.c.

3 Visus vini est illicitus per accidẽs tãrum.s.vel propter conditionem eius,qui faciliter lęditur ex eo,vel propter excessum,vel votum, vel scandalum.22e.q.149 3.o.

4 Vinum antiquitus mulieres apud Romanos non bibebant, secundum Valerium.22e. q.149.4.c.

Violari quæcunque non licebat,dicebantur antiquitus sancta, vel særosancta,vt muri ciuitatis,& personæ in dignitate constitutæ.3a.q.60.1.2m.

1 Violentia est à principio extrinseco, * nil cõferẽte eo quod vim patitur,vt s.sic patiatur:id autem fit quantum ad inclinationis finem,vt si lapis proiiciatur sursum , qui inclinatur deorsum ferri,secũdũ quo ad modum tendendi, vt si lapis velocius quàm sit eius inclinatio proiiciatur deorsum.22e.q.175.1.c.

2 Violentia nemini conuenit , nisi per publicam potestatem. 22e.q. 68.8.c.

1 Virginitas est specialis virtus.12e.q.64.1. 3m. & 22e. q.152. 1. 1m.& 3.o.& q.155.c.1.5m.

2 Virginitas dicitur à virore,quia importat immunitatem à concupiscentiæ adustione,circa delectationes venereas.22e.q.1.2.1.c.

3 Virginitas secundum August. est in carne corruptibili , incorruptionis perpetua meditatio.22e.q.152.1.1m.

4 Virginitas quo ad suum materiale. i. pro incorruptione signaculi,vel in resolutione seminis propter delectationẽ , est à natura, sed quo ad suũ formale.i.pro habitu quo quis proponit seu eligit perpetuo seruare integritatem mentis & corporis vel sine voto,vel præcipue cum voto,est ex gratia Dei.22e.q.152.2.1m.

5 In delectatione veneren sunt tria s.violatio signaculi virginalis,resolutio seminis delectationem causans,& propositum huius:remotio primi se habet ad virginitatem per accidens:remotio secũdi se habet ad eam materialiter: remotio tertij se habet ad eam formaliter & completiue.222.q.112.c.3m.& 2.o.

6 Virginitas perdita non potest reparari,ratione præteriti,sed bene quo ad omnem integritatem * operante Deo , & quo ad virginitatis propositum:nulla tamen potentia fieri potest,vt quæ corrupta est,corrupta non fuerit.1a.q.25.4.3m.& 22e.q.152.3.3m.

7 Corruptio triplex.s.corporalis tantum.i.fractio signaculi virginalis,vel resolutio seminis,quocunque modo:& corruptio mentis tantũ.i.consensus in rem veneream sine opere. & vtraque simul: in tertia amittitur virginitas irreparabiliter : in secunda reparabiliter:in prima vero nullo modo.22e.q.152.1.o. & 3.3m.

8 Virginitas & pudicitia,sunt in anima essentialiter , in carne vero materialiter.22e.q.152.1.2m.

9 Virginitas se habet ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem.22e q.152.3.c.fi.& 5m.& q.155.4 c.

10 Virginitas est illustrior portio gregis Christi, secũdũ Cyprianum, supremum decorem sibi vendicat , secundum Ambros. quia est supremus gradus temperantiæ &est virginum sublimior gloria, per comparationem ad viduas & coniugatas.22e.q.152.5.c.1m.

11 Virginitas est maxima,nõ quidem simpliciter,sed in genere castitatis.s.castitatis virginalis,coniugalis,& vidualis, non autem est maxima virtutum simpliciter, quia est minor virtutibus theologicis & religione quarum actus est ipsa occupatio circares diuinas:& ideo præferuntur virginitati.22m. q.152.3.c.5m.& 4.5.o.& q.15.2.2m.& q.155.1.o.& 4.c.1m.& q.185.4.o.

12 Coniugatus potest esse melior virgine dupliciter, scilicet si habeat animum magis paratum ad virginitatem si oporteret, licet non eam habeat in opere.sed in solo habitu,& propter aliquam aliam excellentiorem virtutem.2e.c.152.4.1m.& 2m.

13 Virginitas non opponitur luxuriæ sicut extremum , sed sicut medium.22e.q.152.2.2m.

14 * Virginitas vt virtus,non potest amitti sine peccato,quia firmata est per votum.22e.q.152.7.4m.

15 * Virginitas quo ad suum formale,potest separari per pœnitẽtiam, & semper est cum cæteris virtutibus , non autem quo ad materiale eius.22e.q.152.3.2m.& 3m.& 3a.q.89.3.1m.

16 Fractio signaculi virginalis quocunque modo , sine proposito delectationis,non magis præiudicat virginitati , quàm fractio manus vel pedis.22e.q.152.1.3m.

17 Virginitas ad vacandum liberius Deo,& contemplationi eius,non est vitiosa,sed est licita & laudabilis.22e.q.152.2.o.& 3.5.c.

Virilitas est idem quod fiducia , ideo est pars potentialis fortitudinis.22e.q.128.6m.

1 Virtvs nominat perfectionem potentiæ , quia de ratione virtutis est quod ponat potentiam in vltimo quo ad actum, quo ad obiectum,& quo ad modum agendi.12e.q.55.1.2.3.c.& q. 56.1.c.& q.66.3.c.& 22e.q.51.12m.& q.129.2.c.

2 Virtus quandoque sumitur pro omni quod potest esse principium operationis,vel motus.12e.q.26.1.1m.& q.41.1.1m.

3 Virtus importat directe dispositionem habentis se conuenienter, secundum modum suæ naturæ , sed consequenter importat bonitatem.12e.q.71.1.o.

4 Virtus est dispositio perfecti ad optimum, inquantum dicit operationem,per quam res finem suum consequitur.12e.q.110.3.c.& 22e.q.23.7.c.

5 Omnis virtus humana potentiæ rationalis, est habitus:sed potentia naturalis,est sua virtus.12e.q.55.1.o.& q.56.3.c.

6 Quandoque virtus dicitur,id ad quod est virtus , scilicet vel obiectum virtutis , vel actus eius , sicut fides dicitur quandoque id quod creditur,quandoque vero ipsum credere, quandoque autem ipse habitus quo creditur.12e.q.55.1m.

7 De ratione virtutis humanæ,est habitus operatiuus,& bonus.12e. q.55 1.3.o.& q.56.1.c.& q.71.1.2m.& 22e.q.58.1.c.

8 Principale in virtute,est electio.22e.q.134.3.4m.

9 Vbi est speciale impedimentum rationis,ibi oportet esse specialem virtutem.22e.q.149.1.2.c.

10 * Virtus est bona seipsa,& non per aliam virtutem. 12e.quæst.55.4. 1m.

11 Virtus duplex, scilicet virtus vera, & virtus falsa vel simulata. 22e. q.23.7.3m.

12 Virtus dicitur dupliciter , scilicet virtus vera,& virtus ficta. 22e. q. 23.1.c.

13 Virtus duplex,scilicet virtus propria , & virtus aliena.3a.quæst. 43. 3.o.

14 Habitus moralis habet rationem virtutis,inquantum rationi conformatur.12e.q.58.2.c.fi.

Virtus

Universidad de Deusto Biblioteca

15 Virtus simpliciter dicta, dicitur amor, secundum Augustinum, quia dependet à voluntate, cuius prima affectio est amor. 12ᴱ. q. 56. 3. 1ᵐ. & q. 62. 2. 3ᵐ.

16 Virtus, secundum Augustin. est ordo vel ordinatio amoris, quia per eam amor in nobis ordinatur, 12ᴱ. q. 55. 1. 4ᵐ. & q. 62. 1. 1ᵐ.

17 Virtus, secundum August. est bonus vsus liberi arbitrij, quia virtus ordinatur ad eum sicut ad proprium actum. 12ᴱ. q. 55. 1. 2ᵐ.

18 Virtus secundum Aug. est bona qualitas mentis qua recte viuitur, qua nullus male vitur, quâ Deus in nobis sine nobis operatur: quæ diffinitio totam virtutis rationem complectitur, & conuenit cuilibet virtuti, præter vltimam partem quæ conuenit virtuti infusæ tantum. 12ᴱ. q. 55. 4. 0. & 22ᴱ. q. 1ᵐ 8. 2. 2ᵐ.

19 Virtus vt est in concupiscibili vel in irascibili, nihil aliud est quàm quædam habitualis conformitas earum ad rationem. 12ᴱ. q. 56. 4. c fi. & q. 92. 1. c.

20 Virtus vniuersaliter est, quæ bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum: & hoc dupliciter, vel materialiter tantum, vt virtutes intellectuales: vel formaliter, vt virtutes morales, 22ᴱ. q. 17. 1 c & q. 47. 4. c. & q. 58. 1. c.

21 * Virtus dicitur vltimum potentiæ, quia ad illud potentia ordinatur, scilicet ad obiectum, quiaibi virtus sumitur pro obiecto, 12ᴱ. 55. 1. 1ᵐ. & 3. c. & 22ᴱ. q. 23. 3. 2ᵐ.

22 De ratione virtutis est, quod se habeat tantum bonum. 22ᴱ. q. 1. 3. 1ᵐ. & q. 4. 5. c. & q. 23. 7. c. & q. 51. 1. 2. c. & q. 81. 4. c. & q. 117. 6. c. 2ᵐ. & 3ª. q. 7. 6. 1ᵐ.

23 Obiectum cuiuslibet virtutis, est bonum circa propriam materiam. Sed virtutes nominatę ab aliqua generali conditione virtutum, illam sibi materiam specialiter vendicant, in qua difficilimum & optimum est, conditionem huiusmodi obseruare: sicut fortitudo pericula mortis, temperantia delectationes & tactus, & sobrietas mensuram circa delectationes cibi & potus, 12ᴱ. q. 63. 4. c. & 22ᴱ. q. 149. 1. c. principio.

24 Virtus vera & simpliciter, ordinat ad principale bonum. Sed virtus vera & secundum quid & imperfecta, ordinat ad particulare bonum. Falsa verò virtus, abducit à principali bono. Sicut nō est vera virtus auarorum prudentia, qua excogitant diuersa genera locellorum, & auarorum iustitia, qua grauium damnorum metu, contemnunt aliena, & auarorum temperantia, quæ luxuriæ quę sumptuosa est, cohibent appetitum, & auarorum fortitudo qua, vt ait Horatius, per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes, 22ᴱ. q. 23. 7. c.

25 Virtutes & vitia sortiuntur speciem ex eo quod est per se intentum, non autem ab eo quod est intentum per accidens, & præter intentionem. 22ᴱ. q. 109. 2. 2ᵐ. & q. 110. 2. c. 1ᵐ.

26 Species virtutum distinguuntur secundum obiecta 12ᴱ. q. 96. 3. c. & 22ᴱ. q. 18. 2. c. & q. 19. 2. 4 5. c. & q. 31. 4. c. & q. 47. 5. c.

27 Materia virtutum moralium duplex. s. materia propinqua. i passiones vt plurimum, & materia remota. i. obiecta passionum. 12ᴱ. q. 60. 5. c. & 22ᴱ. q 31. 1. 2ᵐ. q. 32. 1. 4ᵐ. & 117. 2. 3. 0 & 6. c.

28 Obiecta passionum diuersarum potentiarum, comparata ad appetitum sensitiuum, causant diuersitatem passionum, ad rationem vero comparata, causant diuersitatem virtutum 12ᴱ. q. 60. 5. c.

29 Obiecta passionum diuersarum potentiarum, semper causant diuersas species virtutum moralium. 12ᴱ. q. 60. 5. c.

30 Nihil potest esse subiectum virtutis simpliciter dictæ, nisi voluntas vel potentiæ, vt motæ ab ea. 12ᴱ. q. 55. 2. c. & 4. 3ᵐ. & q. 56. 3. 0 & q. 57. 1. c.

31 Nulla virtus est in voluntate, respectu boni sibi proportionati, sed tantum respectu Dei vel proximi. 12ᴱ. q. 52 3 c. 1ᵐ. & q. 56. 6 0.

32 Intellectus nō potest esse subiectum virtutis, nisi vel secundū quid. i. virtutum intellectualium, vel simpliciter. i. inquantum mouetur à voluntate. 12ᴱ. q 56. 3. 0.

33 Virtutes perficientes intellectum, excludunt totaliter falsum, non autem virtutes perficientes appetitum. 22ᴱ. q. 1 3. 1ᵐ.

34 Omnis virtus & vitium est habitus voluntatis & mentis causaliter, non autem subiectiue. 12ᴱ. q. 56. 3. 0.

35 Virtutes perficiunt nos, ad prosequendum debite inclinationes naturales. Ideo ad quamlibet inclinationem naturalem determinatam, ordinatur aliqua specialis virtus. 22ᴱ. q. 108. 2. c.

36 * Vna & eadem virtus potest esse in diuersis potentiis. 12ᴱ. q. 56. 2. c.

37 Nulla virtus proprie est in corpore, sed tantum in anima. 12ᴱ q. 55. 2. c. & q. 56. 4. 3ᵐ.

38 Omnis virtus circa passiones, est in appetitu sensitiuo. 12ᴱ. q. 56. 4. 4ᵐ.

39 In Deo est potissime virtus. 1ª. q 3. 6. 1ᵐ. & q 4. 2. 2ᵐ.

40 Virtutes circa actiones, & virtutes in voluntate, vel virtutes in intellectu practico vel speculatiuo, sine imperfectione, sunt proprie in Deo. Non autem virtutes circa passiones in bonum spirituale, nisi metaphorice. Sed virtutes circa passiones in bonum corporale, nullo modo. Nec virtutes vitæ actiuæ, vt eam perficiunt. 1ª. q. 21. 1. 1ᵐ. & 12ᴱ. q 61. 5. c. 1ᵐ.

41 Virtus ordinata ad bonum, secundum regulam rationis humanæ potest causari in nobis ex actibus nostris, non autem quæ secundum regulam diuinam. 12ᴱ. q. 51. 2. 3 4 0 & q. 55. 4. c 6ᵐ. & q. 63. 2. 3. 10. & q. 52. c. & q 92 1 1ᵐ.

42 Virtutes ipsæ sunt nobis à natura, secundum apticudinem & inchoationem, non autem secundū perfectionem, præter virtutes theologicas, quæ sunt totaliter ab extrinseco, scilicet à Deo. 12ᴱ. q. 51. 1 0 c. & q. 63. 1. 0 & 2. 3ᵐ. & 3 c. & q 71. 2. 1ᵐ. & q. 85. 1. c. & q. 95. 1. c. & 22ᴱ. q. 47 1 5. 0. & q 80. 2. c. & q. 123. 1. 3ᵐ. & q 141 1. 2ᵐ.

43 Virtutes quædā præter theologicas, causantur in nobis à Deo immediate, ad finem supernaturalem. 12ᴱ. q. 51. 4. 0. & q. 63. 3. 0.

44 Virtutes infusæ causantur in nobis à Deo, sine nobis agentibus, non autem sine nobis consentientibus. 12ᴱ. q. 55. 4. 6ᵐ.

45 Determinatio actus virtuosi, ad proprium & per se obiectum virtutis, est sub necessitate præcepti, sicut etiam actus virtutis. Non autem ad ea quæ accidentaliter & secundario se habēt ad proprium & per se virtutis obiectum. 22ᴱ. q. 2. 5. c.

46 Actus virtutis virtus, eodem nomine quandoque nominātur 22ᴱ. q. 137. 1. 2ᵐ.

47 Ex hoc actus est virtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. 22ᴱ. q. 147. 1. c.

48 Virtus proprie non potest dici actus, nisi sicut habitus nominantur per actus, quia virtus semper includit respectum ad illud cuius est principium. 12ᴱ q. 70 1 3ᵐ.

49 Aliqui actus sunt aliquibus virtuosi, tanquam eis proportionati & conuenientes, qui tamen aliis sunt vitiosi, tanquam eis non proportionati 12ᴱ q 95. 3. 3ᵐ.

50 De ratione actus virtuosi sunt quatuor. s. quod operans sciat quod eligat propter bonū, & immobiliter. 12ᴱ q 100. 9 c. & 22ᴱ. q. 58. 1. c.

51 Actus virtutis dicitur dupliciter, scilicet materialiter & formaliter. Primus potest esse sine virtute, non autem secundus. 12ᴱ. q. 93. 3. 2ᵐ. & 22ᴱ. q. 32. 1. 1ᵐ.

52 Adiunctio actuum virtutum secundariarum, ad actus & virtutes principales, magis est secundum conuenientiam in modo qui est quasi forma earum, quàm secundum materiam. 22ᴱ. q. 157. 3. 2ᵐ. & q. 161. 4. 0.

53 Actus interior & exterior, non requirunt diuersas virtutes. 22ᴱ. q. 31. 4. b.

54 Quælibet virtus principaliter est interius in anima, sed actus exteriores debent moderari secundum debitas circunstantias. 22ᴱ. q. 161. 3. 3ᵐ.

55 Actus interiores maxime pertinent ad virtutes. 1ª q. 54 2. 3ᵐ.

56 Actus exteriores sunt propriè actus illarum virtutum, ad quarum fines, secundum speciem suam ordinantur. 22ᴱ. q. 3. 1. c.

57 Quælibet virtus moderans amorem aliquorum bonorum, moderatur etiam ex consequenti timorem contrariorum malorum. 22ᴱ. q. 123. 4. 2ᵐ.

58 Actus exteriores sunt illius virtutis, cuius est mouere ad eos. 22ᴱ e. 32. 1. c.

59 Diuersi actus eiusdem bonitatis, pertinent ad eandem virtutem: si autem sint diuersæ bonitatis, pertinent ad diuersas. 22ᴱ. quæst. 51 2. c.

60 Diuersitas virtutum est ex diuersitate actuum, quorum est diuersa ratio bonitatis. 22ᴱ. q. 51. 2. 3. c. & q 161. 2. 3ᵐ.

61 * Actus vnius virtutis vt elicientis, potest attribui alteri virtuti vt imperanti. 12ᴱ. q. 114 4. 1ᵐ. & 22ᴱ. q. 32. 2ᵐ. & q. 85. 3. c. & q. 88. 6. c. & q. 147. 2. 2ᵐ.

62 Virtutes non sunt æquales, sed vna virtus est maior alia & in diuersis speciebus virtutum, & in eadem specie: non quidem secundum se, sed ex parte eiusdem hominis in diuerso tempore, vel ex parte diuersorum hominum propter maiorem assuefactionem, vel meliorem dispositionem naturæ vel rationis, vel propter maius donum gratiæ Dei. 12ᴱ. q 66. 1. 0. & 2. c & q. 73. 2. 3ᵐ. & q. 112. 4. c. & 22ᴱ. q. 5. 4 0.

63 Virtutes quæ simpliciter ordinant nos in bonum, sunt simpliciter digniores virtutibus retrahentibus nos à malo. 22ᴱ. quæstion. 157. 4. c.

64 Quælibet virtus tanto excellentior est, quanto ad altius bonum ordinatur. 12ᴱ. q. 111. 5. c. & q. 112. 4. c. & 22ᴱ. q. 117. 6. c. & quæst. 136. 2. c.

65 Omnes virtutes in eodem, sunt æquales secundum proportionem, quia æqualiter crescunt. 12ᴱ. q. 66. 1. 1ᵐ. & q. 73. 2. 3ᵐ.

66 Virtutes theologicæ, sunt cæteris virtutibus nobiliores. 12ᴱ. q. 68. 8. 0. & 22ᴱ. q. 9. 1. 3ᵐ. & q. 19. 9. 4ᵐ. & q. 23. 6. c. & q. 104. 3 c. & q. 117. 6. c. & q. 141. 5. 0. & q 161. 5. c.

67 Virtutes theologicæ sunt priores cæteris virtutibus. 22ᴱ. q. 4. 7. c. & q. 10. 1. 1ᵐ.

68 Virtutes theologicæ sunt causæ cæterarum virtutum. 12ᴱ. q. 63. 3. c. & 22ᴱ. q. 161. 4. 1ᵐ.

69 Virtutes theologicæ habent vltimum finem pro obiecto: aliæ autem virtutes sunt circa ea quæ sunt ad finem. 22ᴱ. quæstio. 4. 7. c. & q. 81. 5. c.

70 Virtutes theologicæ nō sunt virtutes humanæ, sed superhumanæ, vel diuinæ. Et conueniunt homini, prout per gratiam participat naturam diuinam. 12ᴱ. q. 58. 3. 3ᵐ. & q. 61. 1. 2ᵐ. & q. 62. 1. c. 1ᵐ. & 2. 3. 0.

71 Virtutes habentes pro obiecto bonum spirituale, scilicet virtutes theologicæ & virtutes intellectuales, sunt simpliciter nobiliores virtutibus habentibus pro obiecto bonum corporale, vel aliquid ei adiunctum. 22ᴱ. q. 136. 2. c.

72 * Vna virtus est prior alia secundum actus, licet simul infundātur omnes à Deo secundum habitus. 12ᴱ. q. 62. 4. c. & 3ª. q. 85. 6. c.

73 Virtutes naturales sunt nobiliores virtutibus acquisitis, sed sunt minus nobiles virtutibus infusis. 12ᴱ. q. 63. 2. 3ᵐ.

74 Virtutes intellectuales, sunt simpliciter nobiliores virtutibus moralibus, propter nobilius obiectum, sed est econuerso secundum quid. s. vt virtutes, & respectu actuum. 12ᴱ. q. 61. 1. 3ᵐ. & q. 66. 3. 0. & q. 68. 7. 8. c. & 22ᴱ. q. 23. 6. 1ᵐ. & q. 161. 5. c.

75 Virtutes intellectuales & morales, perficiunt intellectum & appetitum in ordine ad regulam & mensuram creatam, virtutes vero theologicæ, ad regulam & mensuram increatam, 12ᴱ. q. 62. 2. 1ᵐ. & q. 64. 4. 2ᵐ.

76 Virtutes morales sunt permanentiores virtutibus intellectualibus propter exercitium, sed econuerso propter obiectum. 12ᴱ. q. 53. 1. 3ᵐ. & 22ᴱ. q. 66. 3. 1ᵐ.

77 Virtutes morales sunt necessariores ad vitam humanam virtutibus intellectualibus, 12ᴱ. q. 66. 3. 1ᵐ.

78 Vna virtus alteri virtuti non contrariatur aut repugnat, sed vitio, quia secundum Philosophum, bonum non est bono cōtrarium. 22ᴱ. q. 101. 4. c.

79 * Vitium non tantum opponitur virtuti perfectæ, sed etiam imperfectæ in genere virtutis. s. habilitati naturali ad bonum, & dispositioni ad virtutem, 12ᴱ. q. 73. 2. 2ᵐ. & q. 73. 1. 2ᵐ.

80 Omne vitium quod magis opponitur virtuti, nominatur ex defectu virtutis. 22ᴱ. q. 10 2. c.

81 Cum virtus magis opponitur vni extremo vitiorum, quàm alteri, illud vitium magis oppositum nominatur nomine passionum, ad quam refrenandam virtus principaliter ordinatur, 22ᴱ. q. 21. 3. c. & q. 53. prin.

82 Vitia inquantum sunt contra bonum rationis, contrariantur virtuti. Inquantum autem sunt contra instinctum diuinum, contrariantur donis. 12ᴱ. q. 68. 1. 2ᵐ.

83 Multa vitia opponuntur vni virtuti dupliciter. s. secundum diuersam habitudinem ad virtutem, & secundum diuersas circunstantiarum corruptiones. 22ᴱ. q. 10. 5. c. & q. 91. 1. c. & 2. 1ᵐ.

84 * Non oportet quod principale vitium, opponatur principali virtuti, 12ᴱ. q. 84. 4. 1ᵐ. & 22ᴱ. q. 34. 5. 1ᵐ. & q. 118. 7. 1ᵐ. & q. 142. 3. 1ᵐ. & q. 162. 6. 2ᵐ. & 7. 3ᵐ.

85 Multa vitia opponuntur secundum diuersos actus, eidem virtuti. 22ᴱ. q. 29. 4. 3ᵐ.

86 Virtuti vt sic, opponitur vitium. Sed vt bonitati, opponitur malitia. Peccatum autem opponitur ei, vt operatiuę boni. 12ᴱ. q. 71. 1. 0.

87 Actus vitij potest esse cum habitu virtuti, & econuerso, nisi actus excludat causam habitus, 12ᴱ. q. 63. 2. 2ᵐ. & q. 71. 4. 0. & q. 73. 1. 2ᵐ. & q. 77. 2. 3ᵐ. & 22ᴱ. q. 24. 11. 0.

88 Vitium directe opponitur virtuti. Nō autem peccatum, nisi secundum actum, sed opponitur actui virtuoso. 12ᴱ. q. 71. 4. 0.

89 Directa oppositio vitiorum ad virtutes, non attenditur secundum causas, quia contingit vnum vitium oriri ex diuersis causis. Sed attenditur secundum speciem actus. 22ᴱ. q. 116. 1. 2ᵐ. & q. 127. 2. 1ᵐ. & q. 133. 2. c. & q. 138. 2. 1ᵐ.

90 Nec etiam attenditur secundum effectus. 22ᴱ. q. 127. 2. 2ᵐ. & q. 132. 2. 3ᵐ. & q. 133. 3. c.

91 Habitus virtutis & vitij corrumpuntur per iudicium rationis, vel in contrarium mouentis, vel ex ignorantia, vel passione, vel electione. 12ᴱ. q. 53. 1. c. fi.

92 Diuersitas finium diuersificat virtutes. 12ᴱ. q. 54 2. 3ᵐ.

93 Virtutes theologicæ differunt specie à virtutibus moralibus & intellectualibus. 12ᴱ. q. 62. 2. 0.

94 * Virtus infusa differt specie à virtute acquisita dupliciter. s. ratione diuersæ regulæ, & ratione diuersi finis. 12ᴱ. q. 63. 4. 0.

95 Virtutes morales differunt subiecto à virtutibus intellectualibus. Sed virtutes theologicæ differunt obiecto ab vtrisque. 12ᴱ. q. 58. 2. 0. & q. 62. 2. 0.

96 Obiectum virtutum moralium & intellectualiū, est proportionatum naturæ hominis. Non autem obiectum virtutum theologicarum, sed est supra rationem & supra naturam. 12ᴱ. q. 58. 3. 3ᵐ. & q. 62. 1. c. & 2. 3. 0. & q. 63. 3. 0.

97 Homo secundum virtutes morales, dicitur simpliciter bonus, non autem secundum virtutes intellectuales. 12ᴱ. q. 56. 3. c. & q. 60. 3. 2ᵐ. & 22ᴱ. q. 23 7. 5ᵐ.

98 Virtus sumitur tripliciter, scilicet pro habitu, pro obiecto, & pro actu eius. 12ᴱ. q. 55. 1. 1ᵐ.

99 Virtus pro habitu, diuiditur in diuersa genera virtutum analogice, quia bonum rationis non est in omnibus secundū eundem ordinem, 12ᴱ. q. 61. 1. 1ᵐ.

100 Genus virtutum triplex. s. genus virtutum theologicarum, intellectualium, & moralium. 12ᴱ. q. 68. 8. c.

101 Virtus humana sufficienter diuiditur per virtutes intellectuales & morales. 12ᴱ. q. 58. 3. 0.

102 Virtus dicitur dupliciter. s. simpliciter, id est, quæ facit recte operari virtutes morales, & secundum quid, id est, quæ facit facultatem recte operandi, vt virtutes intellectuales. 12ᴱ. q. 56. 3. 0. & q. 57. 1. 0. & 3. 4. c. & q. 61. 1. c. & q. 66. 3. c.

103 Partes quæ singulis virtutibus assignantur, non sunt partes integrales, sed partes subiectiuæ, vel potentiales. 12ᴱ. q. 54. 4. 2ᵐ.

104 Virtus dicitur esse aliquorum dupliciter, scilicet vt obiectorum, & vt actuum. 12ᴱ. q. 57. 1 2ᵐ.

105 Aliquid potest procedere ex radice virtutum dupliciter, scilicet directe. i. actuseius, & indirecte. i. occasionaliter. s. peccatum. 22ᴱ. q. 20. 1. 2ᵐ.

106 Aliquid impedit virtutem dupliciter. s. vel quo ad cōmunem statum eius. s. tantum peccatum, vel quo ad perfectum statum. s. aliquid minus bonum. 22ᴱ. q. 153. 2. 1ᵐ.

107 Virtutes aliquas oportet esse theologicas, ad acquirendum beatitudinem supernaturalem. 12ᴱ. q. 62. 1. c. & 2. 3. c.

108 Virtutes theologicæ dicuntur, quia habent Deū pro obiecto, tantum à Deo infunduntur, & tantum per reuelationem Dei in sacra scriptura traduntur. 12ᴱ. q. 63. 1. c. & 22ᴱ. q. 17. 5. 6. c.

109 Virtutes theologicæ sunt, quibus mens humana Deo coniungitur. 12ᴱ. q. 68. 8. c. & q. 104. 3. c. & q. 151. 2. c.

110 Virtutes theologicæ, habent idem pro obiecto & fine. s. Deum. 12ᴱ. q. 62. 1. 2. c. & q. 107. 1. 1ᵐ. & 22ᴱ. q. 4. 1. 7. c. & 17. 5. 6. c. & q. 19. 0. 2ᵐ. & q. 20. 3. c. & q. 23. 6. c. & q. 81. 5. 0. & q. 161. 4. 1ᵐ. & 5. c.

111 Virtutes theologicę habent duplicem regulam seu mensuram, scilicet Deum, & capacitatem nostram. 12ᴱ. q. 64. 4. c.

112 Virtutes theologicæ non sunt virtutes exemplares, quia non dicuntur theologicæ, quod Deus eis sit virtuosus, sed nos ad eum, & à Deo. 12ᴱ. q. 62. 1. 2ᵐ.

113 Virtutes theologicæ sunt tantum tres, scilicet fides, spes, & charitas. 12ᴱ. q. 62. 3. 0. & 22ᴱ. princip. & q. 1 6. 0.

114 Virtutes theologicæ, secundum habitus sunt simul, sed secundum actus, via generationis: fides est prima, spes secunda, & charitas tertia. Sed ordine perfectionis, est econuerso. 12ᴱ. q. 62. 4. 0. & 22ᴱ. q. 17. 7. 8. 0.

115 Sapientia non est virtus theologica, quia non est de Deo immediate, & secundum quod in se est, sicut fides, sed est de Deo per effectus eius. 12ᴱ. q. 62. 2. 2ᵐ.

116 Virtutes intellectuales, sunt eorum per quæ homo sit beatus, vel sicut virtus actuum, & hoc dupliciter, scilicet meritorie & inchoatiue, vel sicut virtus obiectorum, non autem sicut virtus subiectorum, nisi forte effectiue. 12ᴱ. q. 57. 1. 2ᵐ.

117 Virtutes intellectuales sunt tantum tres speculatiuæ, scilicet sapiētia, intellectus, & scientia, & duæ practicæ, scilicet prudentia & ars. 12ᴱ. q. 57. 2. 0. & q. 68. 7. c. & 22ᴱ. q. 4. 8. c. q. 47. 5. c.

118 Omnis virtus intellectualis speculatiua, est tātum circa necessaria, practica vero, est tantum circa contingentia. 12ᴱ. q. 57. 5. 3ᵐ. & q. 66. 3. 3ᵐ. & 22ᴱ. q. 4. 8. c. & q. 47. 5. c.

119 Bonum virtutis intellectualis, est verum, speculatiuæ quidem absolute, practice vero secundum conformitatem ad appetitum rectum. 12ᴱ. q. 57. 2. 3ᵐ. & q. 64. 3. c.

120 * Virtutes intellectuales non sunt connexæ ad inuicem. 12ᴱ. q. 65. 1. 3ᵐ.

121 Virtutes intellectuales speculatiuæ, præferuntur virtutibus intellectualibus actiuis. 12ᴱ. q. 68. 7. 0.

122 Virtutes speculatiuæ, non ex æquo distinguuntur ad inuicem, sed ordine quodam, sicut in totis potentialibus, quorum vna pars est perfectior altera. 12ᴱ. q. 57. 2. 2ᵐ.

123 Virtutes morales possunt esse sine virtutibus intellectualibus, præter prudentiam & intellectum, & econuerso, præter prudentiam. 123. q. 50. 4. 5. 0.

124 Nulla virtus moralis est passio, quia passio est motus, & est indifferens ad bonum & ad malum, habens principium in appetitu, & terminum in ratione. Sed virtus est econuerso. 12ᴱ. q. 59. 1. 0.

125 Non omnis virtus dicitur moralis, sed tantum illa quæ est in vi appetitiua. 12ᴱ. q. 5ª. 1. 0. & q. 68. 8. c.

126 Virtus moralis non est vna tantum, sed multę secundum speciem. 12ᴱ. q. 60. 2. 0.

127 Multæ sunt virtutes morales circa operationes humanas secundū diuersas rationes debiti, quæ tamen omnes habent rationem iustitiæ. 12ᴱ. q. 60. 3. 0.

128 Virtutes morales sunt connexæ. 12ᴱ. q. 65. 1. 0. & 2. c. & q. 66. 2. c. & q. 68. 5. 3ᵐ. & q. 73. 1. 0. & 12ᴱ. q. 129. 3. 2ᵐ. & q. 134. 1. 1ᵐ. & q. 146. 4. 0. & q. 147. 2. 1ᵐ. & q. 152. 3. 2ᵐ. & q. 171. 4. c. & 3ª. q. 85. 6. c.

129 Finis cuiuslibet virtutis moralis, est attingere medium in propria materia, quod determinatur secundum rectam rationem prudentiæ. 12ᴱ. q. 66. 5. 3ᵐ.

Universidad de Deusto Biblioteca

130 Habitus virtutũ moraliũ, cauſantur in potentiis appetitiuis, ſecũ dum quod mouẽtur à ratione. 12ᴱ.q.51.2.c.3ᵐ.& 3.c.& q.53.1.c.ſi.
131 Finis virtutum moralium, eſt bonum humanum. ſ. eſſe ſecũdum rationem. Ideo oportet fines earum in ratione præexiſtere. 22ᴱ. q.47.6.c.& q.123.11.2ᵐ.& q.136.1.2.c.
132 Omnis virtus moralis, eſt circa delectationes & triſtitias cõſecuti ue non autẽ obiectiue. 12ᴱ.q.59.4.1ᵐ.& q.60.2.c.& 22ᴱ.q.58.9.1ᵐ.
133 Omnis virtus moralis * habet aliquas operationes bonas, quarũ eſt productiua, & aliquas paſſiones ſimiliter, vt delectationem vel triſtitiam, quæ ſunt paſſiones. Tamen oportet alias virtutes eſſe circa operationes, & alias circa paſſiones. 12ᴱ.q.60.2.o.
134 Virtus moralis poteſt eſſe cum paſſione & triſtitia, & ſine paſſione. Nec quælibet eſt circa paſſiones. 1ª.q.95.2.3ᵐ.& 12ᴱ.q.95.o.& 22ᴱ. q.58.9.o.
135 Multæ virtutes morales, ſunt circa paſſiones. Tamẽ eadem virtus poteſt eſſe circa multas paſſiones, propter contrarietatẽ, vel propter eandem rationem repugnandi rationi, 12ᴱ.q.60.q.o.& 8.c.
136 Virtutes morales circa paſſiones ſunt vndecim, ſecundum Ariſtotelem. ſ. fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, philotimia, manſuetudo, amicitia, veritas, eutrapelia, & iuſtitia. Sed ſunt duodecim cum iuſtitia quæ eſt circa operationes. 12ᴱ.q.61.5.c.ſi.
137 Eadem virtus moralis. ſ. temperantia, eſt circa omnes paſſiones concupiſcibilis, quia ſe conſequuntur, & ordinantur ad idem. Non autem circa paſſiones iraſcibilis. 12ᴱ.q.60.4.o.
138 Eadẽ eſt virtꝰ moralis circa cõtrarias paſſiones. 12ᴱ.q.60.4.c. 2ᵐ.
139 Vbi in actibus hominis eſt ſpecialis ratio bonitatis, oportet eſſe ſpecialem virtutem. 22ᴱ.q.109.2.c.& q. 114.1.c.& q.137.1.c.& q. 149.1.c.princ.& 3ª.q. 85.2.c.
140 Vbicunque eſt aliquis actus hominis bonus, oportet quod reſpondeat alicui virtuti humanæ. 22ᴱ.q.17.1.c.& q.81. 2.c.& q.104. 2.c.& q.109.1.c.& 3ª.q.85.1.2.c.
141 Inter virtutes morales, tãto aliqua virtus eſt potior, quãto maius aliquid contemnit, vt Deo inhæreat, 22ᴱ.q.61.5.c.& q.104.3.c.
142 Virtutes morales, manent poſt hanc vitam in beatis, quo ad ſuum formale. ſ. quo ad ordinem rationis, nõ autem quo ad ſuum materiale. ſ. quo ad inclinationem appetitus ad paſſiones, vel ad operationes huius vitæ. 12ᴱ.q.67.1.o.& 2.c.3ᵐ.& 4.1ᵐ.& q.68.6.c. & 22ᴱ.q.53.2.2ᵐ.& q.136.1ᵐ.& q.181.4.1ᵐ.
143 Omnes virtutes morales reducuntur ad quatuor virtutes cardinales. 22ᴱ.prolo.ſi.
144 Et dicũtur virtutes cardinales principales, quia ſunt circa potiſſimum in materia virtutum. Cardinales vero dicuntur, quia ſunt fundamenta aliarum virtutum. Et ſunt virtutes generales virtualiter. 22ᴱ.q.129.5.c.& q.134.4.c.& q.137.2.c.& q.141.7.c.& q.143. c.& q.160.1.c.
145 Solæ virtutes morales & prudentia, dicuntur virtutes cardinales & principales; non autem intellectuales, nec theologicę. 12ᴱ.q.61. 1.o.& q.66.4.c.
146 Et ſunt tantũ quatuor. ſ. prudẽtia, iuſtitia, fortitudo, & temperantia. 12ᴱ.q.61.2.3.o.& q.66. 1.4.c.& 22ᴱ.pr. & q.123.11.o. & q.141.7.o.
147 Et capiuntur dupliciter. ſ. vt quatuor conditiones cuiuſlibet virtutis. ſ. diſcretio, rectitudo, firmitas, & modus, & vt determinantur ad principales materias. Primo modo, ſunt virtutes generales: ſecundo vero modo ſunt virtutes ſpeciales, & realiter diſtinctæ. 12ᴱ.q.61.2.3.4.o.& q.65.1.c.& q.66.2.c. & 22ᴱ.q.54.8.2ᵐ. & q. 123.2.11.c.& q.189.c.principio.
148 Et ſunt quadruplices, ſ. exemplares, politicæ, purgatoriæ, & purgati animi. 12ᴱ. q.61.5.o.
149 Solę virtutes infuſæ, ſunt perfectæ, & ſimpliciter virtutes. 12ᴱ. q. 65.2.c.& 22ᴱ.q.23.7.c.
150 Virtus acquiſita diſponit ad naturam humanam, ſed virtutes infuſæ diſponunt hominem altiori modo, ad altiorẽ finem & ad altiorem naturam. ſ. ad naturam diuinam participatam. 12ᴱ. q. 110.3.c.& 22ᴱ.q.23.7.c.
151 Virtutes infuſæ augentur per actionem Dei, acquiſitæ vero per actus noſtros, qui etiam diſponunt ad augmentum infuſarum. 12ᴱ.q.92.1.1ᵐ.
152 Virtutes acquiſitæ ſicut perficiunt hominem ad ambulandum ſecundum quod congruit homini naturalis rationis, ſic virtutes infuſæ perficiunt hominem, ſecundum quod congruit lumini gratiæ. 12ᴱ.q.110.3.c.
153 Virtutes infuſæ, non auferunt contrarias diſpoſitiones, ſicut virtutes acquiſitæ, ideo patiuntur difficultatem in operando, non autem virtutes acquiſitæ. 12ᴱ.q.65.3.2ᵐ.& 3ª.q.89.1.c.
154 Virtutes infuſæ auferũtur per quodlibet vnum ſolum peccatum mortale, non autem virtutes acquiſitæ. 12.3.q.63.2.2ᵐ.& q.65.3.c. & q.71.4.c.& q.73.1.2ᵐ.& 22ᴱ.q.24.1.2.c.& q.133.1.2ᵐ.
155 Quilibet actus diſponit ad generationem virtutis acquiſitæ, ſed non complet eam, niſi vltimus actus perfectior aliis, agens in virtute omnium actuum præcedentium. 22ᴱ. q.24.6.2ᵐ.
156 Finis virtutis acquiſitę, eſt bonum ciuile, ad quod dirigit, finis vero virtutis infuſæ, eſt beatitudo cælestis. 12ᴱ.q.63.4.c.
157 Virtus acquiſita diminui poteſt per ceſſationem actus eius, non autem virtus infuſa, quia virtus acquiſita dependet ab actu ſuo, non autem virtus infuſa. 22ᴱ q 24.10 o.
158 Virtutes morales acquiſitæ, non manent poſt hanc vitam, nec virtutes infuſæ, quo ad actus circa propriam materiam, ſed tantum quo ad actus circa finem. 22ᴱ. q.181.4.1ᵐ.
159 Virtus naturalis, eſt determinata ad vnum, virtus autem rationalis, ſe habet ad multa. 12ᴱ q.49 4.2ᵐ. & q.50.1.c.& q.55.1.c.5ᵐ.
160 Virtutes naturales agũt ex neceſſitate naturæ. Ideo peccatũ non poteſt eſſe in actibus earum, ſi ſint virtutes integræ. Non autem virtutes animæ agunt ex neceſſitate. 12ᴱ.q.71 4.c.3ᵐ.
161 Quælibet virtus completa: vel virtus inſtrumentalis, eſt complete in omnibus, ſimul concurrentibus ad vnam actionem, ſed eſt in ſingulis incomplete. 1ª.q.76.2.c.

VIS, & * Secundum Iura, vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ 22ᴱ q.64 7.c.

1 VISIO & Nomen viſionis extẽditur ad ſignificandum omnẽ cognitionem ſenſuum & intellectus, propter dignitatem viſus, & certitudinem eius, 1ª.q.67 1.c & 12ᴱ.q 67 5.3ᵐ.& 22ᴱ.q 177.2.2ᵐ.
2 Videri dicuntur, quæ perſe mouent intellectum, vel viſum, ad ſui cognitionem. 22ᴱ q.1.4 5 c.
3 Viſio triplex. ſcilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis, quarum quælibet poteſt eſſe ſupernaturalis. 1ª.q.93 6.4ᵐ & 22ᴱ.q. 174.1.3ᵐ.& q.175.4ᵐ.
4 Viſio corporalis & intellectualis triplex. ſ. per eſſentiã, per ſimilitudinem acceptam à re immediate. & per ſpeculum 1ª.q. 56.3 c.
5 Principium viſionis intellectualis triplex. ſ. lumen naturale, lumen habituale, & primum intelligibile, per quod homo intelligit alia. 22ᴱ.q.15.1 c.
6 In viſione corporali & imaginaria, eſt quædam trinitatis, ſed imperfecta, ſicut & in viſione intellectuali, quia deficit conſubſtantialitas, & coæternitas. 1ª q 93. 6.4ᵐ.
7 Ad viſionem ſenſibilem & intellectualem duo requirũtur. ſ. viſus, & vnio eius, cum viſibili 1ª.q.12.2.c.
8 Viſio intellectualis eſt excellentior viſione corporali & imaginaria ſola, non autem cum viſione intellectuali 3ª.q.30.3.1ᵐ.
9 Occupatio exterior, facit minus videre in ſpeculabilibus, & clarius in agibilibus, propter experientiam & attentionem. 12ᴱ. q. 40 5.1ᵐ.& 22ᴱ q.181.2.2ᵐ.

1 VISVS habitus per generationem naturalem, & viſus cæci, illuminat per miraculum, ſunt eiuſdem ſpeciei: ideo non poſſent eſſe ſimul in eodem oculo, ſicut duo accidentia, vel duæ formæ eiuſdem rationis, non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. 1ª. q.94 3.1ᵐ.& 12ᴱ.q 63 4.3ᵐ.
2 Vtimur pertinentibus ad viſum in intellectualibus, quia viſus ſpiritualior & ſubtilior eſt cæteris ſenſibus, ratione obiecti, & ratione immutationis. 1ª.q.67.1.c.
3 Senſibilia communia percipiuntur præcipuè per tactum, & plus per viſum 3ª q 55.6.4ᵐ.

1 VITA. & Hoc nomen vita, ſumitur ab apparenti exterius, ſcilicet mouere ſe, ſed imponitur ad ſignificãdum naturam cui hoc conuenit. 1ª.q.18.2.c.
2 Vita quãdoque pro eſſentia rei ponitur, vt Aug. dicit. 1ª.q.54.1.2ᵐ.
3 Vita primo manifeſtatur per hoc, quod aliquid mouet, ſed ideo omne mouens ſe quocunque motu, viuit proprie, & nihil aliud, niſi metaphorice 1ª.q.18.1.o.& 2.3.c & 22ᴱ.q.179.1.c.
4 Vita manifeſtatur duplici opere. ſ. cognitione & motu 1ª.q.85.1.c.
5 Vita non ſe habet ad viuere, ſicut eſſentia ad eſſe: ſed ſicut curſus ad currere, quorum vnum ſignificat actum in abſtracto, & aliud in concreto: vnde non ſequitur, ſi viuere ſit eſſe, quod vita ſit eſſentia: licet quandoque vita pro eſſentia ponatur, ſecundũ quod Auguſtinus dicit, quod memoria & intelligentia & voluntas ſunt vna vita, & ſic non accipitur à philoſopho cum dicit, quod actio intellectus eſt vita 1ª. quæſtione 18.2. in corpore. & quæſtione 54. 1.2ᵐ.& 22ᴱ. quæſtio. 179.1.1ᵐ.
6 Vita ſiue viuere, poteſt accipi tripliciter. ſ. pro eſſe viuentis, pro operatione vitali, & pro principio directiuo artium ſeu operationum vitalium. 1ª.q.18.2.c.1ᵐ.& 4.4ᵐ.& q.54.1.2ᵐ.& 12ᴱ.q.3.2.1ᵐ. & q.56.1.1ᵐ.& 22ᴱ.q.19.7.c.
7 In Deo perfectiſſime & maxime vita. 1ª.q.18.3.o.
8 Vita Dei eſt eſſentia eius. 1ª.q.18 4.1ᵐ.
9 Deus eſt ſuũ viuere, ideo nõ habet principiũ viuendi. 1ª.q.18.3.2ᵐ.
10 Viuere Dei, eſt ſuum intelligere. 1ª.q.18.3 c. 2ᵐ. & 4.c.
11 Omnia creata, ſunt vita in Deo: quia quicquid eſt in Deo vt intellectum, eſt ipſum viuere Dei, & vita eius. 1ª.q.18.4.o.
12 Deus eſt vita animæ effectiuæ, & mediante gratia, ſed anima eſt vita corporis formaliter & immediate. 12ᴱ. quæſt. 110.1.2ᵐ.& 22ᴱ. q.23 2 2ᵐ.
13 Quæ ſecũdum nullum tempus ſunt, poſſunt dici eſſe vita in Deo, ſecundum quod viuere nominat intelligere tantum, non autem vt nominat principium operationis. 1ª.q.18.4.2ᵐ. Mala

14 Mala non ſunt vita in Deo, quia non ſunt ab eo creata, nec conſeruata, nec habẽt rationem propriam in Deo: cognoſcuntur enim à Deo per rationem bonorum 1ª.q.18.4.4ᵐ.
15 Vita rerum attribuitur ſpiritui ſancto, inquantum res mouentur à Deo: ſed vita rerum appropriatur verbo, inquantum ſunt in Deo vt cognitæ ab eo. 1ª.q.18.4.b.
16 Chriſtus non debuit eligere vitam ſolitariam, ſed conuerſari familiariter cum hominibus, vt doceret publice, liberaret, & attrahere eos. 22ᴱ.q.25.6.5ᵐ.& 3ª.q.40.1.o.& 2.c.3ᵐ.
17 Chriſtus non vixit ſemper in publico, ſed quandoque ſolitarius, propter exemplum, quietem, orationem, & vt vitaret fauorem & oſtentationem, 3ª.q.40.1.3ᵐ.
18 Chriſtus elegit vitam actiuam non quidem corporalem, ſed ſpiritualem. ſ. doctrinæ & prædicationis, quia eſt optima. 3ª.q. 40. 1. 2ᵐ. & 2.3ᵐ.
19 Chriſtus non debuit ducere vitam auſteram, ſed conformem aliis in cibo & potu. 3ª.q.40.2.o.& q.41.3.1ᵐ.
20 Vita naturalis, pertinet ad ſubſtantiam hominis: ideo non ſuſcipit magis & minus 12ᴱ.q.112.4.3ᵐ.
21 Vita vniuſcuiuſque hominis, eſt id in quo maxime homo delectatur, & cui maxime intendit. 1ª.q.18.2. 2ᵐ. & 22ᴱ. q. 81.1.5ᵐ. & q. 179.1.c.
22 Vita hominis duplex. ſ. corporalis & mentalis: ſecũdum vitam ſecundam, eſt nobis communicatio cum Deo & angelis, hic quidem imperfecte, ſed in patria perfecte, non autem ſecundum primam 1ª.q.95.1.1ᵐ.& 22ᴱ.q.23.1.1ᵐ.
23 Vita hominis triplex. ſ. practica, ſpeculativa, & voluptuoſa: prima proprie eſt humana, ſecunda angelica, ſed tertia beſtialis. 12ᴱ.q. 23.1ᵐ.& 22ᴱ.q.179.2.1ᵐ.& 3ᵐ.
24 Vita abſtinentium in ſolicitudine, & vita communis in communi conuerſatione, approbantur exemplo Chriſti, & Ioannis Baptiſtæ. 3ª.q.40.1.1ᵐ.
25 Vita in vniuerſali, non diuiditur per vitam actiuam & contemplatiuam, ſed tantum vita hominis, 22ᴱ.q.179.1.2ᵐ.& 2.c.
26 Vita igitur hominis, ſufficienter diuiditur per vitam actiuam & contemplatiuam. 22ᴱ.q.179.o.
27 Vita actiua, eſt tantum in hac vita. 1ª.q.20.4.3ᵐ.& 12ᴱ.q.67.1.2ᵐ. & q.68.6.3ᵐ. & 22ᴱ.q.81.4.o.
28 Vita actiua conſiſtit in omnibus agibilibus, ſed principaliter in iis quæ ad alterum ſunt, ſicut in optimo agibili, ſcilicet in actibus iuſtitiæ. 22ᴱ.q.181.1.1ᵐ.
29 Omnes actus virtutum moralium, pertinẽt eſſentialiter ad vitam actiuam, etiam actus prudentiæ. 22ᴱ.q.180.2.c. & q.181.1.2. o.
30 Cognitio practica agibilium, pertinet eſſentialiter ad vitam practicam, non autem cognitio factibilium, ſed cognitio ſpeculatiua æternorum, præexigitur ad vitam practicam, tantum vt causa, non autem eſſentialiter. 22ᴱ.q.181.2.o.
31 Vita actiua duplex. ſ. interior & exterior, prima adiuuat vitam contemplatiuam, non autem ſecunda, ſed impedit eam. 22ᴱ.q. 182. 3.o.
32 Vita actiua diſponit ad vitam cõtemplatiuam, quam nullus poteſt aſſequi perfecte, niſi prius ſit perfectus in vita actiua. 22ᴱ.q. 181. 1.3ᵐ.& q.182.1.2ᵐ.& 4.c.
33 Vita contemplatiua directius & immediatius eſt ad dilectionem Dei, quàm proximi, ſed vita actiua eſt econuerſo. 22ᴱ.q. 182.c. & q.188.2.c.
34 In vita contemplatiua, homo conuenit cum Deo & angelis, ſed in vita actiua cum animalibus, licet imperfecte, 12ᴱ.q.3.5.c.
35 Vita contemplatiua habet Deum familiariorem, ſed vita actiua eſt fructuoſior: ideo prima ſignificatur per Ioannem, propter hoc prædilectum à Chriſto, ſecunda verò per Petrum. 1ª.q.20.4. 3ᵐ.
36 * Vita contemplatiua ſecundum ſuum genus, eſt ſimpliciter nobilior, & maioris meriti, & prior, quam vita actiua. 13ᴱ.q.57.1.c. & 22ᴱ.q.152.2.4.c.& q.153.2.1ᵐ.& q.182.2.o.& q.188.5.o & 3ª.q.40.1. 2ᵐ.
37 * Opus actiuæ vitæ duplex, ſcilicet ſpirituale, vt prædicare & docere: & opus corporale, vt recipere hoſpites, & ſeruire infirmis: primum eſt melius quàm ſint opera vitæ contemplatiuæ, non autem ſecundum. 22ᴱ.q.188.6.c.& 3ª.q.40.1.2ᵐ.
38 Vita actiua in præſenti, durabilior eſt quàm vita contemplatiua, ex defectu noſtro, non autem ſecundum ſe. 22ᴱ.q.181.4.3ᵐ.
39 Ambæ poſſunt eſſe ſimul in eodem. 22ᴱ.q.182.1.1ᵐ.& 3.ᵐ.
40 Quidam ſunt aptiores ad vitam actiuam, quàm ad vitam contemplatiuam, quidam autem econuerſo. 22ᴱ.q.182.4.3ᵐ.
41 Prædicatores & prælati, debent eſſe perfecti in vita actiua & contemplatiua. 22ᴱ.q.182.1.1ᵐ.
42 Vita ſpeculativa eſt ſupra hominem. 12ᴱ.q.51.1.c.& q.188.8.5ᵐ.
43 * Vita contemplatiua eſt tantum in intellectu. 22ᴱ.q.180.1.o.& 2. 1ᵐ.& 7.1ᵐ.
44 Vita contemplatiua principaliter conſiſtit in contemplatione diuinæ veritatis, ſed diſpoſitiue conſiſtit in contemplatione cuiuſlibet veritatis. 22ᴱ.q.180.4.o.& 7.c.& q.181.4 2ᵐ.& q.182.2.c.
45 Vita contẽplatiua habet vnum actum principalem. ſ. cõtemplationem veritatis, in quo maxime perficitur veritatis contemplatio, & habet multos actus ſecundarios, 22ᴱ.q.180.3.4.c.
46 Ad eam quatuor pertinent. ſ. virtutes morales, aliqui actus, cõtemplatio effectuum Dei, & Dei contemplatio. 22ᴱ.q. 180.4.c.
47 Et eſt diuturna dupliciter. ſ. ſecũdum ſe in ratione obiecti. ſ. Dei, & quia caret contrario, & quo ad nos, quia eſt in intellectu, & ſine labore. 1ª.q.20.4.3ᵐ.& 22ᴱ.q. 180. 8.o.

1 VITIVM vniuſcuiuſque rei videtur eſſe, quod non ſit diſpoſita, ſecundum quod conuenit ſuæ naturæ. 12ᴱ.q 71.1.2.c.
2 Vitium eſt habitus aut affectio animi, in tota vita inconſtans, & à ſeipſa diſſentiens, ſecundum Tullium. 12ᴱ.q.71.1.3ᵐ.
3 Vitium in tantum eſt contra naturam hominis, inquantum eſt contra ordinem rationis. 12ᴱ.q.71.2.c.ſi.
4 In plus ſe habet vitium, quàm ægrotatio vel morbus, tam in anima quàm in corpore: ſicut etiam virtus, in plus ſe habet quàm ſanitas: & ideo virtuti conuenientius opponitur vitium, quàm ægrotatio vel morbus: & vitium poteſt eſſe ſine eis, & non econuerſo. 12ᴱ. q. 71.5.3.ſi. & 2.c. princ.
5 A vitio, nomen vituperationis detractum creditur, ſecundum Auguſtinum. 12ᴱ.q.71.2.c.
6 Vitia ſumunt ſpeciem à fine proximo, genus autem & cauſam, à fine remoto. 22ᴱ.q.1.2ᵐ.& q.111.3.3ᵐ.
7 Non eſt cõtra rationem vitij capitalis, quod vnum capitale oriatur ex altero, quia inuidia manifeſte oritur ex vana gloria. 22ᴱ. q. 36. 4.1ᵐ.& q.118.7.3ᵐ.& q.132. 4.1ᵐ.& q.153. 4.2ᵐ.
8 Non oportet filias alicuius vitij capitalis, eſſe eiuſdem generis cum eo. 22ᴱ.q.118.8.1ᵐ.& q.153.5.2ᵐ.
9 Vitia oppoſita virtutibus theologicis, non reducuntur ad vitia capitalia, ſicut nec virtutes theologicæ ad virtutes cardinales. 22ᴱ. q. 10.1.3ᵐ.
10 Vitia carnalia in tantum magis extinguunt iudicium, quantũ longius obducunt à ratione. 22ᴱ.q.43.6.3ᵐ.

1 VITVPERATIO creditur trahere nomen à vitio, ſecundum Auguſtinum, quia de hoc, quælibet res vituperatur, 12ᴱ.q.71.2.c.
2 Vituperium debetur ſoli culpæ, ſed reſpicit quemcũque defectum, ſecundum opinionem humanam. 22ᴱ.q.44.2.o.& 3.c.
3 Virtuoſi contemnunt vituperium, ſed imperfecti verecundantur. 22ᴱ.q.144.2.1ᵐ. & 4.3ᵐ.

1 VIVERE ſumitur dupliciter. ſ. pro eſſe viuentis, & pro operatione eius. 1ª.q.18.2.c.1ᵐ. & q.54.1.2ᵐ. & 12ᴱ.q.3.2.1ᵐ. & q.56.1. 1ᵐ. & 22ᴱ.q.9.7.c.
2 Viuere dicitur eſſe viuentis, quia per hoc quod habet eſſe per ſuam formam, tali modo operatur. 22ᴱ.q.179.1.1ᵐ.

VIVIFICARE effectiue, eſt perfectionis ſimpliciter, ideo conuenit Deo, non autem viuificare formaliter. 1ª.q.51.1.3ᵐ. & 3ª. q. 2. 5. 2ᵐ.& q.5.3.2ᵐ.& q. 50.2.2ᵐ.& 2.d.8.1.4ᵐ.

1 VIVVM ſiue animatum, eſt ſuperius ad hominem & animal, 3ª. q.50.4.b.
2 Viuum non eſt prædicatum accidẽtale, ſed eſſentiale, 1ª.q. 18.2.c.& 2.3ª.q.50.5.c.

1 VLTIMVM rei duplex. ſ. in re, & extra rem. 12ª.q.2.7.3ᵐ.
2 Vltimum dicitur tripliciter. ſ ſimpliciter, in genere, & in ſpecie. 12ᴱ. q.1.1.2ᵐ.ſi.& q.2.7.3ᵐ.& q.3.5.3ᵐ.& q.5.8.c.

VMBRAE, & picturæ, & ſomnia, dicuntur eſſe falſæ, inquantum non ſubſuntres, quarum habent ſimilitudinem. 1ª.q.17.c.2ᵐ.ſi.

1 VNCTIO, & Oportet quod materia ſacramenti extremæ vnctionis, ſit conſecrata triplici ratione. ſ. quia efficacia ſacramentorum à Chriſto deſcendit, propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur, & ex hoc quod effectus eius corporalis. ſ. ſanatio corporalis, non cauſatur ex materia naturali proprietate: & hæc conſecratio fit ab epiſcopo tantum. 3ª.q.72.3.c.
2 Effectus principalis eius, eſt remiſſio peccatorum, nõ ad reliquias, ſed conſequenter quo ad culpam mortalem vel venialem ſi inueniat, nec recipiens ponat obicem, 3ª.q.65.1.c.
3 In vltima vnctione infunditur gratia, quæ effectum ſacramento præbet. 3ª. q.87.3.c.
4 Et remittit peccatum quo ad maculam per gratiam quam infundit, & quo ad reatum pœnæ, fortificando ſubiectũ, & quo ad reliquias id eſt, quo ad debilitatem mentis, non autem diſpoſitiones & habitus cauſatos ex actibus peccatorum. 3ª.q.65.1.c.
5 In extrema vnctione confertur perfecta ſanitas ſpiritualis, 3ª.q.84. 1.1ᵐ.
6 Hoc ſacramentum immediate diſponit hominem ad gloriam: ideo non debuit figurari par aliquod ſacramentum veteris legis: niſi remote, per omnes curationes eius. 12ᴱ. q. 102. 5.3ᵐ. & 3ª. quæſt. 65. 1.4ᵐ.
7 Vnctio baptizatorum in vertice, ſignificat eminentiam dignitatis tripliciter. ſ. regalis, ſacerdotalis, & collatę. 3ª.q.72.11.3ᵐ.
8 * Vnctio chriſmatis, non propter digniorem partem capitis, ſed propter potiorem effectum, epiſcopis reſeruatur, 3ª.q.72.11. 3ᵐ.ſi.

Universidad de Deusto Biblioteca

9 * Vnctio chrismatis qua signatur bapti zatus in summitate capitis per sacerdotem, per episcopum autem in fronte, vt in priori vnctione significetur super ipsum spiritussancti descensio, ad habitationem Deo consecrandam: in secunda quoque vt eiusdem spiritussancti, septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ, & virtutis, venire in hominem declaretur, 3 a. q. 72. 11. 3 m.

VNIGENITVS est Christus, quia solus est naturalis filius, sed dicitur primogenitus, quia sunt alij filij Dei, sed adoptiui. 1 a. q. 33. 3. c. 2 m. & q. 41. 3. c.

1 VNIO triplex. s. ex integris & perfectis, ex transmutatis, & ex imperfectis. 3 a. q. 2. 1. c.

2 Vnio animæ & corporis, est de ratione hominis. 3 a. q. 50. 4. c.

3 Prima vnio hominis ad Deum, est per fidem, spem, & charitatem. 12 E. q. 68. 4. 3 m. & 4 m.

4 Vnio hæc est aliquid creatum. s. relatio existens in natura humana realiter, in Deo autem secundum rationem tantum, quia prout est in Deo non est aliquid secundum rem, sed secundum rationem tantum, 3 a. q. 2. 7. o. & 8. c.

5 Vnio verbi Dei, facta est in persona diuina, & non in natura, contra Eutichetem. 3 a. q. 2. 1. 2. o. & 6. c. & 12. 1 m. & q. 3. 1. c. & q. 9. 2. 1 m. & q. 13. 1. c & q. 18. 1. c. & q. 46. 12 c. & q. 50. 2. o. & q. 53. 1. 2 m.

6 Hæc vnio facta est in supposito, seu in hypostasi. 3 a. q. 2. 3. o. & 6. c. & q. 16. 1. c.

7 Natura humana non est vnita verbo accidentaliter. 3 a. q. 2. 1. c.

8 Anima & corpus in Christo vniuntur. 3 a. q. 2. 5. o. & q. 16. 1. c.

9 Natura diuina vnita est non solum animæ, sed etiam corpori Christi. 3 a. q. 2. 10. 2 m.

10 Hæc vnio est maxima ex parte eius in quo facta est, non autem ex parte vnitorum. 3 a. q. 2. 9. o.

11 * Vnio, quomodo potest dici naturalis Christo ex ipsa natiuitate, non autem ex principiis naturæ humanæ in ipso. 3 a. q. 2. 12. c. & ad argumenta. & q. 7. 13. 2 m. & q. 34. 3. 2 m.

1 VNITAS, & Quælibet res est vna, per essentiam suam. 1 a. q. 6. 3. 1 m. & q. 11. 4. 3 m. & q. 76. 7. c.

2 Substantia habet per se vnitatem vel multitudinem, sicut & esse, non autem accidentia, sed habentà subiecto. 1 a. q. 39. 3. c.

3 Vbicunque non est vnitas speciei, ibi non est vnitas numeralis: nisi idem suppositum subsistat in duabus naturis s. in Christo. 3 a. q. 50. 2 m.

4 Ex multis fit vnum tripliciter s. ordine tantum, ordine & compositione, & per commistionem. 3 a. q. 2. 1. c.

5 Vnum dicitur dupliciter. s. vnum quod est principium numeri, & vnum quod conuertitur cum ente. 1 a. q. 11. 1 o. & 2 c & q. 30. 3 o.

6 Vnum numero dicitur dupliciter. s. vnum vnitate naturæ, & vnum vnitate personæ, 3 a. q. 5. 6. 1 m. & 7. 2 m.

7 Vnum numero, dicitur tripliciter. s. primo indiuisibile in potentia, vel secundum quantitatem, vel secundum essentiam, vel secundum vtrunque. Secundo indiuisibile in actu & in potentia, cum situ, vt punctus. Tertio nihil importans nisi indiuisionem. s. vnitas quæ est principium numeri, quæ tamen inhæret alij. s. suo subiecto 1 a. q. 11. 1. 2 m.

8 Vnum numero dicitur tripliciter. s. vel indiuisibile actu & potentia, vel actu tantum, vel vnum perfectione. 3 a. q. 73. 2. c.

9 Quod conuenit multis, non conuenit eis secundum vnam naturam communem, nisi sit vniuocum & positiuum. 1 a. q. 65. 1. c.

10 Vnum quantum ad illud quod ponit, constituit multitudinem, sed quantù ad negationem quam addit supra ens, opponitur ei priuatiue. 1 a. q. 11. 2. 2 m.

11 Multum absolute sumptum, opponitur vni, sed vt importat excessum, opponitur pauco. 1 a. q. 11. 2. 3 m.

12 Vnum, ponitur in diffinitione multitudinis, non autem e conuerso. 1 a. q. 11. 2. 4 m. & q. 85. 8. 2 m.

13 Vnum, non remouet multitudinem, sed diuisionem. Nec multitudo remouet vnitatem sed indiuisionem eorum ex quibus constat. 1 a. q. 30. 3 3 m.

14 Multitudo potest immediate procedere ab vno simplici. 1 a. q. 77. 6. 1 m.

15 Aliqua possunt esse vnum & multa diuersimode, non autem eodem modo, quia opponuntur. 1 a. q 11. 1. 2 m. & 2 1 m. & 12 E q 17. 4 o.

16 Vnum quod est principium numeri, opponitur multitudini relatiue, vt mensura mensurato, non autem vnum quod conuertitur cum ente, sed opponitur priuatiuè. 1 a. q 11. 2. c.

17 Deus est vnus, 1 a q. 11. 3. o. & q 103. 3 o.

18 Deus est maxime vnus 1 a. q. 11. 4. o. & q 28. 3. c & q 30. 1. 2 m. & q 39 3 c

19 * Deum esse vnum, potest ratione demonstrari, & potest fide teneri 1 a. q 2. 2. o.

20 Deus est vnus per suam essentiam, & est sua vnitas, 1 a. q 103. 3. o.

21 Deus est vnus secundum quod vnum conuertitur cum ente, non autem secundum quod vnum est principium numeri. 1 a. q. 11. 3. 2 m. & q 30 3. 2 m.

22 Vnitas diuinæ personæ est maior vnitate quæ est principium numeri, quia est per se subsistés, cõpleta, & habens in se quicquid pertinet ad rationem vnitatis 1 a. q. 11 4. 2. & 3 a. q. 2. 9. 2 m.

23 Vnitas diuinæ personæ, est maior vnitate naturæ & personæ in nobis & vnitate animæ & corporis, 3 a q 2 9. 6 m.

24 Pater & filius in diuinis sunt vnum, non autem vnus 1 a. q 31. 2 4 m.

25 In patre & filio non est discrepans, sed vna diuinitas, vt dicit Ambrosius 1 a q. 11. 2 c.

26 Omnia entia sunt vnũ propter patrem tripliciter, scilicet quia in patre primò vnitas inuenitur, & ratio principij quasi primi, & ab eius vnitate est, quod vna natura in omnibus propagetur. Et omnia entia sunt æqualia pro pter filiũ tripliciter, scilicet quia æqualitas est in filio inquantum filius, inquantum verbum, & inquantum est imago. Et omnia entia sunt connexa propter spiritum sanctũ tripliciter, scilicet quia procedit vt amor, amor autem est connexio duorum: quæ connexio requirit tria, scilicet duo connexa, & vnum connectens, 1 a. q. 39. 8 c.

1 VNIVERSALE triplex, scilicet vniuersale in re, id est, natura cõmunis in particularibus, vniuersale post rem, id est, abstractũ ab eis, & vniuersale ante rem, id est, formæ vniuersales rerũ in mentibus angelorum. 1 a. q 55. 3. 1 m. & 3 m.

2 Vniuersale sumitur dupliciter, scilicet pro natura rei cũ intentione vniuersalitatis, & pro natura vt est in particularibus. Primo modo vniuersale est posterius, sed secũdo modo, vniuersali est prius minus vniuersali, via generationis, & temporis, sed est ecõuerso ordine perfectionis, & intentionis naturæ, 1 a. q. 85. 3. 1 m. & 12 E. q. 29. 6. c.

3 Vniuersale quo ad naturam, est in singularibus, sed quo ad intentionẽ vniuersalitatis est in intellectu. 2 a. q. 85 2 2 m. & 12 E. q 20. 6. c.

4 Vniuersale pro natura est principium formale essendi & cognoscẽdi singularia, sed vniuersale pro intẽtione vniuersalitatis, est principium cognoscendi tantum 1 a. q 85. 3. 4 m.

5 Cognitio vniuersalis duplex, scilicet ex parte obiecti, & ex parte medij. 1 a q 55. 3 2 m.

6 Vniuersale dicitur esse semper, & vbique, vel secundum diuersa esse vel negatiue, quia non determinat sibi locum, nec tempus, 1 a. q. 8. 4 1 m. & 1 m. & q. 16. 7 2 m.

7 Vniuersalius continet plura in potentia, & pauciora in actu, quàm minus vniuersale. 1 a. q. 85. 3. 2 m.

8 * Vniuersale est commune multis secundum rem. 1 a. q. 13. 9. c.

VNIVERSVM. & Totum vniuersum est vnum, vnitate ordinis, secundum quod inferiora reguntur per superiora. 1 a, quæst. 103. 3. o.

* VOCATIO, dicit auxilium Dei mouentis interius, & excitantis mentem ad deferendum peccatum. Ideo non est remissio peccatorum, nec iustificatio, sed causa eius. 12 E. q. 113. 1. 3 m.

1 VOLVNTARIVM importat quod motus & actus sit à propria inclinatione, id est, quod agere sit à principio intrinseco, & propter finem. 1 a. q. 105. 4. c. & 12 E. q. 6. 1. o. & 2 c. & q. 71. 5. 2 m.

2 Ad rationem eius requiritur aliqua cognitio finis 12 E. q. 6. 2. c. & 3. 3 m. & 5 c. & 7. 3 m & 8. c.

3 Voluntarium dicitur quod procedit à voluntate vel directe. s. à voluntate agente, vel indirecte. s. à voluntate non agente. 12 E. q. 6. 3. o. & 7. 3 m. & q. 77. 7 c.

4 Voluntarium dicitur, quod est secundum inclinationem voluntatis. Et hoc dupliciter. s. ad agendum, & patiendum. 1 a. q. 82. 1. c. & 12 E. q. 65. 2 m.

5 Aliquid est voluntarium dupliciter. s. secundum se, & secundum causam suam. 12 E. q. 77. 7. c. & 22 E. q. 45. 2. 2 m. & q. 64. 8. c. & q. 79. 3. 3 m.

6 Principium intrinsecum actus volũtarij, scilicet vis cognoscitiua & appetitiua, est principium primum, non quidem primum simpliciter, sed primũ in genere motus appetitiui, licet moueatur appetitus hominis ab aliquo exteriori, secundum alias species motus. 1 a. q. 105. 4. 2 m. & 3 m. & 12 E. q. 6. 1. 1 m. & 2 m. & q. 6. 4. 1 m.

7 Volũtariũ potest esse sine actu exteriori & interiori, & aliquando est cũ actu interiori, sine actu exteriori. 12 E. q. 6. 3. o. & q. 71. 5. 2 m.

8 In non habentibus vsum rationis, non est voluntarium, nec inuoluntarium. 12 E. q. 6. 7. 3 m. q. 10. 3. c.

9 Voluntarium secundum rationem perfectam, soli naturæ rationali conuenit, brutis autem conuenit secundum rationem imperfectam, 12 E. q. 6. 2. o.

10 Voluntarium est maxime in actibus hominis, quia maxime cognoscit finem sui operis, & mouet se. 12 E. q. 6. 1. o.

1 VOLVNTAS est appetitus rationalis. 1 a. q. 78. 1. 3 m. & quæstio. 80. 1. o. & q. 81. 1. c. & q. 87. 4. c. & 12 E. q. 6. principp. & 2. 1 m. & q. 8. 1. c. & q. 26. 1. c. & q. 46. 4. 1 m. & q. 56. 5. 1 m. & q. 59. 4. c. & 22 E. q. 24. 1. c. & q. 27. 1. c. & q. 58. 4. 1 m.

2 Voluntas est media inter rationem & concupiscibile, & mouetur ab vtraque. s. à ratione in continente, & à concupiscibili, in incontinente. 22 E. q. 155. 3. 2 m.

3 * Voluntas est rationalis per participationem. 12 E. q. 56. 6. 2 m. & q. 59. 4. 2 m. & q. 61. 2. c. fi. & 2 m. & 22 E. q. 58. 4. 3.

4 Voluntas humana potest aliquid velle ex iudicio rationis, non sequendo passionem appetitus sensitiui, 1 a. q. 111. 2. 3 m. & q. 115. 4. c. fi. & 12 E q. 10. 3. o.

5 Voluntas antecedens & secundum quid, potius est velleitas, quam absoluta voluntas. 1 a. q. 19. 6 1 m. fi.

6 Voluntas duplex. s. voluntas vt natura, & voluntas vt voluntas i. voluntas deliberata. 1 a. q. 83. 4. o.

7 Voluntas vt natura, & voluntas deliberata, non differunt essentialiter secundum potentias, sed vt consequuntur cognitionem naturalem & cognitionem per inquisitionem. 1 a. q. 83. 4. o. & 3 a. q. 18. 3. c. 1 m.

8 Voluntas vt voluntas, est ad vtrumlibet, sed voluntas vt natura, vult aliquid naturaliter & determinatè. 1 a. quæst. 41. 2. c. & 12 E. quæst. 10 1. o.

9 Voluntas hominis duplex, scilicet voluntas naturalis qua appetit bonum secundum se homini inquantum est homo & voluntas deliberata, scilicet de bono propter aliud, 1 a. q. 41. 2. 3 m. & 3 a. q. 18. 1. 3 m. & 3. o. & 4. 5. c & q. 21. 3. c.

10 Voluntas triplex. s. accidens, concomitans, & antecedens, 12 E. quæst. 5. 7. c.

11 Regula voluntatis humanæ duplex, scilicet vna propinqua & homogenea, id est, ipsa humana ratio, alia vero remota & heterogenea, id est, prima regula, scilicet lex æterna, quæ est quasi ratio Dei. 12 E. q. 21. 1. c. & q. 71. 6. c.

12 Aliquid esse, vel aliquid fieri voluntate, contingit dupliciter. s. vel voluntate concomitate, vel voluntate vt principio, 1 a. q. 41. 2. c.

13 Aliquis vult aliquid tripliciter. s. appetitu naturali, * sicut omnes homines volunt esse & viuere. Alio modo per electionem ex aliqua præmeditatione. Alio modo non per se, sed in causa sua, sicut cum velle infirmari dicimus, qui comedit nociua: & velle sanari eum qui medicinam acceperit. 22 E. q. 30. 1. c.

14 Aliquid potest esse volitum nunc & non prius dupliciter. s. vel quia incipit esse bonum, vel quia incipit esse cognitum. 1 a. q. 19. 7. c.

15 Obiectum voluntatis est bonum. 1 a. q. 48. 5. c. & q. 51. 2. c. & q. 105. 4. c. & q. 106. 2. c. & 12 E. q. 1. 6. c. & q. 6. 8. c. & q. 8. 1. & 2. c. & q. 9. 2. c. & q. 10. 2. c. & q. 20. 1. c. & q. 60. 1. 1 m.

16 Obiectum voluntatis est bonum vniuersale. 1 a. q. 59. 4. c. & q. 80. 2. 2 m. & q. 82. 4. c. 1 m. & 12 E. q. 105. 1. c. & 12 E. q. 1. 2. 3 m. & q. 2. 7. 8. c. & q. 9. 1. c. 3 m. & 3. 6. c. & q. 10. 1. c. 3 m. & 22 E. q. 24. 1. c. & q. 25. 2. c. & 3 a. q. 19. 3. c.

17 Obiectum voluntatis est bonum apprehensiuum. 1 a. q. 80. 2. c. 1 m. & q. 82. 3. 2 m. & 4. c. & 12 E. q. 8. 1. o. & q. 13. 5. 2 m. & q. 19. 1. 3 m. & 3. o. & 5. 10. c. & q. 20. 1. 1 m. & q 27. 2. o. & q. 76. 1. 3 m. & 22 E. q. 4. 7. c. & q. 7. 1. c. & 2. 1 m. & q 8. 4. c. & q. 82. 3. c.

18 Bonum & finis est obiectum voluntatis. 12 E. q. 1. 2. c. & 2. 3 m. & 3. c. & q. 5. 4. 3 m. & q. 11. 1. c. & 22 E. q. 4. 1. 3. c.

19 Voluntas potest velle aliquid in ordine ad aliud, quia fertur in suũ obiectum consequenter, ad apprehensionem rationis, 22 E. q. 58. 4. 2 m.

20 Finis est obiectum voluntatis. 1 a. q. 48 1. 2 m. & 12 E. q. 1. 1. 2 m. & q. 7. 4. c & q. 9 3. c. & q. 58 6. 7. c & q. 19 2. 1 m. & q. 20. 1. c. & q. 72. 1. 1 m. & 3. c. & q. 73 6. c. & 22 E. q 8 8. c. & q. 23. 7. c. & q. 110. 1. c. & q. 122. 2. c. & q. 180 1. c.

21 Bonum in communi, vltimus finis, & omne naturale volenti, est volitum naturaliter. 12 E. q. 10. 1. o. & 22 E. q. 34. 1. c.

22 Cuiuslibet voluntatis volitum est duplex. s. principale. i. finis, & secundarium. i. ea quæ sunt ad finem. Sed volitum principale est causa finalis voluntatis distinctæ realiter ab eo, non aliter nisi secundum modum significandi, non autem volitum secundarium. 12 E. q. 8. 2. 3. o.

23 Bonum & malum sunt obiectum voluntatis. Primum quidem ad prosequendum, secundum autem ad fugiendum. 1 a. q. 20. 1. c. & 12 E. q. 8. 8. 1 m. & q. 74. 2. 2 m.

24 * Qui vult bonum propter indebitum finem, vult bonum sub ratione mali. 12 E. q. 19. 7. 2 m. & 3 m.

25 Voluntas tendit tantum in bonum existens, vel in bonum apparẽs, & sic tendit in non ens sub ratione boni. 1 a. q. 19. 9. c. & q. 82. 2. 1 m. & 12 E. q. 6. 4. 3 m. & q. 8. 1. o. & q. 18. 4. 1 m. & q. 1. 1 m. & q. 27. 1. 1 m. & q. 29. 4. c. & 3 m. & q. 74. 1. 1 m. & q. 77. 2. c. & q. 80. 1. c.

26 Operatio voluntatis. s. velle, nihil aliud est, nisi inclinatio volentis, in obiectum voluntatis, 1 a. q. 82. 2. c. & q. 87. 4. c. & q. 105. 4. c. & q. 106. 2. c. & 111. 2. c. & 12 E. q. 6. 4. c.

27 Voluntas pro facto reputatur, 1 a. q. 64. 2. 3 m. & 12 E. q. 20. 4. c. & 3 a. q. 68. 2. 2 m. fi.

28 Sufficit bona voluntas, vbi deest facultas, quia laus virtutis, in voluntate consistit, non autem in potestate. Et ideo deficere ab æqualitate quæ est medium iusticię, propter defectum potestatis, non diminuit laudem virtutis, si non fuerit defectus ex parte voluntatis. Et etiam in baptismo, apud Deum voluntas pro facto reputatur, ei qui non habet tempus operandi. 22 E. q. 81. 6. 1 m. & q. 106. 3. 5 m. & q. 107. 1. 2 m. & 3 a. q. 68. 2. 3 m. fi.

29 Omne illud cuius principium est voluntas, quantum in se est, potest esse & non esse, & potest esse tale vel tale, & potest esse tunc vel nunc. 1 a. q 41. 2. c.

30 Actus voluntatis & cuiusliber appetitus tendit in bonum & in malum, sicut in propria obiecta: sed in bonum tendit prius & per se, in malum vero secundario & per aliud, inquantum opponitur bono, 1 a. q. 20. 1. c.

31 Actus voluntatis est ad bonum, prosequendo illud, sed est ad malũ fugiendo tantum. Primus dicitur voluntas, secundus vero dicitur noluntas, 12 E. q. 8. 1. 1 m. & 2 m.

32 Bonitas & malitia actus voluntatis, dependet ex obiecto tantum, ex ratione, & ex lege æterna, 12 E. q. 19. 6. & q. 21. 1. o.

33 Actus voluntatis discordans à ratione recta, vel à ratione errante, vel concordans cum ratione errante, est malus, 12 E. q. 19. 5. 6. o.

34 Voluntas potest moueri dupliciter. s. ab exteriori i. ab obiecto, vel à repræsentante illud, & ab intrinseco, id est vel à se, vel à causante eam, 1 a. q. 105. 4. o. & q. 106. 2. c. & q. 111. 2. c. & 12 E. q. 9. 4. o. & q. 80. 1. c.

35 Aliquid mouet voluntatem ex parte obiecti tripliciter. s. ipsum obiectum, proponens vel offerens obiectum voluntati, & persuadens rationi, 12 E. q. 80. 1. c.

36 Voluntas mouetur ab appetitu sensitiuo ex parte obiecti, quod videtur conuenire vel disconuenire secundum dispositionem hominis per passiones, 12 E. q. 9. 2. o. & 5. c. fi & q. 10. 3. o. & q. 75. 2. c. & q. 77. 1. o.

37 Oportet quod voluntas moueatur ab aliquo exteriori dupliciter. s. ab obiecto & quo ad exercitium primi actus eius, 12 E. q. 9. 4. o. & q. 17. 5. 2 m. & q. 103. 8. 1 m.

38 Nec mouetur necessario ab aliquo obiecto, quo ad exercitiũ actus sed quo ad determinationẽ actus, mouetur ab aliquo obiecto, non autem ab omni obiecto, nec à passione, nec à Deo, sed tantum ab vltimo fine 1 a. q. 82. 1 2. o. & 12 E. q. 10. o & q. 80. 1. c.

39 Voluntas mouetur à se, quia inquantum vult finem, est in actu, sed respectu eorum quæ sunt ad finem, est in potentia. 12 E. q. 9. 3. o. & 4. c & q. 17. 6. 1 m. & q. 74. 1. 3 m. & 22 E. q. 82. 1. 1 m.

40 Voluntas distinguitur cõtra naturam, sicut vna causa contra aliã, licet habeat modum naturæ, inquãtum fundatur in natura. 12 E. q. 10. 1. 1 m. & q. 51. 1. 1 m.

41 Voluntas hominis, nec à natura, nec ex necessitate, mouetur ab appetitu inferiori. 12 E. q. 10. 3. b.

42 Voluntas non est determinata ad vnum sicut natura, quia volũtas sequitur formam vniuersalem, natura verò sequitur formam particularem 1 a. q. 41. 2 c. & 12 E. q 10. 1. 3 m. & quæst. 13. 1. c. & q. 50. 5. 3 m.

43 Voluntas determinatur ad vnum, per consilium rationis, non autẽ necessario per aliquod agens extrinsecum. 12 E. q. 50. 2. 3 m. fi.

44 Voluntas dicta per essentiã, est in ratione dicta per essentiam, sed voluntas participatiue sumpta, est in ratione per participationem. 3 a. q. 18. 2 c. 1 m.

45 Voluntas, etiam à Deo cogi non potest, & si posset ab illo de necessitate mutari, operando in illa sicut in natura. 12 E. q. 6. 4. 1 m. & q. 9. 6. c. & q. 104 o

46 * Voluntas à nulla re creata cogi potest, neque necessario moueri, 12 E. q. 6. 4 c.

47 * Passiones animi, non possunt cogere voluntatem, licet aliter moueant inclinando affectum. 12 E. q 6. 7. c. 2 m. & q. 9 2. o.

1 VOMITVS potest sine culpa procurari, de consilio medicinæ, in remedium languoris. 22 E. q 148 6. 2 m. & q. 150. 2. 3 m.

2 Multum comedere vel bibere propter vomitum, secundum consilium medicinæ, non est peccatum, licet ebrietas non excusaretur à peccato. 22 E. q 150. 2. 3 m.

3 Vomitus per ebrietatem vel voracitatem, est vitiosus, non autem si contingat infirmitatis causa. 3 a. q. 83. 6. 7 m.

1 VOTVM dicitur à voluntate, quasi à primo mouente rationem, ad promittendum. 22 E. q. 88. 1. 2 m.

2 Vouere est actus latriæ, seu actus religionis, licet actus aliarum virtutum sint materia eius. 22 E. q 88. 5. c. & 6 c 2 m. & q. 89. 2. c.

3 Votum est promissio Deo facta * de meliori bono, quod videlicet nõ cadit sub necessitate absoluta, neque sub necessitate finis, sed de actibus virtutum, qui Deo placere nosciuntur. 22 E. q. 88 1. o. & 2. 4. c. & 5 c 1 m. & 7 12. c. & q. 189. 3 c.

4 Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ debet fieri Deo, de iis quæ Dei sunt. 22 E. q. 88. 1. c. fi. & q. 189. 3. c

5 Ad votum tria de necessitate requiruntur. s. deliberatio, propositũ, & promissio, in qua promissione perficitur ratio voti, sed quandoque superadditur pronuntiatio oris, & testimonium aliorũ, ad quandam confirmationem voti. 22 E. q 88. 1. o.

6 Votum sit soli Deo, licet sit de eo quod aliquando fit sanctis. 22 E. q. 88, 5 3 m.

7 Sub voto non cadunt peccata, nec in differẽtia, nec necessaria absolute, nec propter finem, nisi vt voluntaria, sed votum debet semper fieri de meliori bono. 22 E. q. 88. 2. o. & 10. c.

8 Expedit vouere, quia votum firmat voluntatem in bono, nec tamẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

libertatem diminuit, nec est periculosum de se, sed est culpa mutantis voluntatem, sed assimilat beatis, 22ᴱ.q.88.4 o.

9 Homo est sic liber, quod potest aliqua vouere & facere, etiam contra præceptum papæ 22ᴱ.q.88.12.2ᵐ.

10 Vouere nunquam conuenit Christo, quia Deus erat, & habebat voluntatem firmatam, vt comprehensor, 22ᴱ.q.88.4.3ᵐ.

11 Votum singulare duplex, s. votum simplex, & votum solenne: primum est promissio sola, secundum vero est promissio, & datio, 22ᴱ.q 189.2.1ᵐ. & 5 c.

12 Votum solennizatur dupliciter tantum. s. per susceptionem ordinis sacri, & per professionem certæ regulæ, 22ᴱ.q.88 7 o & 9.c.

13 Votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed nō dirimit contractum, non tamen potest petere debitum sine dispēsatione ecclesiæ auctoritate apostolica, votum vero solenne, facit vtrunque, 22ᴱ.q 88.7 b. & q.189.8.3ᵐ.

14 Opus ex voto, est laudabilius, & magis meritorium, quàm opus sine voto, 22ᴱ.q.88.6.o.& q 189 2.c.& 3ª.q. 28.4.c.

15 Opus ex voto, displicens, cum voluntate implendi illud est magis meritorium quàm opus placens sine voto, cæteris paribus, 22ᴱ. q 88.6.2ᵐ.

16 * Virtus voti, est obligatio eius quæ est maior in voto solenni, quàm in voto simplici, & quo ad Deum, & quo ad homines, 22ᴱ. q 88.7. 1ᵐ.

17 Votum obligat secundum intentionem vouentis. s. ad reddendum statim, vel ad certum tempus, vel cum conditione, 22ᴱ.q.88.3.3ᵐ. & q 189 3.2ᵐ. & 4.c.

18 Obseruare votum, est de lege naturali, durante obligatione eius, quæ cessat vel ex se, vel auctoritate superioris, in iis quæ in dubium veruntur dispensantis vel commutantis, 22ᴱ.q.88.10.2ᵐ. & 12.2ᵐ.

19 Omne votum rite factum, obligat: ideo transgrediens illud, peccat mortaliter, 22ᴱ.q.88.3.o.& q.189.3.c.

20 Perdens virginitatem quam vouerat, tenetur facere quod potest. s. tenetur continere, & pœnitere si perdidit ex culpa sua: & similiter in aliis, 22ᴱ q.79.3.2ᵐ. & q.88.3.2ᵐ.

21 Nullus potest se ex voto firmiter obligare, ad id quod est in potestate alterius tantum, 22ᴱ. q.88 8 o.& 9.c.2ᵐ. & q.189.5.o.

22 Non habentes vsum rationis, vt amentes, & pueri ante annos pubertatis, non possunt vouere, 22ᴱ.q.88.9.c.& q.189.5.c.

23 Puer ante vsum rationis, non potest se obligare ad aliquid ex voto: quo vsu rationis habito, potest se obligare, sed omne votum eius etiam votum religionis ante annos pubertatis i. ante annos quatuordecim in puero, vel ante annos duodecim in puella, potest irritari à parentibus & à tutoribus, non autem post annos pubertatis, 22ᴱ.q 88.8.2ᵐ. & q.189.5 c.

24 Filius etiam post annos pubertatis non potest aliquid vouere, quo ad res domesticas, sine consensu patris, 22ᴱ.q.88 8.2ᵐ.

25 Vouens illud quod non est in potestate sua, non peccat, quia in eius voto intelligitur debita condirio, scilicet si suis superioribus placuerit, vel si non contradicant: qua conditione extante, tenetur implere votum, 22ᴱ.q.88 8.1ᵐ. & 4ᵐ. & 9.b. & 2ᵐ. & 12.2ᵐ. & q. 189.5. 4ᵐ.

26 Fractio voti, est quædam infidelitatis species, & ad fidelitatem pertinet seruare promissa, 22ᴱ.q.88.3 c.

27 Omne votum temporale factum in seculo, etiam votum crucis in subsidium terræ sanctæ, soluitur per ingressum religionis, sine alia dispensatione, quia votum religionis includit omnia vota, ratione perpetuitatis & obedientiæ, nec singularitas conuenit ei, & onus religionis sufficit. & est quodammodo magis ampliatio voti, quàm voti commutatio, 22ᴱ.q.88.12.1ᵐ. & q.185. 8.2ᵐ. & q.189.3.3ᵐ. & 7.c.

28 Si quis vouendo, prius cogitauit de religione communiter, & post elegit vnam tenetur simpliciter ad religionē, ideo si non potest recipi in religione à se electa, tenetur aliam quærere, si autem econuerso, intelligitur si velint, 22ᴱ.q.88.3.2ᵐ. & q.189.3.2ᵐ.

29 * Nullum votum religiosi est firmum, nisi de cōsensu prælati, quia nullum tempus est, in quo prælatus non possit cum in aliis occupare, 22ᴱ.q.88.8.3ᵐ.

30 In votis potest dispensari, inquantum in aliquo casu, illud quod cadit sub voto, est simpliciter malum, vel inutile, vel impeditiuum maioris boni, non autem inquantum illud est de iure naturali vel diuino, 22ᴱ.q 88.10.o.

31 Dispensatio voti est, cum absolute determinatur non esse seruandum, commutatio autem voti est, cum pro eo aliquid aliud imponitur, 22ᴱ.q.88.10.c.

32 Votum potest ex causa rationabili commutari in aliud melius, vel in aliud minus periculosum, sicut & dispensari, 22ᴱ.q.88.10 c.fi.& 1ᵐ.

33 In vtroque autem requiritur auctoritas ecclesiæ, in persona Dei, 22ᴱ.q.88 2.3ᵐ. & 12.o.

34 Votum vergens in periculum personæ, debet frangi secure, si dispensatio non possit haberi, 22ᴱ.q.88.2 3ᵐ. & 12.2ᵐ.

35 Vota de rebus vanis & inutilibus, non debent dispensari, nec seruari: sed debent derideri, sicut vota de non pectinare caput in tali vel tali die, quia talia vota mulierū, sunt magis sortilegia quàm vota, & sunt reliquiæ quædam idololatriæ, secundum quam seruabantur dies & menses & peccant talia vouentes, quia cum infidelibus etiam nec nomina debemus habere communia, secundum Hieronymum. 22ᴱ.q.88.2.3ᵐ.

36 Papa habet plenariam potestatem dispensandi in omnibus votis dispensabilibus, alij verò participatiue, secundum quod Papa concedit eis, 22ᴱ.q.88.12.3ᵐ.

37 Solus papa potest dispensare in votis perpetuis, vt in voto continentiæ & religionis. & in voto cruciis in subsidium terræ sanctæ, & in voto peregrinationis ad transferēdum ad terram sanctam, alij vero prælati possunt dispēsare in aliis votis, nisi Papa dispensationem sibi reseruet, sicut in voto terræ sanctę & similibus, 22ᴱ. q.88.12.3ᵐ. & q. 184.6.c.fi. & q.185 4.c.fi. & q.189.7.c.

38 Si prælatus dispensat sine apparenti causa in votis, dispensatio prælati non excusat vouētem in manifestis à culpa, sicut si prælatus dispensaret cum aliquo, super voto de ingressu religionis, nulla apparenti causa obstante, 2.2ᴱ.q.88.12.2ᵐ.

39 Si causa dispensandi in voto, sit apparens, vel dubia, potest stari iudicio prælati dispensantis vel commutantis votum, non autem iudicio proprio, quia ipse vouens non gerit vicem Dei, nisi forte in casu, in quo id quod vouit, esset manifeste illicitum, vel non posset opportune ad superiorem recurrere, 22ᴱ.q.88.12.2ᵐ.

40 In voto continentiæ, non est dispensandū propter periculum mortis corporalis, quia bonum continentiæ etiam sine voto est multo melius, quàm salus corporis, & per alia remedia prouideri potest. 22ᴱ.q.88.11.3ᵐ.

41 * In voto continentiæ & religionis, per professionem solennizato, etiam Papa non potest dispensare, licet quidam iuristę, ignoranter contrarium dicant, quia periculis humanis obuiandum est per humana, & nō per diuina. 22ᴱ.q 88.11 o.185. 8.3ᵐ. & q.189. 8. 5ᵐ.

1 VOX super Christum in baptismo, transfiguratione, & oratione, fuit effectiue à tota trinitate, sed representatiue appropriatur patri. 3ª.q.39.8.2ᵐ.

2 Anima potest formare voces corporales, quia vnitur corpori, non autem angelus 1ª.q.51.3 4ᵐ.

3 Voces non significant species intelligibiles, sed significant ea quæ sibi format intellectus ad iudicādum de rebus exterioribus. 1ª. q.85.2.3ᵐ.

1 VSVRA in Euangelio metaphorice accipitur, s. pro superexcellentia bonorum spiritualium, quam exigit Deus volens vt in bonis acceptis ab eo semper proficiamus, quod est ad vtilitatē nostram, & non eius. 22ᴱ.q.78.1 1ᵐ.

2 Vsura est pretiū pecuniæ mutuatæ, vel cuiuscunque rei, cuius vsus est consumptio, vel distractio eius. 22ᴱ.q.78.1.c.

3 Accipere pretium pro principali vsu pecuniæ, qui est distractio eius est vsura, non autem pro secundario vsu eius. s. ad ostentationem, vel in pignus, sed in vsu vasorum, est econuerso. 22ᴱ. q 78. 1.6ᵐ.

4 Vsura secundum se est iniusta, contra legem naturæ, & peccatum mortale, quia idem bis venditur, vel venditur id quod non est, 22ᴱ e.78.1.o.

5 Theologi considerantes iusti & iniusti rationes, subtilius exponentes nomina, hæc designantia, largè extendunt huius nominis significationem, ad incrementa quę proueniunt ex vsu omnium rerum, per similem vsum & rationem, & non tantum pecuniæ, 22ᴱ.q.78.1.2.o.

6 Significat primo nomen vsuræ incrementum quod parit pecunia ex vsu suo, secundario autem etiam significat superabundantiā quam parit quælibet res ex vsu suo, simili cum vsu pecuniæ. 22ᴱ. q.78.1.c.

7 Quod ab extraneis Iudæi vsuram acciperent, non fuit eis concessum quasi licitum, sed permissum, ad maius malum vitandum, 12ᴱ.q.108.1.2ᵐ. & 12ᴱ.q.78.1 2.

8 Mutuans potest exigere recompensationem eorum tantum, quæ pecunia nō menlurantur, quia beneuolentiam, & amorem eius cui mutauit, vel aliquid huiusmodi. 22ᴱ.q.78.2.o.

9 Et potest deducere in pactum recompensationem damni per quod subtrahitur sibi aliquid quod debet habere, hoc enim non est vendere vsum pecuniæ, sed damnum vitare, & potest esse, quod accipiens mutuum, maius damnum euitet, quàm dans incurrer, vnde accipiens mutuum, cum sua vtilitate damnum alterius recompensat. 22ᴱ.q 78 2.1ᵐ. & 3.c.

10 Recompensationem vero damni quod consideratur in hoc, quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere, quia non debet vendere id quod nondū habet, & potest impediri multipliciter in habendo. 22ᴱ q.78.2.1ᵐ.

11 Nec quicquid de pecunia vsuraria aliquis lucratus fuerit, quia id quod de tali re est acquisitum, non est fructus huiusmodi rei, sed humanæ industriæ, nisi forte per detentionem talis rei alter sit damnificatus amittendo aliquid de bonis suis. tunc enim lucrans tenetur ad recompensationem nocumenti, 22ᴱ.q.78.3.o.

12 Et tenetur mutuans computare in sortem, vsum venalem pignoris, 22ᴱ.q.78.2.6ᵐ.

13 Sed non potest deducere in pactum, vt sibi remutuetur, sed potest recipere mutuum sine obligatione, 22.q.78 2.4ᵐ.

14 Et potest accipere munera gratis oblata, non autem cum pacto tacito vel expresso. 22ᴱ.q.78 2.o.

15 Quicunque ergo ex mutuo ratione mutui, sperat lucrum, peccat vsuræ vitio, secundum auctoritatem euangelj, sed non sic qui ex mutuo vitat damnum, vt si forte per detentionem talis rei mutuatæ alter sit damnificatus, amittendo aliquid de bonis suis, tunc enim tenetur ad recompensationem nocumenti, sicut & tenens pecuniam vltra terminum, tenetur restituere, non quidem totum lucrum possibile, sed secundum æstimationem, pensatis periculis, laboribus, & expensis, 22ᴱ.q.62.4.1ᵐ. & 2ᵐ. & q. 78.1. 3ᵐ. & 2.1ᵐ. & 3.c.

16 Quia mutuum debet fieri gratis, & sine spe lucri, quandocunque in mutuo, vel ex mutuo, intenditur spes lucri, tunc non caret vitio vsuræ: sed sic non est in emptione & venditione, nisi habeat rationem mutui: si enim aliquis carius velit vendere res suas, quā sit iustum pretium, vt de pecunia soluenda emptorem expectet, manifeste vsura committitur, quia huiusmodi expectatio pretij soluendi, habet rationem mutui: vnde quicquid vltra iustum pretium, pro huiusmodi expectatione exigitur, est quasi pretium mutui, quod pertinet ad rationem vsuræ: similiter etiam si aliquis emptor velit rē emere vilius quàm sit iustum pretium, eo quod pecuniam antè soluit, quàm possit ei res tradi, est peccatum vsuræ, quia etiam ista anticipatio solutionis pecuniæ, habet mutui rationem, cuius quoddam pretium est, quod diminuitur de iusto pretio rei emptæ, si vero aliquis de iusto pretio velit diminuere, vt pecuniam prius habeat, non peccat peccato vsuræ. 22ᴱ.q. 8.2.7ᵐ.

17 Potest autem excludi spes lucri ab intentione dantis mutuo, modo prædicto dupliciter. s. vel quando dans mutuo, paratus est omni tempore accipere rem mutuatam, etiam ante illud tempus determinatū, quo res verisimiliter deberent esse cariores: & hoc modo spes lucri, etsi per accidens intendatur, non tamen per se, quia non tollit rationem gratuiti à mutuo, vel quādo dans mutuo, etiam tempus illud determinauit, in quo verisimiliter, res plus valituræ erant, propter solam damni vitationem, tūc enim damnū vitat, quando necessitati proprtia consulens, intendit cōseruare res suas sibi magis necessarias ad vsum vitæ, quas si tunc non haberet, oporteret eas alibi emere, & sic reportaret damnum de gratia mutui facta proximo: & sic intendens, in mutuādo excusatur ab omni vitio vsuræ. 22ᴱ.q.62.4.1ᵐ. & 2ᵐ.

18 In scriptura sacra quantum ad legem veterem, condemnantur dātes pecuniam ad vsuram, & ideo contra legem diuinā accipiuntur vsuræ, vnde accipere vsuras ab alienis, nō erat secundum intentionem legis, sed ex quadam permissione, propter prauitatē Iudæorum ad auaritiam, & vt magis pacifice se haberent ad extraneos, à quibus lucrabantur, 12ᴱ.q.105.3.3ᵐ. & 22ᴱ.q.78.1.o.

19 Est etiam vsura contra legem naturæ, quia in hoc finis conueniens secundum naturam actus humanę vitę, corrumpitur: huic enim actui, qui est mutuum dare, conueniēs finis ostenditur naturaliter. s. finis communis societatis, & fraternæ charitatis, in subueniendo proximorum necessitatibus, & ideo gratis fieri debet naturaliter, quare quandocunque huiusmodi actus fit propter spē alicuius commodi vel lucri, tunc ab eo tollitur finis, qui naturaliter competit ei, & fit contra naturam, quare iuri naturali repugnat, ideo non tantum fit iniustum contra legem diuinam, sed etiam contra ius naturale, 22ᴱ.q.78.1.o.

20 Secundum theologiam vsura condemnatur tanquam peccatum mortale, & graue, & æterna morte dignum, 22ᴱ.q.78.1.o.

21 Leges vero humanæ, aliquando considerant iustitiam, prout est conseruatiua pacis exterioris inter homines, & ideo leges tales non puniunt, nisi quod hanc pacem destruit, aliquando etiam prout magis illustrantur lumine fidei, & iuris diuini, considerāt etiam iustitiam veram & interiorem, & sic etiam leges canonicæ prohibent & puniunt vsuras, 22ᴱ.q.67.ar.1.1ᵐ.

22 Ius positiuum tamen permittit vsuras, non quidem vt iustas, sed ne communitas patiatur multas incōmoditates: per vsuram enim retinentur multæ hæreditates, & vitātur damna quàm plurima, propter quod etiam leges humanæ eam permittunt, & non puniunt, sicut puniunt & prohibēt furta & rapinā. Iustinianus tamen imperator, sanctas sanctiones siue leges, subiecit ecclesiasticis institutis, sed præcipue in vsuris & matrimonio, in quibus tota vita ciuilis versatur, 12ᴱ.q.96.6.c.& 22ᴱ.q.78.1.4ᵐ.

23 * Quia omnis superabundantia vsurarum, est tanquam res aliena ipsi vsurario iniuste possidēti, sequitur quod sit propria alterius, quia ipsa re priuatus est & destitutus, sed hoc est iustū secūdum

omnia iura, quod omnis res destituta, id est, qua quis iniuste destitutus & priuatus est contra iustitiam, restituatur. Restitutio enim semper respicit destitutionem, & ideo secundum omnem iustitiam naturalem, vsuræ restituendæ sunt, sed forte dicetur quod illa destitutio facta sit voluntarie. i. quia accipiēs mutuum voluntarie videtur dare vsuram mutuanti, & etiam quia leges humanæ non puniunt, quæ tamen iniurias punire debent, quare non videtur esse contra iustitiam humanam, & ideo aduertēdum est, quod voluntas hominis aliquando respicit volitū propter se, & aliquando propter aliud, quando autē propter se, tunc si illud volitum sit simpliciter iustum & bonum, tunc voluntas est bona, & opus ex ea procedens est bonum & iustum, si autem sit iniustum & malum, tunc similiter voluntas est mala, si vero respiciat volitum non propter se, sed propter aliud, sicut cum aliquis vult proiicere merces in mare, vt sic euadat periculum, tunc est distinguendum, 12ª.q.6.6.c.

24 Conditio quæ dicitur interesse, siue damni recompensatio, & non spes lucri, potest excusare à vitio vsuræ, vt si quis mutuo dederit gratis, vsque ad terminum aliquem determinatum, in quo indiget sua pecunia pro aliqua necessitate, & mutuum nō fuerit redditum ad prædictum terminum, potest mutuans repetere vltra sortem, quicquid damni incurrit propter defectum solationis, & hoc modo potest etiam fideiussor repetere vsuras à debitore, quas persoluit creditori, propter defectum debitoris: quia ibi patet ratio iustitiæ, quia non spe lucri accipitur, sed pro recompensatione damni, 22ᴱ.q.78.2.1ᵐ. & 3.c.

25 Conditio quæ sumitur tantum ex spōtanea oblatione, excusat à vitio vsuræ, scilicet quando tam ex parte dantis quàm accipientis, gratis aliquid offertur. 22ᴱ.q.78.2.o.

26 Et hoc potest contingere, quādo illud quod vltra sortem recipitur sit suum iure naturæ, sicut fructus pignorū pro dote vxoris, vel prouisione filiorum, vel potest fieri suum iure æquitatis, sicut res ipsa quæ impignoratur, quando secundum æquitatem erat illius qui fructus percipit. 22ᴱ.q.78.2.6ᵐ.

27 * In vsuris non transfertur dominium. 223.q.78.3.c.3ᵐ.

28 Non est restituendum nisi quod est alienū & non suum, quare vsuræ non sunt in dominio possidentis. 22ᴱ.q.78.3.c.3ᵐ.

29 Cum vna res simul habere duos dominos non valeat, à se inuicem diuersos & æquales, & omnis vsura restituenda sit secundum legem diuinam ei à quo accepta est, sicut vero domino, sequitur quod restituens non habet verum eius dominium, & sic nō erat transfatum in accipientem vsuram. 22ᴱ.q.78.3.c.3ᵐ.

30 Quæ mouere possunt theologos asserentes in vsura non transferri dominium, sunt quædam auctoritates, & ex iis rationes consequentes. 22ᴱ.q.78 3.c.3ᵐ.

31 Per anticipationem ergo temporis, aliquando generari potest vitium vsuræ sicut per dilationem vel prolongationem, 22ᴱ.quæst. 68.2.7ᵐ.

32 Licet accipere mutuo sub vsuris ad bonum sui vel alterius, nō autem licet inducere, ad faciendum vsuras 22ᴱ.q.78.4.o.

33 Vendere autem cariusiusto, propter dilationem solutionis, vel emere vilius propter anticipationem, est vsura, non autem econuerso. 22ᴱ.q.77.1.1ᵐ. fi. & q.78.2.7ᵐ.

34 Et licet alias expensas licite factas, puta in portatione pannorum, possint licite recuperare de eorum venditione, non tamen possunt recuperare vsuras quas aliis dederant, cum hæc fuerit iniusta datio, & præsertim etiam cum dādo vsuras peccauerint si induxerunt tanquam occasionem peccandi vsurariis præbentes, cum etiam necessitas quæ ponitur ab eis, vt. s. mercatores honorabilius viuant, & maiores mercationes faciant, non sit talis necessitas, quæ sufficiat ad excusandum peccatum prædictum, 22ᴱ. q.78.4.o.

35 Sed hic potest cadere excusatio vsuræ dupliciter, scilicet, quando gratis & liberaliter creditor huiusmodi superabundantiam tribuit debitori, & debitor non causa temporis accipit, vel quando creditor per damnum propriæ rei, recompensat huiusmodi superabundantiam, vt quando non potest habere pecuniam, sine alicuius rei propriæ alienatione & damna ex qua soluat creditori quod petit ante terminum solutionis. Alias est casus vsurarius. 22ᴱ.q. 78.3.c.

36 Si venditor rem suam intendat vendere carius, non propter tēpus tantum, sed tantum propter damnum, quod sibi videt imminere ex dilatione persolutionis recuperandæ, seu propter vexationē suam redimendā, quā probabiliter timet futuram sibi in repetitione debitisui, propter malitiam, vel impotentiā debitoris, tūc excusatur à vitio vsuræ, & fit æquitas æstimationis in huiusmodi contractibus, per recompensationē damni, vel quādo probabiliter timentur hæc in credentia accidere. Et tūc rectitudo huiusmodi intentionis apparet, quando venditor optaret potius non vendere talibus, quàm vendere ad credentiam, & quando libenter daret aliis pro minori pretio incontinenti persoluendo, quā vendere ad credentiā talibus pro pretio maiori, nisi venditio ha

beat rationem mutui, 22ᵉ.q.78.2.1ᵐ.& 7ᵐ.

37 Vno autem modo, credentia facit contractum vsurarium, scilicet quando propter ipsam credentiam, res venditur carius, quam valeat simpliciter, vel quàm esset valitura probabiliter, tempore solutionis, vel etiam si tantum sit valitura verisimiliter, tamẽ ipse venditor, alias res suas non venderet, nisi plus acciperet, propter ipsam credentiam, & tunc venditio habet rationem mutui, 22ᵉ.q.78.2.7ᵐ.

38 De iis autem quæ committuntur bonæ fidei aliorum ad lucrũ, mihi videtur dicendum, quod aut commissio fit pecuniæ, vel alterius rei, ita quòd trãsfertur in toto vel in parte rei commissæ in potestatem eius cui committitur, aut ita fit commissio, quod nõ transeat dominium, sed remanet tota res commissa in dominio committentis. Primo modo est vitium vsuræ, eo quod sperat lucrum iam de re non sua, quia iam erat translata per commissionem in dominium alterius. Et in hoc commissio assimilatur mutuo. Sed secundo modo potest sperari lucrum, sine vitio vsuræ: quia tunc commissa est pecunia vel res alia, sicut seruo vel ministro, qui de re domini negociatur ad vtilitatem domini sui. Et ideo committens potest sperare lucrum, sicut ex re sua. Et sic lucrum non accedit sorti, nec possidetur sine iusto titulo, quia sicut rei propriæ partum recipit, non tamen partũ numismatis ex numismate immediate, sed partum ipsarum rerum quæ per numismata sua sunt acquisitæ iusta commutatione, 22ᵉ.q.78.2.5ᵐ.

39 In toto vel in parte ideo dictum est, quia si aliquis committit centum alicui, ita quòd medietatem ei mutuet, & aliam medietatẽ suo retineat domino, ita tamen quod de illis centum debeat negociari ad lucrum ille cui committitur, dico quod hoc lucrum iam habet vitium vsuræ propter hoc, quod non tantum ex re commissa speratur lucrum, sed etiam pariter ex re mutuata & commissa, 22ᵉ.q.78.2.1ᵐ.& 5ᵐ.

40 Dare autem pecuniam mercatori vel artifici, per modum societatis, cum pacto vel spe lucri, ita quod cum periculo ipsius committentis mercator de ea negociatur, vel artifex operatur, licitum est, non autem in mutuo, 22ᵉ.q.78.2.5ᵐ.

41 Dans vero pecuniam vsurario, vt vsuras exerceat, vel vt copiosius exerceat, peccat: non autem si det pecuniam vt tutius seruetur, 22ᵉ.q.78.4.3ᵐ.

42 Ad hæc dicendum, quod in huiusmodi, aliud est vitare damnum, & aliud est sperare lucrum, quia primum licet, non autem secundum, 22ᵉ.q.78.3.c.

43 Quædam in consuetudinem deducta, habentur pro iustis legibus, quæ magis deberent dici corruptelæ permissæ, quàm consuetudines approbatæ. Et hoc videmus in hac materia vsurarum, secundum regiones & ciuitates diuersas, quantum ad pupillorum & orphanorum tutelam. Vnde dico, quod non possunt pupilli, quando sciunt veritatem, retinere superabundantias suarum rerum per vsuram acquisitas, 12ᵉ.q.108.3.2ᵐ.

44 Vsurarius tenetur restituere, quicquid accepit de vsuris, & fructus, & interesse, non autem quæ lucratus est cum eis etiam emendo possessiones, 22ᵉ.q.78.3.o.

45 Lex diuina iubet restitutionem vsurarum fieri, sicut & rapinarum. Et voco legem diuinam, quæ in canone sacræ scripturæ, & in decretis sanctorum patrum, & conciliis continetur, quia ius diuinum est quod diuinitus promulgatur, 22ᵉ.q.57.2ª.3.3ᵐ.

46 Debet tamen fieri huiusmodi restitutio vsurarum caute, nec cum scandalo fiat personam prædictarum. 22ᵉ.q.62.6.2ᵐ.

47 Ex præcepto etiam iuris naturalis habemus, quod quæcũque vultis vt faciant vobis homines, & vos illis eadem faciatis. Sed iusta voluntate vult spoliatus re propria per vsuram, vt spoliator ei restituat. Quare similiter spoliator debet iuste restituere spoliato, 12ᵉ.q.99.1.3ᵐ.

48 Vxor etiam non potest licite restituere vsuras, nolente marito, & adhuc viuente, cum vxor non sit domina rerum, sed tantum vir. Est tamen ad generationem coniuncta viro in adiutorium, & in vsum rerum. Quare sicut non potest alienare res viri, ipso non volente, ita nec alia viri, potest restituere, ipso nolente, 1ª.q.92.1.c.princ.& q.98.2.b.2.

49 Si vero vt particeps fuit tantum lucri, aut fuit scienter, aut ignoranter, si scienter, tunc iterum potest fieri iuste dupliciter. s. aut necessitate corporali. i. quando alias commode non potest inuenire remedium vitæ, sicut accidit pauperibus mendicantibus, & sic aliquando etiam per hoc possunt excusari filij & filiæ, in domo parentum vsuriariorum, qui alias nequeunt victum sic necessarium inuenire, & similiter vxor eadem necessitate potest excusari, 22ᵉ.q.32.7.3ᵐ.

50 Fautores & defensores, qui fouent vsurarios & defendunt in exercitio fœnerandi, sicut aliquæ ciuitates, & aliqui principes, fouẽt & defendunt huiusmodi, qui dicũtur Cursiui, qui alias nõ auderent exercere huiusmodi actum fœnerandi, tales fautores & defensores vsurariorum inquantum huiusmodi sunt tantum, non tenentur ad restitutionem alicuius, nisi inquantum sunt participes lucri. s. quia propter hoc sunt fautores vel defensores, vt ab vsuratiis aliquam portionem recipiant: tamen in hoc etiam peccant contra Deum etiam quantumcunque vtilitatem regionis ciuitatis intendant, quia fouent peccatores in peccatis suis, 22ᵉ.q.78.4.3ᵐ.

51 Nec est simile de illis quorum auctoritate circa vsurarios fit aliquid, & de iis qui fouent & defendunt, & accipiunt vt actores: quia illi sunt causa per se actus mali, isti vero non sunt causa ipsius actus mali, sed accidentium ipsi actui ad eius conseruationem & fructum ampliorem, 22ᵉ.q.78.4.o.

53 Sed maiori iustitia restituenda sunt ablata, quàm debita sint soluenda, cum in hoc impleatur iustitia, tollens iniuriam factam Deo & proximo: sed in solutione debitorum nulla tollitur iniuria, sed tantum soluitur iustitia, quare secundum hoc videntur prius restituenda ablata, quàm soluenda debita: restitutio enim præfertur etiam subuentioni parentum, nisi in extrema necessitate, 22ᵉ.q.31.3.3ᵐ.& q.32.7.3ᵐ.& q.60.5.4ᵐ.& q.62.5.2ᵐ.

54 Si vnus sit diues, & alter pauper, & plus indigens his de quibus restitutio facienda est, & æqualiter sit clarum in vtroque, adhuc prius pauperi potest restitutio vsurarum iustè fieri, quàm diuiti, eo quod plus læsus est in ablatione suorum, & quia plus indiget. 22ᵉ.quæst.31.3.3ᵐ.& quæstio.32.7.3ᵐ.& q.60.5.4ᵐ.& quæst.62.5.2ᵐ.

55 Quod autem in lege scriptum est de duplo, quadruplo, & quintuplo, non habet locum in vsuris, sed tantum in furtis vel rapinis, eo quod huiusmodi vsuræ, non destruunt bonum reipublicæ de sua ratione, sicut faciunt furta & rapinæ, sed tantum corrumpũt bonum personale, siue fraternum bonum & hoc non inferendo malum, sed tantum non faciendo bene fratri debitum: & de his alias scripsimus in septimo præcepto decalogi diffusius, 22ᵉ.q.62.3.2ᵐ.

56 Si ergo aliquod lucrũ prouenit vsurario, vltra rem, & rei vsum naturalem, ex propria operatione & solertia eius, in quo non est alius damnificatus, dico sine præiudicio, quod non tenetur restituere homini huiusmodi lucrum. 22ᵉ.q.78.3.o.

1 VSVS rationis quandoque totaliter aufertur, ex nimia passione, sicut ex amore vel ira insaniens, & tunc talis passio si à principio fuit voluntaria, & non naturalis, imputatur actus ad peccatum: quandoque vero passio, non totaliter intercipit vsum rationis, & tunc ratio potest passionem excludere diuertendo ad alias cogitationes, vel dolendo, vel impediendo, vnde talis passio non totaliter excusat à peccato, si ratio non eam prohibeat. 1ª.q.63.3.c.3ᵐ.& q.150.4.3ᵐ.& q.156.3.2ᵐ.& q.157.2.3ᵐ.& 12ᵉ.quæstio.77.1.2.7.c.& q.78.2.3ᵐ.& q.80 3.2ᵐ.& 22ᵉ q.4.6.3.c.3ᵐ.& q.53.6.1ᵐ.& q 175.2.2ᵐ.

2 Vsus pecuniæ duplex, scilicet ad se, & ad alios, primus pertinet ad expensas seu sumptus, secundus vero ad dationes. 22ᵉ.quæst.117.3.3ᵐ.

3 Vsus pecuniæ pertinens ad dationes duplex. s. principalis qui est distractio eius pro quo nihil vltra potest accipi, & secundarius, s. vel ad ostentationem, vel in pignus, pro quo aliquid vltra potest accipi. 22ᵉ.q.78.1.6ᵐ.

4 Nihil vltra valorem rei, sperare debet mutuans ex vsu rei mutuatæ: quia ratione substantiæ transfertur mutuum, & non ratione vsus, sed aliter est in accommodatis & locatis ad vsum. 22ᵉ.q.78.1.6ᵐ.

VT sumitur dupliciter, scilicet causaliter, & consecutiue 12ᵉ.q.91.2ᵐ.

1 VT I & Largè comprehendit se sub frui. 1ª.q.39.8.c.

2 Vti, importat applicationem rei ad aliquam operationem, quę etiã dicitur vsus eius, 12ᵉ.q 16.1.2.3.c.

3 Vti, est actus voluntatis. 12ᵉ.q.16.1 c.& q.17.1 c.

4 Vti, est actus voluntatis vt primi mouentis, ipsius intellectus autẽ vt dirigentis, aliarum vero potentiarum vt exequentium. 12ᵉ.q.16.1.c.& q.17.1.c.

5 Vti, propie est actus voluntatis vt principalis, non autem aliarum potentiarum, nisi instrumentaliter. 12ᵉ.q.16.1.o.

6 Vti aliquo dicitur dupliciter. s. vt forma quæ est principium vsus, & vt obiectio: & sic aliquis male vtitur gratia & virtutibus, non autem primo modo 12ᵉ. q 55.4.5ᵐ.& 22ᵉ.q.20.1.2ᵐ.& 3ª.quæst.80.4.3ᵐ.

7 Vti, est semper eorum quæ sunt ad finem, non autẽ ipsius finis, nisi inquantum refertur in fruitionem eius. 12ᵉ.q.16.2.o.

8 In cultu Dei oportet non vti quibusdam corporalibus actibus, vt adoratione corporali & huiusmodi, non quidem propter Deũ, sed propter nos, vt. s. eis tãquam quibusdam signis exterioribus, excitemur ad spirituales actus interiores. 22ᵉ.q.81.7.c.1ᵐ.

9 Vti peccato alterius ad bonum, est licitum, quia Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum, sed non licet inducere aliquem ad peccatum. 22ᵉ.q. 78.4.c.

10 Vti, non conuenit brutis, sed tantum rationalibus. 12ᵉ.q.11.2.4ᵐ.& q. 16. 2.o.

Vti

11 VTI est nobilius quàm frui, quo ad vim apprehensiuam præcedentem, sed est econuerso, quo ad obiecta, quia frui importat motum appetitus in appetibile absolute, vti vero, in ordine ad alterum, 12ᵉ.q.16.2.1ᵐ.

12 Vti eius quod est ad finem, secundum quòd est in consideratione rationis referentis illud in finem, est prius electione, sed est econuerso secundum quòd voluntas potentias executiuas mouet, 12ᵉ.q.16.4.o.

1 VTILE, dicitur dupliciter. s. sicut via ad finem, vt meritum ad beatitudinem, & sicut pars ad totum, vt ministeria angelorum ad beatitudinem eorum, 1ª.q.62.9.2ᵐ.

2 Bonitas in ordine ad finem, vtilitas vocatur, 12ᵉ.q.72.1ᵐ.

3 Vtilia, dicuntur quæ sunt accommoda ad aliquem finem, & vtilitas, quandoque vsus nominatur. 12ᵉ. q.16.3.c.

4 Facere aliquid ad vtilitatem communem quod nulli noceat, est licitum cuilibet personæ priuatæ, non autem si nocet nisi ex auctoritate publica, 22ᵉ.q.64.3.3ᵐ.

5 Dispensationes spiritualium, principalius ordinantur ad vtilitatem communem, 22ᵉ.q.63.2.c.

6 Exhibitio eorum quæ dantur alicui propter vtilitatem, tanto est laudabilior, quanto magis indiget: sed Deo nihil exhibetur propter vtilitatem eius, sed propter gloriam eius, & propter vtilitatem nostram, 22ᵉ.q.81.6.2ᵐ.& 7.c.

VULPES est naturaliter dolosa, sed hoc non est ei malum, 1ª.q. 63.4.3ᵐ.

VULTUR significat eos, qui mortes & seditiones hominum affectant, vt inde lucrentur, 12ᵉ.q.102.6.1ᵐ.

VXOR. & In lege Moysis, licebat ex dispensatione Dei dimittere vxorem, licet communius teneatur quòd non, sed quòd permitebatur vt minus malum, quàm vxoricidium, ad quod proni erant Iudæi, nec puniebantur temporaliter, 12ᵉ.q.105.4.8ᵐ.

2 Causæ repudij scribebantur in libello, in generali tantum, non quidem vt iustum appareat, sed vt habeat licentiam nubendi alteri, secundum Iosephum, vel vt ex mora & ex consilio scribarum impediretur, secundum Augustinum, 12ᵉ. q.107.2.2ᵐ.

Z

ZACHARIAS petens signum ab Angelo, peccauit per incredulitatem, propter quam punitus fuit, 22ᵉ.q.97.3.3ᵐ.

ZACHEVS non tenebatur reddere quadruplum, sed hoc dixit, volens supererogare, 22ᵉ.q. 62.3.2ᵐ.

ZELOTYPIA oritur ex amore, non patiente consortium in re amata, 12ᵉ.q.28.4.c.

1 ZELVS est amor intensus, non patiens consortium in re amata, 12ᵉ. q.28.4.o.

2 Zelus triplex, scilicet coniugis, inuidiæ, & amicitiæ. s. Dei & proximi, 12ᵉ.q.28.4.o.

3 Zelus, Nemesis, inuidia, & misericordia, pertinent ad idem genus passionum. s. ad tristitiam de bonis, vel malis proximi, sed diuersimode, 22ᵉ q.36.3.c.

4 Zelus circa bona honesta, est laudabilis, sed zelus circa temporalia, est cum peccato, licet aliquando sit sine peccato, 22ᵉ.q.36.2.o.

5 Inuidia sumitur aliquando pro zelo, 22ᵉ.q.36.2.1ᵐ.

6 Contentio & zelus, sunt tantum in carnalibus hominibus, & tantum circa bona corporalia, 12ᵉ.q.28.4.2ᵐ.

FINIS.

INDEX QVARTVS

IN SVMMAM S. THOMAE, INDICANS CLARAM ET SOLIDAM REFVTATIONEM PRAECIPVORVM ALIQVOT DOGMATVM, QVAE HODIE AB HAERETICIS asseruntur.

Absoluere à peccatis potest solus sacerdos, Suppl.q.19.art.3.
Absoluere quemlibet non potest quiuis sacerdos, Suppl.quæst. 20.art.1.
Absolutio quid in pœnitente prærequirat. Par.3.q 90.
Absoluens sacerdos verè remittit. Suppl.q.18.art.1.
Aqua benedicta, Par.3 q.65.art.1 q.1 art.2.
Baptismus est sacramentum maximæ necessitatis. Part.3.quæst.68.articul.8.
Baptizandos esse pueros. Par.3.q 68.art.9. q.69 art 8.
Baptismo auferri omnia peccata. Par.3.q 69.art.1.
Clauium effectus est remittere & ligare. Suppl q.18.
Concupiscentiæ reatum aufert baptismus. Par 3 q.69.art.12.
Confessio sacerdoti facienda est iure diuino. Suppl.q.6.art.1.2.& 3.q. 7.art.1.
Confitenda esse omnia mortalia, Suppl.q.9.art.2.
Confirmationem esse sacramentum. Par.3.q.72.art.1.
Eucharistiæ in sacramento non remanere substantiam panis & vini. Par.3.q.75. art.1. Sed conuerti ea in corpus & sanguinem Domini. Par.3.q 73.art.3.
Excommunicatio est legitima ecclesiæ potestas. Suppl.quæst.21.& sequent.
Extrema vnctio est sacramentum nouæ legis. Suppl.q.29.art.1.
Ieiunium non est contra libertatem fidelium. 2 2 q.147.
Imagines Christi & sanctorum cur in ecclesia. 2.2 q.94.art.2.
Indulgentiæ quid valeant. Suppl.q.25.
Iustificatio impij est remissio culpæ & infusio gratiæ. 1.2.q.113.
Lex humana iusta obligat in foro conscientiæ. 1.2 q.96. art.4. Item 2. 2.q 12.art.2.
Liberum habet homo arbitrium. Par.1.q.83.art.1.
Matrimonium est sacramentum nouæ legis, Suppl. q.42.
Meritum bonorum operum. 1.2.q.21.art.3.& 114.
Missæ sacrificium. 2.2.q.85.
Opera nostra non esse peccata. Par.3.q 83.
Orandos esse sanctos 2 2.q.83.art.4. Suppl.q.72.
Orandum pro mortuis. Suppl.q.71.
Ordinis sacramento constitui peculiares in Ecclesia sacerdotes. Suppl.q.24.
Religiosorum statum esse perfectum. 2.2.q.186.
Reliquiæ sanctorum sunt honorandæ. Par.3.q.15.art.6.
Sacramenta conferre gratiam. Par.3 q.62.
Sacramenta nouæ legis sunt septem. Par.3.q 65.art.1.
Virginitas est virtus matrimonio excellentior. 2 2. quæstione 152 art.4.
Voti obligatio. 2.2 q.88.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX QVINTVS,

QVI EARVM EST RERVM ET EIVS GENERIS DOCTRINARVM, QVAE ERVDITE ET PIE A SANCTO THOMA IN SVMMA VARIIS LOCIS TRACTATAE, RECTE VTILITERQVE AD SINGVLORVM *Dominicorum atque aliorum festorum dierum Epistolæ Euangeliique explicationem à verbi diuini concionatoribus adhiberi possunt, aut potius rude quoddam indicis speciem, studioso concionatori viam demonstrans eius perficiendi. Prior numerus partem, posterior quæstionem indicat.*

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.
Epist. Rom.13.
NOX præcessit. De veteri & noua lege, 1.2. q.107.
Euang. Matth.21.
Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.
De causa efficiente passionem Christi, Par.3.q.47.
DOMIN. II. ADVENTVS.
Epist. Rom.15.
Quæcunque scripta sunt. De scriptura sacra ecclesiæ. Part.1.q.1. art. 10.& præcedentibus.
Deus det vobis idipsum sapere. De discordia fugienda, 2.2.q.38.
Euang. Luc.21.
Erunt signa in sole &c. De signis quæ iudicium præcedent, Suppl.q.73.
De iudiciis & procuratoribus, 2.2.q. 67.& 71.
De iudicio generali, Suppl.q.88.89.90.
DOMINICA III. ADVENTVS.
Epist. 1.Cor.4.
Sic nos existimet homo. 1.Cor.4. De sacramento ordinis, Suppl.q.34.& seq.
De discrimine, potestate ac priuilegiis Episcoporum & sacerdotum, Suppl.q.40.art.6. 2.2.q.85.
De non iudicandis superioribus, 2.2.q.60.
Euang. Matth.11.
Beatus qui non fuerit scandali in me. De fide, 2.2.q.1.& seq.
De fide nuda & charitate formata, 1.2. q.6.art.3.
DOMIN. IIII. ADVENTVS.
Epist. Phil.4.
Gaudete in domino semper. De gaudio, 2.2. q.28.
De vitiis gaudio suppositis, 2.2.q. 5.36.
In omni oratione. De oratione, 2.2.q.83.
Euang. Ioan.1.
Quid baptizas. De baptismo Ioannis, Par.3.q.38.
De sacramento baptismi, Par.3.q.68.
De lege & gratia, 1.2.q.109.
IN DIE NATIVITATIS CHRISTI.
Epist. Tit.3.
Apparuit benignitas. De infinita Dei bonitate, Par.1.q.6.7.
De Dei misericordia Par.1.q.21.23.
Euang. Luc.2.
Natus est nobis hodie Saluator. De incarnationis mysterio. Par.3.q.1.& seq.
De natiuitate Christi, Par.3.q.35.
IN DIE S. STEPHANI.
Epist. Act.6.
Stephanus plenus gratia. De officio diaconorum, Suppl.q.37.art.3.4.
De dono fortitudinis, 2.2.q.123.
Euang. Matth.23.
Hier. Hierusalem quæ occidis prophetas. De martyrio, 2.2.q.124.
De constanti confessione fidei & veritatis, 2.2.q.3.
IOANN. APOST. ET EVAN.
Epist. Eccl.15.
Qui timet Deum. De dono timoris, 2.2.q.19.
Adimplebit eum spiritu sap.& intell. De sapientiæ dono, 2.2.q.45.
De dono intellectus, 2.2.q.49.art.2.
Euang. Io.21.
Tu me sequere. De vita contemplatiua, 2.2.q.180.& sequentibus.
De statu perfectionis, 2.2.q.184.
INNOCENT.
Epist. 14.
Habentes nomen eius in frontibus suis. De causa martyrij 2.2.q.124.art.5.
De aureola martyrum, Suppl.q.96.art.6.
Euang. Matth.2.
Fugit in Aegyptum. De defectibus Christi, Par.3.q.14.15.
De baptismo paruulorum, Par.3.q.68.art.9.
Vtrum baptismus auferat omnes pœnalitates huius vitæ, Part.3.q.69. art.4.
DOMIN. INFRA OCTA. NATI.
Epist. Gal.4.
Quanto tempore hæres paruulus est. De adoptione filiorum Dei, Par.3.q.23.
Euang. Luc.2.
Non discedebat de templo. De oratione, 2.2.q.83.
De loco orationis, 2.2.q.84.art.3.
De cantu Ecclesiæ, 2.2.q.81.
IN DIE CIRCVNCISIONIS.
Epist. Tit.2.
Apparuit gratia Dei & salut. De manifestatione Christi nati, Par.3.q.36.
Euang. Luc.2.
Vt circumcideretur puer. De legalibus circa Iesum obseruatis, Par.3.q.37.
De efficacia sacramentorum, Par.3.q.62.63.
De nominibus Dei. Par.1.q.13.
IN DIE EPIPHANIAE.
Epist. Isa.60.
Surge illuminare. De gratia Christi secundum quam est caput Eccl. Par. 3.q.8.
Euang. Matth.2.
Vbi est qui natus est rex Iudæ. De manifestatione Christi nati, Part.3.q.36.
De adoratione Christi, Par.3.q.25.
DOMIN. INFRA OCT. EPIPH.
Epist. Rom.12.
Vt exhibeatis corpora vestra hostt. De partibus temperantiæ, 2.2.q.44.& seq
Euang. Luc.2.
Cum esset Iesus an. De scientia Christi, Par.3.q.9.10.11.12.
De obedientia, 2.2.q.104.
DOMINIC. I. POST EPIPH.
Epist. Rom.12.
Habentes donationes. De donis, 1.2.q.68.
De prophetia, 2.2.q. 171. & tribus seq.
Euang. Ioan.3.
Nuptiæ factæ sunt. De matrimonij sacramento, Suppl.q.41.
De miraculis Christi, Par.3.q.43.
DOMIN. II. POST EPIPHAN.
Epist. Rom.12.
Nolite esse prudentes apud vosm. De prudentia, 2.2.q.47.& seq.
Euang. Matth.8.
Ecce leprosus veniens. De hæresi, 2.2.q.11.
Et dico huic hoc fac & facit. De obedientia & inobedientia, 2.2.q.104.105.
DOMIN. III. POST EPIPHA.
Epist. Rom.13.
Nemini quicquam debeatis nisi. De dilectione proximi, 2.2.q.5.& seq.
Euang. Matth.8.
Domine salua nos: perimus. De timore qui fortitudini oppo. 2.2.q.125.
DOMIN. IIII. POST EPIPHA.
Epist. Coloss.3.
Induite vos viscera misericordiæ. De misericordia, 2.2.q.30.
De concordia, 2.2.q.29.
De modestia, 2.2.q.160.& seq.
Euang. Matth.13.
Superseminauit zizan. De disputatione cum infidelibus, 2 2.q.10.art.7.
De punitione hæreticorum, 2.2.q.11. art.3.4.

DOMIN. SEPTVAGESIMAE.
Epist. 1 Cor.9.
Nescitis quod hi qui in stadio currunt. De spe, 2.2.q.17.18.
Euang. Matth.20.
Misit operarios in vineam suam. De beatitudine, 1.2.q.2.3.4.5.Suppl.q.93.
De merito bonorum operum 1.2 q.114.
DOMINICA SEXAGESIMAE.
Epist. 2.Cor.18.
Et videntes non videant. De cæcitate mentis, 2.2.q.15.
Sufficit tibi gratia mea. De gratia & eius effectu, 1.2.q.109.& seq.
De raptu, 2.2. q.175.
Euan. Luc.8.
Verbum affert fructum in patientia. De prædicatione, Par.3.q.67.ar.1.ad 1.
Et 2.2.q.188.art.4.
De doctrina Christi, Par.3.q.42.
DOMIN. QVINQVAGESIMAE.
Epist. 1.Cor.13.
Si habuero omnem fidem. De fide nuda & formata charitate, 2.2.q.4.
Euang. Luc 17.
Tradentur gratibus ad crucifigen. De effectibus passionis Christi, Part.3.q. 49.
DOMIN. INVOCAVIT.
Epistola. 2.Cor.6.
Ecce nunc dies salutis. De recuperatione virtutum per pœnitentiam, Par. 3.q.89.
Euang. Matth.4.
Cum ieiunasset 40. diebus. De ieiuniis, 2.2 q.147.
De tentatione Christi, Par.3 q.41.
DOMIN. REMINISCERE.
Epist. 1.Thess.4.
Vnusquisque sciat vas suum possidere. De castitate & luxuria, 2.2. q.151.& seq.
Nequis circumueniat fratrem. De fraude in emptione & venditione, 2.2. q.77.
Euan. Matth.15.
Filia mea malè à dæmonio vexatur. De impugnatione hominum à dæmonibus, par.1.q 114.
DOMINICA OCVLI.
Epist. Ephe 5.
Tradidit semetipsum pro nobis oblationem. De sacerdotio Christi, Part.3.q. 22.
Omnis fornicator aut auarus. De fornicatione, 2.2.q.154.
De auaritia, 2.2.q 118.
Euang. Luc.11.
Erat Iesus eiiciens dæmonium. De exorcismis. Par.3.q.71.art.2.3.4.
DOMIN. LAETARE.
Epist. Gal.4.
Abraham duos filios habuit. De lege veteri & noua, 1.2.q.99 & seq.
Euang. Ioan 9.
Erant viri numero quasi 500. De sacramento Eucharistiæ, Par.3 q.73.
DOMINICA IVDICA.
Epist. Hebr 9.
Christus assistens Pontifex De sacerdotio Christi, Par.3.q.22.
Quomodo sit hominum & Dei mediator, Par 3.q.36.
Euang. Ioan 8.
Samaritanus es tu. De maledictione, 2.2.q.76.
DOMINICA PALMARVM.
Epist. Phil.2.
Humiliauit semetipsum. De passione Christi, Par 3 q.46.
EVANGELIVM fuit 1ª. dominica aduentus.
DOMIN. PASCHAE.
Epist. 1 Cor.5.
Expurgate vetus fer. De inuidia & detractione, 2.2 q 36.& 73.
Euang. Mar.16.
Videte locum vbi pos. eum. De resurrectione Christi, Par 3.q.53 54.
De resurrectione, Suppl.q.75 & seq.
FERIA II. PASCHAE.
Epist Act. 10.
Dedit eum manifestum fieri testib. De manifestatione resur. Christi, Part 3. q.55.
Euang. Luc.4.
O stulti & tardi corde. De cæcitate mentis, 1.2.q 15.
Cognouerunt eum in fractione panis. De sumptione Eucharistiæ, Par.3.q.80.
FERIA III. PASCHAE.
Epist. Act.13.
Ignorantes Iesum. De ignorantia, 1.2.q.76.
EVANGELIVM.
Prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum.
De sacramento pœnitentiæ, Par.3 q.84. & seq.
FERIA IIII. PASCHAE.
Epist. Act.3.
Authorem vitæ interfecistis. De peccato eorum qui Christum occiderunt. Par.3 q.47. art.6.& 5.
Euang. Ioan.21.
Manifestauit se iterum. De locis animarum post mortem & earum egressibus, Suppl.q.69.
DOMIN. QVASI MODO.
Epist. 1 Ioan.5.
Omne quod natum est ex Deo. De effectibus baptismi. Par.3 q 69.
Euang. Ioan.20.
Pax vobis. De pace, 2.2.q.29.
Quorum remiseritis peccata. De potestate clauium, Suppl q 18.
De virtute indulgentiarum, Suppl.q.25.
DOMINICA MISERICOR. DOMINI.
Epist. 1.Petr.2.
Qui cum maledicetur. De iniuriis verborum, 2.2.q 72. & seq.
Euang. Ioan.10.
Ego sum pastor bonus. De curatis & Episcopis, 2.2.q 184.art.8.& q.189.
DOMINICA IVBILATE.
Epist. 1 Pet.2.
Subiecti estote omni humanæ creaturæ. De potestate secularis gladij, 2.2.q. 304.art.6.
Euang. Ioan 16.
Tristitia vestra vertetur in gaudium. De gaudio, 2.2.q.28.
De acedia, quæ gaudio opponitur, 2 2 q.35.
DOMINICA CANTATE.
Epist. Iac.1.
Ira viri iustitiam Dei non operatur. De iracundia, 2.2.q.158.
De mansuetudine, 2.2.q.157.
Euang. Ioan.16.
Ego veritatem dico vobis. De veritate, 2.2 q.109.Par.1.q.16.
Mittam eum vobis. De missione diuinarum personarum, Par.1.q.44.
DOMINICA VOCEM IVCVNDITATIS.
Epist. Iaco.1.
Non refrenans linguam. De vitiis linguæ, 2.2.q.72. & seq.
Euang. Ioan 16.
Si quid petieritis patrem in nomine meo. De oratione, 2.2.q 83.
IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.
Epist. Act 1.
Eritis mihi testes. De ascensione Christi, Par 3 q.57.
Euang. Marc.16.
Signa eos qui crediderint hæc seq. An iustificatio sit opus miraculosum, 1.2. q.113 art.10.
De gratia miraculorum, 2 2.q 178.
DOMINICA EXAVDI.
Epist. 1 Petr 4.
Estote prudentes. De prudentia & eius speciebus, 2.2.q.47.50.
De oratione & deuotione, 2.2.q.82.83.
Euang. Ioan.15.& 16.
Absque synagogis facient vos. De virtute excommunicationis, Suppl.q.21. & seq.
DOMIN. PENTECOSTES.
Epist. Act.2.
Apparuerunt illis dispartitæ linguæ. De gratia linguarum, 2.2.q.176.
De donis, 1.2.q.68.
Euang. Ioan.14.
Paracletus spiritus sanctus. De nominibus spiritus sancti, Par.1.q.36.
FERIA SECVNDA PENTECOSTES.
Epist. Act.1.
Cecidit sp. S. super omnes. De sacramento confirmationis, Par.3.q.72.
Euang. Ioan.3.
Qui credit in eum non iudicatur. De iudiciaria potestate Christi, Part.3.q 59.
FERIA TERTIA PENTECOSTES.
Epist. Act.8.
Miserunt ad eos Petrum & Ioannem. De ministro confirmationis, Par.3.q. 72.art.11.& 65.
Euang. Ioan 10.
Qui non intrat per ostium. De hæresi, 2.2.q.11.
FERIA QVARTA PENTECOSTES.
Euang. Act.5.
Per manus Apostolorum fiebant signa. De miraculis, 2.2.q.176.
Epist. Ioan.6.
Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. De prædestinatione, Part.1.q.23.
IN DIE TRINITATIS.
Epist. Rom.11.
O altitudo diuitiarum. De mysterio Trinitatis, Par.1.q.11.30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euang. Ioan.3.
Nisi quis renatus fuerit. De baptismo, Par.3.q.66.& seq.

IN DIE CORPORIS CHRISTI.
Epist. 1.Cor.11.
Accepit panem. De transubstantiatione, Par.3.q.75.
Euang. Io.6
Qui manducat carnem meam. De sacramento Eucharistiæ, Par 3 q 73.

DOMINICA I. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Io.4.
Deus charitas est. De amore Dei, Par.1.q.20.
Euan. Luc.16.
Induebatur purpura. De superbo vestitu.2.2.q.169.
De purgatorio & suffragiis mortuorum, Suppl.q.71.

DOMINICA II. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Io.3.
Nolite mirari si odit vos mundus. De odio, 2.2.q 34.
Qui habuerit substantiam. De eleemosyna, 2.2.q.32.
De auaritia, 2.2.q.118.
Euang. Luc.14.
Homo quidam fecit cœnam magnam. De visione diuinæ essentiæ, Suppl.q. 92.
Vtrum infideles sunt cogendi ad fidem, 2.2.q.10.art.8.

DOMINICA III. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Petr.5.
Omnem solicitudinem vestram proiicientes. De solicitudine, 2.2.q.55.art.6.7.
De prouidentia Dei, Par.3.q.22.
Aduersarius vester dia. De impugnatione dæmonum, Par.1.q.114.
Euang. Luc.15.
Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores. De dilectione peccatorum, 2.2.q.25.ar.6.& seq.

DOMINICA IIII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Rom.8.
Existimo quod non sunt condignæ passiones. De patientia, 2.2.q.136.
Euang. Luc.6.
Nolite condemnare. De iudicio temerario, 2 2 q.60.
De falso testimonio, 2.2.q.70.

DOMINICA V. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Petr 3.
Vnanimes in oratione estote, compatientes. De concordia & misericordia, 2. 2.q.29.30.
Euang. Luc.5.
Cum turbæ irruerent in Iesum vt audirent verbum Dei. De prædicatione Christi, Par.3.q.42.
De prædicatione religiosorum, 2.2.q.188.art.4.

DOMINICA VI. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Rom.6.
Vetus noster homo simul crucifixus est. De effectibus passionis Christi, Par. 3.q.49.
Euang. Matth.5.
Nisi abundauerit iustitia vestra. De partibus iustitiæ, 2.2.q.122.
De præceptis iustitiæ, 2.2.q.122.

DOMINICA VII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Rom.6.
Cum serui essetis peccati. Quomodo per Christum simus liberati, Part.3. q.49.
Quem fructum habuistis tunc in istis. De effectu peccati quantum ad reatum pœnæ, 1^{a}.q.87.
De fructibus spiritus sancti, 1.2.q.70.
Euang. Marc.8.
Si dimisero eos ieiunos. De sobrietate, gula & ebrietate, 2.2.quæst.148.149. 150.
Gratias agens fregit. De gratiarum actione, 2.2.q.106.

DOMINICA VIII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Rom.8.
Sumus filij Dei, cohæredes autem Christi. De adoptione, Par 3.q.23.
Euang. Matth.7.
Attendite à falsis prophetis. De prophetis, 2.2.q 171.& seq.
De disputatione cum hæreticis, 2.2.q 10.ar.7.
De punitione hæreticorum, 2.1.q 11.ar 3.4.

DOMIN. IX. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Corinth.5.
Neque idololatræ efficiamini. De actibus latriæ, 2.2.q.84.
Euang. Luc.16.
Prudentiores sunt. De prudentia carnis, 2.2.q.53.
De vera prudentia, 2.2.q.47.

DOMIN. X. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Cor.12.
Diuisiones gratiarum. De gratiis gratis datis 2.2.q.176.
Euang. Luc.19.
Cœpit eicere ementes & vendentes. De simonia, 2 2.q 100.

DOMINICA XI. POT OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Cor.15.
Gratia Dei sum id quod sum. De gratia quantum ad eius necessitatem, 12. q.109.
Euang. Luc.18.
Stans apud se orabat. De religione, deuotione, oratione, 2.2. q.81 8.283.
Decimas do. De decimis, 2.2.q.80.

DOMIN. XII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 2.Cor 3.
Fiduciam habemus per Christum ad Deum. De oratione & sacerdotio Christi, Par.3.q.21.22.
Euang. Mar.7.
Expuens in terram. De iis quæ concurrunt ad baptismum, Par.3.q 71.

DOMIN. XIII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Gal 3.
Abrahæ factæ sunt promissiones. De veterilege, 1.2.q.98.& seq.
Euang. Luc.10.
Plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. De peccato originali, 1.2.q.81.82.
De quatuor vulneribus quæ Beda ponit, quibus humana natura vitiata est, 1 2.q.85.art 3.

DOMIN. XIIII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Gal 5.
Manifesta sunt opera carnis. De peccatis & vitiis, 1.2.q.71.& seq.
Fructus autem spiritus sunt. De fructibus spiritus sancti. 1.2.q.70.
Euang. Luc.17.
Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo. De ingratitudine. 2.2.q. 107.

DOMIN. XV. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Gal.6.
Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. De inani gloria. 2.2.q.132.
Is qui catechizatur verbo. De catechesi, Par.3.q.71.
Euang. Matth.6.
Nolite soliciti esse. De solicitudine, 2.2. q.55.ar.5.6.

DOMIN. XVI. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Ephes.3.
Ne deficiatis in tribulationibus meis. De perseuerantia, 2.2.q 319.
De verecundia, 2.2.q.144.
Euang. Luc.7.
Defunctus offerabatur. De qualitate animæ exeuntis, Suppl.q.70.
De suffragiis mortuorum. Suppl.q 71.

DOMINICA XVII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Eph.4.
Cum omni humilitate & mans. &c. De humilitate, 2.2 q.161.
De mansuetudine, 2.2.q.157.
De patientia, 2.2.q 136.
Euang. Luc.14.
Sabbato manducare panem. De sanctificatione sabbati, 2.2.q.122.art.4.

DOMIN. XVIII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. 1.Cor.1.
Confirmabit vos vsque in finem sine crimine. Vtrum quis possit mereri finalem perseuerantiam, 1.2.q 114.art.7.
Quot & quæ sint vitia capitalia, 1.2.q 84.art.4.
Euang. Matth.22
Interrogauit eum vnus legis doctor. De disputatione hæreticorum, 2.2.q 10. art.7.
De simulatione, 2.2 q.111.
De tentatione qua Deus tentatur. 2.2.q.97.

DOMIN. XIX. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Ephes 4.
Labores operando manibus. De furto atque rapina. 2.2.q.66.
De ludis & lusoribus, 2.2.q 168.
Euang. Matth.9.
Dimittuntur tibi peccata tua. De contritione peccatorum, Suppl.quæst.1. & seq.
De confessione & satisfactione peccatorum, Suppl.q.6.12.

DOMIN. XX. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Ephes.5.
Nolite inebriari vino in quo est luxuria. De ebrietate, 2.2.q.150.
De luxuria, 2.2.q. 153.
Euang. Matth.22.
Qui fecit nuptias filio suo. De matrimonij sacramento, Suppl.q.41.
De gratia Christi secundum quam est caput ecclesiæ, Part.3.q.8.

DOMIN. XXI. POST OCTAVAM PENTEC.
Epist. Ephes.6.
Non est nobis colluctatio. De impugnatione dæmonum, Par.1.q.114.
Euang. Iohan.4.
Incipiebat iam mori. De morte, 1.2.q.85.art 5.& 6.

DOMINICA XXII. POST OCTAVAM PENTEC.
Epistola. Phil.1. *Confid*

Confidimus in domino Iesu. De spe, 2.2. q.17.
Euang. Matth.18.
Si non remiseritis. De inuidia & detractione, 2.2.q.36.& 37.
De reditu peccatorum, Part.3.q.88.

DOMINICA XXIII. POST VIII. PENTEC.
Epist. Phil.3.
Qui reformabit corpus humilitatis nostræ. De conditionibus beatorum resurgentium, Suppl.q.82. & seq.
Euang. Matth.22.
Ostendite mihi numisma. De obedientia sub secularibus potestatibus, 2. 2.q.104.ar.6.
De mendacio & adulatione, 2.2.q.110. & 115.

IN DEDICATIONE TEMPLI.
Epist. Apoc.21.
Vidi ciuitatem sanctam. De sanctorum beatitudine, Suppl.q.93.
Euang. Luc.19.
Si aliquem defraudaui. De restitutione, 2.2.q 62.
De vsura, 2.2.q. 78.

IN FESTO ANDREAE.
Epist. Rom.10.
Corde creditur ad iustitiam. De confessione fidei, 2.2 q 3 124.
Euang. Matth.4.
Relictis retibus & naui. De statu religionis, 2.2.q 186.

FERIIS S. NICOLAI.
Epist. Eccles.44.
Ecce sacerdos magnus. De statu episcoporum, 2 2.q.185.
Euang. Luc.12.
Sint lumbi vestri præcincti. De castitate, 2.2.q.151.
De celibatu ordinandorum, Suppl q.53.

FERIIS CONCEPTIONIS MARIAE.
Epist. Eccles.24.
Ego quasi vitis fructif. De sanctitate beatæ Mariæ. Par 3 q 28.
Euang. Matth.1.
Virum Mariæ de qua natus est Iesus. De desponsatione matris Dei, Par.3. q.29.

THOMAE APOSTOLI.
Epist. Eccles.24.
Beatus vir qui in sapientia morab. De sapientiæ dono, 2.2.q.45.
Euang. Io.20.
Infer digitum tuam huc. De qualitate Christi resurgentis, Par.3 q 54.
De infidelitate, 2.2 q.10.

PVRIFICATIONIS MARIAE.
Epist. Malach.3.
Veniet ad templum suum dominator. De oblatione Christi in templo. Par.3. q.37.art 3.
Quod Christus sit caput ecclesiæ, Part 3 q.8.
Euang. Luc.2.
Postquam impleti sunt dies purgationis. De purificatione beatæ Mariæ, Par. 3.q.37 ar.4.
Et turturum. De paupertate Christi, Par 3 q 40.
Epist. 1.Petr.1.
In aspersionem sanguinis Iesu Christi. De aqua benedicta, Par 3.q.65.art.1. q.71.art.2.
Euang. Matth.16.
Quodcunque ligaueris. De clauibus, Suppl q.17 & seq.

MATTHAEI APOSTOLI.
Epist. Act.1.
Ostende quem elegeris. De acceptione personarum, 2.2.q 63.
Quod ad episcopatum oportet eligere meliorem, 2.2.q.185. art 5.
De sortibus, 2.2.q 95.art 8.
Euang. Matth.9.
In vias gentium ne abieritis. De participatione cum excommunicatis, Suppl.q.23.
De disparitate cultus in matrimonio, Suppl.q.59.
De communicatione cum infidelibus, 2.2.q.10.art.9.

ANNVNTIATIONIS MARIAE.
Epist. Esai.7.
Ecce virgo concipiet. De virginitate beatæ Mariæ, Par 3.q 28.
Euang. Luc.1.
Aue gratia plena. De annunciatione beatæ virginis, Par.3 q.30.
De conceptione Christi, Par.3 q.31.& seq tribus.

PHILIPPI ET IACOBI.
Epist. Sap.5.
Tunc stabunt iusti. De conditionibus beatorum & damnatorum resurgentium, Suppl.q.81.86.
Euang. Ioan.14.
In domo patris mei mansiones multæ sunt. De sanctorum mansionibus, Suppl.q 93.

FERIIS CRVCIS.
Epist. Gal.5.
Absit gloriari nisi in cruce. De effectibus passionis Christi, Part. 3.q.48.49.
Euang. Io.3.
Exaltari oportuit filium hominis. De passione Christi, Par.3 q.46.

IOANNIS BAPTISTAE.
Epist, Isa.49.
Dominus ab vtero vocauit me. De pueris ingredientibus religionem, 2.2 q.189.
Euan. Luc.1.
Venerunt circuncidere puerum. De circuncisione, Par 3 q.70.

PETRI ET PAVLI.
Epist. Act.12.
Misit in carcerem. De incarceratione, 1.2.q 65. art 3.
De fortitudine & martyrio, 2.2.q.123 124.
Euang. Matth.16.
Super hanc petram. De ecclesiæ capite, Par.3.q 8.
De ministris clauium, Suppl.q 19.

VISITATIONIS MARIAE.
Epist. Cant.2.
Surge, propera amica mea. De beata Maria, Par.3.q.27.
Euang. Luc.2.
Exurgens Maria abiit cum festinatione. De verecundia, 2.2.q.144.

MARIAE MAGDALENAE.
Epist. Prouer.3.
Fallax gratia & vana est pulchritudo. De superfluo ornatu mulierum, 2.2. q.168.
Euang. Luc.7.
Dimittuntur tibi peccata tua. De contritione, Suppl.q.1.& seq.

IACOBI APOSTOLI.
Epist. Eccle.4.
Induit eum coronam gloriæ. De dotibus & aureolis beatorum, Suppl. q.95 96.
Euang. Matth.20.
Vnus à dextris &c. De Simonia, 2.2.q 100.

LAVRENTII.
Epist. 2.Corint.9.
Qui parce seminat. De beneficentia & eleemosyna, 2.2. q.31.32.
Euang. Ioan. 12.
Qui amat animam suam. De martyrio, 2 2.q 124.

ASSVMPTIONIS MARIAE.
Epist. Eccles.24.
In hæreditate domini morabor. De assumptione Beatæ Mariæ, Part.3.q.27. art.1.
Euang. Luc.10.
Maria optimam partem elegit. De vita actiua, & contemplatiua, 2.2.q. 179 & seq.

BARTHOLOMEI APOSTOLI.
Epist. Ephes.2.
Iam non estis hospites & aduenæ. De spe vitæ æternæ, 2.2.q.17.
Euang. Marc.4.
Ascendens Iesus in montem vocauit. De eligendis idoneis, 2.2.q 185.

NATIVITATIS MARIAE.
Euan. Matth.1.
De qua natus est Iesus. Quod B.virgo simater Dei, Par.3 q 3.art 4.
Reliqua in die conceptionis.

MATHAEI APOSTOLI.
Epist. Ephe.4.
Vnicuique vestrum data est gratia. De gratia gratis data & gratum faciente, 1.2.q.111.
Euan. Matth.9.
Non est opus sanis medic. De pœnitentia, Par 3.q.84 & seq.

MICHAELIS.
Epistola. Apoc.1.
Loquens per angelum suum. De ordine angelorum, 1.2.q.108.
De missione angelorum, 1.2.q.112.
De locutione angelorum, 1.2.q.107.
Euang. Matth.18.
Væ homini per quem scandalum venit. De scandalo, 2.2.q 43.
Angeli eorum in cælis. De custodia hominum ab angelis, 1.2.q.113.

SIMONIS ET IVDAE.
Epist. Rom.8.
Quos præsciuit, hos & prædist. De prædestinatione Dei, Part. 1. quæst.23.
Euang. Ioan.15.
Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. De charitate, 2.2. quæstio.23.& seq.
Epist. Apoc.7.
Vidi turbam magnam. Animas beatorum statim post mortem deduci ad cælum, Suppl.q.69.art.2.
De libro vitæ, Par.1.q.24.

Euang. Matth. 5.
Gaudete & exultate quia merces. De octo beatitudinibus, 1. 2. q. 69.
De imaginibus sanctorum, 2.2.q.94.art.2.
De sanctorum inuocatione, Suppl.q.72.

IN DIE ANIMARVM.
Epist. 1.Thessal.4.

Nolumus vos ignorare de dormientibus. De qualitate animæ exeuntis, Suppl.q.70.
De suffragiis mortuorum, Suppl.q.71.

Euang. Matth.25.
Cum venerit filius hominis. De iudicio generali, Suppl.q.88.

MARTINI EPISCOPI. Vt supra feriis. Nicolai episcopi.

CATHARINAE VIRGINIS.
Epist. Eccles. 51.

Liberasti corpus meum à perditione. De castitate, 2.2.q.151.
Euang. Matth. 25.
Virgines fatuæ. De virginitate, 2.2. q.152.

Multum quoque prodesse potest, ad dilatandam, ex S. Thomæ Summa, eorum Euangeliorum & Epistolarum quæ in Ecclesiis per totum anni decursum canuntur, doctrinam, & concionis de eadem habendæ materiam vberiorem reddendam, primus generalis Index, loca sacrę scripturæ à S. Thoma in ista Summa ad suæ doctrinæ confirmationem adducta complectens. Quandocunque enim explicandi Euangelii vel Epistolæ declarandæ verba aliqua, in eo Indice reperientur, si loca in quibus eorundem verborum meminit Thomas, inspicere libeat, ea & lucem & copiam, de iis ad populum dicturo, frequenter magnam suppeditabunt.

INDEX SEXTVS.

Conclusionum huius Summæ Theologicæ, quæ dictis alibi à S. Doct. specietenus repugnare videntur, una cum solidis solutionibus, ac concordantiis vniuersæ doctrinæ Thomisticæ: Quarum cognitio incredibiliter non solum ad intelligendam Summam Theologicam conferre, sed etiam ad omnia S. Doctoris opera. Verba appositа ad marginem remittunt ad locum proprium tertij Indicis. Numerus initio cuiusque dubij adscriptus respondet numeris dubiorum, quæ sparsim per totam Summam inueniuntur, qui plerúmque est interruptus, cùm dubia, quæ ad alia opera pertinent, sint omissa.

Dubiũ. 1. Abrahã 1. Soluitur

Abraham æqualiter meruit in matrimonio, sicut Ioannes in virginitate.
Oppositum videtur dicere, 2.2ę.q.152.4.1m.
Verum est quòd Abrahã æqualiter meruit, respectu præmij essentialis, non autem accidẽtalis: quia meritum non solum pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis. Habuit autem Abraham animum sic dispositum, vt paratus esset, virginitatem seruare, si esset tempori cõgruum, ex quo meritum cõtinẽtiæ coniugalis in ipso æquatur merito continentiæ virginitatis in Ioanne, respectu præmij accidentalis. Sed continentiam Ioannes in opere, Abraham verò in solo habitu habebat, 2.2ę.q.152.4.1m.

Abrahã 2. 2 Abraham non fuit mendax, dicendo Saram sororem suam. Immo hoc, quòd dixit Abraham, videtur fuisse mendacium, 2.2ę.q.110.3.3m. Quol.8.q.6.4.2m.
Sol. In sacra scriptura deducuntur aliquorũ gesta quasi exempla perfectæ virtutis, de quibus non est æstimãdum, eos fuisse mentitos. Si qua tamen in eorum dictis appareant, quæ mẽdacia videntur, intelligendum est, ea figuraliter & prophetice dicta esse. Abtahã tamẽ secũdum Augustinum, dicens Saram esse sororem suam, veritatem voluit celari, & non mẽdaciũ dici: soror enim dicitur, quia filia patris erat vnde & ipse Abraham dicit, verè soror mea est, filia patris mei, & nõ filia matris meæ: quia scilicet ex parte patris ei attinebat, 2. 2ę. q.110.3.3m. Quol. 8.q.6.4.2m.

Abrahã 3. 3 Abraham accedens ad ancillam suam non peccauit.
Oppositum videtur dicere, 4.d.33.q.1.ar.3.q.3.o.
Sol. sicut dicitur, 4.d.33.q.1.ar.3.q.3.c. concubinę patriarcharum erãt vxores eorum, quo ad principalem finem matrimonij, scilicet prolem, non autem quo ad finem secundum, scilicet regimen familiæ: Ideo dicebantur concubinæ: & hoc licuit ex dispensatione Dei.

Abrahã 4. 4 Abraham volens occidere Isaac, non peccauit: quia debuit obedire præcepto Dei.
Oppositum videtur dicere, quia præceptum de non occidendo hominẽ & alia præcepta decalogi sunt omnino indispẽsabilia, etiã à Deo, vt patet, 1.2ę.q.100.8.o.& 3.d.37.4.o.

Abrahã 5. Sol. sicut Dub.518.
5 Abraham emendo Speluncam in sepulturam, nõ peccauit.
Oppositum videtur dicere: quia sepultura est annexa rei spirituali, ideo vendere eam vel emere est peccatum simoniæ, 2.2ę.q.110.1.o.4.1m.2m.3m.& 4.d.25.q.3.ar.1.q.1.o.ar.3.c.
Sol. Abraham emendo speluncam duplicem, non intendebat emere nisi terram communem. Sed quia apud gentiles loca sepulturę deputata, religiosa reputabãtur: si Ephron pro iure sepulturæ pretium intendit accipere, peccauit vendens, licet Abrahã non peccauerit emens. Vel excusatur Abtaham, quia in hoc redemit suam vexationem: Quamuis enim Ephrõ gratis ei sepulturam offerret, perpendit tamen Abraham, quod gratis recipere sine eius offensa nõ posset, 2.2ę.q.100.4.3m.& 4.d.25.q.1.ar.2.q.1.2m.

Abstractio. 6. 9 Necesse est, & intellectus noster abstrahat à phãtasmatibus.
Immo in statu innocentiæ homo non acquisiuisset scientiam ex sensibus, 3a.q.61.2.o.& 4.d.1.q.1.ar.2.q.2.o.

Abstractio. 16. Sol. sicut dubium, 1107.
10 Homo in hac vita non potest videre essentiam Dei, nisi abstrahat à sensibus.

Immo Moyses & S. Paulus viderunt in hac vita sine lumine gloriæ essentiam Dei, Veri.q.10.12.c.
Sol. sicut Dub.486.
Non omne adueniens rei post esse completum, est accidens. Accidẽs
Immo omne, sine quo res intellecta secundum suam substãtiam potest intelligi, habet rationem accidentis, 3.d.6.q.3.2.1m.& Pot.q.7.4.8m. 4.
Sol. Illud, quod aduenit rei post esse completum, accidentaliter aduenit, nisi trahatur in communionem illius esse completi, sicut in resurrectione corpus aduenit animæ præexistenti, non tamen accidentaliter, quia ad idem esse assumetur, vt scilicet corpus habeat esse vitale per animam, non autem sic de albedine, quia aliud est esse albi, & aliud esse hominis, cui aduenit albedo. 3.q.2.6.2m.
13 Mensura debet esse homogenea, id est eiusdem generis cũ suo mensurato. Accidẽs 7.
Immo accidentia non oportet mensurari primo accidẽte, sed subsstantia, Pot.q.7.4.7m.
Sol. sicut Dub.870.
15 Accidens potest esse sine subiecto virtute Dei. Accidẽs
Oppositum videtur dicere Phys.8.lec.21.med.c.d. 12.
Sol. sicut dicitur, 1.2ę.q.51.1.c.& Pot.q.9.9.2m.& Post.lect.14. accidens dicitur proprium dupliciter, scilicet individuale, quod conuenit soli particulari, sed non semper: & specificum, id est, quod fluit ex principiis propriis speciei, & conuenit omni, & soli, & semper, loquitur ergo in tertia parte de proprio primo modo, scilicet de propria quantitate corporis Christi. Sed in 8. Phys. accipit proprium secundo modo, quia in hoc esset contradictio, & habetur 1.2ę.q.110.4.4m. vbi dicit, quòd cum potentiæ animæ sint naturales proprietates, animam consequentes, anima non potest sine iis esse: dato autem, quòd sine iis esset, adhuc tamen anima diceretur secundum speciem suam intellectualis vel rationalis: non quia actu haberet has potentias, sed propter speciem talis essentiæ, ex qua natæ sunt eiusmodi potentiæ effluere.
17 Accidens individuatur numeratur & distinguitur secundum suum subiectum. Accidẽs.
Immo accidentium varietas potest esse Causa pluralitatis secundum numerum subiectorum, Trinit.q.4.2.c.
Sol. Nullum accidens habet in se propriam rationem diuisionis, nisi quantitas. Vnde dimensiones ex seipsis habent quandã rationẽ individuationis secũdum determinatũ situm, prout situs est differentia quantitatis, & sic habet duplicem rationem individuationis, vnam ex subiecto, sicut & quodlibet aliud accidens, aliam ex seipsa, inquãtum habet situm, ratione cuius in abstrahẽdo à materia sensibili, imaginamur hanc lineam, & hunc circulum. Et ideo rectè materiæ conuenit individuere omnes alias formas, ex hoc quòd subditur illi formæ, quæ ex seipsa habet individuationis rationem: ita quòd etiam ipsæ dimensiones terminatæ, quæ fundãtur in subiecto comploto, individuantur quodammodo ex materia individuata per dimensiones interminatas præintellectas à materia, Trinit.q.4.2.2m.
18 Accidentia numerantur secundum suppositа. Accidẽs
Oppositum videtur dicere, 1.d.9.q.1.2.c. 15.
Sol. Accidentia sumpta propriè, & adiectiuè, numerantur secundum diuersa suppositа, non autem, si sumantur in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propriè,& substantiuè, vt spirator in diuinis.1ª.q.36.7ᵐ. fi.& Pot.q.8.2.6ᵐ.

Accidés 16. 19 Duo accidentia numero eiusdem rationis, vel generationis non possunt esse simul in eodem subiecto.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.12.10.c.& q.52.2. 2ᵐ.& q.85.4.c. & 2ᵐ.& verit.q.8.14.c.& 7ᵐ.
Sol. Aliquando duo accidentia eiusdem rationis possunt esse simul in eodem subiecto in actu incompleto, nō tamen vt in actu completo & perfecto,sicut albedo,dum est in fieri,& nigredo in corrumpi,verit,q.8.14.9.

Accidés 18. 21 Subiectum est causa proprij accidentalis in triplici genere causæ,scilicet materialis efficientis,& finalis,aliorum autem accidentium est tantum causa materialis.
Immo accidens per se & proprium, vel nec omne causatur à principiis subiecti in genere causæ efficientis, Mat. q.4. 2.9ᵐ.
Sol. Accidens proprium non causatur à subiecto per viam mutationis: sed emanario proprium accidētium est per naturalem resultationem, sicut ex vno naturaliter resultat aliud,sicut ex luce color,1ª.q.77.6.3ᵐ.
Vel, quòd subiectum primum producitur cum proprio accidente primò, & per se: proprium verò secundariò & per aliud.

Accidés 37. 22 Accidētia Eucharistiæ possunt misceri cū aliis liquoribus.
Oppositum videtur dicere,8ª.q.77.3.c.1ᵐ,& 3ᵐ.
Sol. Intelligendum est, quando sit tanta permistio vini, vel liquoris extranei, quòd sanguis Christi desinat esse subtoto:tunc enim dicitur vndique diffundi,non quia tangat sanguinem Christi secundum proprias eius dimensiones sacramentales,sub quibus continetur,3ª.q.77.8.c. 3ᵐ,& 4ᵐ.

Accidés 41. 23 Corruptioſpecierum Eucharistiæ non est miraculosa, sed miraculum præsupponit.
Oppositum videtur dicere, 4.d.12.q.2.ar.2.q.4.4ᵐ.& opusc.11. artic.35.
Sol. Species sic remanere miraculosum est: sed quòd sic remanentes,corrumpātur,est naturale:sicut miraculosum est: quòd cæcus visum recipiat: sed quòd iam visu accepto videat est naturale. Remanet enim quidem compositionis & diuisionis modus in accidentibus istis, dum quantitas retinet rationem materiæ, & qualitas rationem formæ,4.d.12.q.1.2.& q.3.3ᵐ,& q.4.4ᵐ.

Accidés 44. 24 Nihil potest esse medium inter substantiam & accidens.
Oppositum videtur dicere à simili,4.d.12.q.1.ar.1.q.3.c.
Sol. Inter substantiam & accidens, quintum prædicabile datur medium, non autem vt diuiditur contra substātiam; 1.q.76.4.4ᵐ,& q.77.1.5ᵐ.& Quol.1.6.3ᵐ.& spiritum. 11. c. col.2.4ᵐ.& & Opusc.23.& Metaphy.11.lec,2.F.

Accidés 48. 27 Accidens aliquod miraculosè productum in aliquo subiecto,efficitur ei naturale, sicut cæcus miraculosè illuminatus,naturaliter videt.
Oppositum videtur dicere à simili,4. d.12.q.1.artic.2.q.4.4ᵐ.& Opusc.11.art.35.
Sol.sicut dub.23.

Accidés. 28 Nihil prædicatur de Deo per accidens,1ª.q.3.6.c.fin.
Immo prædicatur aliquid de Deo per accidens,1.d. 30.1. 2ᵐ. & 4ᵐ.& Pot.q.7.8.6ᵐ.& q.8.2.6ᵐ.
Sol. sicut Dub.29.

Accidés 51. 29 Ista est per se & nullo modo per accidēs, Pater est Deus:& econuerso.
Oppositum videtur dicere, pot.q.8.2.9ᵐ.
Sol. Licet in Deo nullum sit accidens, est tamen quædam similitudo accidentis,inquantum ea, quæ de inuicem dicuntur,prædicantur secundum accidens,& differunt ratione,& sunt vnum subiecto,1ª.quæst.36.4.7ᵐ.fi.& Pot.q. 8.2.6ᵐ.

Actio 10. 32 Actio recta differt ab actione reflexa.
Oppositum videtur dicere.1.d.1.q.2.1.2ᵐ.& d.10.5.2ᵐ.& d.17.q. 1.5.4ᵐ.

Actio. Sol. sicut Dub.41.
33 Nulla actio transiens conuenit Deo,1ª.q.25.2.1ᵐ.
Immo genus vtrumquè actionis attribuimus Deo, Pot.q. 10.1.c.
Sol. Huiusmodi duplex operationis genus Deo attribuimus: genus quidem operationis, in aliud extrinsecum transeuntis, inquantum dicimus, quòd creat, conseruat, & gubernat omnia. Ex quo operationis genere nulla perfectio Deo aduenire significatur,sed magis quòd proueniat in creatura perfectio ex perfectione diuina. Aliud verò operationis genus Deo attribuimus, inquantum ipsum intelligentem & volentem dicimus, in quo ipsius perfectio significatur.Pot.q.10.1.c.fi.

Act. 26. 34 Actio & passio conueniunt in vna substantia motus,& differunt tantum secundum diuersas habitudines.
Immo non potest esse idem accidens numero actio & passio, sed eorum differentię sunt tantum penes terminos,scilicet agens & patiens,2.d.40.4.1ᵐ.& Contr.2.c.56.3ᵐ.
Sol. Primo,quòd actio & passio possunt sumi dupliciter, scilicet pro habitudinibus agentis ad patiens & econuerso, & pro motu, in quo istæ habitudines fundantur: quia remoto per intellectum motu nihil remanet de actione, & passione,nisi prædictæ habitudines, vt habetur in 1ª.q.41.1.2ᵐ.& q.45.2.Si primo modo, sic differunt realiter:quia alia est habitudo agētis ad passum,& alia econuerso. Si autem secūdo modo,sic sunt idem realiter:quia idem motus numero, vt est ab agente, est actio,& vt est in patiente,est passio. Vel actio & passio possunt sumi dupliciter, scilicet prout forma passi, inquantum est ab alio,dicitur passio:vel pro ipso fluxu formæ. Primo modo differunt realiter,secundo autem sunt idem realiter.
Sol.secundò,quòd cum dicit,S.D 1ª.q.45.2.2ᵐ.quòd cum actio & passio conueniant in vna substantia motus, & differant solùm secundū diuersas habitudines,oportet quòd substracto motu, non remaneant nisi diuersæ habitudines in causante & causato, respondendum est,quòd ibi loquitur de actione accepta pro re acta, scilicet, pro eo quod per actionem suscipitur in patiente: quia scilicet dicitur actio, inquantum procedit ab agente: & passio, inquātum suscipitur. Manifestum est enim,quòd creatio actiua,de qua loquitur ibi. S. D. est realiter distincta, cum sit diuina essentia creatione passiua. Vnde per hoc non datur intelligi, quòd actio sit idem quod motus realiter,sed magis oppositum, scilicet, quòd ab eo differat:quia ab actione potest substrahi motus. Quod autem ibi solum remanent diuersæ habitudines, tunc hoc est quantum ad actualem existentiam. Actio enim transiens quando iam facta est, amplius non est: & quando fit,est. Vnde non remanet,postquam facta est secundum completam rationem eius: cuius actionis ratio completur,per hoc quòd est in aliud tendens.

Act.51. 39 Actio secundum primam impositionem nominis importat originem motus, quo remoto, nihil aliud quam ordinem originis importat.
Oppositum videtur dicere, 2. d. 40.q.1.4ᵐ.& Contr.2.c.56.3ᵐ.
Sol. Actio essentialiter accepta,scilicet pro respectu agētis ad passum,id est,pro ipsa emanatione,qua introducitur forma in patiente secundum eius primum gradum, potest dupliciter considerari, vno modo secundum modum significandi:& sic importat originem motus. Alio modo, quātum ad rem significatam: & sic importat ipsam emanationem in se consideratam,Pot.q.8.2.c.

Actus. 41 Actus rectus & reflexus non sunt idem numero, 1ª.q.28.4. 2ᵐ.& q.87.3.2ᵐ.
Immo sunt idem numero,1.d.2.q.2.1. 2ᵐ.& d.10.5.2ᵐ.& d.17.q. 1.5.4ᵐ.
Sol. sicut habetur, 1.d.17.q.1.5.4ᵐ.actus rectus potest considerari dupliciter,scilicet vt ratio;qua potētia respicit obiectum,& actus reflexus, quo potentia fertur super actum suum sunt idem numero.Alio modo vt natura quædam, vel secundum quòd actus rectus accipitur vt quoddam obiectum eiusdē potentiæ: & sic non sunt idem numero.

Actus 14. 45 Actus in ratione obiecti, & actus in obiectum subtali ratione, sunt eiusdem speciei, vt visio luminis, & visio coloris.
Oppositum videtur dicere.1 q.87.3.2ᵐ.

Actus 15. Sol. sicut Dub.41.
46 Omnis virtus & potentia eodem actu fertur in obiectum, & in rationem formalem obiecti.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.87.3.2ᵐ.

Actus 24. Sol. sicut Dub.41.
48 Actus diuersarum potentiarum differunt genere.
Oppositum videtur dicere Phys.7.lec.8.princ.
Sol. Actus dupliciter comparantur ad ea, per quæ fiunt, scilicet vt ad principia actiua,& vt ad subiecta. Primo modo differunt genere vel specie, non autem secundo modo, Verit.q.22.10.2ᵐ.

Actus 25. 49 Idem actus potest pertinere ad diuersas potentias.
Oppositum videtur dicere, 4.d.14.q.1.ar.2.q. 1.c.& Verit.q.14. 4.7ᵐ.
Sol. Idem actus potest pertinere ad diuersas potentias secundum diuersas rationes & diuerso ordine,non autem æqualiter,& eodem ordine,1.2ᵉ.q.56.2.1ᵐ.& verit.q.14.4 c.& 7ᵐ.& q.22.13.8ᵐ.& q.24.5.c.

Actus 27. 50 Vnius potentiæ non possunt esse plures actus.
Oppositum videtur dicere,Verit.q.28.9 1ᵐ.& 6ᵐ.
Sol. Vnius potentiæ non possunt esse simul plures actus, nisi sint

sint subordinati,1ª.q.58.7.2ᵐ.& q.62.7.3ᵐ.& 1.2ᵉ.q.54. 1.3ᵐ.& 2.2ᵉ.q.18.1.3ᵐ.& 4.d.4.q.1.ar.3.q.2.o.& contr.1.c.76.3.& lib.2. c.58.fi.& Verit.q.15.1.c.

Actus. 51 Actus & potētia nō sunt semper eodē genere,1.d.7.q.12.2.2ᵐ.
Oppositum videtur dicere,1.q.77.1.c.fi.
Sol. dupliciter, primò, quod licet actus & potentia sint eiusdem generis entis, non tamen oportet, quòd semper sint eiusdem generis prædicamentalis in speciali. Ens enim per se reale creatum diuiditur immediatè in substantiam & accidens: quodquidem accidens subdiuiditur postea in nouem genera accidentium. Substantia igitur,& accidens dicuntur duo genera entis transcendentis. Vnde si potentia sit in genere accidentis, benè oportet, quòd actus sibi correspondens,sit in genere accidētis, scilicet qualitatis, quòd actus sibi correspondens,sit in eodem genere.
Sol.secundò,quòd actus & potentia, qui differunt secundum essentiam,nō sunt semper in eodem genere,sed benè actus & potentia eiusdem essentiæ,vt habetur,1ª. q.25.2ᵐ.nam vt ipse dicit Anima.13. c. de potentia passiua manifestum est, quod potentia passiua,quæ est ad actum substantialem, est in genere substantiæ:& quæ est ad actum accidentalem,est in genere accidentis,per reductionem sicut principium, & non sicut species completa:quia vtrumquodq; genus dividitur per potentiam ad actum. Vnde potentia homo est in genere substantiæ,& potentia album est in genere qualitatis. Et ipse subdit ibidem ad 11ᵐ. dicens, quòd ipsa anima est in potentia ad formas intelligibiles. Sed ista potentia non est essentia animæ,sicut nec potentia ad statuam, quæ est in ære, est essentia æris: esse enim actu & potentia non est de essentia rei,quando actus non est essentialis.Materia verò prima est in potentia ad actum substantialem, qui est forma. Et ideo ipsa potētia materię est ipsa essentia eius. Et idem adducit Phys.1.lec.15.Et licet anima sit in potentia etiam ad suas potētias, non tamen est in potentia ad illos, per potentiam distinctam ab essentia eius.

Actus 52. 52. Actus est ptior potentia.
Immo actus est posterior potentia,1ª.q.77.3.1ᵐ.
Sol. actus in diuersis est prior potentia, sed in eodem est posterior secundum tempus,1ª.q.3.1.c.& 8.c.fi.& q.77.3.1ᵐ.& q. 8.3.2ᵐ.& q.85.3.1ᵐ.& q.94.3.c.& 1.2ᵉ.quæst.50.2. 3ᵐ.& 1.d.7.q. 1.1.1ᵐ.& 2.d.1.1.c.& d.4.3.1ᵐ. & contra 1.c.16.princip. & lib.2. c.16.10ᵐ.& c.77.& Verit.q.13.1.10.& Pot.q.6.6.c.& quæst. 7.1. c.princip.& Ma.q.4.3.c.fi. & Verit.quæst 4.3.c. & spiritu 1.c. & 10.c.3ᵐ.& Quol.5.19.c.& Opusc.31 & Metaph.3.lec.15. c. & lib.7.lec.2.G.& lib. 9.lec.8.per totam, & lib.12.lec. 5. & Anima lib.3.lec.10.D.& lec.11.fi.

Actus 54. 53 Actus semper superat potentiam in bono & malo.
Oppositum videtur dicere,1.q.25.1.2ᵐ.
Sol. est verum, quòd actus, qui differt secundum essentiam, à potentia, superat potentiam, non autem in Deo, in quo sunt idem,1ª.q.25.1.2ᵐ.

Actus 37. 55 Potentia actiua non distinguitur contra actum, sed in eo fundatur.
Oppositum videtur dicere spiritu.11.
Sol.Cum in nulla creatura suum operari sit suum esse,sed hoc sit solius propriū Dei, sequitur quòd nullius creaturæ operatiua potentia sit eius essentia spiritu.11.c.princ.

Actus. 56 Actus vel habitus nō habēt rationē radicis, sed rationē rami,2.d 5.q.1.3.c.& 1ᵐ.& d.22.q.1.1.7.& d.42.q.2.1.c.& 2ᵐ.& 3.3.1ᵐ.
Oppositū vī dicere, 1.2ᵉ.q.84.1.c.& 2ᵐ.& 2.c.& 2.2ᵉ.q.113.2.1ᵐ.
Sol.sicut Dub.144.

Act. 46. 57 Diuersi actus,quorum vnus est ratio alterius, non diuersificant habitum.
Oppositum videtur dicere à simili,4.d.38.q.2.ar.2.q.2.c.
Sol. Non diuersificant habitum,si sint subordinati,sed benè,si non sint subordinati.

Act. 47. 59 Habitus acquisitus semper reddit actū similem actui,à quo generatus est,secundū speciē,non autē secundum modum.
Oppositū videt dicere à simili,1.2ᵉ.q.51.4.3ᵐ.& Ver.q.10.19ᵐ.
Sol. habitus infusus nō causat semper actum nouum similem habitu,sed firmat habitū præexistentem cum suo actu,sicut medicinalia remedia adhibita homini sano per naturā, nō causant aliquam sanitatem aliam, sed sanitatē prius habitā corroborant:acquisitus autem reddit similē,2.2ᵉ.q.51.4.3ᵐ.

Actus 56. 60 Actus simpliciter excedit habitum in bono & in malo.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.25.1.2ᵐ.
Sol. sicut Dub.51.

Actus 63. 61 Idē actus numero moralis siue humanus,est actio & passio
Oppositum videtur dicere,2.d.40.4.1ᵐ.fi.& contr.1.c.56.3ᵐ.
Sol. sicut Dub.34.

Actus. 62 Actus dicitur bonus vel malus dupliciter,scilicet formaliter,id est ex obiecto,scilicet solus actus appetitus: & materialiter.3.d.23.q.1.ar.4.q.1.c.& q.2.ar. 4.q.1.c. & 4.d.38.q.2.ar. 2.q.2.c.
Oppositum videtur dicere quia actus videtur bonus seipso, 1. 2ᵉ.q.55.4.1ᵐ.& 5ᵐ.
Sol. Actus dicitur bonus seipso bonitate naturæ, non autem bonitate moris,1.2ᵉ.q.18.3.3ᵐ.

Act.78. 63 Idē numero actus in genere naturę potest esse bonus & malus moraliter,non autem vnus numero in genere moris.
Oppositum videtur dicere,2.d.27.2.1ᵐ.
Sol. vnus actus numero in genere moris nō potest esse bonus & malus secundum se,sed per abusionem,1.2ᵉ.q.56.2.fi.2.2ᵉ. q.20.1.2ᵐ.& q.38.2.3ᵐ.

Adam 2. 66 Nō incōuenit,Adā vidisse diuinā essentiā supernaturaliter.
Oppositum videtur dicere,contr.3.c.47.princ.& Ver.q.10.11.c.
Sol. sicut Dub.486.

Adam 6. 67 Adā præsciuit incarnationē Dei,non autē suum peccatum.
Oppositum videtur dicere,quia in paradiso plenam notitiam. homo habuerat de peccato, ex eo quòd habuit perfectam cognitionem omnium, quæ per virtutem Dei ab eo agenda,vel vitanda erant,1.2ᵉ.q.40.3.3ᵐ.& 2.2ᵉ.q.27.3. 2ᵐ.& 2.d. 23.q.2.2.c.& 3.d.25.q.2.ar.2.q.2.c.prin.F.
Sol. sicut dub.605.

Adā.11. 69 Scientia Adæ erat eiusdem rationis cum nostra, licet esset per species infusas.
Oppositū videtur dicere,1ª.q. 1.2ᵐ.& q.89.5.3ᵐ.& 3ª.q.9.4.3ᵐ.
Sol. sicut Dub.111.

Adā 12. 70 Adam indigebat phantasmate in considerando,nō autem in acquirendo scientiam.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.101.1.o.& 2.& d.20.q.2.2.o.
Sol. sicut Dub.1107.

Adā 13. 71 Adam in primo statu nō acquirebat cognitionem ex sensibilibus per modum argumentationis.
Immo erat rationatiuus,& acceptiuus cognitionis ex sensibilibus,2.d.23.q.2.1.3ᵐ.& Ver.q.18.2.o.
Sol. sicut Dub.1107.

Adā 18. 72 Adam non cognouit cogitationes cordium, nec quælibet singularia.
Oppositum videtur dicere Verit.q.18.4.c.fi.& 14ᵐ.
Sol. tripliciter: Primo, quòd non cognouit cogitationes cordium secundum se,sed eas cognouit, secundum quod per corporis motus manifestantur:sicut & medici.2.d.7.q.2.1.& Opus.10 c.38.& Opus.11.ar.36.o.
Vel dicēdum, q in primo loco loquitur de cognitione naturali,vel per habitus gratuitos in secundo autem de cognitione,quæ habetur per diuinam reuelationem.
Vel dicēdum,q; quia loquitur indefinitè,ideo nō opponūtur.

Adā 21. 73 Adam habuit fidem.
Oppositum videtur dicere,3.d.25.q.2.ar.q.2.c.
Sol. sicut Dub.605.

Adā 22. 74 Adā in primo statu poterat mereri, non tamen sine gratia.
Oppositum videtur dicere à simili,2.d 5.q.2.1.o.
Sol. sicut Dub.679.

Adā 35. 75 Adā non potuit primò pecare venialiter:sicut etiā infidelis.
Immo in hominibus contingit esse peccatū veniale sine mortali,1.2.q.72.5.c & 4.d.16.q.2.ar.1.q.3.2ᵐ.& Ma.q.7.9.c.fi.
Sol.q; quia peccatum mortale in tātum opponitur integritati primi status,q; corrūpit ipsum: qđ peccatum veniale facere nō potest:& nō potest simul esse quæcunq; inordinatio cum integritate primi status: consequēs est q; primus homo nō poterit peccare,venialiter, antequā peccaret mortaliter:licet in nobis aliquando sit veniale sine mortali.Nā impossibile est,q; etiā in nobis peccatū veniale sit in aliquo cū originali peccato absq; mortali. Cuius ratio est: quia antequā homo ad annos discretionis perueniat,defectus ętatis prohibens vsum rationis excusat eum à peccato mortali.Vnde multo magis excusat cū à peccato veniali,si cōmittat aliqd qđ sit ex genere suo tale. Cū verò vsum rationis habere incæperit,nō omnino excusatur à culpa venialis vel mortalis peccati. Sed primū, quod tunc homni cogitandū occurrit, est deliberare de seipso. Et siquidē seipsū ordinauerit ad debitū finē,per gratiā consequitur remissionē originalis peccati.Si verò non ordinat seipsum ad debitū finē,secundū q; in illa ętate est ea pax discretionis,peccabit mortaliter,nō facies qđ in se est.Et ex tunc nō erit in eo peccatū veniale sine mortali nisi postq; totū fuerit sibi p; gratiā remissū.Ab aliis autē peccatis mortalibus potest puer,incipiēs habere vsum rationis,per aliquod tēpus abstinere:sed à peccato dimissionis prædictæ non liberabitur,nisi quā cito potest,se cōuertat ad Deū.Primum enim,quod occurrit homini,discretionem habēte, est, quòd de seipso cogiter.ad quem alia ordinet sicut ad finem:finis enim est prior in intētione. Et ideo hoc est tempus,pro quo obligantur ex Dei præcepto affirmatiuo,vt habetur,1.2ᵉ.q.89.3.3ᵐ.& 6.o.

Universidad de Deusto Biblioteca

Adã.37. 76 Adam etiam per liberum arbitrium seu gratia habituali poterat vitare peccatum.
Oppositum videtur dicere,2.d.20.q.2.3.^{m}.& d.28.2.o.
Sol. sicut Dub.689.

Adã. 44. 77 Si Adam primò non peccasset,etiam nõ statim confirmatus fuisset in gratia,siue in originali iustitia : neq; filij nati in eadem iustitia originali fuissent statim confirmati.
Immo nec aliquis purus viator in præsenti vita potest confirmari simpliciter in gratia,verit.q.24.9.o.
Sol. dupliciter primo , quòd iustitia originalis in qua primus homo conditus fuit , de se accidens naturæ speciei. Vnde statim quamdiu generasset, non fuisset Adam confirmatus in gratia : quia confirmatio gratiæ coniungit fini, cui viso, non potestconfirmatus non inhærere.

Adã. 46. Secundò sol.sicut Dub.383.

78 Si Eua peccasset,& nõ Adam,filij eorũ nõ habuissent defectus,sequẽtes peccatũ scilicet,passibilitatẽ,& mortalitatem.
Oppositum videtur dicere,2.d.31.q.1.2.4^{m}.& q.2.ar.2.q.2.o.
Sol. quòd in secundis locis loquitur de ipsis defectibus filiorum non quidẽ ex parte animæ,sed ex parte corporis,quod est ex matre. Ideo quantum est ex corpore,sequuti fuissent illi defectus,nisi obstitisset originalis iustitia,quę fuisset in eis,vt dicit in eisdem primis locis.

Addere. 79 Vnum,trãscendens addit supra ens in diuisionem tantum.
9. Immo Vnum,transcendẽs dicit ens indiuisum:quia ens, quod non diuiditur,est vera definitio eius,1.d.24.q.1.3.^{m}.
Sol. quòd vnum secundum rationem propriam , qua distinguitur ab aliis trasscendẽtibus,importat rationem indiuisionis tãtum. Sed ratio eius totalis cõpleta consistit in hoc, quod est esse ens indiuisibile,aut non esse ens diuisum.

Adæquati.1. 80 Adæquari & assimilari important motum ad æqualitatem & similitudinem , non autem æquale & simile. Ideo filius Dei est similis & æqualis patri,& econuerso : & adæquatur & assimilatur ei,sed non econuerso.
Oppositum videtur dicere,Verit.q.4.4.2^{m}.
Sol.quòd sicut ipse dicit secũdo loco,Anselmus accipit strictè nomẽ similitudinis,sicut & Dionysius 9.c. de diuinis nominibus vbi dicit,quòd in æquè ordinatis adinuicẽ recipimus similitudinis reciprocationem,vt scilicet vnum dicatur alteri simile & econuerso.Sed in iis,quæ se habent per modũ causæ & causati,non inuenitur,propriè loquendo,reciprocatio similitudinis. Dicimus enim , quod imago Herculis assimilatur Herculi , sed non econuerso. Vnde quia verbum diuinum non est factum ad imitationem creaturæ,vt verbum nostrum,sed potius ecõuerso:ideo Anselmus vult, quòd verbum non sit similitudo creaturæ, sed ecõuerso. Si autem largo modo similitudinẽ accipiamus, sic possumus dicere,quòd verbum est similitudo creaturæ,nõ quasi imago eius,sed quasi exemplar : sicut etiam dicit Augustinus, ideas esse rerum similitudines. Nec tamen sequitur,quod in verbo non sit summa veritas , quia est immutabile,creaturis existentibus mutabilibus : quia non exigitur ad veritatem verbi similitudo ad rem , quæ per verbum dicitur secundum conformitatem naturæ , sed secundum repræsentationem.vt in q.de Essentia Dei dictum est, verit.q.4.4.2^{m}.

Adiuuare.5.. 82 Adiuuare licet creaturas irrationales , ne per eas dæmon nos noceat.
Immo periculis humanis obuiandum est per humana,& non per diuina,2.2^{æ}.q.88.11.c.
Sol. quòd non est obuiãdum per diuina, abutendo eis, & modis illicitis : sed ne dæmones per creaturas irrationales nobis noceãt, vt habetur,2.2^{æ}.q.38.2.3^{m}.& q.162.2.3^{m}.& q.30.3.o.

Adoratio.2i. 83 Crux propria Christi, vt repræsentans Christum,& vt tetigit Christum,& perfusa Christi sanguine debet eadem adoratione latriæ cum Christo adorari. Sed imago crucis eius in alia materia debet adorari latria,vt imago Christi tantũ.
Oppositum videtur dicere,3^{a}.d.9.q.1.ar.2.q.4.o.
Sol. quod crux Christi , vt res est quædam non potest adorari latria,nisi vt repræsentans Christum:sed vt est res quędam Christum,debet adorari hyperdulia,& non latria,quia non est pars Christi,vt habetur,3.d.9.q.1.ar.2.q.4.o.

Adulterium.1. 84 Adulterium est species determinata luxuriæ.
Immo adulterium non tantum pertinet ad luxuriam , sed ad iniustitiam & auaritiam. Ideo est grauius furto,quanto vxor est charior re exteriori,2.2^{æ}.q.72.2.4^{m}.& q.73.5.1^{m}.& 7.c.& q.88.5.c.& q.100.6. c. fi.& 22^{æ}.q.65.4.3^{m}.& q.70.3.c.& q.108.5.c.& q.154.1.2^{m}.& Ma.q.15.3.3^{m}.& Eph.5.lec.2.Med.E.
Sol.quòd nihil prohibet in eodem actu diuersorum vitiorum deformitates concurrere.Et hoc modo adulterio continetur sub luxuria,& sub iniustitia. Nec tamẽ deformitas iniustitiæ omnino per accidens se habet ad luxuriam :ostenditur enim luxuria grauior, quæ in tantum concupiscentiam sequitur,quòd etiam in iniustitiam ducat,2.2^{æ}.q.154.1.2^{m}.

85 Ardentior in propria coniuge faciens contra bonum matrimonij, inhoneste ea vtendo , est aliqualiter adulter, & magis quàm cum alia. Adulterium. 3.

Immo concubitus cum propria vxore, qui sit ex libidine, est minus peccatum quàm fornicatio, 2. 2^{æ}. quæst.154. 2 6^{m}.fi.
Sol.quòd est magis adulter , si cum propria vxore non sistit concupiscentia eius intra limites matrimonij,1-2^{æ}.q.87.5.c. & 4.d.16.q.2.ar.2.q.2.o.& q.4.ar.2.q.2.o.& d.30.L.fi.

Affabilitas.1. 87 Affabilitas non est specialis virtus distincta ab aliis,sed est aliquid consequens omnes virtutes.
Immo est specialis virtus, & specialis obiecti,scilicet decentis conuersationis,2.2^{æ}.q.114.1.o.& 3.d.34.q.1.2.c.
Sol. sicut Dub.95.

Affirmatio.1. 88 Affirmatio naturaliter est prior negatione, quia est simplicior , & significat compositionem ptiorem diuisione, & significat esse,quod est prius quam non esse.
Oppositum videtur dicere à simili , quia non esse rei,est prius quam esse eius : sicut & esse in potentia & in actu,1^{a}.q. 77.3. 1^{m}.& 1.d.24.q.1.3.2^{m}.& Metaph.9. lec.7.8.9.o. & lib.12.lec.6. a.b.d.f.
Sol. sicut Dub.52.

Agens. 16. 91 In agentibus ordinatis secundum potest dupliciter agere, vel mouere scilicet secundum proprium naturam, vel secundum naturam superioris.
Oppositum videtur dicere à simili , 3.d.13. q.1.ar.2.q.2. 2^{m}&3^{m}.& verit. q.27.3.22^{m}.
Sol.sicut Dub.301.

Agens. 18. 92 Aliquid agere potest vltra Speciem suam in virtute agentis superioris,non autem in virtute propria.
Oppositum videtur dicere , 3.d.13.q.1.ar.2.q.2. 2^{m}&3^{m}.& verit q.27.3.22^{m}.
Sol.sicut Dub.91.

Alchimia. 94 Alchimia non facit verum aurum,2.d.27.q.3.1.3^{m}. & 4.d.11. q.1.ar.1.q.3.3^{m}.& Pot.q.6.1.18^{m}.
Oppositum videtur dicere,2.2^{æ}.q.77.2.1^{m}.
Sol. quòd sicut potest colligi, 1^{a}.q.68.4. c.& 2.2^{æ}.q.77.2.1^{m} aliquid potest dici verum dupliciter,scilicet veritate essentiæ, & veritate omnis proprietatum eius , In 2.2^{æ}.loquitur primo modo,in aliis autem locis secundo modo.
Vel in 2.2^{æ}.loquitur de arte alchimiæ agente in virtute naturæ per applicationem agentium naturalium : in aliis autem locis loquitur de arte agente in virtute propria.
Vel in 2.2^{æ}.loquitur de habẽtibus perfectam artem alchimiæ: in aliis autem locis de sophisticè agentibus ex ignorantia veræ artis.

Amicitia.4 95 Amicitia non est specialis virtus, distincta ab aliis, sed est aliquis consequens omnes virtutes.
Immo amicitia siue affabilitas est specialis virtus , & specialis obiecti,scilicet decentis conuersationis.2.2^{æ}.q.114.1.o.& 3.d. 34.q.1.2.c.
Sol. quòd amicitia dupliciter sumitur, scilicet vt est in affectu:& sic non est virtus : quia vt sic nõ habet rationem laudabilis:vt patet in amicitia vtilis vel delectabilis. Amicitia verò honesti præsupponit omnes virtutes & consequitur eas. Secundo verò modo,vt est in exterioribus dictis & factis,& sic est specialis virtus,quæ etiam nominatur affabilitas,1.2^{æ}.q.60.5.c.& 22^{æ}.q.114.1.1^{m}.

Amorti. 20. 96. Deus diligit peccatores,& damnatos.
Immo Deus odit peccatores & damnatos.3.d.31.q.2.ar.2.quæst. 1.o.
Sol. quòd Deus diligit peccatores & damnatos quo ad naturam : sed odit eos , in quantum sunt mali , & in quantum non vult eis bonum vitæ æternæ , nisi voluntate antecedente,1^{a}.q.202.4^{m}.& q.23.3.1^{m}& 2.2^{æ}. q.83.16.c.& 3^{a}. q. 49.4 1^{m}.& 3.d.19.ar.5.q.1.o.& d.28.5.3^{m}.& d.32.2.4^{m}. & 5^{m}.& contr. 3.c.5.2^{m}.fi.& Verit.q.20. 2. c. & Verit. q.2.8.8.& Psal.5.& Ro. 5.lec.2.

Amor. 33. 97 Homo in statu naturæ integræ , & Angelus in prius naturalibus , id est, sine gratia, possunt amare Deum super omnia.
Oppositum videtur dicere,1.2^{æ}.q.109.4.o.& 8.o.& cont.3.c.60. & 1.Cor.12.princ.A.&.Heb.10.lec.3.princ.K.
Sol.quòd possunt amare Deum , amore naturali quantum ad substantiam operis, sed non quantum ad modum amandi, vt scilicet ex charitate diligant Deum : sed indigẽt auxilio Dei. Nam implere mandata legis , contingit dupliciter. Vno modo quãtum ad substantiam operum , prout scilicet homo operatur iusta & fortia & alia virtutis opera.Et hoc modo homo in statu naturæ integræ potuit omnia mandata legis implere : alioquin homo non potuisset in illo non peccare, cum nihil aliud sit peccare , quàm transgredi diuina præcepta. Sed in statu naturæ corruptæ non potest

potest homo implere omnia mandata diuina sine gratia sanante. Alio modo possunt impleri mandata legis , non solum quantum ad substantiam operis,sed etiam quãtum ad modum agendi,vt scilicet ex charitate fiant. Et sic neq; in statu naturæ integræ , neque in statu naturæ corruptæ potest homo implere absque gratia legis mandata. Indiget insuper in vtroque statu auxilio Dei, mouentis ad mandata implenda,vt habetur,1.2^{æ}.q.109.4.c.

Amor 99 Inimici debent amari ex charitate,3.d.30.1.c.
Immo diligere inimicos , est peruersum & vituperabile, & charitati repugnans:quia hoc est diligere malum alterius, 2.2^{æ}.q.25.8.c.3^{m}.
Sol.quòd inimici debent amari ex charitate quo ad naturam: & in communi est de præcepto cuilibet, non autem in particulari,nisi in præparatione animi,sed est de perfectione, 2.2^{æ}.q.25.8.o.& 9.c.& q.34.3.3^{m}.& q.83.8.c.& q.108.1.c.&. Ver. q.2.8.c.& q.108.1.c.& 21.4^{m}.

Amor. 99. 100 In patria nullus est ordo dilectionis, nisi secundum propinquitatem ad Deum.
Immo quilibet beatus in patria plus diligit se, quàm proximum , & plus diligit propinquiorem sibi æquè bonum:sed plus diligit meliorem extraneum , quàm propinquiorem minus bonum,3.d.31.q.2.ar.3.q.2.o.
Sol.quòd gradus dilectionis sumi potest dupliciter:Primo secundum differentiam boni optati sibi vel alij. Secundò secundum intensionem actus. Primo modo beatus plus diligit meliorem quam se:secundo verò modo autem ecõuerso. Sed comparando vnum proximum alteri, vtroque modo plus diligit meliorẽ. Sed inter æquè bonos,diligit plus propinquiorem sibi,2.2^{æ}.q.26.11.c.

Amor 70. 101 In patria quilibet plus amat se post Deum,quàm alium.
Oppositum videtur dicere, Verit.q.2.9.12^{m}.
Sol. quòd beati voluntate consequente volunt maius bonum alteri meliori,quàm sibi , sed intensius sibi. Antecedente verò etiam maius bonum volunt sibi,2.2^{æ}.q.26.1.13.c.& 3. d. 31.q.2.ar.3.q.2.3^{m}.

Amor. 8. 102 Amor naturalis non est passio,sed connaturalitas rei.
Oppositum videtur dicere,1.2^{æ}.q.23.4.o. & q. 25.3.4.c.& Mahi. 2.lec.5.med.
Sol.quòd amor pro inclinatione rei seu pro aptitudine , vel connaturalitate ad bonum,largo & non proprio modo est passio,sed pro consequutione boni opponitur propriè aliis passionibus , sed diuersimodè , quia in moribus appetitiuæ partis bonum habet quasi virtutẽ, attractiuã,malum autem virtutẽ repulsiuam. Bonum ergo primo modo in potentia appetitiua causat quãdam inclinationẽ seu aptitudinẽ, seu connaturalitatem ad bonum , quod pertinet ad passionem amoris , cui per contrarium respondet odium,sed bonum nondum habitum ad passionem deiidrij , cui opponitur fuga mali,vel abominatio. Sed bonum adeptum dat quietationem in ipso bono adepto : & hoc pertinet ad delectationem & gaudium , cui opponitur ex parte mali dolor & tristitia,1.2^{æ}.q.25.4.c.

Amor. 103 Eodem actu numero amatur ratio dilectionis & obiectũ eius,1.d.17.q.1.5.c.
Oppositum videtur dicere à simili,1^{a}.q.87.3.2^{m}.
Sol. quòd ratio dilectionis in se considerata vt res in ratione obiecti alio actu amatur:sed in ordine ad obiectum aliud, eodem actu amatur,1.d.17.q.17.q.1.5.c.

Amor. 10. 105 Amor est vnio amantis ad amatum.
Immo amor non est vnio,sed sequitur eam, 1.2^{æ}.q.26.2.2^{m}. & q.28.1.2^{m}.
Sol. quòd amor non est vnio secundum rem , sed secundum affectum,1.2^{æ}.q.25.2.2^{m}.& q.28.1.c.& 2^{m}.& 3.d.27.q.1.1.2^{m}.& d.29.3.1^{m},& d.32.1.3^{m}.& Verit.q.26.4.c.

Amor. 32. 106 Cognitio est causa amoris.
Oppositum videtur dicere,4.d.50.q.2.ar.2.q.4.2^{m}.
Sol. dupliciter:Primò quòd amor est in via appetitiua,quæ respicit rem,secundum quòd in se est.Vnde ad perfectionem amoris sufficit quòd res,prout in se apprehẽditur, amatur. Ob hoc ergo contingit , quòd aliquid plus amatur , quam cognoscatur,quia potest perfectè amari , etiam si non perfectè cognoscatur,sicut maximè patet in scientiis , quas aliqui amãt propter aliquam summariam cognitionem,quam de eis habent.

Analogia.1. Sol.sicut dubio,24.
107 In analogis prius dicitur,scilicet secundum rem,& secundum impositionem nominis.
Oppositum videtur dicere Verit q.2.11.8^{m}.& Anima.1.lec.2.

Analogia.6. Sol. quòd non eodem modo dicitur,nec respectu eiusdem, 1. Prol.2.2^{m}.& d.35.4.c.& contra 1.c.34.& Pot.q.7.7.c.fin
108 Analogum est tantum in vno analogato secundum propriam rationem:vniuocum autem est in quolibet.

Oppositum videtur dicere,1.2^{æ}.q.20.3.c.& 1.d.19.q.5.2.1^{m}.
Sol. dupliciter: Primò quod ratio propria analogi sumitur dupliciter,scilicet pro significatione principali, qua verificatur de solo primo analogato. Et sic intendit in duobus locis primo recitatis. Alio modo pro conceptu communi ad sua analogata omnia.Et sic verum est quod dicitur in aliis duobus locis.
Sol. secundò,quòd analogatum est triplex,scilicet secundum intensionem tantum,vt sanitas: secundum esse tantum, vt commune ad corruptibile & incorruptibile : & secundum vtrumque , vt transeuntia. In primis igitur locis loquitur de analogo,primo modo dicto,in aliis autem, secundo & tertio modo,& elicitur,1.d.19.q.5.2.1^{m}.

Analogia.8. 110 Primũ in analogis oportet poni in definitione aliorum.
Immo hoc verum est tantum in analogia secũdum determinatam habitudinem.
Vel scientia Dei est primum, de quo scientia dicitur analogicè : & tamen non ponitur in definitione scientiæ nostræ: quia definitio non esset per notiuis: nec econuerso, cùm scientia Dei non definiatur,sicut nec ipse Deus,1^{a}.q.13.5.c.& 1.d. 8.q.4.3.1^{m}.& d.35.4.o.& Verit.q.12.11.o.
Sol. quòd analogia est duplex, scilicet prima detetminatæ habitudinis,sicut inter substantiam & accidens. Et de hoc loquitur in locis primo allegatis. Ideo non dicit in omnibus,sed indefinitè.Secunda est analogia proportionalitatis eorum,quæ in infinitum distãt, sicut inter Deum & creaturas,Et in his primum in analogis non ponitur in definitione aliorum,vt elicitur.1.Prol.2.2^{m}.& Verit.q.2.11.c.& 6^{m}.

Angelus 2. 111 Angeli non fuerunt ante mundum,id est,ante corpora.
Immo Angeli dicuntur semper fuisse,Pot.q.3.18. o^{m}.
Sol.quòd Angeli dicuntur semper fuisse , non quia ab æterno fuerunt,sed quia omni tempore fuerunt:quia quandocunque fuit tempus,fuerũt Angeli. Et per hunc etiam modum creaturæ corporales semper fuerunt, Pot.q.3.18.20^{m}.

Angelus 112 Esse Angeli nõ est infinitũ, licet Angeli sint penitus à materia separati secundum esse, 2. d.20.q.1.1.6^{m}.& Quol.10.4. 2^{m}.& 3^{m}.& Opusc.17.fin.
Immo esse Angeli est infinitum , 1^{a}.q.7.2.o.& q.30.2.4^{m}.& q. 52.2.c.
Sol. quòd esse Angeli non est infinitum priuatiuè modo quãti,sed negatiue,non simpliciter, sed respectu termini durationis,quo catet,2.d.2.quæst.1.1.6^{m}.& Quol.10.4.2^{m}.& 3^{m}.& Opusc.53.27^{m}.

Angelus 5. 113 Esse Angeli est accidens.
Oppositum videtur dicere,1^{a}.q.77.1.o.
Sol. quòd talia frequenter inueniuntur esse dicta in diuersis locis , quæ sic intelligi debent. Et enim habet comparationem ad principium essendi,& ad ipsum quod est, si non sit suum esse , quod solum in Deo habet locum. Et hoc patet, quia esse album,ipsum album non est accidens:sed habito respectu ad albedinem , est principium esse albi,in quo solum essentialiter est albedo. Ad ipsum verò subiectum cõparatum,esse album est accidens.Per quem modum esse rei animatæ , habito respectu ad principium , vt est principium talis esse,ipsum esse nõ est accidens,quia natura eius, vt principium est in homine saluatur , scilicet esse hominis.Primum enim principium formale essendi , est ipsum esse , per quod quælibet forma dicitur causare esse. Vnde forma non dat esse suæ materiæ, quæ dicitur actus,nisi per ipsum esse,quod est etiam actus ipsius formæ, quod tamen dicitur sequi suã formam. Si igitur fiat respectus ad ipsum principium essendi in composito,esse non est accidens: si verò fiat respectus ad ipsum quod est , vt ad Angelum , vel ad quodcũque aliud,illud esse est accidẽs:quia ipsum,quod est intelligi potest &definiri per propositionem indicãtem quod quid est,etiamsi non sit : nec per aliquam dici posset ipsum esse , cum suum esse nõ sit ipsum ens. Vnde in Angelo licet idem sit id quod est,& suppositũ , scilicet & ipsum principium essendi,non tamen propter hoc quod accidentaliter se habet respectu vnius.Et accidẽs respectu alterius. Differunt enim in Angelo esse, & suppositum secũdum rationẽ.Et hoc sufficit ad propositũ,vt habetur Opusc.72.q.14.

Angelus 21. 114 In substantiis separatis à materia , id est Angelis idem est suppositum & natura secundum rem, licet differant secundum rationem.
Oppositum videtur dicere,3.q.17.1.c.& 1.d.5.1.c.& d.34.q.1.1.c.& 1^{m}.& Vnio.1.c.pr.& 3.14^{m}.& Quol.1.q.2.2.o.& Post.1. lc.6.fi.
Sol. tripliciter:Primò quòd suppositum & natura possunt cõsiderari dupliciter, vno modo quò ad constitutiua vtriusq; tantùm:& sic quia in rebus materialibus suppositum cõstituitur indiuiduatur per materiam signatam,quæ non pertinet ad definitionem , quæ significet quiditatem , seu naturam, siue essentiam:ideo semper dicit sanct.Doct. quòd in

talibus suppositum & natura differunt realiter. Sed in angelis suppositum non constituitur per aliquid aliud, immo ipsa essentia & natura eorum per se ipsam indiuiduatur. Et sic intelligitur in omnibus locis primo allegatis, quòd in angelis suppositum & natura sint idem. Alio modo natura potest considerari, pro eo solo, quod significatur per definitionem, suppositum autem pro omni eo, quòd est in re, eo modo quo dicit, 3.d.5.q.1.3.c.5. quòd de ratione personæ est, quòd comprehendat omnia, quæ sunt in re. Et quia in omni creatura sunt aliqua, quæ non sunt de definitione rei, vt accidentia & esse, ideo in omni creatura differt suppositum à natura & in solo Deo, in quo nullũ est accidens, & cuius esse est eius essentia sunt idem suppositũ & natura. Cum autem nomine naturæ intelligatur id quod per definitionem propriè significatur nomine autem suppositi intelligatur indiuiduum, habẽs illam quiditatem secundum triplicem gradum substantiarum in vniuerso, triplex inuenitur differentia suppositi à natura: insubstantiis siquidem materialibus suppositũ differt à natura dupliciter, scilicet secundum rem, & vltra hoc secundum rationem. Differt à primo modo dupliciter, scilicet intrinsecè, & extrinsecè. Intrinsecè quidem, quia aliquid essentiale suppositum sibi intrinsecũ includit, quod non includit natura, scilicet principia indiuiduationis. Si enim Sortes definiretur, in definitione eius poneretur hæc materia signata, quæ non ponitur vt signata in definitione naturæ humanæ. Differt secũdò extrinsecè: quia aliquid reale extrinsecum sibi includit suppositum, scilicet esse actualis existentiæ, quod non includit natura: esse enim actualis existentiæ primò est actus suppositi, cuius est fieri, quod tamẽ non caderet in definione sortis, si definiretur. Differt etiam secũdum rationem, vt patet. In substantiis autem separatis aliis à prima suppositum differt à natura duobus modis tantùm, scilicet primo extrinsecè secundũ rem, & secundum rationem: nihil enim reale intrinsecum sibi includit suppositum in eis, quod nõ includat natura: quia non indiuiduatur suppositum per aliquid positiuum, contrahens naturam specificam, quæ sit velut differẽtia indiuidualis, suppositio intrinseca, sicut est in substantiis naturalib. Sed quia in eis esse actualis existẽtiæ differt à natura, quod primò est actus suppositi: ideo suppositũ in eis differt extrinsecè à natura, & addit extrinsecè realitatem actualis existentiæ. Differt secundò secundũ rationẽ, vt patet. In Deo verbo suppositũ vno tantũ modo differt, scilicet secundum rationem: quia nec natura diuina indiuiduatur per aliquod additũ, nec esse suæ actualis existentiæ distinctum est realiter ab eius essentia. Hanc solutionem innuit Quol.2.q.2.2.1[m].

Sol. Secundò, q. natura potest sumi dupliciter, scilicet inconcreto, & inabstracto, vt habetur, 1[a].q.3.3.c. & 1.d.23.1.c. & d.25. 1.c. & Quol.2.q.2.2.c. & Quol.8.q.2.1.1[m]. & Opusc.30.lec.5.o. Metaph.7.lec.1. & lec 5.fi. Primo modo significatur vt totũ, & prædicatur de supposito: ideo est idem quod suppositum. Vnde 7.Metaph.lec.5. fi. dicitur, quòd ipsum quod quid est non est ipsa natura in abstracto, vt humanitas: sed animal rationale. Sed secundo modo significatur natura vt pars: ideo non prædicatur de supposito.

Sol. tertio, quòd suppositum & natura possunt iterum considerari tripliciter, scilicet logicè, physicè, & metaphysicè. Primo modo sunt idem in omni ente per se, siue composito, siue simplici: sed in solo ante per accidens differunt vt habetur, 7.Metaph.lec.4. & lec.5.o. quia logicus est artifex rationis, considerans naturam & suppositum abstractè, vt in intellectu habent esse, sine iis quæ in re sunt, secundum quòd natura sumitur pro secũda substantia, & suppositum pro prima: & sic sunt idem, vt dicitur in prædicamentis. Secũdo autem modo in omni simplici sunt idem, siue creata, siue increata: & tantũ in rebus materialibus differunt: quia physicus, siue metaphysicus est artifex realis, considerans res, vt sunt extrà intellectũ in rerũ natura. Et quia in re materiali est aliquid constituens suppositum, quod non constituit naturam speciei, non autem in re immateriali, ideo secundum physicum siue metaphysicum natura & suppositum in angelis sunt idem, sed in compositis differunt. Tertiò autem modo in omnibus creaturis differunt, & in solo Deo sunt idẽ: quia metaphysicus est maximè abstractiuus: nam abstrahit ab omni materia, non solum secũdum rationem, sed etiam secũdum esse. Ideo sumit naturam pro ipsa forma totius in abstracto, suppositum autem pro re subsistente cum omni eo quod est in re. Et quia in omni re, præterquã in Deo sunt aliqua præter formam totius, ideo secundum metaphysicum suppositum & natura sunt idem in Deo, & in creaturis differunt. Hæc solutio transitur, 7.Metaph.lec.11.fi, & Phys.pol.princ.

115 Impossibile est, esse duos angelos vnius speciei, quia vniuersi angeli differunt speciei secũdum diuersos gradus naturæ intellectiuæ. Angelus 35.

Immo Deus potest facere alium angelum perfectiorem primo angelo, qui nunc primus est, & esset altetius speciei à primo, ergo & alia eiusdem speciei, cum magis & minus in diuersis angelis inueniatur, vt habetur Anima.7.6[m]. & etiã, quia simpliciter loquẽdo, qualibet re à se facta potest Deus facere meliorem, 1[a].q.25.6.c.fi.

Sol. dupliciter: Primo sicut Dubio, 502.

Secundò, quòd magis & minus dicitur dupliciter, vno modo, secundum quod materia eandem formam diuersimodè participat, vt homo & lignum albedinem. Et secundum hoc magis & minus non diuersificant speciem. Alio modo secundum gradus perfectionis formarum: & hoc diuersificat speciem: diuersi enim colores specie sunt, secundum quòd magis & minus propinquè se habent ad lucem. Et sic magis & minus in diuersis angelis inuenitur, & non in eadem specie, Anima.7.6[m]. Angelus

116 Differentia angelorũ, vt multi tenent, sumuntur secundum diuersos gradus potentialitatis. 38.

Immo multiplicatio indiuiduorum eiusdem speciei innuitur fieri posse per aliquam potentiam, quæ non sit potentia materiæ, quæ quamuis possit reperiri sine materia, vt in angelis: tamen secundum eam non sit multiplicatio indiuiduorum in eadem specie, cum vt sint species, quot indiuidua in eis: differentia existente tantum secundum diuersos gradus perfectionis, 1[a].q.55.2.1[m].fi.

Sol. quòd hoc dictum est, quia nondum inuentum erat aliquid ad ostendendum potentiam non multiplicare indiuidua in eadem specie: quod tamen multi tenebãt, Opusc. 72.q.8. Angelus

117 Angelus assumit corpus propria virtute, 2.d.q.1.2.2[m]. 34.

Immo angelus assumit corpus virtute diuina, 1[a]. q. 51. 2.2[m]. & 3[m].

Sol. quòd verum & vtrumque: quia ibi virtus Dei principaliter, sed virtus angeli instrumentaliter concurrit.

Vel dicendum, quod in secundo sentent. loquitur quo ad simplicem motum corporis assumpti, sed in prima parte quo ad cõdensationem aëris, & figurationem eius talem, quòd congruat ad repræsentandum intelligibiles virtutes, & mysteria ac effectus gratiæ Dei ad salutẽ hominũ, 1[a].q.51.2.2[m]. Angelus

118 Motus angeli potest esse cõtinu[s] & discõtinuus, sicut vult. 71.

Immo motus angeli non potest esse continuus, sed tantum discontinuus, 1.2[e].q.113.7.5[m]. & 1.d.8. q.3.3.o. & d.37.q.1.c.& 3[m]. & 2.1[m]. & 3.6[m]. & 2.d.2.q.1.1.4[m]. & d.3.q.2.5. & Quol. 8. vel 9.q.4.4.c.fi. & Quol.11.4.c.fi.

Sol. quòd vt habetur, 5. & 6. Phys. motus habet continuitatem à mobili, & à magnitudine super quam fit, & à tempore. Motus ergo angeli potest continuari ex parte viæ seu magnitudinis, & temporis, id est, sine intermissione per quietem mediam non autem ex parte mobilis: quia angelus non est continuus.

119 Angelus dum mouetur, partim est in vtroque termino. Angelus 72.

Oppositum videtur dicere, 1.d.37.q.4.1.3[m].

Sol. quòd in prima parte loquatur de motu continuo, sed in primo sentent. de motu discreto.

120 Angelus dum mouetur motu continuo, in principio est in toto loco diuisibili, à quo incipit moueri: sed dum est in ipso moueri, est in parte loci, quem deserit, & in parte loci, quem occupat. Angelus 73.

Oppositum videtur dicere, 1.d.37.q.4.1.3[m].

Sol. sicut Dub.119.

122 Angeli sunt immutabiles & incorruptibiles. Angelus 79.

Oppositum videtur dicere, 1[a].q.9.2.c. & q.10.5.c. fi. & q.44.2.o. & q.45.2.1[m]. & 1.d.8.q.3.1[m]. & 2[m].

Sol. quòd licet sint immutabiles & incorruptibiles, quia in eis non est potentia ad non esse: sunt tamen mutabiles secundum potentiam creatoris, Pot.q.5.4.c.fi.

123 Angelos immutare voluntatẽ nostrã, est omnino hæreticũ. Angelus 8.

Oppositum videtur dicere, Quol.3.q.3.2.o.

Sol. quòd angelus potest immutare voluntatem hominis persuadendo solum, vel cogitando passiones, non autem de necessitate, 1[a].q.111.2.o.

125 Non oportet operationem angeli procedere ab eo secundum totam virtutem suam, cum sit dominus sui actus, 2.d. 7.q.1.2.c. ratione.2. & Ma.q.16.6.17[m]. Angelus

Oppositum videtur dicere, 1[a].q.62.6.o. & q.63.8.3[m].

Sol. quòd in primis locis loquitur de operationibus angelorũ, secundum quòd dependent ex libero arbitrio ipsorum. Sed in aliis locis loquitur de eis, secundum quod voluntati eorum nihil restituit ex parte corporis, nec ex parte sensualitatis, sicut in nobis.

128 Angeli

Angelus 69. 126 Angeli dupliciter possunt agere in animas nostras, scilicet confortando intellectum, & illustrando phantasmata.

Oppositum videtur dicere, 1[a].q.54.4.2[m]. & contr.1.c.94.3[m].

Sol. sicut Dub.117.fin.

Angelus 37. 127 Substantiæ separatæ, id est angeli non sunt principia intellectus humani, cum creatio intellectus humani sit immediatè à Deo.

Immo substantiæ separatæ sunt principia intellectus humani, Metaph.1.lec.vlt.fin.

Sol. Quod substantiæ separatæ, quocumque modo accipiantur, sunt principia intellectus humani, vel per creationem, sicut Deus est principium eius: vel illuminando, dirigendo & confortãdo ipsum sicut angeli: aut etiam per motionem obiectiualem, sicut transcendentia, 1[a].q.111.1.o.

Angelus 39. 128 Tempus angeli potest esse continuum & diserctum, sicut & motus eius.

Immo tempus angeli est tantum discretum, 1.2[e].q.113. 7.5[m]. & 1.d.8.q.3.3.c. & d.37.q. 43.o. & 2.d.2. q.1.1.4. & d.3.q.2.5[m]. & Quol. 2. 5.c. & Quol.11.4.c.fi. & Opusc.56.c.1.

Sol. Quòd quia tota ratio cõtinuitatis in tempore est ex cõtinuitate motus, & dicitur 4.Phys. ideo huic dubio applicetur solutio posita supra ad Dub.118.

Angelus æuo. 129 Operatio angeli successiua, id est motus, scilicet intellectio & affectio mensuratur tempore, non autem æuo.

Immo propriè operatio angeli mẽsuratur æuo, 2.d.2.q.1.1.q[m]. & Quol.5.7.c.

Immo nulla operatio angeli mensuratur æuo. Opusc.36.c.4.

Sol. tripliciter: Primò, quòd operatio angeli successiua potest mensurari tempore, tanquam mẽsura, propria, & æuo tanquam mensura distanti, & æternitate tanquam mensura prima, & separata vt habetur, 1[a].q.10.ar.6.c. & 1.d.2.q.1.a.2.c.

Sol. Secundo, quòd operatio propria & connaturalis Angeli, scilicet quia intelligit, & amat se, est sine successione, mensuratur æuo: sed operatio eius circa alias naturas est variabilis, & mensuratur tempore.

Sol. Tertiò, quia sicut habetur, 4. Physic. tempus est numerus motus secundum prius & posterius, & per consequens est mensura rei successiuæ, & habentis vicissitudinem, vt dicitur, 2. d. 2. q. 1. art. 1. cor. ad 4[m]. Sed operatio Angeli potest sumi dupliciter, scilicet vel vna numero, & sic mensuratur æuo, & probatur quol.5.q.4.c.fi. & non mẽsuratur tempore, quia sic non est successiua, nec habet prius, & posterius, nec vicissitudinem: vel multæ numero, secũdum quòd vna intellectio succedit alteri per aliam speciem, & vna affectio alteri affectioni & sic mensuratur tempore, vt probatur in locis, secundo & tertio loco allegatis, & applicatio eius continua mensuratur continuo, & discreta discretio, quod est numerus rerum cõtinuarum, 1[a].q.53.3.c. & 1.2[e].q.113.7.5[m].

Angelus loc. 130 Esse Angeli, & substantia eius mensuratur æuo.

Immo esse Angeli mensuratur æuo, sed substantia eius mensuratur per nunc æui, 1.d.19.q.2.2.c.

Sol. Quòd in primo sententiarum accipit nunc æui pro mensura adæquata ipsius æuiterni: sed æuum pro mẽsura adæquata sui esse. Ideo sicut æuiternum & esse eius differunt realiter, ita & nunc æui & quum: sed in prima parte dicit, q. nunc æui est ipsum æuum, quia æuũ est indiuisibile & immobile sicut & nunc eius, & mensurat tẽ, vt est immobilis.

Angelus loc. 131 Visio beata Angeli mensuratur æuo.

Immo visio beata Angeli mensuratur æternitate, 1[a].q.10.5.1[m]. & 2.d. 2. & Opusc.36.c.4.

Sol tripliciter: Primò, quòd & dicitur quol.5. q. 4.c. princ. ex ignorantia linguæ græcæ distinguitur inter æternitatem & æuum, sicut si quis distingueret inter hominem & anthropon, quæ non differunt, nisi secundum vocem.

Sol. Secundo, quòd sicut habetur ibidem, æuum nihil aliud est nisi participatio æternitatis. Ideo idem est, dicere, participat æternitate, & dicitur in locis secundo allegatis, & dicere, mensuratur æuo, sicut allegatur in primis locis.

Nec obstat quòd, 1[a]. q.10. 5.2[m]. & 2.d.2.1. distinguere videatur æuum à participatione æternitatis, eũ dicit, quòd esse Angelorum mensuratur æuo, & visio beata participat æternitate, quia alia participatio æternitatis est quo ad esse naturæ, & alia quo ad esse glorię, quia Angelus beatus magis est in participatione æternitatis, quam dæmon, vt dicitur, 2.d. 2.q.1.2.5[m]. & quol.5.q.4. fi. tamẽ vtraque participatio potest dici æuum.

Sol. tertiò, quòd sicut dicitur quol.5.q. 4.1.c. visio beata mẽsuratur æternitate, vt prima mensura & separata, æuo autem vt mensura homogenea.

Angelus loc. 133 Formæ supernorum Angelorum sunt vniuersaliores formis inferiorum.

Oppositum videtur dicere, 1[a].q.18.7.c.

Sol. dupliciter. Primo sicut Dub.476.

Secundò, quòd scientia superiorum Angelorum dicitur vniuersalior, quo ad eminentiorem modum intelligendi, & non quo ad modum prædicandi, vt habetur, 1[a].q.104.4.1[m].

134 Intellectus Angeli est semper in actu, & nunquam in potentia. Angelus 157.

Oppositum videtur dicere, 2.d 3..q.3.1.5[m]. & d.2.6[m].

Sol. quòd intellectus Angeli est semper in actu respectu sibi naturaliter cognitorum, & sic est semper in actu secundo, & in nulla potentia respectu verbi Dei, non autem in actu secundo per respectum reuelandorum, vt habetur. 1[a].q.58. 1.o. & 2.2[e].q.180.6.2[m].

135 Intellectus Angeli est in potentia essentiali & accidentali respectu reuelandorum: sed respectu naturaliter cognitorum, est tantum in potentia accidentali. Angelus 158.

Oppositum videtur dicere à simili, 1[a].q.26. 6. 4[m]. & 1.d.44.o. & Pot.q.3.16.c. & 17[m].

Sol. dupliciter, primò sicut Dub.134.

Secundò sicut Dub.502. quia ille, qui nunc est, transcenderet.

136 In Angelis sunt tantum duæ potentiæ, scilicet intellectus & voluntas. Angelus 162.

Oppositum videtur dicere, 1[a].q.54.5.c. & Opusc.11.co.3.13[m].

Sol. quòd aliæ potentiæ dicuntur esse in Angelis secundum quandam similitudinem, sed non propriè, vt habetur. 1[a].q. 54.5.c.

137 In Angelis non est intellectus agẽs, nec intellectus possibilis. Angelus 165.

Oppositum videtur dicere, 2.d.3.q.3.4.4[m].

Sol. quòd intellectus agens & possibilis possunt sumi dupliciter, scilicet primo prout intellectus possibilis est in potentia ad ea, quæ naturaliter potest cognoscere, vt intellectus agens habeat ea facere in actu per abstractionem specierũ à materia, illustrando phantasmata, vt dicit Aristoteles 3.de Anima. Secundò prout intellectus est aliquando in potentia respectu superiorum, & vt vnus intellectus dicitur illuminare alium intellectum inferiorem, confortando eum. Primo igitur modo in Angelis propriè non est intellectus agens neq; possibilis, sed tãtum secundo modo. Ideo dicit, 1[a].q.54.4.c.fin. quòd non est in eis nisi æquiuocè.

138 Angelus vno & eodem actu simul intelligit, se intelligere, & essentiam suam, non autem homo. Angelus 177.

Oppositum videtur dicere à simili, 1[a].q.87.3.2[m].

Sol. quòd Angelus simul vtrumq; intelligit: quia hoc qđ est intelligere suam essentiam, est propria perfectio suę essentiæ, quæ est propriũ obiectum sui intelligere. Simul autem & vno actu intelligitur res cũ sua perfectione: In homine verò sui intelligere obiectum primum non est ipsa eius essentia, sed aliquid extrinsecum, scilicet natura rei naturalis. Vnde alius est actus, quo intellectus intelligit lapidem, & alius actus, quo intelligit se intelligere lapidem, vt habetur. 1[a].q.87.3.c.fi. & 2[m].

140 Quod Angelus habet triplicem de rebus cognitionem, scilicet in verbo, in mente eius, & in propria natura. Angelus 184.

Oppositum videtur dicere, quo ad cognitionem rerum in propria natura, quia in angelis est cognitio vniuersalis.

Respondeo dicendum, dupliciter: primò sicut Dubio, 475.

Secundò dicendum, quod cognitio vniuersalis dicitur esse in Angelis, non quia cognoscãt naturam vniuersalem rerum per quem modum vniuersalis cognitio est in nobis causa deceptionis, sed dicit cognitio eorum esse vniuersalis, inquantum vniuersaliter ad multa cognoscenda se extendit, de quibus propriam & completam cognitionem habent, Matth.q.16.6.16[m]. 7.5[m]. Anima 7.1[m].

142 Quòd cognitio angeli non est discursiua, sed tantum cognitio nostra. Et tamen angeli syllogizare possunt. Et in substãtiis separatis à materia, semper res cognoscibilis potest cognosci per certissimam demonstrationem, cum illa non sint subiecta transmutationi. Angelus 191.

Immo substantiæ separatæ non possunt cognoscere, nec cognosci, per certissimam demonstrationem contra.3.col.38. Meth.2. principio.

Respondeo dicendum, quòd syllogizare possunt, tanquam syllogismum cognoscẽtes, & in causis effectus videntes, & in effectibus causas, non tamen ita quòd cognitionem veritatis ignotæ acquirant, syllogizando ex causis in causata, & ex causatis in causas, vt habetur, 1[a].q.58.3.2[m].

Similiter dicendum, quòd cognoscunt se per essentiam suam, vt habetur, 1[a].q.56.1.o. Sed nos cognoscimus eos, quantum ad, quia sunt, non autem quantum ad, quid sunt, vt habetur, contra 3.col.38.

143 Quòd angeli non possunt per sua naturalia videre essentiam Dei, nec aliqua alia creatura.

Oppositum videtur dicere. Veri.q.10.11.c.1[m].

Respondeo dicendum, sicut Dubio 486.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Angelus 225. 147 Quòd vnus angelus illuminat alium angelum.
Oppositũ videtur dicere à simili,1ª.q.54.4.o.contra 2.c.94.7m.
Respondeo dicendum dupliciter,primò sicut Dub.137.
Secundò dicendum,quòd Angeli in cognitione naturali non indigent habitu, secũdum quòd habitũ requiritur lumen: exigitur autem, secundum quòd requiritur species rerum, propter hoc quòd habent esse limitatum, vt habetur, 3. d. 14.ar.1.q.2.1m.
Vel vt habetur,1ª.q.54.4.c.in angelis non est intellectus agẽs, quod in nobis est lumen naturale, tamẽ intellectus eorum est lumen naturale,quo vnus illuminat alium.
Vel vt dicitur,2.d.3.q.3.4.4m.lumẽ intelligibile in angelis sufficit ad distinctam cognitionum rerum.Ideo non requiritur in eis lumen,quo abstrahant species à phantasmatibus, sicut in nobis.

Angelus 168. 149 Quòd angeli potuerunt peccare.
Immo statim à principio fuerunt angeli creati in gratia gratum faciẽte,per quam non fit auersio à Deo.1ª.q.62.3.ar.2.c.
Respondeo dicendum,quòd angelus si in sola sua natura cõsideretur,potuit peccare.Et sic naturale est angelo,q̃ cõuertatur motu directionis in Deum,secundum,quòd Deus est principium naturalis esse. Sed q̃ cõuertatur in ipsum secũdũ q̃ est obiectũ beatitudinis supernaturalis, hoc est amore gratuito,à quo auerti potuit peccãdo,1ª.q.63.1.c.princ.3m.

Angelus 278. 151 Quòd peccatum angeli est irremediabile sextuplici ratione,scilicet primo,quia angelus,malo quod appetiit,immobiliter adhæret. Secundò,quia angelorum natura non propagatur ex vno,ex quo vitium contrahat. Tertiò quia potentia appetitiua,nec de venia cogitauit, nec alio suggerente peccauit. Quartò,quia proprio arbitrio peccauit. Quintò quia non in vno primo parente peccauit,sicut homo. Sextò quia peccauit in termino viæ, non autem homo.
Immo oẽs illæ rationes,præter sextã reprobantur,2.d.7.q.1.2.c.
Respondeo dicendum,quòd in tertio sententiarum recitat illas rationes vt probabiles,& datas ab aliis. Sed in secundo sententiarum reprobat eas tanquam non omnino necessarias. Tamen prima ratio,quæ etiam ponitur,1ª.c.64.2.c.cõtra 4.c.55.4m.Ver.q.24.10.c.Mar. q.16.5.6.c.Opusc.2.cap.5.est optima ad probandum irremediabilitatem peccati angelorum, non autem obstinationem eorum, quia est idem, quod immobilitas voluntatis,eorum,vt arguitur in secundo sententiarum. Et eadem ratio est de defunctis, vt dicit in secundo,& tertio sententiarum,ratione sexta.

Angelus 287. 152 Quòd anima Christi, potest per propriam virtutem & naturam illuminare omnem creaturam rationalem,& etiam summum angelum dando ei gratiam & scientiam.
Oppositum videtur dicere,1.d.14.q.2.1.c.q.3.c.2.d.9.1.3m.
Respondeo dicendum, quòd anima Christi potest prædicta, secundum quòd est instrumẽtum verbi,non autem secundum ptopriã naturam &virtutem,quia quædam huiusmodi immutationum non pertinent ad animã,neq; quantum ad ordinem naturæ,neque quantum ad ordinem gratiæ,vt habetur,3ª.q.13.2.2m.1.d.14.q.3.c.

Angelus 293. 153 Quòd angeli indigebant gratia, ad hoc quòd conuertentur in Deum,prout est obiectum beatitudinis.
Oppositum videtur dicere,2.d.5.q.2.1.o.
Respondeo dicendum,quòd sicut dicitur,1ª.q.62.1.3m.conuersio in Deum est triplex,scilicet beatifica,meritoria, & præparatoria ad gratiam. In prima igitur requiritur gratia cõsummata. In secunda gratia habitualis viatorum. Non autem in tertia, sed tantum requiritur operatio Dei,conuertentis voluntatem creaturæ ad se. In prima igitur parte, loquitur de conuersione prima & secunda. Sed in secundo sententiarum, loquitur de tertia, vt patet inspicienti diligenter vtrobique, sicut etiam adducetur infra Dubio.679.

Angelus 302. 155 Quòd angeli meruerunt in primo instãti suæ creationis.
Oppositum videtur dicere à simili,1ª.q.62.4.c.5.2m.3.d.18.2.c.fi. Verit.q.1.1.2m.
Respondeo dicendum dupliciter, primo dicendum quòd in secundo sententiarum loquitur de gratia,id est, de auxilio Dei, præueniente operationem cuiuslibet intellectualis creaturę:sed vtraque sumitur ex vna operatione completa, sed in prima parte loquitur de gratia habituali, gratificẽte nos Deo,& quia operãtes,meremur gloriam, ideo non est vnus actus,vt elicitur 1ª.q.62.2.3m.
Secundo dicendum,quòd omnes angeli in primo instãti quo creati sunt in gratia meruerũt, sed quidã eorum statim impedimentum præstiterunt suæ beatitudinis, mortificantes præcedens meritum. Et tunc beatitudine quam meruerunt priuati sunt,1ª.q.63.6.4m.6.c.3m.4m.

Angelus 304. 159 Quòd angeli beati,non possunt proficere in beatitudine.
Oppositum videtur dicere.4.d.49.1.4.q.1.o.
Respondeo dicendum,quòd intẽsio perfectionis potest sumi dupliciter,scilicet vel ex parte subiecti melius dispositi,vel ex parte graduum ipsius perfectionis secundum se. Primò modo beatitudo sanctorũ augebitur intensiuè seu ratione vitium animæ separatæ, quæ res aliqualiter retardantur ex naturali inclinatione animæ ad corpus,sine quo habent imperfectum esse, ideo imperfectè operantur:sed post resurrectionem, reassumptis corporibus,habent esse perfectum. ideo perfectè,id est,sine retardatione operantur, contemplãdo diuinã essentiã,non autẽ secundum se,id est,respectu gratiæ cõsummatæ,& respectu claritatis,& luminis,& Dei. Angelus 306.
160 Quòd angeli beati, statim post primum actum meritorium, fuerunt beati.
Immo angeli in eodem instanti primo,meruerunt & fuerunt beati,1.d.5.q.2.c.1m. Quol.8.vel 9.q.4.3.o.
Respondeo dicendum, quòd in primis locis loquitur de merito & de gratia habituali,gratificãte nos Deo, & qua operãtes propriè meremur, non autem in secundis locis,vt dictum est Dubio.155.
161 Quod angeli non mittuntur ad aliquod ministerium,nisi inferiores,secundum Dionysium,non autem superiores. Angelus 316.
Immo purgationis mynister, missus est vnus de Seraphim,1ª. q.112.2.2m. Isa.6.lec.vlt.fin.
Respondeo dicendum,quòd Gregorius dicit expressè & vult, quòd tantum inferiores angeli mitantur ad nos.Et hoc dicit esse propter ordinem diuinæ legis, vt inferiora reducantur ad Deum per media. Quod autem dicitur de Seraphin misso,dupliciter soluit, scilicet vno modo, quòd iste angelus purgans, dicatur Seraphin æquiuocè, scilicet non ordine,sed ab actu quem tũc exercuit, quia igne purgauit, & Seraphin dicitur incendium.Alio modo soluit,quòd dicatur propriè Seraphin,illo qui est de ordine illo.Et dicitur purgare, non quia ipse immediatè purget, sed quia eius authoritate,vel quia percepta ab ipso illuminatione, inferior angelus purgauit. Et ponit exemplum. Sicut dicitur Papa vel Episcopus absoluere, quando autoritate ipsius aliquis absoluit. Et ideo propter reuerentiam angelus inferior,qui visionem formauit,reducit in Deum primo,& in Seraphin secundo. Ac si diceret. Ego purgo te per lumen receptum à Deo,mediante Seraphin,1.q.112.2.2m. Isa.6.fin. Angelus
162 Quòd angeli custodiunt particulares homines; archangeli prouincias, principatus totam naturam humanam, virtutes corpora,potestates supra dæmones,sed dominationes supra bonos spiritus habent custodiam. 329.
Immo principes limitantur ad vnam prouinciam, archangeli ad vnum hominem,ad vtilitatem communitatis,angeli verò ad propria hominis,1ª.q.108.5.6.o.2.d.9.3.c.fi.d.11.q.2.2. 3m.4m.3.d.3.q.3.ar.2.quæst.2.c.contra 3.c.80. Opusc.3. c.126.fi Ephes.3.lect.8.fin.
Respondeo dicendum,quòd archangeli,vt dicitur,1ª.q.180.5. 4m. sunt medij inter angelos & principatus. Ideo conueniunt cum vtrisque & differunt ab vtrisque,quia custodiũt singulos homines.quo ad vtilitatem multitudinis, & non personæ tantum,vt habetur,1ª.q.108.5.4m.
163 Quòd quilibet homo habet tantũ vnũ angelum custodẽ. Angelus 331.
Immo aliquando vnus homo habet plures angelos custodes, 1ª.q.113.2.1m.2.d.11.q.11.3.4m.
Respondeo dicendum, quòd singulis hominibus vt sunt singulares personæ,dantur singuli angeli,Sed vt partes collegij,habent vnum in communi,vt habetur,1ª.q.113.2.1m.3.c.
165 Quòd idem angelus custodit matrem & infantem,quamdiu est in vtero eius. Angelus 335.
Oppositum videtur dicere.2.d.11.q.1.3.3m.
Respondeo dicẽdum,quòd ille angelus,qui custodit matrem, deputatur ad custodiam infantis, quãdiu est in vtero eius, sed in natiuitate extra vterum deputatur angelus proprius custos eius,secũdum Hieronymum,1ª.q.113.5.3m.quia tantũ dicit q̃ custoditur statim post infusionẽ animæ rationalis.
166 Quòd Christus non habuit angelum custodem,sed ministrum,& hoc quo ad passibilitatem corporis tantum. Angelus 340.
Oppositum videtur dicere,2.d.11.q.1.3.6m.
Respondeo dicendũ, quòd nulla penitus est contradictio,qa in secundo sentẽtiarum loquitur quo ad Ioseph & matrem Christi,sed in 1ª parte loquitur de Christo secũdũ seipsum.
167 Quòd in angelis sunt habitus. Angelus
Immo habitus vel dispositio non est in angelis,12ę.q.49.4.c.3. 354.
d.23.q.1.1.c.
Respõdeo dicendũ, quòd in angelis sunt habitus, sed alterius rationis,quàm in hominibus vt habetur in primis locis.
168 Quòd anima rationalis non est suum esse. Anima 1.
Oppositum videtur dicere à simili,1ª.q.50.2.3m.q.61.1.c.
Respondeo dicendum,sicut Dubio,113.
170 Quòd anima rationalis est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis sui. Immo

Immo potentiæ animæ & non anima,sunt perfectiones proportionatæ partibus animalis,1ª.q.76.8.2m.
Respondeo dicendum,quòd ideo sunt partes in animali perfecto distinctæ, propter distinctionem potentiarum animæ perfectæ, quasi potentiæ illæ essent perfectiones talium partium. Quod quidem verum est,loquendo de perfectione accidentali, per quam partes immediatè se habent ad operandum,non autem de perfectione substantiali, quia illæ potentiæ nõ sunt formæ substantiales.Immo quælibet talis pars habet esse ad ipsa essentia animæ.Vnde licet vnũ sit esse substantiale ipsius totius,& cuiuslibet partis, quia vna tantum est forma substantialis, diuersæ tamen sunt perfectiones in diuersis partibus, quæ sunt principia immediata operationum determinatarum. Vnde visiua potentia non est forma substantialis oculi, dans ei esse substantiale,licet perficiat eum ad videndum,sed ipsa essentia animæ,propter sui perfectionem.Vnde vna forma est constituens animal omnibus modis, quibus constitui potest, vt habetur,1ª.q.76.8.o.Opusc.72.q.22.

Anima. 20. 171 Quòd anima rationalis est propria forma sui corporis.
Immo anima non est forma neque natura, cum moueat ad contraria.Anima.2.lec.3.
Respondeo dicendum, quòd anima rationalis mouet ad cõtraria,non quidem vt natura, sed vt rationalis per intellectum & voluntatem,vt habetur.Ver.q.26.3.c.

Anima. 21. 172 Quòd anima non est de essentia Dei.
Oppositum videtur dicere.1.d.8.q.5.2.1m.3m.
Respondeo dicendum,quòd anima per quandam similitudinem perfectionis, dicitur propinqua similitudini Dei, & non de essentia Dei,1ª.q.14.3.2m.

Anima. 35. 174 Quòd anima rationalis per se non habet speciem completam,sed est pars speciei humanæ.
Oppositum videtur dicere.2.d.3.q.1.6.c.
Respondeo dicendum, quòd aliquid dicitur esse species dupliciter,scilicet,logicè loquendo,id est,significans aliquid prædicabile de multis differentibus numero, siue sit completum in natura, siue non, sicut quælibet pars:& metaphysicè,id est,completum in natura.ita quòd nullo modo sit pars alterius.Anima ergo rationalis est species primo modo,non autem secundo modo.

Anima. 46. 175 Quòd diuersitas in nobilitate animarum, sequitur nobilitatem corporum,in statu innocentiæ,& peccati,non autem in statu gloriæ.
Oppositum videtur dicere.Ver.q.12.6.4m.q.24.8.6m.
Respondeo dicẽdum dupliciter,scilicet primo quòd via generationis,perfectio animæ est propter corpus melius dispositum.Sed via intentionis naturæ,bona dispositio corporis,est propter perfectionem & nobilitatem animæ.
Secundo dicendum, quòd forma recepta, sequitur modum recipientis quantum ad aliquid prout habent eadem in subiecto. Est non in eo materialiter, vel immaterialiter, multipliciter vel vniformiter,secundum exigentiam subiecti recipientis. Sed quantum ad aliquid forma recepta, trahit subiectum recipiens ad modum suum prout scilicet nobilitates quæ sunt de ratione formæ, communicantur subiecto recipienti. Sic non subiectum per formam receptam nobilitatur.Et hoc modo per gloriam immortalitatis,corpus corruptibile immortale efficitur,& similiter per irradiationem, ab immobili veritate eleuatur mens prophetæ ad hoc quòd mens mobilia immobiliter videat, vt habetur.Veri.q 12.6.4m.

Anima. 47. 176 Quòd anima rationalis est hoc aliquid,vt subsistens,non autem vt completum in specie.
Immo anima rationalis,est vt species.2.d.3.q.1.6.c.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.174.

Anima. 49. 177 Quòd animæ rationales multiplicantur secundum numerum in eadem specie.
Immo anima est forma immaterialis,& subsistantiæ immateriales non multiplicantur secundum numerum in eadem specie.1ª.q.75.5.c.q.76.1.1m.2.d.17.q.2.1.5m.Spiritu.8.c.
Respondeo dicendum dupliciter.scilicet primo,quòd animæ rationales dicuntur immateriales,quia non sunt dependẽtes à materia,vt habetur.1.q.75.6.1m.2.d.17.q.1.2.5m.
Secundo dicendum,sicut Dubio.115.

Anima. 51. 178 Quòd anima rationalis non educitur de potentia materiæ,sed creatur à solo Deo.
Oppositum videtur dicere.quia agens agit sibi simile in specie,2 d.18.q.2.1.4m.Potentia q.3.9.5m.6m.20m.
Respondeo dicendum,q̃ licet anima rationalis dicatur non educi de potentia materiæ simpliciter,quia non ab homine per actionẽ eius de potentia in actũ educitur,sed à Deo solo creatur,dicitur tamẽ educi secũdũ quid,quia per actionẽ hominis dispoñ materia,vt sit necessitata ad receptionẽ animæ.Agẽs autẽ agit sibi simile in specie,quãdo forma secundũ quã similitudo attẽditur, simpliciter per actionẽ eius de potẽtia in actũ educitur, vt habetur.2.d.18.q.2.1.4m.

179 Quòd anima rationalis immediatè vnitur corpori, & nõ mediantibus quibusdam dispositionibus. Aía. 60.
Immo dispositiones dicuntur non solum præcedere, sed etiã manere cum forma substantiali.4.d 44.q.1.ar.1.q.1.3m.
Respondeo dicendum dupliciter,scilicet primo quòd dispositiones sunt mediæ in ipsa alteratione præuia, sed non in introductione animæ. Vnde potest dici aliquid esse medium inter animam & corpus,& si non in essendo, tamen in mouendo,& via generationis,vt habetur,cõtra.2.c.71.fi.
Secundo dicendum quòd dimensiones eaſdem remanere in materia sub forma corrupti & geniti, potest intelligi dupliciter:vno modo secundum essentiam specificam: & sic bene remanent in vtroque: Alio modo secundum numerum:& hoc dupliciter,scilicet vel numero exdẽ numerositate essentia: & sic etiam bene remanent in vtroque: vel numero numerositate subiecti:Et hoc item dupliciter, vel actu,& sic non remanent exdem numero:quia nullum accidens numero etiam successiuè potest esse in diuersis subiectis,vel in potentia:& hoc dupliciter:vel in potentia naturali:& sic nõ possunt remanere exdem numero:quia per agens naturale non potest idem numero iterato reparari, vel in potentia obedientiali,videlicet in potentia in ordine ad agens diuinum:& sic exdem dimensiones etiam exdem numero numerositate subiecti remanent in materia post corruptionem rei, quæ postea per agens diuinum recuperantes idem numero subiectum,efficiuntur in actu, vt patet in resurrectione hominis.
180 Quòd anima rationalis, immediatè vnitur materiæ primæ,vt forma. Aía.61.
Immo multæ formæ sunt inter materiam primam, & formã animalis,contra 2.capitulo 87.Meth.5.lec.17.
Respondeo dicendum tripliciter,scilicet primo,quòd dicuntur esse multæ successiuæ,ante introductionem animæ,nõ autem simul cum anima,nisi virtualiter,sicut etiam eadem est forma,qua ignis est ignis,& corpus,& substantia,vt habetur,3ª.q.75.6.2m.2.d.12.4.c.d.18.q.1.2.e.contra 4 capitulo 80.2m.Spiritu.19m.Anima 9.11.c. Quol.11.1.c.Opusc.42.c.15 fi.Anima.2.lec.3.fi.
Secundo dicẽdum,quòd anima rationalis immediatè vnitur materiæ primæ,vt forma,& per essentiam suam est spiritus & forma corporis,quia in ea non sunt duæ formę,sicut nec in corpore eius sunt duæ formæ.Sed anima est forma corporis,dans ei totum ordinem esse perfecti, scilicet dans ei esse substantiale,esse corporeum,& esse animatum, & sic de aliis,vt habetur,1ª.q.76.3.con.3.q 75.6.2m.Veri.q.16.1.13m. q.26.3.c.Anima.8.c.1ę.Thess.cap.vlt.fi.
Tertio dicendum,sicut Dubio.179.responsione prima.
182 Quòd anima separata cruciatur igne inferni,per tristitiã, non autem per alterationem. Aía.77.
Immo animæ separatæ à corpore, ante resurrectionem præmiantur & puniuntur etiam pœnis corporalibus. Opusc. 3. cap.179.
Respondeo dicendum, quòd puniuntur pœnis corporalibus per hoc quòd cognoscunt,quòd rebus corporalibus subdũtur,non autem per alterationem corporalem, vt habetur. Opusc.3.cap.179.
183 Quòd operationes sensitiuæ nõ manẽt in anima separata. Aía.78.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.77.8.4m.
Respondeo dicendum,quòd manent virtualiter, sicut & potentiæ sensitiuæ virtute tantum in anima, sicut in principio,vel radice,nõ autem in actu,vt habetur,1ª.q.77.8.c.4m.
184 Quòd potentiæ immateriales manent actu in anima separata,non autem potentiæ organicæ,sed vt in principio, vel radice. Aía.79.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.77.8.4m.
Respondeo dicendum.sicut Dubio 183.
185 Quòd anima separata intelligit per species tunc infusas, & per acquisitas hic, non autem per species innatas, nec tunc abstractas, nec conuertendo se ad phantasmata, sed ad superiora. Aía.82.
Oppositum videtur dicere.4.d.50.q.1.2.1m.
Respondeo dicendum, quòd quamuis species intelligibiles per se loquendo sint eiusdem rationis,dum sunt in anima coniuncta corpori,& cum sunt in anima separata, tamen per accidens sunt rationis diuersæ, inquantum anima in qua sunt,diuersimodè se habet in coniunctione ad materiam,vel in separatione ab ea.Et ideo per species illas,anima coniuncta non intelligit,nisi conuertendo se ad phãtasmata.Sed cum fuerit separata,intelliget per eas,etiam sine tali conuersione,vt habetur.3.d.31.q.2.4.c.4.d.50.q.1.2.1m.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anima. 93. 186 Quòd vti collatione & discursu,est cõnaturale animabus beatorum.
Immo discursus est in anima damnata, non autem necessario in anima beata,3.d.32.q.2.4.o.
Respondeo dicendum dupliciter,scilicet primo, quia in tertia parte loquitur de scientia infusa, sed in tertio sententiarum de scientia acquisita.
Secundo dicendum, quòd in tertio sententiarum intelligit quo ad necessitatem,sed in tertia parte quo ad possibilitatem,vel certitudinem,vt habetur.3.d.31.q.2.4.c.

Anima. 96. 188 Quòd cuiusliber potentiæ sensitiuæ obiectum est forma, prout est in materia corporali. Ideo est cognoscitiua particularium tantum.
Oppositum videtur dicere à simili quia videtur cognoscitiua vniuersaliũ, cum potẽtia sensitiua communicet in actibus intellectiuæ partis. Quol.7.11.3m.
Respondeo dicendum,quòd quamuis in actibus intellectiuæ partis communicet,sicut repræsentans obiectum,quia obiectum intellectus est phantasma, tamen non communicat sicut instrumentum actus eius,vt habetur secũdo loco.

Anima. 100. 190 Quòd anima hic nihil intelligit,sine phantasmate.
Oppositum videtur dicere, 1a.q.61.2.o.4.d.1.q.1.art.2.q.2.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio,1107.

Anima. 105. 191 Quòd anima rationalis cognoscit omnia,quæ cognoscit in prima veritate.
Oppositum videtur dicere,1a.q.12.11.3m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio,752.

Anima. 107. 192 Quòd Deus est primum obiectum intellectus animæ rationalis,quia ratio & causa veritatis alicuius obiecti, primo appræhenditur à potentia.
Oppositum videtur dicere, 1a.q.12.11.3m.q.84.5.o.q.88.3.1m, Veri.q.8.7.6m,q.10.6.6m.8.c.fi.

Anima. 108. Respondeo dicendum,sicut dubio.752.
193 Quòd anima cognoscit omnia,in rationibus æternis.
Oppositum videtur dicere.Ver.q.8.7.6m.q.10.6.6m.8.c.fi.

Anima. 114. Respondeo dicendum,sicut Dubio,752.
195 Quòd anima tripliciter patitur, scilicet à Deo, à læsione corporis,& à propria operatione.
Oppositum videtur dicere.Veri.q.1.9.10.c.
Respondeo dicendum,tripliciter scilicet,primò quod vt habetur, 22ę.q.45.2.3m.
Intellectus habet duos actus, scilicet percipere & iudicare: vnde quoad primum anima patitur,quia sentire & intelligere consistunt in quodam pati secundum Aristotelem 2.de anima.Sed quo ad secundum est è contrario, quia intellectus possibilis est principium actiuum suum actus; vt habetur verit.q.1.9.c.
Secundò dicendum,quòd anima iudicando,agit actione immanente,non autem actione transeunte, & transmutante illum,in quo agit,sed è conuerso.
Tertiò dicendum,quòd anima agit secundum modum significandi, non autem secundũ rem,vt habetur veri.q.8.1.13m.

Anima. 124. 196 Quòd omnis motus cognitiuæ & appetitiuæ virtutis, reducitur in naturam,sicut in primum principium,
Immo motus cognitiuæ virtutis, reducitur in verum,& motus appetitiuæ in bonum,12ę.q.10.1.1m.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo quòd reducitur in naturam sicut in principium actiuum: sed reducitur in verum vel bonum,sicut in suum obiectum.
Secundò dicendum,quòd reducitur in naturam,& ad vnum in communi:sed non semper in particulari determinate, vt habetur,12ę.q.10.1.2m.

Anima. 126. 197 Quòd anima differt realiter à suis potentiis.
Oppositum videtur dicere.Spiritu,11.7m.
Respondeo dicendum, quòd quandoque dicitur,quòd anima est suæ potentiæ,& econuerso,sed non propriè, sed denominatiuè,quasi à principaliori sua virtute,vt habetur, 1a.q.q.79.1.1m.Spiritu 11.7m.fi.

Anima. 128. 198 Quòd in potentiis vnius animæ, non potest esse nisi vna intentio,
Immo homo simul plura intendit,12ę.q.12.art.4.c.fi.
Respondeo dicendum,quòd simul plura intendit.sicut etiam contingit simul plura intelligere, inquantum sunt aliquo modo vnum, non autem distincta,vt habetur, 12ę.q.12.3.c.3m.4.o.

Anima. 129. 199 Quòd omnes potentiæ animæ,radicantur in vna essentia animæ.Ideo oportet,quòd quando intentio animæ vehementer trahitur ad vnam operationem vnius potentiæ,retrahatur ab operatione alterius, quia vnius animæ, non potest esse nisi vna intentio.
Oppositum videtur dicere,12ę.q.12.3.c,fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.198.

Aia. 133. 201 Quòd potẽtiæ animæ,sunt accidentia eius per se, & sunt in specie qualitatis.
Immo potentiæ animæ sunt in genere actionis, cum potentia & actus dicantur ad idem genus pertinere,1a.q.77.1.c.
Respondeo dicendum tripliciter,scilicet primo quòd potentiæ animæ secundum suam essentiam sunt in secunda specie qualitatis,sed vt fluunt ab essentia animæ, sic potentia ad actum est in genere actionis. Dicuntur enim potentiæ animæ esse in genere actionis,non quidem per se, sed reductiuè,vt principia suarum actionum.
Secundò dicendum,quòd potentia per se ad actum ordinata, est in eodem genere cum actu.Subiectum autem, non nisi per accidens, ad accidens ordinatur. Sed substantia per se ordinatur ad actum qui est esse,vt habetur.Anima.13.c.Phi. lec.5.fi.
Tertio dicendum,sicut Dubio.51.

Anima. 134. 202 Quòd capacitas animæ,non est,nec potest esse infinita in actu,sed potest ampliari in infinitum.
Oppositum videtur dicere,1a.q.25.6.o.1.d.44.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.736.

Anima. 153. 204 Quòd omnes potentiæ animæ,sunt passiuæ,præter intellectum agentem, & potentias vegetatiuas,quæ solæ sunt actiuæ.
Oppositum videtur dicere.Veri.q.1.10.c.q.2.1.b.3.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.185.

Anima. 161. 205 Quòd multi habitus possunt simul esse in eadẽ potentia.
Oppositum videtur dicere à simili, 1a.q.94.3.1m.12ę.q.63.4.3m. 2.d.30.q.2.1.7m,Verit.q.1.10.2m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.1111.

Anima. 171. 206 Quòd virtus est necessaria potentiæ sensitiuæ appetitiuę, scilicet cõcupiscibili & irascibili,in quibus est subiectiue, non quidẽ secundũ seʃed vt sunt rationales participatiue.
Immo etiam voluntari, quæ est rationalis per participationem,12ę.q.56.6.2m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.1199.

Anima. 172. 207 Quod anima & angelus non conueniunt in vltima differentia.
Immo Gregorius nominat angelum rationale animal.1a.q. 51.1.2m.
Respondeo dicendum,quòd ratio sumitur dupliciter,scilicet vno modo strictè & propriè,secundum quòd nomẽ rationis sumitur ab inquisitione & discursu,siue secũdum quòd ratio dicit quandam obumbrationem intellectualis naturæ,vt dicit Isaac.quòd ratio oritur in vmbra intelligẽtiæ. Et sic rationale est differentia animalis, & Deo non conuenit,nec Angelis.Alio modo sumitur ratio communiter, scilicet pro qualibet cognitione virtutis non impressæ in materia.Et sic rationale communiter conuenit Deo & Angelis,& hominibus,vt habetur,22ę.q.49.5.3m.1.d.25.q.1.1.4m. d.33.1.3m.2.d.3.q.1.2.4m.6.2m.

Anima. 190. 210 Quòd anima vegetatiua non agit,nisi in corpus sibi vnitum.
Oppositum videtur dicere,1a.q.78.2.c.
Respondeo dicendum, quòd vis nutritiua & augmentatiua, habẽt suum effectum in eo in quo sunt,sed vis generatiua habet suum effectum,non in eodem corpore, sed in alio, vt habetur,1a.q.78.2.c.fi.

Animal. 10. 213 Quòd animalia quælibet præter perfecta, possunt generari ex semine,& sine semine per putrefactionem.
Oppositum videtur dicere,1a.q.71.1m.
Respondeo dicendum,quòd licet possint sic generari: differunt tamen specie,saltem quo ad modos originis,quamuis non quo ad substantiam.

Animal. 24. 214 Quòd animalia generata ex putrefactione, & animalia generata per coitum,non sunt eiusdem speciei,1a.q.71.1m.
Oppositum,videtur dicere, 2.d.15.q.1.1.2m,Meth.7.lec.5.lec.8.
Respondeo dicendum tripliciter, scilicet primo quòd vtraque animalia sunt eiusdem speciei, secundum sententiam eius.Non autem secundum opinionem Aueroys Commẽtatoris,quam aliquando ponit,vt famosam & probabilem, non autem vt veram.
Secundo dicendum,quòd animalia perfecta quæ generantur tantum ex semine,& animalia imperfecta quæ generantur tantum ex putrefactione,differunt specie,non autem media,quæ generantur vtroque modo.
Tertio dicendum,quòd animalia generata ex semine, & generata ex putrefactione, differunt specie, quo ad modos originis,non autem quo ad substantiam.

Animal. 14. 215 Quòd in generatione animalis, præcipuè hominis, sunt necessariæ multæ generationes,non continuæ, sicut etiam multæ formæ.
Oppositum,videtur dicere,1a.q.76.3.c.fi.2.d.18.q.2.3.1m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio,180.650.

Appe. 4 221 Quòd appẽtitus quilibet,sequitur cognitionem.
Oppositum videtur dicere,12ę.q.17.8.c.q.26.1.c.
Respondeo dicendum dupliciter, primo quòd sequitur cognitionem alterius,ideſt,Dei ordinantis naturam,non autem propriam cognitionem habentis appetitum.
Secundo dicendum,sicut Dubio.225.responsione secunda.

Appetitus 5. 222 Quòd appetitus est ad res:sed cognitio est à rebus.
Immo cognitio nostra,est causa rerum.3.d.14.4.2m.
Respondeo dicendum,quòd cognitio nostra speculatiua est à rebus:sed cognitio practica est causa rerum, vt habetur. 4.d.8.q.2.art.1.q.4.1m.Periher.lec.3.d.

Appetitus 23. 233 Quòd appetibile non mouet appetitum sensitiuum, nec rationalem,nisi apprehendatur.
Oppositum videtur dicere.1a.q.59.6.c.q.60.1.c.q.80.1.c.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.221.225.

Appetitus 28. 225 Quòd appetitus naturalis,semper sequitur formam in re existentem, & non aliquam apprehensionem: alij autem formam apprehensam.
Immo quilibet appetitus sequitur cognitionem. 1.d.1.q.4.1. 1m.Veri.q.15.3.c.q.23.1.c.q.25.1.c.Ma.q.14.1.4m.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo,quia vt dicitur. 12ę.q.26.1.c.1.d.1.q.1.1m.4.d.49.q.3. art.1.q.1.c. Periher. lec.14. appetitus naturalis sequitur cognitionem alterius, scilicet Dei ordinantis naturam omnium, secũdum quòd etiam Deus à quibusdam dicitur natura naturans,vt habetur. 12ę.q.85.6.c. principio. Non autem sequitur propriam cognitionem habentis appetitum naturalem.
Secundò dicendum, quòd aliquis appetitus potest dici intellectualis dupliciter. Vno modo, quia sequitur cognitionẽ intellectualem ipsius desiderati, inquantum sequitur formam apprehensam. Et sic distinguitur contra appetitum naturalem. Alio modo,quia sequitur naturam vel formam intellectiuam ipsius appetentis. Et sic quilibet appetitus intellectualis in homine,dicitur naturalis, prout naturale distinguitur contra violentum. Nam natura quandoque diuiditur contra rationem & voluntatem,cum tamen ipsa ratio & voluntas,ad naturam hominis pertineant, vt habetur. 12ę.q. 51.1.1m. Primo igitur modo appetitus intellectualis præsupponit cognitionem aliquam. Sed secundo modo non præsupponit in ipso appetente aliquam cognitionem, immo sine tali cognitione, naturale desiderium hominis ad scire,dicitur intellectuale,ante omnem cognitionem in appetente ipsius desiderati actualem. Secus est de cognitione potentiali.Ex quibus patet,quòd homo ante omnem cognitionem sensitiuam desiderat scire naturaliter appetitu naturali,post vero cognitionem imperfectã, desiderat scire perfectè appetitu intellectuali propriè, prout distinguitur contra appetitum naturalem.

Appetitus 48. 226 Quòd nullus appetitus mouetur ad suum obiectum, nisi apprehendatur sub ratione boni vel mali, conuenientis vel no ciui.
Oppositum videtur dicere, 2.d.24.q.2.1.2.c.3.d.17.art.1.q.2.2m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio,1200.

Appetitus 51. 227 Quod appetitus sensitiuus, & appetitus rationalis, ideſt, voluntas,sunt duæ potentiæ.
Immo appetitus sensitiuus,est voluntas in hominibus,3.di. q. 17.art.1.q.2.c.
Respondeo dicendum,quòd appetitus sensibilis potest in homine dici voluntas,non quidem secundum essentiam, sed inquantum est obediens rationi,secundum Philosophum, vt habetur.3.d.17.art.1.q.2.c.

Appetitus 53. 231 Quòd appetitus sensitiuus & voluntas, sunt rationales participatiuè.
Immo voluntas est rationalis per essentiam.3.d.23.q.1. art.3.q. 1.c.dist.27.q.2.art.3.1m.5m.Verit.q.22.3.6m.5.o.Verit.q.1.5.12m. 10.11m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.1139.

Aqua. 7. 235 Quòd vera aqua exiuit de latero Christi in cruce.
Immo fuit humor phlegmaticus,vt quidam dixerunt,3a.q.66. 4.3m.principio.
Respondeo dicendum, quòd fuit pura aqua, sed miraculose egrediens à corpore mortuo,sicut & sanguis eius,vt habetur. 3a.q.66.4.3m.fi.

Ars.2. 237 Quòd ars est recta ratio factibiliũ,& habitus operatiuus.
Immo nihil aliud ars esse videtur, quàm quædam rectitudo rationis,vt per determinata media ad determinatum finẽ actus humani perueniant. Poster.1.principio.
Respondeo dicendum, quòd ratio accepta pro potentia rationali discursiua,sic ars non dicitur ratio, sed rationis rectitudo.Sed ratio accepta pro habitu directiuo rationis,sic ars est ratio,dum dicitur,quòd ars est recta ratio rerum factibilium,ideſt,habitus directiuus rationis.

Ars.7. 238 Quòd artes,quæ ordinantur ad opus rationis,dicuntur liberales, quæ vero ordinantur ad opus corporis,dicuntur

seruiles.
Immo artes quæ ordinantur ad opus rationis, dicũtur seruiles & practicæ,cum ratio sit potentia discursiua.1.d.33.1.3m.
Respondeo dicendum,quòd artes liberales sunt speculatiuæ. Sed dicuntur artes,quia habẽt aliquid per modum operis, vt habetur.12ę.q.57.3.3m.22ę.q.47.2.3m.Poster.1.ptin.

Ars.19. 241 Quòd in aliqua materia est virtus agens,ad productionẽ formæ artis,in aliqua vero non.
Immo in materia nulla est potentia actiua. 3a.q.31.4.c. 3m.1.d. 18.q.1.2.c.fi.Phi.2.lec.12.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.644.

Ascẽde- re.4. 243 Quòd Christus ascendit super omnes cælos, & supor omnem creaturam.
Oppositum videtur dicere,3.d.22.q.3.art.3.q.1.1m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.330.

Ascẽde- re.7. 244 Quod nescitur,vbi Christus corporaliter ante ascensionem manserit,cum hoc scriptura non tradat.
Oppositum videtur dicere,3.d.22.q.3.art.2.q.3.3m.
Respondeo dicendum,quòd tripliciter potest intelligi, quòd aliquid sciatur,scilicet per reuelatione,per seipsum, & hoc certitudinaliter,& coniecturaliter per aliqua signa, vt habetur.12ę.q.112.5.c.Primo igitur loco,loquitur primo & secundo modo.Sed secundo,loquitur tertio modo.

Assiste- re.3. 247 Quòd Sathan dicit affuisse,non autem astitisse Deo.
Oppositum,videtur dicere,4.d.49.q.2.5.2m.
Respondeo dicendum, quòd diabolus non dicitur Deo astitisse,quasi ipsum Deum per essentiam viderit, sed dicitur astitisse,quia à Deo visus est, & ad eum Dei prouidentia se extendit,per modum quo dicimus illa nobis præsto esse, quæ nostræ prouidentiæ subiacent,vt habetur. 4.dist.49.q. 2.6.2m.

Assume- re 11. 248 Quòd Deus possit assumere naturam angelicam,sine corruptione personalitatis angelicæ.
Oppositum,videtur dicere.3.d.2.q.7.art.1.q.2.c.
Respondeo dicendum dupliciter. Primo quòd in tertio sententiarum loquitur de Angelo iam creato,sed in tertia parte loquitur de Angelo, quem Deus de nouo posset creare, vt habetur à simili.1 .q.25.6.o.
Secundò dicendum,quòd quælibet natura posset de potentia Dei absoluta assumi,sed tantum natura humana secũdum congruentiam,vt habetur. 3a.q.4.1.o.3.dist.2.q.1.1.o. contra 4.capitu.55.3m.4m.

Assume- re 17. 249 Quòd si persona diuina assumeret duas naturas humanas,tunc illa persona esset tantũ vnus homo,& non plures.
Oppositum videtur dicere. 3.d.1.q.2.5.2m.3m.4m.5m.d.2.1.4.5.o.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo quòd sicut ipse dicit.3.d.6.q.3.2.1m.natura humana assumpta,habet modum accidentis,& assimilatur habitui,qui est vltimũ prædicamentum.Et accidentia numerantur secundum suppositа,vt habetur.1a.q.36.4.7m.q.39.3.c.Potentia.q.9.6.c. Et sic accipit naturam humanam in tertia parte.Ideo exemplificat de veste,& formis eorum,quæ sunt apud nos, in quibus formæ,seu naturæ non plurificantur, non plurificato supposito,nisi sint accidentia,vel se habeant per modum accidentium.Sed in tertio sententiarum cõsiderauit,quòd natura humana secundum se est substantia, & significatur nomine substantiuo, quæ plurificatur ratione suæ formæ, & non ratione suppositi.
Secundo dicendum,quòd in tertio attendit,in præmissa propositione quòd homo prædicatur,prædicata vero tenẽtur formaliter.Ideo sunt plures homines,propter plures naturas.Sed in tertia parte considerauit,quòd ly homo in prædicato restringitur ad standum,pro supposito,ratione adiectiui sibi adiuncti.

Assume- re 15. 250 Quòd hæreticum est, Deum esse vnitum homini accidentaliter.
Oppositum videtur dicere 1a.q.36.4.7m.q.39.3.c.Poten.q.9.6.c.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.249.

Astrologia.2. 251 Quòd Astrologia & perspectiua sunt magis naturales, quàm mathematicæ materialiter,sed formaliter & principaliter,sunt econuerso.
Oppositum videtur dicere.Phy.2.lec.3.fi.lec.10.à med.D.
Respondeo dicendum,quòd istæ scientiæ dupliciter possunt considerari,scilicet vel vt sunt habitus cognoscitiui, & sic formaliter & principaliter sunt magis mathematicæ, quã Physicæ,quia demonstrant per principia & media mathematica, vt dicitur in omnibus locis allegatis pro vtraque parte. Vnde. 22ę.q.9.2.3m. dicit, quòd quilibet habitus cognoscitiuus formaliter respicit mediũ, & illud est potius. Et Poster.1.lec.41.dicit,quòd formalis ratio scibilis, sumitur secundum principia.Et ibidem.lec.25.dicit,quòd quædam scientiæ dicuntur mathematicæ simpliciter,quia sunt de subiecto abstracto à materia. Quædam vero non simpliciter.

Universidad de Deusto Biblioteca

citer,sed per applicationem principiorum mathematicorum ad res materiales,sicut Astrologia.Vel secũdum quòd quælibet scientia est quasi quidam motus rationis, vt ipse dicit.1ª.q.73.art.2.c.vbi sic ait.Omnis operatio , motus quidam dicitur.Et Anima.2.lec.1.sic ait,propria ratio vitæ est ex hoc,quòd aliquid est natum moueri per seipsum,large accipiendo motum , prout etiam intellectualis operatio motus quidam dicitur.Et hoc idem dicit.Poster.1.lec.41.Et quia motus specificatur & denominatur ex termino ad quem, vt habetur quinto Physi. ideo cum scientiæ mediæ per applicationem rerum mathematicarum ad materiam sensibilem terminẽtur ad res Physicas,ideò vt sic,sunt magis naturales,quàm mathematicæ.

Attingere.1. 252 Quòd attingere naturam superiorem,contingit dupliciter scilicet obiectiuè,& secundum virtutem.
Immo tunc transcenderet limitem naturæ inferioris .3.d.13. artic.2.q.2.2ª.3ª.
Respondeo dicendum,quòd sicut habetur 3ª. q.1.3. 3ª.1.d.8.q. 3.2.c.2.dist.1.q.1.3.2ª.3.dist.1.q.1.3.4ª.Veri.q.29.3.3ª. capacitas creaturæ est duplex ,scilicet vel potentiæ naturalis,vel potentiæ obedientialis: de prima loquitur in tertio sententiarum,de secunda alibi.

Auaritia 14. 254 Quòd auaritia etiam tertio modo scilicet , vt est tantum inordinatus appetitus diuitiarum , radix est omnium peccatorum.
Oppositum videtur dicere,à simili. 2.dist.5.q.1.3.c.1ª.dist.22 q. 1.1.7ª.dist.42.q.2.1.c.2ª.3.1ª.
Respondeo dicendum.sicut Dubio 1144.

Audacia 3. 255 Quòd audacia est peccatum contrarium fortitudini.
Immo audacia est materia fortitudinis. 1ª.q.21.1.1ª.q.95.3.2ª. 22ᴱ.q.123.3.o.q.141.3.c.2ª.3. dist.26.q.2.2.4th. dist.33.q.2.artic. 2.q.2.o.
Respondeo dicendum,quòd vt habetur. 22ᴱ.q.127.1.o.3.di 26. q.1.3.5ª.audacia quandoque est inordinata,& contrariatur fortitudini.Aliquando verò sumitur sine inordinatione,& sic est materia fortitudinis.
Secundo dicendum , quòd vt dicitur. 12ᴱ.q.45.1 1ª. nomina passionum possunt sumi dupliciter,scilicet absolute , & sic significant passiones.Et vt recedũt à ratione,& sic sunt nomina vitiorum.Primo ergo modo audacia est materia fortitudinis.Secundo autem modo contraria est fortitudini.

Audacia 5. 256 Quòd sicut spes est prior quàm audacia , ita timor est prior quam desperatio.
Immo desperatio est prior timore.12ᴱ.q.25.3.c.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.455.

Audacia 6. 257 Quòd sicut ex timore nõ semper sequitur desperatio, nisi sit intensus,sic nec ex spe audacia,nisi sit vehemens.
Immo primum est econuerso.12ᴱ.q.24.3.c.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.455.

Audacia 12. 258 Quòd audacia non causatur ex ira,nisi mediante spe.
Immo ira consequitur audaciã,quia nullus irascitur, nisi audeat vindicare 12ᴱ.q.25.3.c.fi.4.2ª.3ª.3ª.Veri.q.26.5.3ª.
Respondeo dicendum , quòd ex ira non causatur proprie audacia sed augetur,quia ira est quid ausiuum secũdum Philosophum.Vnde irati redduntur prompti & audaces ad inuadendum,vt habetur. 12ᴱ.q.45.4.art.3.3ª.fi.

Auersio. 1. 259 Quòd conuersio potest esse, sine auersione à Deo, vt in peccato veniali.
Oppositum videtur dicere,4.dist.15.q.1.2.1ª.
Respondeo dicendum , quòd sicut ipse dicit.12ᴱ.q.89.3.o.hoc potest intelligi dupliciter,scilicet vel in statu innocentiæ, vel in nobis. Si primo modo,sic non potuit esse conuersio sine auersione,vt ibidem probatur. Si autem in nobis,hoc est dupliciter , vt habetur ibidem. 6.o. scilicet vel quando homo incipit habere vsum rationis,vel post.Si primo modo,sic etiam non potest.Si autem post,hoc est dupliciter, vt ipse dicit.2.dist 42.q.1.3.5ª.quia auersio à bono in commutabili contingit dupliciter,vel actu tantum, vt in quolibet veniali vel actu & habitu. Et sic est in omni peccato mortali tantum.

Augmẽtum.12. 261 Quòd corpus hominis dicitur augeri, per additionem materiæ.
Oppositum videtur dicere,quia secũdum aliquos corpus hominis,per seipsum multiplicatur,& ad perfectam peruenit quantitatem per augmentum.4.dist.44.q.1.ar.2.q.4.c.prin.
Respondeo dicendum , quòd secundo loco dicit, secundum aliquos,sed in primis locis loquitur secundum sententiam propriam.

Baptismus 42. 265 Quòd si dubitatur de aliquo,an sit baptizatus, debet baptizari sub hac forma.Si non es baptizatus,ego te baptizo. In nomine patris,&c.
Immo iniuria fit baptismo,si baptizatus rebaptizetur. Vnde Athanasius puer ludo simulans,se esse episcopum,baptizauit aliquos,quos Alexander episcopus eius , iudicauit non esse rebaptizandos.4.d.6.q.2. ar.1.q.1.1ª.L.4ª.cõtra.4.c.59.fi.
Respondeo dicendum,quòd aut rebaptizat quis scienter , aut dubitatiue,aut ignoranter.Si primo modo, sic fit iniuria sacramento.Si vero dubitatiuè,scilicet dubitando probabiliter,quòd sit baptizatus & non conscientia scrupulosa,idest leui scrupulo vel suspicione,idem videtur , quia potuit & debuit certificari,vel cõsulere petitiones se.Si autem ignorat,& non est crassa ignorantia , sed quasi inuincibilis , an sit baptizatus vel non , tunc debet baptizari sub prædicta forma,vt habetur in locis primo allegatis.Vnde Alexander episcopus,prædictos iudicauit non esse rebaptizandos,quia Athanasius puer,eos baptizauerat cum debita forma,& intentione,vt habetur.4.dist.6.L.4ª.

Baptismus. 113. 267 Quòd sacerdos malus baptizans , peccat mortaliter,nisi in necessitate,& fine solennitate.
Oppositum videtur dicere,22ᴱ.q.3.5.c.fi.q.60.2.3ª.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.405.

Baptismus.122. 269 Quòd puer moriens statim post baptismum,statim volat ad cœlum.
Immo pueris baptizatis morientibus,desunt propria merita, nec habent vsum liberi arbitrij. 12ᴱ.q.5.7.2ª.fi.q.113.3.1ª.
Respondeo dicendum,quòd pueris baptizatis subuenit meritum Christi,ad beatitudinem consequendam , licet desint eis merita propria,& vsum liberi arbitrij non habeant , eo quòd per baptismum,sunt Christi membra effecti,vt habetur.12ᴱ.q.5.7.2ª.fi.q.13.3.1ª.4.dist.4.q.3.art.3.q.3.1ª.fi.

Beatitudo.1. 270 Quòd beatitudo est operatio,& vltima perfectio.
Oppositum videtur dicere.1.dist.1.q.2.1.2ª.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.621.

Beatitudo.17. 271 Quòd essentia beatitudinis consistit in actu intellectus, sed delectatio eius in voluntate.
Oppositum videtur dicere.12ᴱ.q.11.1.1ª.4.c.2ª.1.di.1.q 1.1.c.1ª.
Respondeo dicendum,quòd essentialiter beatitudo consistit in actu intellectus , sed consequenter seu concomitanter, consistit in actu voluntatis,vt habetur in primis locis.

Beatitudo.36. 273 Quòd beatitudo non consistit in consideratione scientiarum speculatiuarum.
Oppositum videtur dicere 22ᴱ.q.170.4.c.
Respondeo dicendum,quòd consideratio scientiarum speculatiuarum,est quædam participatio veræ,& perfectæ beatitudinis,non autem substantialis beatitudo , vt habetur. 12ᴱ.q.3.6.c.fi.q.66.3.1ª.5.2ª.22ᴱ.q.180.4.c.

Beatitudo.37. 274 Quòd beatitudo non consistit in contemplatione angelorum.
Oppositum videtur dicere,cùm angeli sint principia intellectus humani.Quol.3.q.3.2.o.Meth.2.lec.2.
Respondeo dicendum ,quòd angeli sunt principia intellectus humani , non quidem producendo ipsum in esse , vt Deus ad quem est naturalis appetitus hominis,sed illuminando,dirigendo,& confortando,vt habetur.1ª.q.111.1.o.

Beatus 3. 277 Quòd beati in patria,omnes rationes rerum quę in Christo sunt,non cognoscunt,& si ipsum comprehendant.
Immo tunc beati omnia opera diuina cognoscent. 1ª.q.12.8. 4ª.1.d.21.L.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.366.

Beatus. 11. 280 Quòd beati sunt in statu impetrandi,non autem merẽdi.
Oppositum videtur dicere.2.dist.5.q.2.c.
Respondeo dicendum tripliciter,primo , quòd meritum dupliciter sumitur, vt habetur 2.di.18.2.c.Vir.q.1.1.2ª. scilicet propriè,id est actio, cui iustè debetur merces ; ad quod requiruntur tria,scilicet status viæ,dominium operis,& charitas:& sic nec Angeli,nec alij beati meruerunt , nisi solus Christus,qui fuit simul comprehensor,& viator.Alio modo impropriè,id est,quælibet conditio , qua aliquis est dignus aliquo,sicut dicitur , quòd species Priami digna est imperio:& sic Angeli per mynisteria nunc nobis exhibita, dicuntur mereri gaudium accidentale.

Beatus. 17. 282 Quòd beati non interfunt rebus viuorum , secundum legem communem.
Oppositum videtur dicere. 4.dist.50.q.1.3.o.Quo.11.q.1.3.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.753.

Bonitas. 8. 284 Quòd omnia sunt bona,bonitate Dei.
Immo omnia sunt bona seipsis,& non per aliam bonitatem. 12ᴱ.q.55.4.1ª.Veri.q.1.2.1ª.7ª.
Respondeo dicendum dupliciter,scilicet primo,quòd omnia sunt bona bonitate Dei,vt principio effectiuo,exẽplari , & finali,sed sunt bona seipsis bonitate essentiali,quæ tamẽ est à Deo,vt habetur. 1ª.q.6.4.o. 22ᴱ.q.23.2.1ª.q. 27.3.c.1 d.1. L. 10ª.d.19.q.5.4.3ª.contra 1.c.40.Veri.q.21.4.o.q.27.1.7ª.
Secundo dicẽdum,quòd sicut Dubio.1171.

Bonitas. 13. 285 Quòd quodlibet bonum creatum,est bonum participate, sed solus Deus est bonum vniuersale.

Immo in Deo non est vniuersale nec particulare. 1ª.q.14.1. 3ª.1.dist.35.5.o.dist.36.q.1.1ª.contra.1.cap.56.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.475.

Bonitas. 16. 287 Quòd Deus est summum bonum.
Oppositum videtur dicere , quia beatitudo est summum bonum.1ª.q.26.3.1ª.12ᴱ.q.3.1.2ª.4.d.49.q.1.art.2.q.1.2ª.cõtra 3. cap.14.1ª.Opusc.20.cap.8.Veri.q.1.9.7ª.
Immo virtus infusa, est maximum bonum simpliciter. Veri. q.1.9.7ª.
Respondeo dicendum tripliciter , scilicet primo quòd ordo bonorum potest summi dupliciter,scilicet vel respectu rectitudinis vitæ.Et sic virtutes sunt maxima bona,potentiæ sunt media,exteriora vero minima. Vel respectu beatitudinis.Et sic beatificans Deus est maximum,beatus mediũ, virtus autem minimum bonum.
Hæc solutio habetur.1.d.1.L.4ª.2.dist.27.L.Veri.q.12.3.15ª.
Secundò dicendum,quòd bonum est duplex,scilicet vel subsistens.Et sic Deus est summum bonum.Vel bonum inhærens.Et sic beatitudo est summum bonum in partia,& virtus in via.Hæc solutio sumitur.12ᴱ.q.18.4.c.2.dist. 1.q.2.3.c. Dio.4.lec.9.10.
Tertiò dicẽdum, quòd maximum bonum,dicitur dupliciter, scilicet vel simpliciter. Et sic Deus est maximum bonum. Vel in genere boni creati.Et sic beatitudo est maximũ bonum. Virtus autem infusa dicitur maximum bonum , inquantum per eam homo vt in via , ordinatur ad summum bonum simpliciter , scilicet ad Deum. Sed virtus acquisita dicitur maximum bonum secundum quid,in quantum per eam homo ordinatur ad summum bonum , in genere bonorũ humanorũ.Hæc solutio colligitur.Veri.q.1.1.3ª.9.7ª.

Bonitas. 69. 291 Quòd subiectum cuiuslibet mali , est bonum deficiens, idest impotentia.
Oppositum videtur dicere,Opusc.3.cap.118.
Respondeo dicendum,quòd nec tamen contraria sunt simul, quia malum nõ est in bono sibi contrario, vt habetur.1ª.q. 11.2.1ª.

Bonitas. 75. 292 Quòd summum malum, non contrariatur summo bono secundum rem,sed secundum vocem.
Oppositum,videtur dicere.12ᴱ.q.73.4.o.Ma.q.2.10.o.
Respondeo dicendum ,quòd nullum malum opponitur summo bono contrariè,nec priuatiuè,nisi indirectè,idest,secũdum rationem communem boni , vt habetur. 1ª.q.17.4.3ª. q.49.2.2ª.1.dist.36.q.1.2.c.2.dist.1.q.1.1.1ª. Veri.q.2.15.4ª.

Bonitas. 82. 293 Quòd nulla creatura est bona per essentiam.
Immo omnis creatura est bona per essentiam. Veri.q.21.1.1ª.
Respondeo dicendum , quòd omnis creatura est bona per essentiam,inquantum essentia eius non inuenitur sine habitudine ad bonitatem Dei,vt habetur.Veri.q.21.1.1ª.fi.

Bonitas. 87. 294 Quòd qualibet re creata potest esse alia res creata melior,bonitate essentiali,& accidentali.
Oppositum videtur dicere.Veri.q.29.3.6ª.
Respondeo dicendum,sicut Dubio,503.

Bonitas. 141. 299 Quòd virtus est bona seipsa,non per aliam bonitatem.
Oppositum videtur dicere.2.dist.27.2.1ª.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.1171.

Bonitas. 142. 300 Quod bonum quod ponitur in diffinitione virtutis non est bonum transcendens sed bonum rationis.
Oppositum,videtur dicere , 12ᴱ.q.55.4.1ª.q.94.2.c.2.dist.27. 2. 1ª.Veri.q.1.2.8ª.
Respondeo dicẽdum, quòd in locis primo allegatis,loquitur de eo quod ponitur in diffinitione vel formaliter , vel explicite,vel in actu,vel immediatè,quia diffinitio quorumcunque specialiũ non datur per transcendentia,sed per primum genus,& per vltimam differẽtiam,vt habetur.Meth. 7.lect.12.princ.Post.2.Sed in locis secundo allegatis,intelligit vel in virtute,vel in potentia , vel simplicite , vel immediate,eo modo quo dicitur.12ᴱ.q.94.2.c. Quol.2.q.2.1.c. Meth.4.lect.1.quòd ens est de ratione omnis entis.Et similiter de bono,respectu cuiuslibet boni.

Capitale 1. 302 Quòd capitale vitium,dicitur à capite membro,vel quia pœna capitis punitur,vel quia est causa finalis per se multorum peccatorum.
Immo capitalia vitia non sunt causa finalis per se multorum peccatorum,quæ ex bono oriuntur. 2.dist.5.q.1.3.c.1ª. dist. 22.q.1.1.7ª.dist.42.q.2.1.c.2ª.3.1ª.
Respondeo dicendum , quòd capitalia dicuntur , quia vt in pluribus alia peccata oriũtur ex eis, licet quãdoq. aliquod vitiũ ex bono oriatur per abusum,vt habetur. Ma.q.8.1.8ª.

Charitas.4. 305 Quòd charitas potest dici virtus generalis.
Immo charitas est virtus specialis , & iussio generalis. 22ᴱ.q. 23.4.5.o.q.58.6.o.3.dist.27.q.2.art.4.q.2.3.o.Ma.q.8.2.c.fi.q.11. 2.c.Veri.q.2.2.c.5.o.
Respondeo dicendum,quòd charitas potest dici virtus generalis inquantũ ordinat actus omnium virtutum ad bonum diuinũ.Sed vt respicit bonum diuinũ vt proprium obiectũ, sic est virtus specialis,vt habetur.22ᴱ.q.58.6.c.3ª.q.85.2.1ª.

Charitas.7. 306 Quòd charitas est radix omnium virtutum.
Immo actus vel habitus,non habet rationem radicis , sed rationem rami. 2.di.5.q.1.3.c.1ª.dist.22.q.1.1.7ª.dist.42.q.2.1.c. 2ª.3.1ª.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.1144.

Charitas.9. 307 Quòd charitas est forma omnium virtutum.
Oppositum videtur dicere.Veri.q.2.3.4ª.16ª.18ª.
Respondeo dicendum,quòd charitas est forma virtutum effectiuè,quia imponit eis formam , non autem exemplariter , vel essentialiter,vt habetur. 22ᴱ.q.23.8.c.1ª. Veri. q.2.3. 4ª.16ª.18ª.

Charitas.63. 309 Quòd motus mentis humanæ in fruitione Dei , in qua consistit vita æterna,est actus charitatis.
Immo vita æterna consistit in visione Dei.12ᴱ.q.3.4.c.Io.14.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.1171.

Charitas.21. 310 Quòd charitas viæ,non potest æquari charitati patriæ.
Oppositum videtur dicere.1ª.q.117.2.3ª.fi.
Rspondeo dicendum quòd non est eadem ratio quantitatis charitatis viæ , quæ sequitur cognitionẽ fidei & charitatis patriæ,quæ sequitur cognitionem apertam,vt habetur.22ᴱ. q.24.7.3ª.Sed aliqui homines etiam in statu viæ sunt maiores aliquibus angelis,non quidem actu , sed virtute , inquantum habent charitatem tantæ virturis,vt possint mereri maiorem beatitudinis gradum quem quidam angeli habent,vt habetur.1ª.q.117.2.3ª.fi.

Charitas.40. 311 Quòd charitas non est in nobis naturaliter , nec causatur ex actibus nostris,sed infunditur à Deo.
Oppositum videtur dicere,à simili.2.dist.5.q.2.1.o.dist.28.4.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.679.

Charitas.44. 312 Quòd visio beata,charitas & huiusmodi,quę pertinent ad præmium essentiale , non augentur in beatis , ex quo iam sunt perfectè beati.
Oppositum videtur dicere,4.dist.49.q.1.art.4.q.1.o.
Respondeo dicendum quòd,sicut Dubio.280.159.280.

Charitas.45. 313 Quòd charitas potest augeri in infinitum.
Oppositum videtur dicere.Veri.q.1.11.17ª.q.2.2.10ª.
Respondeo dicendũ.q. est infinita.ex parte Dei,vel finis, non autem secundum se,vt habetur.Veri.q.1.11.17ª.q.2.2.10ª.

Charitas.54. 316 Quòd charitas datur,secũdum mensuram subiecti,scilicet secundum capacitatem naturæ,& conatum.
Immo charitas viæ non datur secundum capacitatem naturalium,sed secundum voluntatem spiritus,22ᴱ.q.24.3.b.
Respondeo dicendum,quòd non oportet q; homo feratur in charitate totaliter in id quod fertur.Sed eius qui habet meliora naturalia,potest esse minor conatus & econuerso. Et ideo non est simile de angelis qui sunt iam perfecti & de hominibus in via.

Charitas.63. 317 Quòd ordo charitatis manebit in patria.
Oppositum videtur dicere.Veri.q.2.9.11ª.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.100.

Castitas. 7. 319 Quòd castitas est subiectiuè in anima.
Immo castitas est subiectiuè in concupiscibili. Veri.q.1.4.c.fi.
Respondeo dicendum,quòd castitas consistit quidem sicut in subiecto in anima,sed materiam habet in corpore.Pertinet enim ad castitatem,vt secundum iudicium rationis,& electionem voluntatis,aliquis moderate vtatur corporalibus membris,vt habetur.12ᴱ.q.151.1ª.

Catechismus.3. 320 Quòd catechismus pertinet tantùm ad sacerdotes.
Immo catechismus,pertinet ad lectorem.3ª.q.71.4.o.
Respondeo dicendum , quòd catechismus pertinet ad sacerdotes principaliter,sed ad lectorem secundario.quo ad institutionem credẽdorum,ad diaconum.Sed ad institutionem conuẽ suam pertinet ad episcopos & prædicatores,& adquemlibet fidelem.Sed ad institutionem morũ,pertinet ad anadochũ,idest patrinum,vt habetur.3ª.q.61.4.o.dist.6. q.2.ar.2.q.2.o.2.ar.3.q.3.2ª.d.24.q.2.ar 1.q.2.c.fi.contra 4.c.7 4.

Causa. 37. 324 Quòd effectus non trahit necessitatem , vel contingentiam à causa remota & prima,sed à proxima.
Oppositum videtur dicere.1ª.q.19.8.c.Veri.q.25.5.c. Ma.q.16.7. 1ª.Quol.11.3.c.Quol.12.4.1ª.
Respondeo dicendum dupliciter,scilicet primo quòd in locis primo adductis,loquitur quo ad assimilationem , & denominationem , quia effectus assimilatur causæ proximæ , & denominatur ab ea,non autem à causa remota & prima. Sed in locis secundo adductis,loquitur quantum ad causalitatem , quia contingentia & necessitas omnium rerum, est principaliter à Deo,quia omnis causa primaria,plus influit in causatum causæ secundæ , quàm causa secunda , vt dicitur in prima Propositione libri de causis.
Secundò dicendum,quòd in locis primo allegatis , intelligit de causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

de causa prima in genere. Sed in locis secundo allegatis, loquitur de causa prima simpliciter, scilicet de Deo.

Causa. 40. 326 Quòd ofa nobiliori modo sūt in cā sua, quā in suo causato. Immo non oportet, q̄ illud quod est de nobilitate causati, sit de nobilitate causæ. 1ª. q. 4. 2. c. 3. o.
Respondeo dicendum, q̄ primum dictum est verum causaliter, secundum verò formaliter, vt habetur. Opusc. 72. q. 10.

Cœlum. 10. 329 Quòd corpora beatorum, erunt super omnes cælos. Oppositum videtur dicere à simili. 3. dist. 22. q. 3. art. 3. q. 1. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 330.

Cælū. 11. 330 Quòd non opottet aliquā partē cæli esse superiorē Christo, sed ipsum esse super omnē circūferentiā cæli empyrei. Oppositum videtur dicere. 3. dist. 22. q. 3. art. 3. q. 1. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd ista duo stant simul, scilicet q̄ non oportet aliquam partem cæli esse superiorem Christo, seu Christum esse super omnem circumferentiam cæli empyrei, vt dicit in tertia parte, & quòd Christus non est extra cælum empyreum, sed ascendit in altissimam partem eius. Tamen si in tertia parte diceret, sicut habent aliqui libri, quòd corpus Christi est extra cælum, debet intelligi quo ad necessitatem, quia non est de necessitate corporis beati, esse in loco. Sed in tertio sententiarū, loqtur quo ad decentiā, quia decet ipsū esse in nobilissima parte cæli.

Cælū. 18. 333 Quòd cælū empyreum habet influentiam in inferioribus. Oppositum videtur dicere, 2. dist. 2 q. 2. 3. o. dist. 13. 4. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd sicut habetur à simili. 12ᶜ. q. 113. 3. 3ᵐ. fi. influentia est duplex, scilicet vel cognita per viā naturalis, rationis, ideſt per numerum sphærarum cælestium qui nō scitur nisi per motum. Et sic accipit in secūdo Sententiarum. Ideo dicit ibi, q̄ secundum Philosophos, corpus nō agit, nisi moueatur. Et cōtra. 1. c. 85. dicit, q̄ corpora non mouēt, nisi mota. Vel influctia occulta, qua totū vniuersum est vnū, secundū ordinem partiū, quod est secundū virtutē, id est sola continuatio influxus diuini, qua inferiora gubernātur à Deo per superiora. Et sic accipit in prima parte. Ideo dicit ibi, q̄ sicut corpora gubernātur per angelos, nō tantū per inferiores, sed etiā per medios & per primos, ita corpora inferiora per cælos, & omnia corpora per supremū cælū. Et Quol. 6. 19. c. fi. dicit q̄ proprium est cælo empyreo, inquantum est supremum corpus, attingens quodammodo ordinem substantiarum separatarum, influere sine motu.

Cælū. 31. 334 Quòd motus cœli est naturalis.
Immo motus cæli est volūtarius. 2. dist. 14. 3. 1ᵐ. Meth. 12. lect. 6.
Respondeo dicendum, quòd motus cæli est naturalis, ratione materiæ tantum, sed est voluntarius, ex parte motoris, vt habetur. 1ª. q. 70. 3. 4ᵐ. 5ᵐ. 12ᶜ. q. 6. 5. 2ᵐ. 2. dist. 14. 3. 1ᵐ. 3. dist. 22. q. 2. art. 2. q. 1. c. 4. dist. 48. q. 2. 2. 10ᵐ. cōtra. 2. c. 29. Lib. 3. c. 23. 25ᵐ. Lib. 4. c. 99. fi. Veri. q. 5. 9. 11ᵐ. Potēcia. q. 5. 5. c. Spiritu. 6. 7ᵐ. Anima 8. 18ᵐ. Opusc. 3. cap. 72. Meth. 5. lect. 5. Phi. 2. Cæ. 1. lect. 3.

Cælū. 47. 339 Quòd motor cæli, coniungitur orbi, secundum totum, secundum Philosophos. Ideo motor non mouetur per accidens, ad motum cœli.
Oppositum videtur dicere, 2. dist. 7. q. 1. 2. c. Ma. q. 16. 6. 17ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 119. 120. 121. 125.

Certitudo. 2. 340 Quòd certitudo est tantum in cognitione.
Immo certitudo est in appetitu naturali, & l atte. 12ᶜ. q. 4. 2. 3ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd certitudo est in appetitu naturali, inquantū infallibiliter inclinatur à Deo, dirigente ipsum in finem, & non quia appetitus naturalis cognoscat finem. 12ᶜ. q. 4. 2. 3ᵐ. 22ᶜ. q. 18. 4. c. 1. dist. 26. q. 2. 4. c.

Circūcisio. 24. 342 Quòd circumcisio conferebat gratiam, quo ad omnes effectus positiuos, & priuatiuos.
Immo circumcisio conferebat gratiam tantū quo ad effectus priuatiuos, & ad meritū vitæ æternæ. 4. dist. 1. q. 2. art. 4. q. 3. o.
Respondeo dicēdum tripliciter, scilicet primo quòd in quarto loquitur de circumcisione primo, & per se. Sed in aliis locis ex consequenti, vt dicit dominus Petrus de Tarātasio, in quarto sententiarum, quia legalia iustificabant dispositiuè, & à remotis. non autem completiue, nisi per modum signi, & non per modum causæ, quia vt dicit etiam Sāctus Doctor 4. dist. 1. q. 2. art. 2. q. 1. 2ᵐ. Pœna circumcisionis non est satisfactoria, sed est signum eius.
Secundo dicendum, quòd secundum eundem dominū Petrū, circumcisio confert gratiam, quo ad omnes effectus & positiuos, sed non ita copiosè, sicut baptismus.
Tertio dicendum, q̄ in quarto sententiarum, loquitur secundum opinionem Magistri sententiarum. Sed in aliis locis, secundum sententiā propriam, vt patet ex modo loquēdi.

Circūcisio. 24. 343 Quòd circumcisio conferebat gratiam, & erat meritoria ex opere operante tantum, ideſt inquantum erat fidei signum, de passione Christi futura, non autem ex opere operato, ideſt, non ex virtute circumcisionis.
Immo operabatur & erat meritoria, etiam ex opere operato. 4. dist. 1. q. 2. art. 4. q. 2. c.
Respondeo dicēdum, dupliciter. s. primo, q̄ sicut dicit dominus Petrus de Palude in quarto sententiarum. d. eadem, aliquid dicitur conferre gratiā ex opere operato dupliciter. s. vel causando effectū & dispositionē ad gratiā. s. characterē vel ornatū, vel nihil causando, sine quo tamē Deus nō daret gratiā, quod tamen sufficit sine opere operante in paruulis. Secundo modo circūcisio cōferebat gratiā ex opere operato, non autē primo modo, sed tantū sacramenta nouę legis.
Secundo dicendum sicut in tertia responsione Dubij. 342.

Circumstātia. 7. 345 Quòd tēpus sactū est circūstantia à peccati, quod fit in eo.
Immo est differentia peccati, cum aliquando sit vt obiectum contemptus. Ma. q. 2. 6. 2ᵐ.
Respondeo dicēdum, dupliciter, primò, quòd si quis facit aliquid indecens in tempore sacro, tempus sacrum, quod cōsideratur vt circumstantia est per accidens respectu actus indecentis, qui in eo fit, potest considerari vt obiectum respectu alterius actus, actum circumstantias, qui est, contemnere tempus sacrum, vt habetur Ma. q. 2. 6. 2ᵐ.
Secundò dicendum, quòd præceptum etiam tertium de sanctificatione sabbati, mysticè, id est, quo ad cessationem à peccatis, & quoad quierem mentis in Deum, est præceptum generale. Sed vt per ipsum prohibentur ad literam opera seruorum, id est, opera mechanica, est præceptum speciale. Sub opere tamen manuali intelliguntur omnia humana officia, ex quibus homines licitè victum lucrantur, siue membris, siue pedibus, siue lingua fiant, vt habetur 22ᶜ. q. 122. 1ᵐ. q. 187. 3. c. 3. dist. 37. art. 5. q. 2. 3ᵐ. Quol. 7. 17. c. fi.

Circumstātia. 8. 346 Quòd nulla circumstantia aggrauat peccatū in infinitum.
Oppositum videtur dicere, 4. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 4. 5. o. Ma. q. 2. 8. o. Opusc. 12. art. 6.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 993.

Circumstātia 14. 347 Quòd nulla circumstantia, præter intentionem peccantis, dat speciem peccato.
Oppositum videtur dicere. 4. d. 16. q. 3. art. 2. q. 3. c. Ma. q. 2. 6. 6ᵐ.
Respondeo dicendum, q̄ in prima secundæ loquitur de inordinatione, quæ non potest esse intenta, cùm sit pura priuatio, nulli rei dans speciem. Sed in aliis locis loquitur de circumstantiis positiuis. Tamen etiam istæ, si essent omnino ignotæ, & inuoluntariæ, nullo modo variarent speciem.

Claritas 1. 349 Quòd claritas corporis glorioſi erit à gloria animæ.
Oppositum videtur dicere à simili, 3ª. dist. 16. q. 2. 1. 3ᵐ. 1. c. 3ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd nulla est penitus repugnantia, quia illa claritas causata est immediatè à gloria animæ Christi, vt dicit in tertia parte, sed mediatè à Deo, vt asserit in tertio sententiarum.

Clemētia. 7. 352 Quòd elementia & mansuetudo, non sunt maximè virtutes, nisi secundum quid.
Oppositum videtur dicere. Veri. q. 1. 9. 7ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio 287.

Coactio 5. 353 Quòd voluntas non potest cogi.
Oppositum videtur dicere 12ᶜ. q. 6. 4. o. 5. 2ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd voluntas potest cogi, respectu actus imperati, non autem respectu actus eliciti, vt habetur. 12ᶜ. q. 6. 4. o. 5. 1ᵐ. 2. dist. 25. q. 1. 3. 3ᵐ. dist. 25. 3. 1ᵐ. 4. dist. 38. q. 1. art. 1. q. 1. 2ᵐ.

Cognitio. 23. 356 Quòd cognoscere aliquid in vniuersali, est imperfectius, quàm cognoscere in speciali.
Oppositum videtur dicere, 2. dist. 3. q. 3. 2. 3. contra 2. cap. 92. Ver. q. 19. cap.
Respondeo dicendum, q̄ cognitio vniuersalis in prædicādo, ex parte obiecti est imperfectior particulari, sed ex parte medij, vel etiam cognitio vniuersalis in causando est eōuerso, vt habetur. 1ª. q. 55. 3. 2ᵐ. Veri. q. 8. 10. 1ᵐ. Ma. q. 16. 6. 16ᵐ.

Coitus 1. 357 Quòd in coitu absorbetur vsus rationis propter vehemētiam delectationis.
Oppositum videtur dicere. 22ᶜ. q. 150. 4. 3ᵐ. q. 156. 4. 2ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 372.

Collectiuū. 1. 358 Quòd collectiuum nomen significat duo, scilicet multitudinem suppositorum, & vnitatem ordinis.
Oppositum videtur dicere à simili. 3ª. q. 3. 7. 2ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 926.

Color. 2. 359 Quòd color est obiectum materiale visus, formale verò est lumen.
Immo color est obiectum formale visus. 1ª. q. 19. 3. c. q. 45. 4. 1ᵐ. 12ᶜ. q. 1. 1. 2ᵐ. q. 8. 2. c. q. 10. 2. c. Veri. q. 14. 8. 4ᵐ. Veri. q. 2. 4. c. Quol. 3. 27. c.
Respondeo dicēdum tripliciter, scilicet primo q̄ sicut innuitur. Veri. q. 14. 8. 4ᵐ. obiectum formale est duplex, scilicet quo, & quod. Primo modo color est obiectum materiale, sed lumen est obiectum formale. Sed secundo modo, est econuerso. Vnde vnius potentiæ possunt esse plura obiecta subordinata, scilicet obiectum quod, & obiectum quo.

Secundo dicendum, q̄ vt habetur Phi. 2. lect. 5. fi. vnū & idem respectu diuersorum, est materiale & formale, sicut partes diffinitionis respectu diffiniti, se habent vt formale, sed respectu diffinitionis, vt materiale, & pars vna respectu alterius, sicut genus respectu differentiæ. Ideo color respectu corporum, est obiectum formale visus, sed respectu luminis, est materiale.

Color. 3. 360 Quòd color non est coloratus, sed clarus. Similiter albedo non est alba.
Oppositum videtur dicere à simili. 2. d. 27. 2. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio 1171.

Colo. 4. 361 Quòd lumen facit, quòd color qui est visibilis in poª. fiat visibilis in actu.
Oppositum videtur dicere. 1ª. q. 12. 5. 1ᵐ. Anima. 4. 4ᵐ. Anima. 2. lect. 14. fi. Lib. 3. lect. 10. medendo.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo quòd sicut habetur. 1ª. q. 79. 3. 1ᵐ. Anima. 4. 4ᵐ. de hoc sunt duæ opiniones oppositæ, & recitat quādoque vnam, & quandoque aliam, dum disputat in theorica, licet quando determinat hoc in physicis, magis adhæret secundæ opinioni.
Secundo dicendum, quòd vt dicitur. Quol. 7. q. 2. 1. c. Anima. 2. lect. 14. fi. agens est duplex, scilicet vel perfectum, quod perfectè potest imprimere suam formā, vel imperfectum. Et sic color est visibilis in actu imperfecto, tamen est visibilis in potentia ad actum perfectum, ad quem reducitur per lumen.

Columba. 2. 362 Quòd columba quæ apparuit super Christum baptizatū, fuit verum animal.
Oppositum videtur dicere. 1. d. 16. 3. 3ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd fuit verum animal, veritate essentiæ sed non veritate omnium proprietatum columbæ, vt à simili potest colligi. 1ª. q. 68. 4. c. 22ᶜ. q. 77. 2. 1ᵐ.

Compositio. 4. 364 Quòd omne compositum est aliquid, quod non conuenit alicui partium eius, & in eo est aliquid, quod non est ipsum.
Oppositum videtur dicere. Meth. 7. lect. 14.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 1157.

Comprehendere. 6. 366 Quòd nullus intellectus, comprehendere potest essentiam Dei.
Immo beati in patria comprehendunt naturam Dei. 1ª. q. 12. 7. 1ᵐ. Opusc. 72. q. 26.
Respondeo dicendum, quòd comprehendere, vt habetur. 1ª. q. 12. 1. 1ᵐ. 7. o. vno modo accipitur pro termino, scilicet insequutionis, quando scilicet aliquid tenetur. Et hic beati in patria habent meritum spei, & noscunt illam ineffabilem generationem. Et sic Philosophi non comprehenderunt diuinam naturam. Vnde non attigerunt ad illam generationem. Alio modo accipitur cōprehendere proprie, quod est concludere aliquid in terminis coutinentis. Et ideo illo modo nihil comprehendit Deum, quia ipse excedit omnem intellectum, vt etiam habetur. Opusc. 72. q. 26.

Commune. 1. 367 Quòd commune est duplex, scilicet secundum rem, & secundum rationem. Primum est in diuinis tantum, secundum verò in omni natura.
Immo primum est etiam in creaturis, quia natura humana est etiam communis multis secundum rem. 1ª. q. 13. 9. c.
Respondeo dicendum, quòd commune potest sumi dupliciter, scilicet vel materialiter, id est pro re, quæ subsistat communitari, vel formaliter, id est pro ipsa communitate, quæ est quædam vnitas multorum, sicut etiam distinguitur de vniuersali. 1. q. 84. 2. 2ᵐ. 3. 1ᵐ. 4ᵐ. 1. d. 19. q. 5. 1. c. d. 33. 1. 3ᵐ. d. 5. q. 2. 1. 1ᵐ. Meth. 7. lect. 13. princip. Anima. Lib. 2. lect. 2. fin. Sensu. lect. 15. Opusc. 30. 5. o. Primo igitur modo intelligitur. 1ª. q. 13. 9. c. Sed secundo modo in cæteris locis, vt etiam patet Dubio. 918.

Concepsio. 19. 370 Quòd virgo Maria mater Christi, fuit concepta in peccato originali.
Immo fuit immunis à peccato originali & actuali. 1. d. 44. 1. 3ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd nulla est omnino repugnantia, seu contradictio, etiam quo ad apparentiam. Primo quia in primo Sententiarum, nullam mentionem facit de conceptione eius, sed solùm loquitur de ea & de eius immunitate, post sanctificationem eius, vt patet per auctoritatem sancti Anselmi, quam ibi exponit, sicut etiam posset dici de quolibet sanctificato, vel in vtero, vel per baptismum, quia tunc fuit immunis ab omni peccato originali, & actuali.
Secundo, quia licet dicat, quòd fuit immunis, tamen non dicit, quòd semper fuerit immunis, sed sine signo vniuersali, sicut etiam dicit de aliis hominibus, quòd aliquando sunt sine peccato etiam veniali in hac vita, sed non semper, nec diu, vt patet. 3ª. q. 79. 4. 2ᵐ. 3. d. 3. q. 1. L. 1ᵐ. 4. d. 12. q. 1. art. 2. q. 1. 1ᵐ. d. 21. q. 2. 1. 4ᵐ. Ma. q. 7. 12. 4ᵐ.
Tertio, quia si quis velit pertinaciter asserere, quòd sanctus doctor intendit loqui de conceptione beatæ Virginis, scire debet, quòd non est ad propositum materiæ, de qua ibi tractabat aliquid inserere de cōceptione passiua matris Christi, quia concepta fuit, sed potius de conceptione passiua Christi, de qua etiam alibi dicit, quòd fuisset aliquid in Adam, non infectum peccato originali, ex quo in ipsa assumptione, formatus sit Christus, est hæreticus, sed carnis eius emundatio, à præcedenti infectione, saltem intellectu præcessit assumptionem, vt habetur. 3. d. 3. q. 4. art. 1. o. art. 1. c. 2. L. princip. Ioan. lect. 5. Sed solum occurrebat in primo sententiarum ad conceptionem passiuam Christi, aliquid de conceptione actiua, qua Virgo beata cōcepit Christum, propter auctoritatem sancti Anselmi introductam ibidem, in qua dicitur, quòd Deus præparauit ipsam vnigenito suo in matrem.
Quarto, quia sanctus Thomas ibidem dicit, sicut etiam asserit sanctus Anselmus, quòd puritas matris Christi, fuit sub Deo, inquantum fuit in ea potentia ad peccandum. Sed hoc non per peccatum actuale, vt ipse dicit. Veri. q. 2. 4. 9. 2ᵐ. nisi forte beata Virgo in sua natura consideretur, vt etiam ipse adducit de omnibus angelis & hominibus. contra. 3. c. 109. Ergo per peccatum originale.
Quinto, quia ibi exponit auctoritatem sancti Anselmi, qui vbique tenuit expressè, sicut omnes sancti communiter affirmant, beatam Dei matrem conceptam fuisse omnino cum peccato originali.

Concupiscētia. 12. 372 Quòd concupiscentia non ligat totaliter rationem.
Immo in concupiscentia absorbetur vsus rationis, propter vehementiam delectationis. 12ᶜ. q. 34. 1. 2ᵐ. q. 37. 1. 2ᵐ. q. 72. 2. 4ᵐ. 2. dist. 20. q. 1. 2ᵐ. 4. d. 9. art. 3. q. 5. c.
Respondeo dicendum, quòd concupiscentia dicitur esse sine ratione, non quidem quia totaliter auferat iudicium rationis, sed quia tunc in nullo procedit secundum iudicium rationis, nisi sit tanta vt faciat insanire. Tunc enim ligat totaliter rationem. 12ᶜ. q. 50. 4. 3ᵐ. q. 56. 4. 2ᵐ.

Concupiscibilis. 6. 374 Quòd omnia mala pertinent ad concupiscibilem, sicut ad primam radicem, non autem sicut ad proximum principium.
Oppositum videtur dicere. 2. d. 5. q. 1. 3. c. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 1144.

Concupiscibilis. 7. 375 Quòd omnis motus concupiscibilis causatus ex apprehensione, semper est peccatum, non autem si sit ex qualitate organi.
Immo primi motus naturales sensualitatis, nullo modo sunt peccata. 2. d. 24. q 3. 2. 0. d. 41. q. 2. 1. 3ᵐ. 3. d. 39. q. 2. 1. 4ᵐ. Quol. 4. 21. o.
Respondeo dicendum, quòd primi motus dicuntur dupliciter, scilicet primo primi, id est naturales, sine imaginatione. Et secundo primi, id est primi motus sensualitatis, ex imaginatione. Secundi sunt peccata, sed leuissima, primi verò nullo modo, vt habetur in primis locis.

Confessor. 13. 379 Quòd de quolibet confessore dicit. Non est inuentus similis illi.
Oppositum videtur dicere. 4. d. 49. q. 5. art. 3. q. 2. 3ᵐ. art. 5. q. 3. c. Veri. q. 26. 6. 8ᵐ. Heb. 11. 12.
Respondeo dicendum, quòd vuus sanctus præcipuè laudatur de vna virtute, & alius de alia, propter excellentiorē promptitudinem ad actū vnius virtutis, quàm alius, vel ad actū vnius virtutis, quàm ad actum alterius. Et similiter sanctus quilibet habet aliquam præeminentiam, secundum specialem vsum alicuius virtutis, vt habetur. Iob princ.

Confirmatio. 10. 380 Quòd confirmans, & confirmandus, debent esse in gratia, & debent esse confessi, & ieiuni de consilio, non autem de præcepto.
Oppositum videtur esse à simili. Io. 8. Ro. 2. fi.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 796.

Confirmatio. 32. 383 Quòd beata Virgo per secundam sanctificationē, fuit simpliciter confirmata in bono per gratiam habitualem, ita quòd non posset per liberum arbitrium flecti in contrarium.
Immo nullus putè viator, nec etiam beata Virgo in præsenti vita,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vita, potest confirmari simpliciter, nec ab omni immunitate peccati conseruari per gratiam habitualem. contra. 3. c. 162. fin. Veri. q. 24. 9. 0.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd gratia non immobilitat in bono, ne quis possit peccare, nisi sit perfecta, scilicet coniungens sini, vt habetur. 2ª. q. 62. 3. 2ᵐ. 12ᵉ. q. 106. 2. 2ᵐ. 2. d. 4. 3. 5ᵐ. d. 20. q. 3. 3ᵐ. contra. 3. c. 155, 162. fi. Lib. 4. cap. 69.

Secundo dicendum, quòd vltra gratiam habitualem, quilibet viterius indiget custodia diuinæ prouidentiæ in præsenti vita, vt habetur. contra. 3. c. 162. fi.

Conscię tia. 8. 384 Quòd conscientia errans ligat.

Immo error conscientiæ, habet vim absoluendi vel excusandi. Quol. 7. vel 8. q. 6. 5. o. fi.

Respondeo dicendum, quòd error conscientiæ, quandoque habet vim absoluendi, quando scilicet procedit ex ignorantia eius, quod quis scire non potest, vel scire non tenetur. Et in tali casu, quamuis factum de se sit mortale, tamen intendens peccare venialiter, peccaret venialiter, sicut si aliquis intenderet accedere ad vxorem suam, causa delectationis tantum, & ita intenderet peccare venialiter, tunc si alia ei supponerentur, eo nescíente, nihilominus venialiter peccaret. Quandoque verò error conscientiæ, non habet vim absoluendi vel excusandi, quando scilicet ipse error peccatum est, vt cùm procedit ex ignorantia eius, quod quis scire tenetur & potest, sicut si crederet fornicationem simplicem, esse peccatum veniale. Et tunc quamuis crederet peccare venialiter, non tamen peccaret venialiter, sed mortaliter, vt habetur. Quol. 7. vel 8. q. 6. 5. c. fi.

Consen sus. 2. 385 Quòd consensus potest attribui voluntari, & rationi.

Immo consensus est actus voluntatis, scilicet complacentia & applicatio eius, ad aliquid existens in potestate eius, 12ᵉ. q. 15. o. q. 74. 5. 1ᵐ. 4. d. 29. 1. c.

Respondeo dicendum, quòd consensus in actum, pertinet ad rationem superiorem, secundum quòd in ratione voluntas includitur secundum Philosophum, vt etiam habetur, 12ᵉ. q. 10. 2. b. q. 15. 4. o. q. 74. 7. 1ᵐ.

Constã tia. 1. 387 Quòd constantia pertinet ad continentiam.

Immo continentia est species constantiæ, 22ᵉ. q. 53. 5. 3ᵐ.

Immo constantia, est pars potentialis fortitudinis, 22ᵉ. q. 128. 6ᵐ.

Immo constantia comprehendi potest sub magnificentia, 22ᵉ. q. 128. 6ᵐ. Et potest etiam pertinere ad perseuerantiam, 22ᵉ. q. 128. 6ᵐ. quia perseuerantia diuiditur in firmitatem & constantiam. 3. d. 33. q. 3. art. 3. q. 2. c. 3ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd constantia in rebus arduis, & terribilibus, est pars fortitudinis. In delectabilibus verò, est pars continentiæ. Sed continentia est species constantiæ, secundum quòd constantia importat stabilitatem, in quacunque materia. Et sic potest comprehendi sub magnificentia, non quidem vt pars eius potentialis, vel subiectiua, sed vt aliquid requisitum ad eam per modum partis integralis. Et similiter potest pertinere ad perseuerantiam, vt habetur, 22ᵉ. q. 153. 5. 2ᵐ.

Conti nẽcia. 1. 389 Quòd continentia vt est abstinentia ab omni delectatione venerea, est virtus, non autem quæ est cum prauis concupiscentiis, quibus resistit.

Immo continentia non est virtus, sed aliquid minus virtute, 11ᵉ. q. 58. 1. 2ᵐ. 22ᵉ. q. 14. 3. 1ᵐ.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd continentia sumitur tripliciter, scilicet primo, secundum quòd aliquis habet rectam rationem, cum prauis concupiscentiis, quibus resistit. Secundo prout homo abstinet ab omni delectatione venerea, etiam licita. Tertio, qua quis abstinet ab omni actu illicito. Prima igitur non est virtus, quia non operatur bonum faciliter, & delectabiliter. Sed reducitur ad temperantiam, vt imperfectum ad perfectum. Secunda vero & tertia, est virtus. Sed secunda reducitur ad temperantiam, vt pars subiectiua. Tertia verò, vt pars potentialis, vt habetur, 22ᵉ. q. 155. 1. o. 4. o. 3. d. 33. q. 3. art. 2. q. 1. 1ᵐ.

Secundo dicendum, quòd continentia etiam prima, est virtus, largè sumendo virtutem, scilicet pro omni principio actus laudabilis, vt habetur, 22ᵉ. q. 153. 1. c. fi.

Conti nẽtia. 9. 390 Quòd continentia & perseuerantia, sunt partes constantiæ, firmiter persistentes. Prima contra concupiscentias. Secunda verò contra tristitias.

Oppositum videtur dicere, 22ᵉ. q. 53. 5. 2ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 387.

Conti nentia. 10. 391 Quòd continentia est tantum in voluntate subiectiuè.

Immo non est in vi appetitiua, sed in ratione, 12ᵉ. q. 158. 3. 2ᵐ. 22ᵉ. q. 53. 5. 3ᵐ. 3. d. 33. q. 2. art. 4. q. 2. c.

Immo est in concupiscibili. 1. d. 33. q. 2. art. 4. q. 2. o.

Respondeo dicendum, quòd continentia potest attribui rationi, sicut primo mouenti, & incontinentia concupiscibili, licet vtraque immediatè sit in voluntate, vt in proprio subiecto. 22ᵉ. q. 155. 3. c. fi.

Contin gens. 6. 392 Quòd contingens vt contingens cognoscitur directè à sensu, sed indirectè ab intellectu.

Oppositum videtur dicere. 4. dist. 50. q. 1. 3. o. Quol. 11. q. 1. 3. o.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 551.

Contti tio. 6. 367 Quòd ad contritionem de venialibus, non requiritur propositum non peccandi, sicut de mortali, sed sufficit displicentia eius, & suæ causæ.

Oppositum videtur dicere à simili, de pœna eius qui ad venialia fuit magis immersus. 4. d. 21. q. 1. art. 3. q. 3. o. dist. 46. q. 1. 3. c. Opusc. 12. art. 6.

Respondeo dicẽdum, quòd non requiritur de necessitate, sed est laudabile, vt habetur in locis primo allegatis.

Conuer sio. 1. 399 Quòd conuersio in Deum est triplex, scilicet per gloriam, meritum, & præparationem, quæ requirit triplicem gratiã, scilicet consummatam, habitualem, & operationem Dei.

Oppositum videtur dicere à simili. 2. d. 5. q. 2. 1. o. d. 28. 4. o.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 153. 699.

Corpus. 12. 404 Quòd corpus prius viuum, & postea mortuum, non est idem corpus numero.

Oppositum videtur dicere, 3ª. q. 50. 5. o. Quol. 2. q. 1. 1. o. Quol. 3. 4. 1ᵐ. Quol. 4. q. 5. o. Opusc. 3. c. 155. 157.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 79.

Corre ctio. 6. 405 Quòd existens in peccato mortali, etiam occulto, corrigens ex officio, peccat, non autem corrigens vt frater, nisi propter scandalum.

Oppositum videtur dicere, 22ᵉ. q. 60. 2. 3ᵐ Math. 7. Ro. 2.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 796.

Creatio 4. 407 Quòd Philosophi cõcedũt creationẽ esse, sed ab æterno.

Immo voluerunt motum incœpisse per viam naturæ, id est per generationem. Meth. 12. lect. 5. princ. Lect. 7. princ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 912.

Creatio 17. 409 Quòd creare, requirit potentiam agentis infinitam.

Oppositum videtur dicere à simili. 2. d. 1. q. 1. 3. o. 4. d. 5. q. 1. art. 3. q. 3. 5ᵐ. dist. 8. q. 2. 3. 4ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 352.

Creatio 18. 410 Quòd Deus non potest communicare creaturæ potẽtiam creandi aliquid, virtute propria, & principaliter, nec instrumentaliter.

Immo potest instrumentaliter. 2. d. 1. q. 1. 3. o. 4. dist. 5. q. 1. art. 3. quæst. 3. 5ᵐ.

Respondeo dicendum, dupliciter, Primo, quòd creatura potest agere supra naturam, & cooperari creatori per virtutem diuinam, & agens instrumentale, non autem & agens principale, scilicet non quidem quantum ad illos effectus, qui sunt immediatè à Deo, vt creatio & sanctificatio, sed quantum ad aliquos effectus, qui fiunt mediante creatura, virtute diuina: non autem potest dici, cooperari creatori virtute propria creaturæ, vt habetur. 4. d. 8. q. 2. 3. 4ᵐ. Ma. q. 16. 9. 3ᵐ. Opusc. 1. c. 23.

Creatio 25. Secundo dicendum sicut Dubio. 409.

412 Quòd creatio passiua creatur, non quidem alia creatione, sed seipsa.

Oppositum videtur dicere à simili. 2. d. 27. 2. 1ᵐ.

Creatio 2. Respondeo dicendum, quòd creatur seipsa, non vt terminus creationis, sed vt quo aliud creatur, vt habetur. 1ª. q. 44. 0.

413 Quòd creatio est in instanti.

Immo principium temporis, non est mensura creationis, 1ª. q. 46. 3. 1ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 129.

Creatu ra. 2. Immo creatio mensuratur æuo, vel tempore largè sumpto, scilicet pro numero cuiuscunque successionis. 2. d. 1. q. 1. 6. 3ᵐ. Verit. q. 8. 4. 15ᵐ.

417 Quòd in omnibus creaturis, differũt suppositũ & natura.

Oppositum videtur dicere, 1ª. q. 3. 3. c. 1. d. 25. 1. 3ᵐ. 3. d. 5. q. 1. 3. o. 1. 4. c. 55. 4ᵐ. Potentia. q. 7. 4. c. 9. 2. 1. c. Spiritu. 5. 9ᵐ. Anima. 17. 10ᵐ. Opusc. 32. lectio. 6. o. Opusc. 37. c. 4. Meth. 7. lect. 11. fin. Lib. 8. lect. 3. Lib. 9. lect. vlt.

Credere. 9. Respondeo dicendum, sicut Dubio. 114.

419 Quòd quilibet tenetur explicitè credere articulos fidei, alia verò implicitè.

Immo non tenetur explicitè credere omnes articulos fidei, sed tantum quantum sufficit ad dirigendum in vltimum finem. 3. d. 25. q. 2. art. 1. q. 2. o. q. 3. c. art. 2. q. 3. o. L. Verit. quæst. 14. 11. o.

Respondeo dicendum, quòd ista non repugnant, nisi quis dicat, quòd primum dictum intelligitur de omnibus articulis fidei, cum tamen sanctus Doctor loquatur de articulis indefinitè, sine signo vniuersali. Vel si intelligatur vniuersaliter, tunc debet restringi ad articulos generales, de quibus Ecclesia solennizat, vt habetur. 22ᵉ. q. 2. 7. o. Verit. q. 14. 11. c. fi.

14. 11. c. fi. In secundo verò dicto, accipit articulos largè, scilicet pro omni dicto, de quo est fides.

Damna tio. 4. 421 Quòd damnati blasphemant Deum mente & voce, & in hoc peccant.

Oppositum videtur dicere, 1ª. q. 63. 2. o. Io. 8. lect. 6.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 444.

Damna tio. 22. 425 Quòd obstinatio in damnatis, est perpetua culpa & pœna. Sed non demerentur, quia non sunt in via, sed ad terminos pœnæ deuenerunt.

Oppositum videtur dicere, 4. d. 22. q. 1. 1. 3ᵐ. q. 3. c. 2ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 280.

Damna tio. 11. 426 Quòd bona quæ damnati fecerunt hîc, prosunt eis in inferno.

Immo ex bonis damnatorum quæ fecerunt, non minuetur dolor eorum, sed magis augebitur. 4. d. 43. art. 5. q. 1. 4ᵐ. d. 50. q. 2. art. 2. q. 1. c.

Respondeo dicendũ, quòd prosunt eis in inferno ad mitigationem pœnæ, impediendo ne incurratur, non autem subtrahendo pœnam, nec fortificãdo subiectũ, nec minuendo remorsum conscientiæ, vt habetur in locis primo adductis.

Datio. n. 430 Quòd nulla creatura, potest dare Spiritum sanctum.

Immo homines, & Christus secundum quòd homo, dicuntur dare Spiritum sanctum. 3ª. q. 8. 1. 1ᵐ. 3. d. 13. q. 2. 1. 1ᵐ.

Respondeo dicendum, q; dare Spiritum sanctũ dicitur dupliciter, f. authoritate, & sic est tantum Dei. Et ministerio, & sic homines, & Christus secundum q; homo, dicuntur eum dare, vt habetur. 3ª. q. 8. 1. 1ᵐ. 3. d. 13. q. 2. 1. 1ᵐ. Gal. 3. lect. 2.

Debitũ. 8 431 Quòd Deus nulli est debitor.

Immo Deus est debitor homini, ratione promissi, 2. d. 27. 2. 3ᵐ. 3. 4ᵐ. contra. 2. c. 29.

Respondeo dicendum quadrupliciter, scilicet primo q; debitum vt dicitur. Quol. 5. q. 10. 1. c. sumitur dupliciter, f. secundum se, vt finis, & propter aliud, vt ea quę sunt ad finem. Secundo modo Deus nulli debitor est, quia vt dicitur. 1ª. q. 21. 1. 3ᵐ. debitũ sic importat ordinem exigentiæ vel necessitatẽ alicuius ad quod ordinatur. Sed Deus non ordinatur ad aliud, sed omnia ad ipsum, nec obligatur alteri. 12ᵉ. q. 111. 1. 2ᵐ. Sed primo modo est debitor homini, non vt obligatus ei, sed vt homo ei subijciatur, vt recipiat promissum.

Secundo dicendum, quòd debitum est duplex, scilicet necessitatis, & cõgruitatis, vel vtilitatis, vt habetur, 12ᵉ. q. 99. 5. c. 4. d. 5. q. 2. art. 2. q. 1. 1ᵐ. Secundo modo Deus est debitor, non autem primo modo.

Tertio dicendum, quòd debitum est duplex, scilicet morale, & legale, vt habetur, 12ᵉ. q. 99. 5. o. 22ᵉ. q. 31. 3. 3ᵐ. q. 80. 1. c. q. 117. 5. 1ᵐ. q. 118. 3. 2ᵐ. Opus. 19. c. 9. 19. Primum conuenit Deo, non autem secundum.

Quarto dicendum, quòd Deus est debitor, non vt obligatus ei, sed quia reddit debitum in ordine ad suam sapientiam, & suam voluntatem principaliter. Secundariò autem secundum ordinem vnius creaturæ ad aliam, vt habetur. 1ª. q. 21. 1. 3ᵐ. 4. c. 12ᵉ. q. 114. 1. 3ᵐ. contra. 2. c. 28. 29. Verit. q. 6. 1. c. q. 23. 3. 1ᵐ. 6. 3ᵐ. 6ᵐ. Potentia. q. 3. 16. 17. c.

Defe ctus. 10. 435 Quòd nullus defectus reducitur in Deũ, sicut in causam.

Oppositum videtur dicere. Quol. 4. 4. c. fin.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd causa defectus cõtingit dupliciter, scilicet ex propria intentione, & præter intentionem. Et sic semper oportet causam esse defectuã, non autẽ primo modo. Ideo primo modo conuenit Deo, non autẽ secundo modo, vt habetur. Quol. 4. 4. c. fi.

Secundo dicendum, sicut Dubio. 503.

Deitas. 2. 436 Quòd deitas, non potest supponere pro persona.

Oppositum videtur dicere, 3. d. 8. 3. c.

Respondeo dicendum, quòd deitas in communi accepta, scilicet pro essentia, licet non supponat pro persona, tamen aliquando propriè trahitur ad supponendum pro persona, eo modo quo Magister exponit, vt habetur. 1. d. 8. 3. c.

Delecta tio. 7. 437 Quòd nulla delectatio, est quod optimum.

Immo aliqua delectatio potest esse summum bonum hominis, 11ᵉ. q. 14. 2. o. q. 39. 4. 1ᵐ. 3. d. 38. 2. c. 6ᵐ. 4. d. 49. q. 1. ar. 4. q. 3. c.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo quòd aliquid potest dici summum bonum vel optimum dupliciter, scilicet vel per se, vel per aliud. Nulla ergo delectatio est quid optimum per se, cùm sit propter aliud, scilicet propter operationem. Sed tamen est propter aliud summum bonum hominis, inquantũ accidit beatitudini, quæ est huiusmodi.

Delecta tio. 44. Secundo dicendum, sicut Dubio. 287.

438 Quòd delectatio maximè corrumpit æstimationem prudentiæ, & precipuè in venereis, quia totam animã absorbet.

Immo non ligat totaliter rationem. 22ᵉ. q. 150. 4. 3ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 372.

Dæmon 6. 440 Quòd dæmones vigent acumine scientiæ, & lumen intellectuale in eis est perspicuum.

Immo error est in intellectu dæmonum, 1ª. q. 58. 5. o. 2. d. 7. q. 2. 1. 1ᵐ. Ma. q. 16. 6. o.

Respondeo dicendum, quòd error est in intellectu dæmonum, solùm respectu supernaturalium, & non respectu aliorum, vt habetur in secundis locis.

Dæmon 13. 441 Quòd dæmones, cognoscunt futura contingentia.

Respondeo dicendum, quòd cognoscunt non quidem futura contingentia in se, sed in suis causis, vel per aliqua signa, sicut & cogitationes cordium cognoscere possunt, quæ per aliquos corporis motus manifestantur, secundum Augustinum, sicut & medici cognoscunt. 2. d. 7. q. 2. 1. b. 1. Opusc. 10. c. 38. Opusc. 11. art. 36. o.

Dæmon 37. 444 Quòd in dæmonibus non sunt propriè nisi duo peccata, scilicet superbia, & inuidia.

Immo in dæmonibus est odium, & peccatum in Spiritum-sanctum, & multæ aliæ deformitates peccatorum. 2. d. 43. 6. 6ᵐ. contra. 3. c. 109.

Respondeo dicendum, quòd sub superbia & inuidia, prout sunt in dæmonibus, comprehenduntur omnia peccata, quę ab illis oriuntur, inter quæ est odium, vt habetur. 1ª. q. 63. 2. 3ᵐ. 22ᵉ. q. 36. 4. o. Ma. q. 10. 3. o. Io. 8. lect. 6.

Dæmon 47. 445 Quòd tentatio dæmonum, non semper est peccatũ, quia vitari non potest, sicut vitari potest tẽtatio carnis. Ideo tentatio carnis sine peccato esse non põt, vt patet per glossam.

Immo tentatio carnis, siue primus motus eius, non semper est peccatum. 2. d. 24. q. 3. 2. o. d. 41. q. 2. 1. 3ᵐ. 3. d. 39. q. 2. 1. 4ᵐ. Quol. 21. o.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 375.

Dæmon 71. 446 Quòd dæmones non permittuntur facere omnia quæ possunt naturaliter, nec datur eis potestas faciendi aliquid supernaturaliter.

Immo vxor Loth secundum aliquos, mutata est in statuam salis, mediantibus dæmonibus. Ma. q. 16. 9. 3ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd si vxor Loth, mutata est in statuam salis mediantibus dæmonibus, hoc tamẽ fuit virtute Dei, vt habetur. Ma. q. 16. 9. 3ᵐ.

Dæmon stratio. 3 448 Quòd ex quolibet effectu notiori, potest demonstrari, propriam eius causam esse.

Oppositum videtur dicere. Princ. 23. c. Poster. 1. lect. 2.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 323.

Deno minatio 4. 450 Quòd in respectiuis sit denominatio ab exttinseco, non autem in absolutis.

Immo in relatiuis potest aliquid disponi & denominari per aliquid sui generis, non autem in absolutis. 4. d. 8. q. 1. ar. 1. quæst. 1. 1ᵐ.

Immo nihil denominatur à relatione, quasi ab extrinseco, sed quasi inhærente. contra. 2. c. 13.

Respondeo dicendum, quòd aliquid denominatur respectu alterius dupliciter, scilicet quando respectus est ratio denominationis, & quando non, sed tantum causa. Et sic denominatur ab aliqua forma, ei inhærente, non autẽ primo modo, sed ab extrinseco tantum, vt habetur. Verit. q. 1. 4. 2ᵐ.

Deside rium. 6. 453 Quòd desiderium naturale rationalis creaturæ, est ad cognoscendum genera, species, & rationem omnium rerum, non autem omnia indiuidua, vel futura contingentia, quæ solus Deus in sua æternitate cognouit.

Oppositum videtur dicere, quo ad cognoscendum omnia indiuidua, & futura contingentia, quia homo habet naturalẽ inclinationem ad cognoscendum futura. 1ª. q. 86. 1. o. 12ᵉ. q. 47. 3. 1ᵐ. q 95. 1. 3ᵐ. 2. d. 7. q. 3. 3. 1ᵐ. 4. d. 50. q. 1. 3. o. Verit. q. 2. 5. 6. o. q. 10. 5. o. Quol. 8. vel 11. q. 1. 3. o. Opusc. 29. Aia. 3. lect. 8.

Deside rium. 8. Respondeo dicendum, sicut Dubio. 441.

454 Quòd desiderium animæ beatæ quiescit ex parte appetibilis, non autem ex parte appetentis.

Oppositum videtur dicere, 4. d. 49. q. 1. art. 4. q. 1. o.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 159.

Despera tio. 7. 455 Quòd desperatio est prior timore, sicut ratio & causa eius. Ideo timor consequitur desperationem vincendi.

Oppositum videtur dicere. 12ᵉ. q. 45. 2. 2ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd non semper sequitur desperatio, nisi quando fuerit intensus, vt habetur secundo loco.

Despera tio. 8. 454 Quòd desperatio oritur occasionaliter ex timore Dei, & ex horrore peccatorum, non autem directè.

Oppositum videtur dicere. 12ᵉ. q 25. 3. c.

Respondeo dicendum, quòd oritur ex timore Dei per abusum eius, non autem si quis bene vtatur eo, vt habetur in primo loco.

Deus. 4. 457 Quòd Dei non est demonstratio, nisi per effectum.

Oppositum videtur dicere à simili. Trin. 23. c. Poster. 1. lect. 2.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 448.

Deus. 5. 458 Quòd Deum esse, non est per se notum, sed est primum inter omnia credibilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Immo Deum esse, est per se notum, & Deum esse, & alia huiusmodi, quæ per rationem naturalem possunt esse nota, non sunt articuli fidei, sed præambula. 1ª.q.2.1.2.1ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd Deum esse, est per se notum simpliciter, non autem quo ad nos, vt habetur. 1ª,q.2.1.o. 1.d.3. q.1.2.o. contra.1.c.10.11. Lib.3.c.38.1ᵐ. Verit. q.10. 12.o. Potentia.q.7.2.11ᵐ. Trin.3.6ᵐ.

Deus. 6. 459 Quòd Deum esse, non est nobis naturaliter notum secundum se, sed secundù similitudinem & participationem eius.

Oppositum videtur dicere. 1ª.q.4.2.4ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 458.

Deus. 11. 461 Quòd in solo Deo esse & essentia sunt idem realiter.

Oppositum videtur dicere. 1ª.q.3.3.c. 1.d.25.1.3ᵐ. 3.d.5.q.1.3.o. Potentia.q.9.1.c.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 114.

Deus. 23. 462 Quòd anima attribuitur Deo secundum similitudinem actus.

Oppositum videtur dicere. 1ª.q.4.3.4ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 471.

Deus. 26. 463 Quòd Deus non est genus, nec species.

Oppositum videtur dicere. 2.d.3.q.1.c.fi.

Respondeo dicendum, quòd diuinum esse, est proptium & determinatum, non per additionem alicuius contrahentis, sed per negationé omnis adhibiti, vt habetur. 2.d.3.q.2.1.c.fi.

Deus. 27. 464 Quòd Deus non est in genere, nec in prædicamento per se, nec reductiuè vt principium.

Immo Deus est in genere substantiæ reductiuè, vt mensura & principium omnium rerum, & sicut punctus & vnitas. 1ª.q. 3.5.c.fi.1ᵐ. 2.d.8.q.4.2.3ᵐ. Potentia.q.1.7.1ᵐ. q.7.3.7ᵐ.8.2ᵐ,q. 9.3.3ᵐ. Trin.2.4ᵐ.

Respondeo dicendum tripliciter, scilicet, Primo quòd aliquid est in genere reductiuè dupliciter, scilicet vel tanquam limitatum, determinatum, & restrictum ad illud genus. Vel sine limitatione, determinatione, & restrictione. Et sic secundo modo Deus est in genere, & non primo modo, vt habetur. 1ª.q.4.c.fi.

Secundo dicendum, quòd principium est duplex, scilicet vel intrinsecum, id est de essentia generis, tanquam contentum sub genere. Vel extrinsecum, id est efficiens vel exemplare. Deus ergo est in genere reductiuè, vt principium secundo modo, non autem primo modo.

Tertio dicendum, quòd licet dicatur. Potentia.q.7.3.7ᵐ. quòd Deus est in genere vt principiù, sicut punctus & vnitas, cum vtrunque sit principium limitatum & intrinsecum, tamen ibi comparatio fit, quo ad rationem communem principij, non quo ad rationem principij limitati vel intrinseci, vt habetur. Meth.5.lect.1. secundum Philosophum.

Deus. 31. 466 Quòd in solo Deo sunt idem suppositum & natura, & in omnibus creaturis differunt.

Oppositum videtur dicere. 1ª.q.3.3.c. 1.d.25.1.3ᵐ.3. d. 5.q.1.3.o. contra.4.c.55.4ᵐ. Potentia. q. 9.1.c. Spiritu. 5.9ᵐ. Anima.17. 10ᵐ. Opusc.32. lect.6.o. Opusc.37.c.4. Meth.7.lect.11.fi. Lib. 8.lect.3. Lib.9.lect.11. Anima.3.lect.8.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 114.

Deus. 32. 467 Quòd in Deo non est materia, nec potentia, sed est purus actus.

Oppositum videtur dicere. 1ª.q.4.4.o.

Respondeo dicendum, quòd in Deo non est potentia passiua, sed potentia actiua, vt adducitur Dubio. 494.

Deus. 34 468 Quòd quicquid entitatis, bonitatis, & perfectionis est in creatura quacunque, totum est eminentius in Deo.

Immo non oportet, quòd illud quod est de nobilitate creaturæ, sit de nobilitate creatoris. 1ª.q.4.2.c.3.o.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 326.

Deus. 39. 470 Quòd in Deo non est quantitas.

Oppositum videtur dicere. 1ª.q.42.1.1ᵐ.

Respondeo dicum, quòd magnum dicitur dupliciter, scilicet vel absolutè, id est habens quantitatem continuam quæ dicitur magnitudo. Vel comparatiuè, id est excedens minus. Et sic prædicatur de Deo, non autem primo modo, vt habetur. Potentia.q.8.7.7ᵐ.

Deus. 40. 471 Quòd in Deo est similitudo omnium rerum, secundum formam, & secundum materiam.

Immo nullo modo Deus est similis creaturis. 1ª.q.4.3.4ᵐ 1.d. 19.q.1.2.c. d.35.4.6ᵐ. d.48.1.4ᵐ. contra.1.c.29. Verit.q.2.11.1ᵐ. q.23.7.11ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd Deus est similis creaturis, non quidem similitudine propriè dicta, sed largè, vt etiam adducetur. Dubio. 1146.

Deus. 60. 472 Quòd Deus cognoscit omnia singularia distinctissimè.

Oppositum videtur dicere. 3.d.14.q.2.art.2.2ᵐ. contra.1.c.69.fi.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 477.

Deus. 69 474 Quòd scientia dicit analogicè de scientia Dei, & creaturæ.

Oppositum videtur dicere. 12ª.q.49.4.o. 1.d.35.1.3ᵐ. 3.d.23.q.1. 1.c.1.c.56. 92. Verit.q.1.1.c.

Respondeo dicendum, q, analogia est duplex, s. vel determinatæ habitudinis, vel analogia proportionalitatis, vt habetur. 1.Prol.2.2ᵐ. Veri.q.2.11.c. Secundo modo scientia dicitur analogicè de scientia Dei & de scientia creaturæ, non autem primo modo.

475 Quòd scientia Dei nō est habitus, nec qualitas, nec effectus demonstrationis, vel principiorū, vel habens causalitatem. Deus. 70.

Immo scientia Dei est effectus diuinæ actis, & habet causalitatem. 1.d.38. 1.c.

Respondeo dicendum, quòd scientia Dei habet causalitatem respectu scitorum tantum, secundum quòd consequitur formam diuinæ actis & finem, vt habetur. 1.d.38.1.c.

476 Quòd scientia Dei, non est vniuersalis, nec particularis, nec in potentia, vel habitu, sed semper in actu. Deus. 71.

Immo scientia Dei, est vniuersalissima. 2.d.3.q.3.2.c.fi.

Respondeo dicendum, quòd in secundo Sententiarum, accipit vniuersale largo modo, scilicet pro eo quod se extendit ad multa. Sed in aliis locis, accipit vniuersale proptiè, scilicet pro eo quod in diuersis habet diuersa esse, vt habetur. 1.d.4.2.3ᵐ.d.21.q.2.1.4ᵐ. Ma.q.16.6.16ᵐ. 7.5ᵐ.

477 Quod Deus scit infinita, etiam scientia visionis.

Oppositum videtur dicere. 1.d.39.q.1.1.3.o. 3.d.14.art.2.q. 2.2ᵐ. contra. 1.c.69.fi. Deus. 76

Respondeo dicendum, quod quia scientia visionis Dei, est de omnibus rebus quæ aliquando sunt, ideo accipiendo omnia entia, tam de genere substantiæ, quàm de generibus accidentium, de quibus constat quod erunt infinita, propter infinitas cogitationes, affectiones. & loquutiones, quæ multiplicabuntur in infinitū in beatis & in damnatis, in perpetuum duraturis, etiā remota æternitate generationis ante & post, ideo scientia visionis, Deus scit infinita, sicut intelligit in locis primo allegatis. Si vero accipiantur entia completa & subsistentia, scilicet suppositа, sicut accipiuntur in locis secundo adductis, patet quod sunt finita, si generatio incœpit, nec semper durare debeat. vt fide tenetur.

478 Quod Deus sciuit aliqua quæ nescit, & econuerso. 1ª.q.14. 15.3ᵐ. 1.d.39.q.1.1.o. d.41.5.o. Verit.q.2.13.1ᵐ. Deus. 79

Oppositum videtur dicere, quia scitum est in sciente, vt ipse dicit. 1.d.35.5.3ᵐ.

Respondeo dicendum, quod Deus potest scire quod nescit diuisim, non autem coniunctim. Sed nullo modo potest plura scire, quàm scit, vt habetur in locis primo allegatis.

479 Quod mala pertinent ad scientiam Dei practicam. Deus. 80

Immo pertinent tantum ad scientiam eius specularium. Verit. quæst.3.3.c.

Respondeo dicendum, q, scientia Dei est duplex, s. vel simplicis notitiæ vel approbationis. Secunda est tantum bonorum. Sed prima est etiam malorum, vt habetur. Verit.q.7.8.c.

482 Quod Deus nō pōt videri p essentia in hac vita mortali. Deus. 93.

Immo Paulus & Moyses, viderunt Deum per essentiam. 1ª.q. 12.11.2ᵐ. 22ª.q.174.4.c. 5.1ᵐ. q.175.3.o. q.180.5.c.4.d.49.q.2.7. 4ᵐ. 5ᵐ. Verit.8.5.5ᵐ. 6ᵐ. q.10.11.c.1ᵐ.2ᵐ.q.12.6.12ᵐ. 7.c.9.1ᵐ. 14.c.q.13 2.o. q.18.1.13ᵐ. Isa.1.Ioan.1.lect.11. A. 2ª. Corint.12. Lect.1.2. per totum.

Respondeo dicendū, quintupliciter, scilicet primo, quia quod aliqui dicuntur vidisse Deum, debet intelligi per imaginariam, vel corporalem visionem, per species interius, vel exterius apparentes, vt habetur. contra.3.c.47. princ. Verit.q. 10.11.c. 4ᵐ. Isa.1.princip.c.6.

Secundo dicendum, quod potest miraculosè fieri, quod diuina virtute, aliquis intellectus creatus, non habens nisi dispositiones viæ, eleuetur ad videndum Deum per essentiam. Nec tamen ex tali visione, potest dici beatus simpliciter, sed secundum quid tantum, inquantum scilicet communicat in actu beati, vt habetur. 4.d.49.q.2.2.c.

Tertio dicendum, q, dicitur Dominus loqui ad Moysen, facie ad faciem propter eminentissimū modū clarę visionis, quo Moyses sup alios prophetas vidit, vt habetur. 12ª.q.98.3.2ᵐ.

Quarto dicendum, quòd dicitur quòd quidam vident in speculo æternitatis, non quidem quia ipse Deus dicatur speculum æternitatis, sed ipsæ species quæ sunt in animo prophetæ. Et dicuntur speculum æternitatis, inquantum resultant in eis dispositio sapientiæ æternæ, vt habetur, Isa.6.

Quinto dicendum, sicut Dubio. 486.

483 Quòd Deus non est primū cognitū ab intellectu nostro. Deus. 102.

Immo Deus est primum obiectum intellectus, quia ratio & causa veritatis alicuius obiecti, primo apprehenditur à potentia. 22ª.q.1.1.c. Quol.7.q.2.2.c.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 752.

484 Quòd videre Deum facie ad faciem, est videre eum per essentiam immediatè. Deus. 112.

Oppositum videtur dicere, 1ª.q.12.11.1ᵐ.fi.12ª.q.98.3.2ᵐ.

Deus. 115. 485 Quòd essentia Dei per nullam speciem creatam repræsentari potest.

Immo Deus & angeli cognoscuntur à nobis per species impressas, & non per species abstractas. 1ª.q.12.2.c.13.c.

Immo anima rationalis repræsentat Deum. 1ª.q.12.2.c.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, q, hoc non ostēdit q, Deus videatur in patria per speciem suam. Nam ostensum est, hoc esse impossibile. Sed in via cognoscitur quādoq; Deus, non quidē per speciem à creaturis aeceptā, sed interi' à Deo formatā. Vnde ibidem dicebatur, q, non quęrebatur de visione Dei p essentiā, vt habet. Opus. 72.q.7.

Secundo dicendum, quòd anima rationalis repræsentat Deū, secundum quòd Deus refertur ad creaturas vt causa, & cōseruans, vt habetur. Opus. 61. cap. 47.

Deus. 116. 486 Quòd essentia Dei nō potest videri ab aliquo intellectu creato, siue lumine naturali, idest gloriæ.

Oppositum videtur dicere. Verit.q.10.11.c.1ᵐ.11ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd lux vel lumen gloriæ, potest accipi dupliciter, scilicet vel per modum qualitatis permanentis, sicut lux in igne, aut carbunculo, aut in stellis. Vel per modum passionis transeuntis, sicut lux in aëre, vt habetur. 22ª.q.174.3.2ᵐ. Verit.q.13.2.c. Paulus ergo in raptu, & Moyses, viderunt essentiam Dei sine lumine gloriæ, primo modo, non autem secundo modo.

Deus. 146. 489 Quòd ratio aliqua est voluntaris Dei.

Immo nulla est ratio voluntatis Dei. Verit.q.23.3ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd ratio aliqua est voluntatis Dei, non quidem ex parte eius, sed ex parte voliti propter aliud, vt habetur. 1ª.q.19.5.o.q.23.5.c.1.d.41.3.c.cōtra. 86. Lib.2.cap. 28.29. Lib.3.c.97. Veri.q.6.2.c.q.23.6.6ᵐ. Ephe.1.lect.1.fi.

Deus. 149. 490 Quòd voluntas Dei, est omnino immutabilis, licet effectus eius mutentur.

Immo Deus mutat sententiam. 1ª.q.19.7.2ᵐ.

Respondeo dicendū, quòd Deus mutat sententiam, idest ordinem causarum secundarum, non autem consiliū voluntatis suæ, vt habetur. 1ª.q.19.7.2ᵐ.4.d.45.q.2.ar.2.q.2.1ᵐ.cōt.3. cap.96.fi. Verit.q.6.4.1ᵐ.q.12.11.3ᵐ. He.6.lect.4.post Med.

Deus. 181. 493 Quòd potentia secundum propriam rationem principij operationis conuenit Deo, respectu actionum notionaliū, secundum quas aliqua procedunt secundum rem, non autem respectu aliarum.

Immo principium diciter significare proprietatem, & non essentiam vel potentiam. 1ª.q.36.4.c.

Respondeo dicendum, quòd potentia propriè accipitur pro principio operationes, & sic conuenit Deo. Sed large accipitur pro proprietate consequente naturam rei, vt habetur. 1.dist.4.q.4.1.o.

Deus. 182. 494 Quòd potentia actiua, propriè conuenit Deo, non autem passiua.

Immo potentia Dei non est actiua nec passiua, sed est superactiua. 1 dist.7.q.1.1.3ᵐ. Potentia q.2.1.1ᵐ.

Respondeo dicendum, dupliciter, scilicet primo, q, nullum nomen propriè conuenit Deo, quo ad modū significandi, quia sumitur à modo essendi in creaturis, qui in infinitum distat à modo quo Deus est. Ideo dicit, quòd potentia Dei non est actiua, sed superactiua in creaturis. Tamē quo ad rē significatā potēcia actiua propriè cōuenit Deo, quia omne quod dicit perfectionē absolutē, conuenit Deo, vt habetur. 1ª.q.13.3.o.1.d.8.q.2.3.2ᵐ.d.22.2.o.d.35.1.2ᵐ. contra 1.cap.3ᵐ.

Secundò dicendum, quòd in primo Sentētiarum loquitur de potentia generatiua in diuinis, cui propriè non conuenit ratio potentiæ actiuę, quę habetur. 5.& 9. Methā.5.q. potentia est principiū trāsmutandi aliud, quia in diuinis nō dicit aliud. Nec gnatio ibi est trāsmutatio, sed simplex emanatio

Deus. 194. 496 Quòd cum pater sit principium generationis, & pater & filius sint principium spirationis, in patre erit potentia generandi, & in patre & in filio potentia spirandi.

Immo sicut pater & filius sunt vnus Deus, propter vnitatem formæ significatæ per hoc nomen Deus, ita sunt vnum principium, propter vnitatem formæ significatæ per hoc nomen principium. 1ª.q.36.4.c.fi.

Respondeo dicendum dupliciter scilicet, primo quòd potentia spirandi in vtroque, nō est alia & alia, sed vna & eadem numero, sicut est vnū esse numero, vt habetur. 1ª.q.36.4.7ᵐ.

Secundo dicendum, quòd potentia dicitur principiū, nō quia sit ipsa relatio principij, sed quia est idem quod principium, vt habetur. Potentia.q.1.1.3ᵐ.

Deus. 298. 498 Quòd Deus dispensare non potest, vt homini liceat non subdi ordini eius, etiam in iis, secundum quæ homines ad inuicem ordinant.

Oppositum videtur dicere. 1.dist.47.4.c.

Respondeo dicendū, dupliciter. s. primo, q, Deus potest dispēsare, agendo præter ordinē suę prouidentię, quo ad res subiectas ordini, non autē quo ad rationem ordinis, quæ est in Deo, vt habetur. 1ª.q.105.6.c. contra 3.c.98. Potentia.q.6.1.3ᵐ.

Secundo dicendum, sicut Dubio. 501.

499 Quòd Deus potest reparare virginitatem perditam. Deus. 204.

Immo præteritum non fuisse, non potest fieri etiam ex parte Dei, vt q, mulier corrupta, non fuerit corrupta. 1ª.q.10.5.3ᵐ. q.25.4.o.22ª.q.152.3.3ᵐ. 1.d.42.q.2.1.c.3ᵐ. 2.d.1.q.1.1.7ᵐ. contr. 2.cap.25. Quol.5.1.3.c. Quol.9.vel 10.q.2.1ᵐ. Opusc.9.q.82.

Respondeo dicendum, q, Deus potest reparare virginitatem perditā, quo ad omnem integritatem, non aūt ratione præteriti, quia contradiceret, vt habetur. 1ª.q.25.4.3ᵐ. 22ª.q.152.3. 3ᵐ, 3ª.q.89.3.1ᵐ. 3 d.31.q.1.art.4.q.1.1ᵐ. Quol.5.q.2.1.o.

501 Quòd nihil prohibet esse aliqd in potēcia diuina, quod nō vult, & quod nō contiuetur sub ordine quem statuit rebus. Deus. 216.

Oppositum, videtur dicere. 1ª.q.47.4.c.

Respondeo dicendum, quadrupliciter. s. primo q, Deus potest dispensare, agendo præter ordinem suæ prouidētię, quo ad res subiectas ordini Dei, nō autem quo ad rationē ordinis, q, est in Deo vt habetur. 1ª.q.105.6.c. cōt.3.c.98. Po.ª.q.6.1.3ᵐ.

Secundo dicendum, q, Deus potest agere & dispensare, præter ordinē suæ iustitię, secundū quòd in aliquo opere creato determinatur, nō autē secundum quòd iustitia Dei, est ordinatio voluntatis eius in eo, vt habetur. 1.d.43.q.2.2.1ᵐ.

Tertio dicendum, q, diuina potentia non est ita ordini eius alligata, quin possit quandoque præter ordinem causarum secundārū aliquid agere, cum sibi placuerit, vt patet in operibus miraculosis, vt habetur. 1ª.q.25.5.c. Potentia q.1.5.c. Opusc.10.art.1.17.

Quarto dicendum, sicut Dubio. 498.

502 Quòd Deus potest facere vniuersum, & quamlibet creaturam meliorem quàm fecerit. Deus. 219.

Immo vniuersum, non potest esse melius. 1ª.q.25.6.3ᵐ.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primò, q, Deus potest facere vniuersum, & quamlibet creaturam, meliorem quàm fecerit, bonitate accidentali, & non essentiali, quia transcenderet limites suæ speciei, vt habetur. 1ª.q.25.6.o.1. d.44.1.o.3.d.13.art.2.q.2.2ᵐ.3ᵐ. Potentia q.3.16.c.17ᵐ.

Secundo dicendum, quòd licet Deus non possit facere quālibet creaturam meliorem bonitate essentiali, potest tamen facere qualibet re creata, aliam meliorem bonitate essentiali & accidentali, vt habetur. 1ª.q.25.6.o.1.d.44.1.3.c.

503 Quòd Deus est causa peccati. Deus

Immo mali culpæ, nullo modo Deus est causa. 1ª.q.48.6.c.q. 49.2.o.q.63.5.c.fi. 224.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd Deus est causa peccati, quo ad substantiam actus, non autem quo ad deformitatem, vt habetur. 12ª.q.79.1.o.q.80.1.c.22ª.q.6.2. 2ᵐ.1.d.40.q.4.2.c.d.42.q.2.1.o.2.d.34.3.c.dist.37.2.o.q.3.1.3ᵐ.3. d.23.q.3.2.6ᵐ. contra 3.cap.162. Verit.q.3.4.5ᵐ. Potentia.q.1.6. 5ᵐ.q.3.6.2.1ᵐ. Ma.q.3.1.2.o. Ro.11.lect.5.circa fin.

Secundo dicendum, sicut Dubio 435.

507 Quòd differentia complet essentiam generis. Differētia.

Immo genus per se sumptum, non potest prædicari de differentia, prædicatione per se, nec econuerso. Meth.3.lect.8.

Respondeo dicendum, quòd complet essentiam generis Physici, vel determinando genus logicum ad speciem, non autem in se considerata.

508 Quòd differre propriè est semper per aliud, & est relatiuū. Differre

Sed diuersum est absolutum, & seipso vel alio. Ideo omne differens est diuersum, & non econuerso. 1.

Immo qualiscumque formarum multitudo, facit differentiā. Sed diuersitas fit solū per formas subst̄atiales. Po'.q.9.8.1ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd diuersitas propriè, fit solum per differentias substantiales, idest essentiale, sed impropriè fit per alias.

509 Quòd differre specie, contingit dupliciter, scilicet vel in diuersis speciebus completis, vel secundum diuersos gradus, in generatione eiusdem speciei. Differre 3.

Oppositum videtur dicere. 2 d.15.q.1.1.2ᵐ. Meth.7.lect.9.luc.8.

Respondeo dicendum, quòd quando de ratione imperfecti est gradus imperfectus, facit differre specie, non autem quando non est de ratione eius.

510 Quòd opera virtutum sunt difficilia. Difficile.4

Immo opera virtutum, sunt facilia. 4.dist.14.q.2.2.5ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd opera virtutum dicuntur difficilia, quia sunt supra vires, non habentiū virtutes, non autem propter laborem, vel tristitiam. Et etiam quia quidam abundant sensu, & deficiunt intellectu, & plures sequuntur operationem sensus, vt habetur. 12ª.q.71.1.c.q.107.4.c.3. dist.27. q.2.2.6ᵐ. dist.30.4.6ᵐ. contra.3.cap.26. Psal.19. circa Med.

Diffinitio.3. 511 Quòd cum demonstratur causa per effectum, necesse est vti effectu, loco diffinitionis causæ.
Oppositum videtur dicere. Trin.23.c.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.448.

Dimensio 3. 515 Quòd dimensio corrumpitur tripliciter, scilicet per additionem, diuisionem, & diminutionem.
Immo magnum per additionem vel diminutionem vel diuisionem, non tollunt essentiam dimensionis. $3^{a}.q.77.8.4^{m}$.
Immo nec per diuisionem fit aliquid de nouo in dimensione. 3.dist.21.q.1.art.1.q.2.5^{m}.
Respondeo dicendum, dupliciter, scilicet primo, quòd dimensio, seu quantitas dupliciter potest considerari, scilicet quo ad esse, idest quo ad rationem diuisibilitatis eius, seu quo ad essentiam eius, idest quantum ad dimensiones interminatas. Secundo quo ad certam rationem mensuræ, seu quo ad determinationẽ eius. Secundo modo corrumpitur tripliciter, nõ autẽ primo modo, vt habetur. Meth.5.lect.14.fi.
Secundo dicendum, quòd si fuerit diminutio sufficiens, tunc dimensio corrumpitur, non autem si fuerit insufficiens, vt habetur in primis locis adductis.

Dispensatio.7. 518 Quòd omnia præcepta decalogi, sunt omnino indispensabilia, etiam d Deo.
Immo in præceptis primę tabulæ decalogi, nec Deus, nec homo potest dispẽsare, sed in præceptis secũdæ Tabulæ solus Deus dispensat. $12^{s}.q.100.8.0.12^{s}.q.104.4.2^{m}$. 1.dist.47.4.c.3. dist.37.4.0. Ma.q.3.2.17^{m}.q.15.1.8^{m}. Quol.1.q.9.art.2.1^{m}.
Respondeo dicendum quadupliciter, scilicet primo, q̃ præcepta in communi continentia intentionem legislatoris, scilicet conseruationem boni communis, vel ordinem iustitiæ & virtutis, vt omnia præcepta decalogi, sunt omnino indispensabilia, nõ autem alia, vt habetur. $12^{s}.q.100.8.0$.
Secundò dicendum, quòd præcepta secundæ Tabulæ, secundũ quòd pertinent ad virtutem, sunt omnino indispensabilia, etiam à Deo. Sed quantum ad solitum modũ virtutis, possunt à solo Deo dispẽsari, vt habetur. $12^{s}.q.104.4.2^{m}$.
Tertio dicendum, quòd Deus potest dispensare in aliquo cõtra præcepta secundæ Tabulæ, remouendo dispositionem contrariam præceptis illis, non autem remanente illa, vt habetur. 3.dist.37.4.3$^{(0)}$.
Quarto dicendum, quòd Deus potest dispensare in eis, remouendo ab actu rationem indebiti, non autem remanente ea, vt habetur. $12^{s}.q.100.8.3^{m}$.

Dispositio.13. 522 Quòd habitus vel dispositio non sunt in Deo, nec in angelis, nec in cœlis, nec in elementis.
Oppositum videtur dicere. $12^{s}.q.50.6.0.q.51.1.1^{m}$.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.167.

Dolor.1. 530 Quòd dolor est passio animæ, in appetitu sensitiuo, vel intellectiuo.
Oppositum videtur dicere. Verit.q.26.4.4^{m}.
Respondeo dicendum, quòd dolor est in appetitu sensitiuo, vel intellectiuo improprie. Nam proprie dolor non est passio animę, quia nihil habent ex parte animæ, nisi apprehensionem, vt habetur. Verit.q.26.4.4^{m}.

Dolor. 10. 531 Quòd impossibile est aliquam tristitiam, vel dolorem, esse summum malum.
Oppositũ videtur dicere à simili. $12^{s}.q.37.4.0$. Ma.q.2.10.0.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.837.

Ebrietas 7. 534 Quòd ebrietas sine peccato, tollit culpam actus sequẽtis, sicut fortè accidit de Loth, & Noë.
Immo Loth culpãdus est, secundũ Augustinũ. $22^{s}.q.150.4.c.fi$.
Respondeo dicendum, q̃ Loth culpandus est, nõ quantũ ille incestũ, sed quãtũ ebrietas meruit, vt habetur. $22^{s}.q.150.4.c.fi$.

Ecclesia. 8. 535 Quòd in casu necessitatis, licet vendere, aut emere terram, vbi quondam fuit ecclesia.
Immo annexum spirituali, non potest vendi vel emi, quia est simonia. $22^{s}.q.100.4.4^{m}$. 4.dist.25.q.3.3.3^{m}.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.1.

Effectus. 9. 538 Quòd nullus effectus, est de specie suæ causæ.
Oppositum videtur dicere à simili, q̃a ignis causat ignẽ eundẽ in specie, & homo hominem. 2.d.20.q.2.3.c. $Po^{a}.q.7.2.c.fi$.
Respondeo dicendũ dupliciter. Primo q̃ effectus nõ differẽs ab essentia suæ causæ vt ignis in ordine ad ignẽ, à quo immediatè causatur, est de specie suę causę. Sed effectꝰ differẽs ab essẽtia suæ causæ, nõ est de specie suæ causæ. Sed põt esse de perfectiõe accidẽtali speciei, sicut & in rebus naturalibꝰ, aliqd speciẽ sortit, si formã habeat, etiã si desit formæ effectus. sicut patet in graui, qd violẽter sursũ detinetur, ne descẽdat, secũdũ exigẽtiã suæ formæ, vt habeꝫ. $22^{s}.q.110.1.c.fi$.
Secundo dicendum, q̃ pertingens ad speciem suæ causæ, non consequitur prædicationẽ vniuocam nominis suæ causæ, nisi recipiat formã eandem specie, secundum eundem modum essendi, vt habetur, cõ. 1.c.32.2^{m}. $Po^{a}.q.7.7.c.$ prin. 10^{m}.

Electio. 541 Quòd electio pertinet determinatè ad vnam potentiam, scilicet ad voluntatem.
Immo electio pertinet ad intellectum. $12^{s}.q.13.1.2.0$.
Respondeo dicendum, quòd electio pertinet determinatè ad vnã potentiam, scilicet ad voluntatẽ, sed in ordine ad intellectũ, vt habetur. $1^{a}.q.83.3.c.12^{s}.q.13.1.2.0.q.17.1.c.q.58.1.2^{m}$. 4.c.$22^{s}.q.155.3.c.3^{a}.q.18.4.c.1.$ d.$41.2.1^{m}$. 2. d.24.q.1.2.0.d.38.3.5^{m}. d.40.2.c.3.d.33.q.1.ar.4.q.2.1^{m}. 4.d.4.q.1.ar.3.q.2.c. Verit.q.22. 13.16^{m}. 15.0.q.26.6.c. Eth1.3.lect.6.9.0. Lib.6.lect.2.fi.
543 Quòd eleemosynæ non sunt recipiendæ à peccatoribus. Eleemosyna.9.
Immo eleemosyna põt fieri de turpi lucro. ſ. de meretricio, lenocinio, & hystrionatu, non autẽ de obnoxiis restitutioni. $22^{s}.q.31.3.3^{m}$. q.32.7.0.8.2^{m}. q.62.5.2^{m}. q.87.2.2^{m}. q.110.3.4^{m}. 4. d.15.q.2.art.4.q.2.3.0. Quol.12.30.c. Opusc.37.cap.17.
Respondeo dicendum, q̃ ille qui dat eleemosynam, quando dat vt foueatur in peccatis, vel quando dat, vt aliquem inducat ad hæresim, mortaliter peccat propter intentionem corruptã, vel quia est obnoxiũ restitutioni, nec habet alia vnde restituat. Et tales eleemosynæ non sunt recipiendæ, vt habeãt in locis pro vtraque parte allegatis.
545 Quòd Adã videbat Deũ in ænigmate, idest obscurè, scilicet per effectus, nõ autẽ obscurè, scilicet propter occupationem sensuum & sensibilium causatã ex peccato, sicut nos. Enigma 1.
Oppositum videtur dicere. $1^{a}.q.94.3.1^{m}$.
Respondeo dicendũ dupliciter, scilicet primo quòd simul in effectibus, præcipuè intelligibilibus Deum suo modo sine medio demõstrationis cognoscebat in enigmate. i. obscurè
Secundo dicendum, sicut Dubio.485.IIII.
546 Quòd priuationes, negationes, & non entia, sunt entia rationis tantũ. Ens.5.
Immo in multitudine importat realis relatio. 1.d.24.q.1.3.2^{m}.
Respondeo dicendum, quòd multitudo simpliciter, siue transcendens, addit supra ens, duplicem negationem. ſ. vnam realem, & aliam per intellectum aggregantem, quæ non est in diuinis, vt habetur. 1.dist.24.q.1.3.1^{m}. 4^{m}. 5^{m}.
548 Quòd ens includitur in quolibet apprehenso. Ens.6.
Oppositum videtur dicere. 3.dist.11.2.2^{m}. 4. dist.12.q.1.art.1. 2^{m}. Potentia.q.7.3.c.prin.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.300.
549 Quòd ens prędicatur analogicè, de substantia & accidẽte. Ens 10.
Immo ens & vnum, æqualiter prædicantur de omnibus. Meth.10.lect.4.
Respondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, quòd duplex est analogia Quædam est ipsorum conceptuum ad ipsum nomen tantum, quod scilicet nomen, significat vnum conceptum ex impositione, & significat alterum per quandam similitudinẽ, non tamen ex impositione, sicut ridere significat risum hominis ex impositione, sed tamen ex quadam proportione significat floriditatem prati. Et talis analogia eausat fallaciam. Alia est analogia ipsãrũ rerum ad vnum conceptũ, seu ipsorum conceptuũ ad vnum nomen, quod impositũ est ad significandum illos cõceptus, ordine tamẽ quodam. Et talis analogiæ triplex est gradus, secundũ Philosophũ Ethicorum primo, & Metaphysicæ quarto. Nam quædã est analogia aliquorũ, ad vnũ principium effectiuũ. Alia est analogia aliquorum ad vnũ finem. Tertia vero est aliquorũ ad vnum subiectũ. Exemplũ primi, secundũ Philosophũ, est de medicatiuis. Exẽplum secundi, est de sanatiuis. Exemplũ tertij, est de entibus. Ens igitur cũ dicatur de aliquibus ordine quodã, per respectum ad aliquod vnũ prædicatur de subsstantia & accidente, nõ quidẽ pure æquiuocè, nec omnino vniuocè, sed analogicè, cũ accidens non habeat esse, nisi à substãtia, quia accidens est magis entis, quàm ens, vt dicitur septimo Metaphysicæ. Analogica eñ prædicatio est media inter putã æquiuocationẽ, & simplicẽ vniuocationẽ. Neque enim in iis quæ analogicè dicuntur, est vna ratio sicut in vniuocis, neq; totaliter diuersa sicut in æquiuocis, sed nomẽ quod sic multipliciter dicitur, significat proportiones ad vnũ, sicut sanum de vrina dictũ, significat signũ sanitatis, de medicina vero dictũ, significat causam eiusdẽ sanitatis, vt à simili habetur. $1^{a}.q.13.5.c.fi$. In analogica autẽ prędicatione, ordo attenditur idẽ quandoq; secundũ nomen & rationem, quandoque vero, non idem. Nã ordo nominis, sequitur ordinẽ cognitionis, quia est signũ intelligibilis conceptionis. Quando igitur illud quod est prius ſ. secundũ rem, inuenitur etiam prius cognitione, idẽ inuenitur etiam prius, & secundum nominis rationem, & secundum rei naturam, sicut substantia est prior accidente natura, inquantũ substantia est accidentis causa, & prior cognitione, inquantum substantia in diffinitione accidentis ponitur. Et ideo per prius dicitur de subsstantia, quàm de accidente, & secundum naturam, & secundum nominis rationem. Quando vero id quod est prius secundum naturam, est posterius secundum cognitionem, tunc in analogis nõ est idem ordo secundũ rem, & secundũ nominis rationem, sicut virtus sanãdi, quæ est insanitiuis, prior est naturaliter sanitate, quæ est in animali, sicut causa est prior effectu. Sed quia hanc virtutẽ per effectum cognoscimus, ideo etiam per effectum nominamus. Et inde est, quòd sanatiuum est prius ordine rei, sed animal per prius sanum dicitur, secundum nominis rationem, vt habetur, contra 1. cap.34. Nec est necessarium, quòd ad verum analogum, requiratur diuersitas rationum immediatè significatarum per terminum analogum, alias non posset dari analogia aliquorum, ad vnum conceptum tertium, quod est contra id quod habetur, contra 3.cap.43. Potentia q.7.7.c. Sed sufficit quòd per terminum analogum significetur vna ratio, quæ tamen diuersimode participetur ab analogatis.
Secundò dicendum, quòd ilta propositio, scilicet ens & vnũ æqualiter prædicantur de omnibus, est triplex. Nam coniunctio & vno modo potest coniungere inter propositiones, vt sit sensus. Ens prædicatur æqualiter de omnibus, & vnum prædicatur æqualiter de omnibus. Et sic quia ambæ illæ propositiones sunt falsæ, ideo tota copulatiua est falsa. Alio modo potest coniungere inter terminos, vt sit sensus. Ens & vnum prædicantur æqualiter de omnibus. Et sic est vera. Est enim sensus, quòd ens & vnum prædicantur equaliter, idest, eodem modo prædicantur de omnibus, ita q̃ si vnum prædicatur analogicè, & alterum, si vnum vniuocè, & alterum, si vnum æquiuocè, & alterum. Alio modo potest determinare æqualiter illam particulam de omnibus, vt sit sensus. Ens & vnum prædicantur de omnibus æqualiter, quia vnum eorum non prædicatur per prius de vno, quàm de altero. Et sic est falsa. Vnde ibi committitur fallacia diuisionis.
Ens.11. 550 Quòd ens participaliter & adiectiuè prædicatur pluraliter de tribus personis diuinis, substantiuè verò, singulariter tantum.
Oppositum videtur dicere à simili. 1.dist.11.4.0. dist.29.4.2^{m}.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.1133.
Enuncia tio.2. 551 Quòd omnis enuntiatio affirmatiua in materia naturali est vera, & negatiua falsa. Sed in materia remota est econuerso. In contingenti autem quælibet vniuersalis est falsa, & particularis & indefinita est vera.
Oppositum videtur dicere. Poster.lect.9.prin.
Respondeo dicendum, dupliciter, scilicet primò, quòd propositio vniuersalis in materia contingenti, potest accipi dupliciter, scilicet vel in omni tempore, & in casu possibili, vel in aliquo tempore, & aliquo casu. Primo modo est falsa. Non autem secundo modo.
Secundo dicendum, quòd aliquę propositiones sunt, quę simpliciter sunt in materia contingenti, vt omnis homo currit. Et quædam quæ respectu sui subiecti expressi, sunt materia contingenti. Sed respectu subiecti impliciti, sunt in materia naturali, vt omnis homo est coloratus: primę sunt falsæ, non autem secundæ.
Episcopus.8. 552 Quòd episcopus potest iudicare eos solùm, qui sunt de sua diœcesi.
Immo episcopus potest condemnare etiam eos qui sunt alterius diœcesis. $22^{s}.q.70.1.3^{m}$.
Respondeo dicendum, q̃ episcopus in cuius diœcesi aliquis alterius diœcesis delinquit in re non exempta, sit ei superior, ratione delicti, etiam si sit exemptus, nisi fortè delinquat in re aliqua exempta, puta in administratione bonorũ alicuius monasterij exẽpti. Sed si aliquis exemptus committat furtum, vel homicidiũ, vel aliquid huiusmodi, potest per ordinariũ condemnari, vt habetur. $22^{s}.q.67.1.3^{m}$.
Equitas. 1. 556 Quòd æquitas est pars iustitiæ, & continetur sub epiicia.
Immo est eadem ei. $22^{s}.q.120.1.c$.
Respondeo dicendum, q̃ est eadem ei, vt lege determinatur, sed est pars eius vt accipitur iustitia in communi, vt habetur. $22^{s}.q.1.1^{m}$.
Esse.10. 559 Quòd esse, est prius omni alia participatione, & omni alio nomine Dei.
Et est nobilius. $1^{a}.q.4.1.3^{m}$. 2.3^{m}. $12^{s}.q.2.5.2^{m}$. 1. dist.19.q.1.2.3^{m}. q.2.2.b.2. Ver.q.20.2.3^{m}. q.22.6.1^{m}. 11.16^{m}. Potentia.q.7.art.2. 9^{m}. Dio.5.lect.3.
Immo illud quod est communius prædicatione, est imperfectius minus communi. Ver.q.7.6.7^{m}.
Respondeo dicendum, q̃ esse potest accipi dupliciter, scilicet vel sine aliis in rebus inanimatis, & alia includunt ipsum. Et sic esse, est imperfectius aliis, sicut omne magis communeminus communi. Vel potest sumi esse, & alia seorsum, sine inclusione. Et sic est perfectius aliis.
Esse.16. 560 Quòd esse capitatum, & esse corporeum, & esse animatũ, pertinent ad personam Sortis. Sed ex iis non fit nisi vnum esse in Sorte.

Oppositum videtur dicere, quia in generatione animalis & hominis, in quibus est forma perfectissima, sunt plures formæ, & generationes intermediæ, & per consequens plura esse contra 2.cap.89. Meth.5.lect.2.o.
Respondeo dicendum, quòd in illis generationibus successiuè sunt plura esse, sed in introductione vltimæ formæ, est tantum vnum esse, continens virtualiter omnia præcedentia esse, vt habetur. contra 2.cap.89.
562 Quòd nec esse comparatur ad alia, sicut recipiens ad receptum, sed econuerso, quia est actualitas omnium. Esse. 29.
Immo semper illud quod substernitur in rebus, est communius, quàm id quod informat & restringit ipsum, sicut esse quàm viuere. $1^{a}.q.65.3.c$.
Respondeo dicendum, quòd prædicari de aliquo, contingit dupliciter, scilicet essentialiter, & participatiuè. Ideo esse quod informatur ab his, de quibus prædicatur essentialiter, etiam substernitur eis secundum rationem, vt indeterminatum determinanti, non quidem secundum rem, quia sunt idem realiter, vt esse & viuere, sed informat secũdum rem omnia de quibus prædicatur participatiuè, quia differunt realiter, vt habetur. Quol 2.q.2.1.c.
566 Quòd ad probandum aliquid esse, oportet vti pro medio quid nominis, non autem quid rei, quia quod rei sequitur quæstionem an est. Esse. 28.
Immo oportet scire quid rei. Trin.23.c.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.448.
568 Quòd in qualibet creatura, differunt esse & essentia, operatio, & potentia, vel virtus operatiua. Esse. 29.
Oppositum videtur dicere, $1^{a}.q.3.3.c.3$. dist.5.q.1.3.o.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.114.
570 Quòd æternitas excludit principium durationis. Eternitas.4.
Oppositum videtur dicere. Potentia.q.3.13.14.o.
Respondeo dicendum, quòd æternitas excludit principium durationis, non autẽ principiũ originis. Ideo aliquid quod est ab alio, potest esse æternum, vt habetur. $1^{a}.q.42.2.2^{m}$. 1. dist.9.q.2.1.2^{m}. Potentia.q.3.13.o.14.17^{m}. q.10.1.16^{m}.
572 Quòd æternitas significatur pluraliter. Eternitas.6.
Immo æternitas significatur singulariter, cum non habeat partes. $1^{a}.q.10.1.3^{m}$.
Respondeo dicendum, quòd æternitas significatur pluraliter, vel quia participatur in multis, vel propter mensuram inferiorem, scilicet propter tempus, vt habetur. $1^{a}.q.10.3.1^{m}$. 1.dist.19.q.1.$1.2.2^{m}$. 2.dist.2. L.3. dist.26. L.1^{m}. Ro.10.fi.cap.16. lect.2.fi. Eph.2.lect.1.prin.
575 Quòd forma eucharistiæ conuenienter significatur, scilicet in facto esse, non autem in fieri. Eucharistia.50.
Oppositum videtur dicere à simili, quia illud quod fit, est. 2. dist.1.q.1.2.3^{m}. 4.dist.3.q.$5.2.5^{m}$.
Respondeo dicendum, quòd illud quod fit, non est eo modo quo fit, vt habetur. 4. dist.10.art.2.q.2.2^{m}. contra 2.cap.17.fi. Quol.7.9.4^{m}. Sed dicitur q̃ illud quod fit, est impropriè. Nulla, enim res permanens, potest simul fieri, & facta esse, si fieri, propriè sumatur. Sed quædam sunt, quæ significant ipsum factum esse, per modum fieri, sicut cum dicitur motus terminari. Simul, enim terminatur, & terminatus est. Et similiter simul illuminatur, & illuminatum est, eo q̃ illuminatio est terminus motus. Et similiter etiã forma substãtialis, simul recipitur, & recepta est. Et similiter aliquid simul creatus, & creatum est, vt habetur. 2.dist.1.q.$1.2.3^{m}$.
576 Quòd hæc conuersio panis in corpus Christi, importat ordinem subsstantiarũ. Ideo est sicut in subiecto in vtraque. Eucharistia.64.
Immo hæc conuersio, non habet subiectum. 3.q.75.4.2^{m}. 5.4^{m}. $7.6.8.c.2^{m}$. 4^{m}.
Respondeo dicendum, quòd hæc conuersio dicitur habere subiectum, sed non propriè, vt habetur. $3^{a}.q.75.5.4^{m}$.
577 Quòd forma subsstantialis panis, & vini, conuertitur in animam Christi. Eucharistia.67.
Oppositũ videtur dicere, 4.d 11.q.1.ar.1.q.3.2^{m}. Quol.5.q.6.1.1^{m}.
Respondeo dicẽdum, quòd verum est q̃ forma subsstantialis panis & vini, conuertitur in animam Christi, vt dat esse corporeum, non autem vt dat esse animatum tali anima, vt habetur. $3^{a}.q.75.6.2^{m}$. 4.dist.11.q.1.art.3.q.1.c.fi.
584 Quòd quicquid est effectus passionis Christi, est effectus eucharistiæ. Eucharistia.177.
Oppositum videtur dicere. 4.dist.2.q.1.2.1^{m}.
Respondeo dicendum, q̃ eucharistia ordinatur ad vltimum effectum passionis Christi, quasi completissimè ab ea efficaciam habens. Vnde per baptismum datur primus actus vitæ spiritualis sed per eucharistiã datur complementum eius, vt habetur. $3^{a}.q.79.1.8.c.2^{m}$. 6.2^{m}. 4.dist.2.q.1.2.1^{m}.
588 Quòd dictio exclusiua, addita vni relatiorum, excludit aliud, & omne quod est in alio supposito. Exclusio.5.
Oppositum, videtur dicere. $1^{a}.q.13.7.6^{m}$.

Universidad de Deusto Biblioteca

Respondeo dicendum, quòd in diuinis dictio exclusiua, addita vni personæ, in prædicatis personalibus excludit aliã, non autem in prædicatis essentialibus, vt habetur. 1.q.31.4.o.q.36.2.1^{m}. contra 4.cap.25.Potentia q.10.4.12^{m}. Matth. 11. Rom.cap.vlt.Lect.2.fi.

Exẽptus. 1. 589 Quòd exemptus peccans in re non exempta, potest ab ordinario iudicari.

Oppositum videtur dicere. 22^{e}.q.60.2.c.6.o.q.8,5.3^{m}.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.552.

Exorcismus.3. 591 Quòd exorcizare pertinet ad sacerdotẽ, & ad exorcistam. Immo pertinet tantum ad sacerdotem, sicut & benedicere aquam baptismalem. 3^{a}.q.67.3.2^{m}.

Respondeo dicendum: quòd exorcizare est proprium officiũ exorcistæ instrumentaliter. Sed secundum cõsuetudinem, totum sit à sacerdote, propter vnitatem. 3^{a}-q.71.4.c.1^{m}.2^{m}. 4.dist.6.q.2.art.3.q.3.o.

Ezperiẽtia.2. 593 Quòd experientia in operabilibus non est, potentia, & nõ solùm causat scientiam, sed etiam habitum, qui facit operationem virtutis vel vitij faciliorem, propter consuetudinem quæ est quasi altera natura, secundum Philosophum. Immo experimentum, est experimentalis potentia. Met. lec.1. Respondeo dicendum, quòd est experimentalis potentia, id est aptitudo ad faciliter operandum, non autem potentia propriè dicta.

Falsitas. 8. 594 Quòd res dicitur simpliciter vera vel falsa, tantum ab intellectu, à quo dependet, vt res naturalis, ab intellectu diuino, & artificialis à nostro. Immo res dicitur vera vel falsa, à seipsa. 1^{a}.q.17.1.c.1.Peri.lec.3. Respondeo dicendum, quòd res naturales dicuntur falsæ, nõ quidem per se, sed per accidens, & secundum quid, respectu intellectus nostri dupliciter, scilicet ratione significati, & secundum rationem causæ, vt habetur. 1^{a}.q.17.1.c.1.dist.19.q.5.1.Veri.q.1.4.Meth.5.lect.fi. dicuntur autem res aliquę veræ vel falsæ, per comparationem ad intellectum nostrum, non quidem essentialiter vel formaliter, sed effectiuè, inquantum, si natæ sunt, facere de se, veram vel falsam æstimationem. Et secundum hoc dicitur aurum verum, vel falsum, vt habetur. Periher. lect.3.

Fama. 1. 595 Quòd fama bona sit nobis necessaria propter nos, quia est præcipuum bonum inter exteriora bona, quia facit idoneum ad officia humana, & præseruat à peccatis. Et est necessaria propter alios, ne scandalizentur, & malum exemplum sumant ad peccandum.

Immo appetere famam propter se, pertinet ad inanem gloriam, sed appetere eam propter alios, pertinet ad charitatẽ quia nõ est necessaria propter nos, sed propter alios. Quol. 9. vel 10.q.6.2.c.1^{e}.Cor.4.lect.1.à med.1^{e}.Cor.6.lect.2.à med.

Respondeo dicendum, quòd illi quibus incumbit, vel ex officio, vel ex statu perfectionis, aliorum saluti prouidere, peccant, nisi in famiam propriam iuxta posse repellant, & famam seruent. Alij verò quibus magis custodia suæ salutis imminet, ponunt suę humilitati prouidẽtes, famam vel infamiam contemnere, vt habetur. Quol. 10.q.6.2.c.

Fœminînum.1. 598 Quòd fœminînũ genus, adaptatur essentię diuinæ & proprietatibus, masculinum personis, & neutrum essentiæ. Immo per masculinum, & fœmininum, significatur aliquod suppositũ determinatum, in natura cõmuni. 1^{a}.q.31.2.4^{m}.fi. Respondeo dicendum, quòd in diuinis etiam per ea significatur aliquod suppositum determinatum, sed sub eodem esse, in natura communi, vt habetur. 1^{a}.q.36.4.7^{m}.

Festũ. 8. 599 Quòd peccans in festo, magis facit mysticè contra tertiũ præceptum decalogi, quàm ad literam aliquod opus corporale licitum, facit in eo.

Oppositum videtur dicere. 4.dist.31.art.5.q.2.q.3.1^{m},

Respondeo dicendum, sicut Dubio.345.

Fides.5. 601 Quòd fides est substantia, idest, fundamentum totius spiritualis ædificij.

Oppositum videtur dicere, quia humilitas est fundamentum totius spiritualis ædificij. 22^{e}.q.4.7.o.q.161.2^{m}.

Respondeo dicendum, quòd humilitas est fundamentũ per modum remouentis prohibens, sed fides est fundamentũ per modum accessus ad Deum, vt habetur. 22^{e}.q.1.5.2^{m}.

Fides.19. 602 Quòd obiectum fidei, bene & vere potest dici complexum & incomplexum.

Immo qui dixerunt, obiectum fidei esse incomplexum, propriam vocem ignorauerunt. 3.dist.24.art.1.q.2.c.

Respondeo dicendum, quòd ratio formalis obiecti dupliciter accipi potest, scilicet ex parte rei creditæ, & ex parte credẽtis. Primo modo obiectum fidei est aliquid incomplexum. Secundo autem modo, est complexum, vt habetur. 22^{e}.q.1.2.o.6.2^{m}.1.dist.41.L.3.dist.24.art.1.q.2.o. cõtra 1.c.7.Ver.q.14.8.c.5^{m}.12^{m}.12.c.

Fides 26. 603 Quòd ex vno articulo fidei, probatur alius, sicut Paulus argumentatur ad resurrectionem, ex resurrectione Christi.

Immo theologia non argumentatur ad principia sua probãda, quæ sunt articuli fidei. 1^{a}.q.1.5.2^{m}.7.8.c. Opusc.72.q.16.

Respondeo dicendum, quòd nõ ita intelligitur, quin resurrectio communis sit articulus fidei, cum in symbolo Apostolorum ponatur inter articulos fidei. Vnde resurrectio probari non potest, licet per vnum articulum, alius defendi possit apud illum, qui vnum concedit, alio negato, vt habetur. Opusc.72.q.16. Inde est, q^{o} articuli fidei, & si non possint demonstratiuè probari, possunt tamen per rationem declarari, non esse impossibiles, vt habetur. Opusc.59.cap.1.

604 Quòd errans in aliquo articulo fidei, non habent vera n Fides 27. fidem de aliis.

Oppositum videtur dicere. 3^{a}.q.68.8.3^{m}.

Respondeo dicendum, quòd ille qui pertinaciter discredit vnum articulum, non est paratus sequi in omnibus doctrinam ecclesiæ. Si enim non pertinaciter discredit, iam non est hæreticus, sed solùm errans. Vnde manifestum est, q^{o} talis hæreticus errans circa vnum articulum, fidem non habet de aliis articulis, sed opinionem quandam, secundum propriam voluntatem, hinc est quòd non habet habitum fidei, quem tamen habet ille qui non explicitè omnia credit, sed paratus est omnia credere, vt habetur. 22^{e}.q.5.3.c.4.1^{m}.

605 Quòd homo in statu innocentiæ, habuisset fidem de in- Fides.34. carnatione Christi.

Immo non oportebat tunc ab aliquo homine hãberi fidem de redemptore, quia nondum seruitus erat inducta. 2.dist.25.q.2.art.2.q.2.c.

Respondeo dicendum, q^{o} Adam tunc habuit fidem explicitam de incarnatione, secundum quòd incarnatio Christi ordinabatur ad consummationem gloriæ, non autem secundum q^{o} ordinabatur ad passionem & mortem Christi propter peccatum hominis, quia non fuit præscius casus sui. Et sic intelligit in tertio, quia ibi dicit, quia nondum seruitus erat inducta, vt ipse distinguit. 22^{e}.q.2.7.c.

606 Quòd fides non est in beatis. Fides.36.

Immo fides per quam beati erimus, potest dici semper manere in beatis. 22^{e}.q.1.6.1^{m}.q.2.5.7.c.q.5.5.7.c q.89.6.c.

Respondeo dicendum, q^{o} licet fides non remaneat quo ad habitum, remanet tamen quo ad offectum. Ideo dicit per quã beati erimus, vt habetur in locis secundo adductis.

607 Quòd fides est in dæmonibus coacta, non laudabilis, nec Fides 37. donum gratiæ.

Immo coactio non potest esse in consensu. 4.dist.29.1.o.

Respondeo dicendum, quòd fides quæ est in dæmonibus, non est donum gratiæ, nec coguntur credere simpliciter, sed magis coguntur ad credendum ex perspicacitate naturalis intellectus, vt habetur. 22^{e}.q.5.2.2^{m}. Fides.85.

611 Quòd fides formata, est fundamentum spiritualis ędificij, non autem fides informis.

Oppositum videtur dicere. 22^{e}.q.47.o.q.161.5.2^{m}.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, q^{o} fides informis de se non est fundamentum spiritualis ædificij, sed vt cedit fidei formatæ.

Secundò dicendum, sicut Dubio.601.

613 Quòd figura est forma quanti. Figura 1

Oppositũ videtur dicere à simili. 22^{e}.q.96.2.2^{m}.cõt.5.c.10.5.5^{m}.

Respondeo dicendum, quòd figura est forma quanti inquantum huiusmodi, quia est qualitas eius, & nõ aliter, vt habetur in locis primo allegatis.

615 Quod filius amittit hæreditatem, propter peccatum pa- Filiatio. rentis, in crimine læsæ maiestatis. 6.

Immo nullus punitur nisi pro culpa propria. 12^{e}.q.87.o.22^{e}.q.108.4.c.1^{m}.4.d.46.q.1.art.2.q.3.c.q 2.art.2.q.2.3^{m}.

Respondeo dicendum, q^{o} filius punitur pœna corporali, pro culpa parentũ, & serui pro dominis, inquantũ sunt aliquid eorũ, non autem pœna spirituali, nisi culpa aliorum fiat eis propria vel ratione consensus, vel imitationis, vt habetur. 12^{e}.q.81.1.1^{m}.2.1^{m}.q.87.8.o.22^{e}.q.108.4.1^{m}.3^{m}.q.164.1.4^{m}.2.d.30.q.1.2.6^{m}.d.33.q.1.2.o.Ma.q.1.19^{m}.8.6^{m}.7^{m}.8^{m}.9^{m}.12^{m}.1.5^{m}. q.5.4.c.Psal.18.fi.Is2.14.fi.Io.9.per totum.

616 Quòd filius Dei non est factus, nec operatus. Filiatio. 14.

Oppositũ videtur dicere, 1.dist.30.1.1^{m}.3.dist 7.q.2.1.1^{m}.

Respondeo dicendum, dupliciter, scilicet primo, q^{o} filius Dei verus, non est factus, sed tantum genitus. Si qui autem ex nihilo à Deo facti, filij Dei dicuntur, hoc metaphoricè dicitur, per assimilationem ad verum filium Dei, vt habetur in locis primo adductis.

Secundo dicendum, quòd fieri dicitur per adeptionem, mutari verò per remotionem. Ideo fieri conuenit Deo, non autem mutari, quia nihil remouetur ab eo, sed aliquid aduenit ei secundũ rationẽ, vt habetur 1.d.30.1.1^{m}.3.d.7.q.2.1.1^{m}.

617 Quòd

Filiatio. 17. 617 Quòd pater in diuinis, est maior filio ratione dationis, quæ authoritatem dicit, non autem ratione dati, sed filius nullo modo est minor patre.

Immo hæc est vera, Christus est minor patre. 1^{a}.q.41.3.c.4^{m}. 3^{a}.q.16.8.o.q.20.1.1^{m}.3.dist.4.q.2.2.4^{m}.dist.11.2.o.dist.21.q.1.9.2.1^{m}. contra 4.capitul.48.Veri.q.29.1.1^{m}.Opusc.3.cap.223.1^{e}. Cor.15.lect.2.fi.

Respondeo dicendum, dupliciter, scilicet primò, quòd secundum Hilarium, pater est maior filio, propter authoritatem originis, filius tamen non est minor patre, propter substantiæ vnitatem, vt habetur. Opusc.1.cap.2.fi.

Secundo dicendum, quòd Christus dicitur minor patre, secundum humanitatem, non autem secundum diuinitatẽ.

Finis.19. 621 Quòd impossibille est, q^{o} aliqua operatio voluntatis, habeat rationem vltimi finis.

Oppositum videtur dicere. 12^{e}.q.3.2.o.4.c.q.25.2.3^{m}.1. dist.1.q.1.1.o.3. dist.34.q.1.5.1^{m}.4. dist.49.q.1. articul. 2.q.2.o.q.4.2.o. Quolib.8.19.c. Opusc.3.cap.104.107. Ethic.10. lect.1.à med. Meth.9.lect.1.fi.

Respondeo dicẽdum, dupliciter. s. primo, q^{o} operatio voluntatis non habet rationẽ vltimi finis simpliciter, idest, vt est res possessa, sed fruitio rei, vt habetur. 12^{e}.q.2.7.c.q.16.3.c.

Secundo dicendum, sicut Dubio.271.

Finis.22. 622 Quòd res naturales diriguntur à Deo, ad finem boni, & creaturæ rationales ad vltimum finem.

Immo ars quædã necessaria est, quæ sit directiua ipsius actus rationis, per quam, scilicet homo in ipso actu rationis, ordinatè, & faciliter, & sine errore procedat. Post.1.lect.1.prin.

Respondeo dicendum, quòd creaturæ rationales in ordine ad vltimum finem diriguntur à Deo. Sed in ordine ad directionem ipsius actus rationis tãquam à principio quo, & requisito ad bene esse, diriguntur per artem quæ logica dicitur, vt habetur. Posteriorum 1.lect.1.principio.

Finis.24. 623 Quòd voluntas est ipsius finis tantum.

Immo voluntas est etiam eorum quæ sunt ad finem. 1.dist.45.2.1^{m}.2.dist.24.q.1.3.3^{m}.

Respondeo dicendum, quòd idem actus voluntatis, est eorum quæ sunt ad finem, & ipsius finis vt ratio, non autem absolutè, vt habetur. 12^{e}.q.8.3.o.q.12.4.c.3.dist.14.artic.1.q.4.c.Verit.q.2.14.c.3^{m}.

Finis 27. 624 Quòd voluntas non potest simul ferri in plures vltimos fines.

Oppositum videtur dicere, 1.dist.17.q.1.5.c.

Respondeo dicendum. sicut Dubio 198.

Finis.29. 625 Quòd impossibile est, quòd anima, vel aliquid eius vt vltimus finis, nisi secundo modo, scilicet vt possessio vel adeptio, vel fruitio rei.

Oppositum videtur dicere. 12^{e}.q.3.4.c.Io.14.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.621.

Finis.39. 627 Quòd charitas est finis omnium virtutum.

Oppositum videtur dicere, 3.dist.27.q.2.2.2^{m}.

Respondeo dicendum, quòd charitas non dicitur esse finis præcepti, quasi sit vltimus finis virtutum, sed sicut id quo omnes aliæ virtutes in finem vltimum ordinantur, vt habetur. 3.dist.27.q.2.2.2.1^{m}.

Fluxus.1. 628 Quòd fluxus maris, est per impressionem lunæ, non autem per aliquam formam aquæ.

Oppositum videtur dicere. 3.dist.13.art.2.q.2.2^{m}.3^{m}.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.252.

Forma. 1. 631 Quòd in simplicibus & immaterialibus, idem est forma, & id cuius est forma.

Immo nihil est forma suiipsius. Ver.q.10.8.16^{m}.

Respondeo dicẽdum, quòd licet nihil sit forma suiipsius, potest tamen aliquando se habere per modum formæ respectu suiipsius, inquantum ad se sua actio terminatur, qua scilicet anima seipsam cognoscit. Vnde non oportet, q^{o} sit seipsa simplicior, nisi secundum modum intelligendi, inquantum id quod intelligitur, accipitur vt simplicius, ipso intellectu intelligente, sicut accipitur vt perfectio eius.

Forma. 5. 633 Quòd formæ non locantur in genere, nec in specie, sed compositæ.

Oppositum videtur dicere. 2.dist.3.q.1.6.c.prin.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.174.

Forma. 7. 634 Quòd omnis forma de se est communicabilis.

Oppositum videtur dicere. 1^{a}.q.13.9.c.1.dist.25.3.c.d.34.q.1.1.4^{m}.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.367.

Forma. 8. 635 Quòd omnis forma existens in supposito, per quod individuatur, est communis multis secundum rem, vel secundum rationem, non autem formæ subsistentes.

Oppositum videtur dicere. 1.dist.25.3.c.dist.34.q.1.1.4^{m}.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.367.

Forma. 10. 636 Quòd formæ distinguuntur secundum diuersa principia actiua.

Oppositum videtur dicere à similli. Phi.7.lect.8.principio.

Respondeo dicendum quòd motus dupliciter comparatur ad instrumenta, per quæ fiunt, scilicet, vel ad principia actiua, vel vt ad subiecta. Primo modo differunt specie, nõ autem secundo modo, vt habetur Veri.q.22.10.2^{m}

638 Quòd plures formæ eiusdem speciei, non possunt esse si- Forma. mul in eodem subiecto. 21.

Oppositum videtur dicere. 1^{a}.quæst.12.10.c.q.58.2.2^{m}.q.85.4.c.2^{m}.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.1111.

639 Quòd materia multiplicatur per aduentum formæ. Forma.

Immo ostensum est frequenter, formas multiplicari per ma- 31. teriam. 1^{a}.q.3.3.c.q.54.4.2^{m}.3^{a}.q.3.3.c.Meth.7.lect.10.fin.Lect.14.fin.

Respondeo dicendum, q^{o} hoc primum dictum verum est, de multiplicatione specierum, quarum principia sunt formę. Secundum verò, de ea quæ est multiplicatio individuorũ in eadem specie, vt habetur. Opusc.72.q.11.

641 Quòd omne illud per quod materia efficitur propria hu- Forma. ius formæ, se tenet ex parte materiæ, vt dispositiones, & 33. remotiones impedimentorum.

Immo dispositio reducitur ad formam, ad quam disponit. 3. dist.13.q.3.1.c.4.dist.2.q.2.art.1.q.1.2^{m}.Phi.3.lect.1.prin.

Respondeo dicendum, quòd cum dispositio sit medium inter formam & materiam, & medium comparatum vni extremorum, habeat rationem alterius extremi, ideo dispositio reducitur ad formam, vt habetur 12^{e}.q.27.3.c.prin.3.dist.13.q.3.1.c.Phy.3.lect.1.princ.

642 Quòd forma non latitat, contra Anaxagoram, nec est Forma. totaliter ab ideis, contra Platonem, nec ab intelligentia, 39. contra Auicennam. Sed educitur de potentia materiæ, ab agente naturali, secundum Aristotelem.

Oppositum videtur dicere, 1^{a}.q.65.4.c.1^{m}.1.dist.36.q.2.1.c. contra.3.cap.24.Potentia.q.1.7.18^{m}.

Respondeo dicẽdum dupliciter, scilicet primo, q^{o} quia dicitur in secundo Posteriorũ, q^{o} differentię essentiales rerum sunt nobis incognitæ, ideo dicuntur formæ rerum latitare nos.

Secundò dicendum, quòd formæ rerum quæ sunt in materia veniunt ab intelligentiis, non quidem per fluxum, sed per motum, vt habetur. 1^{a}.q.85.4.1^{m}.

644 Quòd inchoatio formarum improbatur. Forma.

Immo in ipsa potentia, est quodammodo actus, idest forma. 40. 12^{e}.q.27.3.c.2.dist.18.q.1.art.2.c.fi.

Respondeo dicendum, quòd illa potentia non est potentia actiua, sed aptitudo naturalis & essentialis ipsius materiæ ad formam, vt habetur. 1^{a}.q.80.1.c.

645 Quòd quamlibet formam sequitur aliqua inclinatio, quę Forma. est appetitus rei habentis illam formam. 109.

Oppositum videtur dicere. Phy.1.lect.12.prin. Libro 2.fi.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.1171.

646 Quòd formæ subsistentes, non habent causam aliam for- Formæ malem sui esse, & suæ vnitatis, nec causam agentem per 41. transmutationem materiæ, de potentia ad actum, sed producentem totam substantiam.

Oppositum videtur dicere à simili. 12^{e}.q.55.4.1^{m}. Verit. q.1.2.1^{m}.7^{m}.

Respondeo dicendum, sicut Dubio.125.

648 Quòd intensio & remissio formarum nunquam causat Forma. diuersitatem speciei, sed quandoque consequitur eam. 51.

Oppositum videtur dicere. 1^{a}.q.50.4.2^{m}.12^{e}.q.18.11.1^{m}.q.60.5.3^{m}.q.72.8.1^{m}.

Respondeo dicendum, q^{o} magis & minus ex formis diuersorum graduum, diuersificant speciem, non autem secundum intensionem graduum eiusdem formæ, vt habetur in primis locis.

650 Quod non est possibile plures formas substantiales si- Forma. mul esse in eodem corpore. 60.

Oppositum videtur dicere. Meth.5.lect.17.

Respondeo dicendum, quòd in hoc cõcordat sanctus Doctor dicens. Non hoc dicimus, quasi in vno, & eodem individuo multiplicentur formæ secundum numerum generum, & differẽtiarum, vt scilicet in homine sit aliqua forma à qua est homo, & aliqua à qua est animal, & huiusmodi, sed quia necesse est, quod in rerum natura tot gradus formarum inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata, & differentiæ. Est enim in rebus inuenire aliquam formam, quæ est substantia, & non est forma corporis, & aliquam quæ est forma corporis, sed non est forma corporis animati, & sic de aliis, vt habetur. Meth.2.lect.5.

651 Quod accidentalis forma non habet potentiam actiuã, Forma. sed est potentia compositi, vt calor ignis. 64.

Oppositum videtur dicere à simili. Anima.2.lect.2.prin.

Respondeo dicendum, q^{o} non habet potentiam actiuam qua

Universidad de Deusto Biblioteca

agat effectiuè,sed qua agat formaliter.

Fortitudo. 652 Quòd propria materia fortitudinis , sunt timores & audaciæ,in maximis terribilibus.
Oppositum,videtur dicere.22.q.127.2.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.255.

Fortitudo.4. 653 Quòd fortitudo est circa difficiliora , non autem circa meliora quàm iustitia,quæ in bello & in pace vtilis est,nō autem fortitudo,sed tantum in bello.
Immo fortitudo est vtilis,etiam in pace.22ᴱ.q.123.ar.2.1ᵐ.5ᵐ.
Respondeo dicendum , quòd fortitudo est vtilis in pace , sed non principaliter,immo principaliter in bello , vt habetur in locis primo allegatis.

Fortitudo.18. 654 Quòd fortitudo est principalior magnanimitate.
Oppositum videtur dicere à simili. 22ᴱ.q.161.5.2ᵐ. Verit. q.1. 12.4ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd fortitudo est principalior, quia magis repugnat firmitati animi arduum in malis, circa quod est fortitudo,quàm arduum in bonis,licet enim bonum sit simpliciter principalius quàm malum , malum tamen est principalius quantum ad hoc,q̃ arduum in malis magis repugnat firmitati animi,vt habetur.22ᴱ.q.120.5.3ᵐ.

Frui 3. 656 Quòd frui est actus voluntatis.
Oppositū videtur dicere,1ª.q.26.2.o.12ᴱ.q.3.4.o.Opusc.3.c.107.
Respondeo dicendum dupliciter,scilicet primo, quòd frui est actus in ordine ad intellectū,vt habetur.12ᴱ.q.11.1.1ᵐ.4.c.2ᵐ.
Secundò dicendum,quòd addendum fuisset,quòd frui nō est ille actus absolutè, in quo consistit beatitudo , sed supra ipsum addit, frui enim complectitur actus intellectus, in quo est essentia beatitudinis , & omnem actum qui sequitur,quasi perfectionem aliam addens supra actum intellectus,vtputa delectationem & huiusmodi,quę perficit operationem intellectus beati,sicut pulchritudo iuuentutem, vt habetur.Opuscul,51.cap.3.Opusc.72.q.2.

Fundamētū. 2. 657 Quòd fides est fundamentum aliarum virtutum,quia est prior eis,& sustentat eas. Fortitudo autem firmat contra aduersa,humilitas contra prosperа.Timor contra culpam futuram.Pœnitentia contra præteritam.
Oppositum videtur dicere.22ᴱ.q.47.o.
Respondeo dicendum,quòd fides dicitur fundamentum virtutum,eo quòd super eam aliæ virtutes firmentur,sicut supra aliquid immobile , sed fortitudo dicitur fundamentum,quia est virtus Cardinalis quasi principalis , eo quòd per eam quasi per hostium versum in cardine introitur in domum Dei,vt habetur.Verit.q.1.12.24ᵐ.

Generatio.2. 660 Quod ad generationem naturalem , non requiritur aliqua potentia actiua in materia.
Oppositum videtur dicere.12ᴱ.q.27.3.c.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.644.

Generatio.3. 661 Quòd in generatione tota virtus actiua,est ex parte matris,& passio ex parte fœminæ.
Immo in generatione, fœmina se habet actiuè, 3ª.q.31.5.3ᵐ q. 35.3.3ᵐ. contra 4.cap.44.fi.Meth.7.lect.8.fi.
Rspondeo dicendum,quòd in generatione,fœmina se habet actiuè solum quo ad præparationem materiæ, non autem quo ad actum generationis in conceptione prolis , vt habetur.3ª.q.32.4.c.q.67.4.3ᵐ.

Generatio.17. 664 Quòd in statu innocentiæ fuisset generatio per coitum.
Generatio.101. 668 Quòd nec beati illam ineffabilem generationem sciunt, quia non comprehendunt naturam Dei.
Immo beati in patria habent meritum spei,& noscunt illam ineffabilem generationem.1ª.q.12.7.1ᵐ.Opusc.3.cap.164.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.366.

Genus 1. 670 Quòd genus respectu singularium , est vt formale , sed respectu speciei,est vt materiale.
Oppositum videtur dicere à simili.Phy.2.lect.5.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.359.

Genus 9. 673 Quòd aliquid est in aliquo genere dupliciter,scilicet vel per se & directè vt species eius,& ea de quibus prædicatur genus,vel reductiuè,& indirectè,vt principia generis , negationes,& priuationes.
Immo nulla priuatio est de essentia alicuius entis in genere collocati.2.dist.40.1.3ᵐ.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.464.

Genus.12. 675 Quòd in omni re quę est in genere,differt esse ab essentia.
Oppositum videtur dicere à simili.Meth.4.lect.2.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.114.

Geometria.1. 676 Quòd geometer modico studio acquirit scientiam conclusionis nunquam consideratæ.
Oppositum videtur dicere.12ᴱ.q.51.4.3ᵐ.q.54.4.3ᵐ.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.1108.

Gratia. 6. 677 Quòd gratia differt essentialiter à qualiber alia virtute.
Oppositum,videtur dicere , 12ᴱ.q.60.3.capitu. 22ᴱ.q.106.1.o.q. 107.2.c.

Respondeo dicendum,quòd gratia accipitur dupliciter,scilicet primo pro eo quo redditur debitum benefactoribus,vt habetur.12ᴱ.q.60.3.c.fi. Et sic differt essentialiter à qualibet alia virtute. Vel pro dono Dei gratuito , & sic non est virtus,sed est auxilium Dei & forma , non quidem intrinseca virtutum , sed quasi principium à quo virtutes formaliter oriuntur,vt habetur.12ᴱ.q.110.3.c.

Gratia. 39. 678 Quòd ad habitum gratiæ requiritur præparatio subiecti, quæ principaliter est à Deo, mouente liberum arbitrium, secundario autem à nobis.
Immo in iis qui non per propriam voluntatem culpam in currunt & vsum voluntaris non habent , non exigitur ex parte eorum aliqua præparatio,sicut in pueris patet in baptismo.4.dist.17.q.1.ar.1c.2.q.1.c.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio,269.

Gratia. 44. 679 Quòd homo in gratia existens,indiget auxilio Dei,mouente ad rectè agendum,non autem alia gratia habituali.
Immo homo magnanimus.nullo indiget.22ᴱ.q.129.6.1ᵐ.
Respondeo dicendum,quòd nullo indiget ad rectè agēdum, modo humano , & quo ad auxilium hominum , sed bene indiget auxilio Dei mouente ad rectè agendum , vt habetur in primo loco.

Gratia. 45. 680 Quòd nulla creatura potest causare gratiam , sed solus Deus infundit eam immediatè.
Oppositum videtur dicere. 3ª.q.13.2.o.
Respondeo dicendum,quòd creatura non causat gratiam authoritatiuè,sed ministrando sacramenta in quibus confertur gratia,vt habetur. 3.d.19.art.1.q.1.c.4.d.18.q.1.ar.3.q.1.1ᵐ.

Gratia. 51. 683 Quòd sacramenta ex secunda sanctificatione,idest ex vsu eorum,habent quòd causant gratiam,nō autem ex prima.
Immo hoc habent ex prima,idest,ex institutione.3ª.q.66.2.c.
Respondeo dicendum , quòd hoc habent ex prima inchoatiuè,sed complētiuè ex secunda institutione. Vnde tunc videtur aliquod sacramentum institui,quando accipit virtutem producendi suum effectum,sicut baptismus tunc vere institutus fuit,quantum ad ipsum sacramentum , quando Christus est baptizatus,& tunc virtutem inchoatiuè accepit,& in vsu compleuit.

Gratia. 78. 684 Quòd minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ,& mereri vitam æternam.
Oppositum videtur dicere à simili.3.d.31.q.1.3.2ᵐ.
Respondeo dicēdū,quòd potest mereri respectu præmij accidentalis , non autem respectu præmij substantialis, vt habetur.3.dist.31.q.3.3.1ᵐ.

Gratia. 101. 685 Quòd homo sine auxilio Dei gratuito , non potest se ad gratiam præparare.
Oppositum videtur dicere.2.dist.5.q.2.1.1.o.dist.28.4.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.689.

Gratia. 104. 686 Quòd homo in statu naturæ integræ,poterat sine gratia habituali,vitare omnia & singula peccata mortalia, & venialia,non autem sine auxilio Dei.
Immo ex solo libero arbitrio hoc poterat.2.dist.5.q.2.1.o.dist. 28.4.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.689.1048.

Gratia. 105. 687 Quòd homo existens sine gratia , & in peccato mortali, nō potest diupersistere,quin ruat in aliud peccatū mortale.
Immo existens in peccato mortali , potest per liberum arbitriū,sine gratia habituali vitare omnia & singula peccata mortalia,nō autē sine auxilio Dei.2.d.20.q.2.3.1ᵐ.d.28.2.o.
Respondeo dicendum , quòd circa hoc fuit duplex opinio doctorum. Et loquitur S.Tho.aliquando secundum vnam, & aliquando secundum aliam opinionem , cum non sint oppositæ,vt habetur.Veri.q.22.5.7ᵐ.q.24.1.10ᵐ.12ᵐ.Nam vt dicit.Veri.q.24.12.o. Prima opinio verificatur quantum ad hoc,quòd si homo velit conari ad resistendum , potest ex libero arbitrio vitare singula peccata mortalia.Secunda vero opinio verificatur quantum ad hoc,quòd voluntate habituata in malo per adhæsionem ad finem indebitum,non potest homo semper actualiter omnia considerанda prætcogitare.Et in repentinis necesse est,q̃ homo agat secundum habitum,secundum Aristotelem in secundo Ethicorū,sicut econuerso facilitas ad opera virtutum , potest esse ex duobus,scilicet ex cōsuetudine,& ex forti inhæsione ad obiectū.Secundam facilitatem,etiā facit virtus infusa statim à principio,nō autē primū, vt habetur. 4.d.14.q.2.2.5ᵐ.

Gratia. 106. 688 Quòd homo sine gratia , potest vitare singula peccata mortalia,non autem omnia.
Immo per peccatum homo incurrit necessitatem peccandi venialiter,& non mortaliter.2.dist.20.q.2.3.5ᵐ.dist.28.2.o.
Respōdeo dicendū dupliciter,scilicet primo,sicut Dubio.687.
Secundo dicendum , q̃ quædam sunt peccata mortalia , quæ homo sine gratia nullo modo vitare potest. s. quæ directè opponūtur virtutibus theologicis,vt habetur.12ᴱ.q.61.3.2ᵐ.

Gratia. 107. 689 Quòd quædā sunt peccata mortalia,quæ homo sine gratia nullo modo vitare potest, scilicet,quæ directè opponūtur virtutibus theologicis.
Immo ex solo libero arbitrio,ea vitare potest, 2.d.5.q.2.1.o.d. 28.4.o.
Respondeo dicēdum dupliciter,scilicet primo à simili, quòd ad eliciendum actum conuersionis in Deum , sufficit liberum arbitrium , quod se ad habendam gratiam per hunc actum præparat & disponit. Sed efficacia vitandi peccatū & conuersionis ad meritum , non potest esse nisi per gratiam , vt habetur,2.d.5.q.2.1.o

Graue.1. 690 Quòd graue & leue,habent in se ptincipium actiuum,& formale sui motus.
Immo non habent in se principium actiuum sui motus , sed tantum passiuum, 3ª.q.32.4.c.Metaph.5.lec.12.princ.Phys.2. Cæ.1.lec.3.lib.2.lec.2.lib.3.lec.6.
Respondeo dicendum,quòd principium actiuum motus,potest sumi dupliciter,scilicet vt principium quòd,& vt principium quo. Primo modo forma naturalis,id est, grauitas vel leuitas,non est principiū actiuum,id est,motor grauiū vel leuiū,vt habetur,2.d.14.3.c. Sed secundo modo respectu motoris,id est generātis à quo est, sic est principiū actiuū, quo generās dicitur mouere gratia & leuia, inquantū generando ipsa,dat eis formam,qua mouentur. Sed prout se tenet ex parte mobilis,sic est principium passiuum.

Habitus 5. 692 Quòd idem habitus non se habet,quandoque ad bonum, & quandoque ad malum,sed bene eadem potentia.
Immo aliquis habitus se habet ad vtrumque , sicut & opinio ad verum & ad falsum,12ᴱ.q.55.4.c.Ver.q.1.2.c.
Respondeo dicendū , quòd idem habitus se habet ad vtrumque non quidem per se directè semper, sed per abusum, vt habetur,22ᴱ.q.162.2.1ᵐ.Ma.q.8.2.c.1ᵐ.

Habitus 9. 693 Quòd habitus distinguuntur specie, secundum principia actiua eorum,secūdum naturam,& secundum obiecta specie differentia.
Oppositum videtur dicere à simili,Phys.7.lec.8.princ.
Respondeo dicendum,sicut Dub.636.

Habitus 26. 696 Quòd habitus omnes qui sunt in eadem potentia , sunt eiusdem generis,licet differant specie, propter differētiam obiectorum formalium.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.1.1.2ᵐ.
Respondeo dicendum,sicut Dub.1110.

Habitus 27. 697 Quòd ex actibus habitus infusi, nō generatur aliquis habitus acquisitus,sed præexistens augetur,seu confirmatur.
Immo ex actibus infusæ charitatis , generatur habitus dilectionis acquisitus.Ver.q.17.1.13ᵐ.
Respondeo dicendum,quòd sicut declarabitur,Dub.1110. habitus infusi & acquisiti, quandoque sunt eiusdem rationis , & eiusdem speciei, & sic ex actibus habitus infusi non generatur aliquis habitus,sed præexistens augetur,vel cōfirmatur , quia duo accidentia speciei non possunt simul esse in eodem subiecto,vt ibi probatur,quandoque sunt diuersārū specierum & rationum , ideo possunt esse simul, & tunc ex actibus habitus infusi,generatur aliquis habitus acquisitus.

Habitus 29. 699 Quòd nullus habitus operatiuus, constituitur ex multis, quia est qualitas simplex,relata ad multa secundum vnum.
Oppositum videtur dicere , 22ᴱ.q.49.4.c.q.52.2.o.
Respondeo dicendum,sicut Dub.1099.

Habitus 34. 701 Quòd in membris corporis, & in potentiis naturalibus,sicut non sunt aliqui habitus operatiui , ita etiam nec in potentiis sensitiuis.
Immo possunt in eis esse aliqui habitus, quibus bene aut male ad aliquid disponuntur,12ᴱ.q.50.3.c.fi.
Respondeo dicendū dupliciter,scilicet primo, quòd in membris corporis , & in eodem corpore sunt multi habitus secundum diuersos modos partiuni, sed non operatiui, quia secundum humores est sanitas, secūdum partes similes est fortitudo vel macies,secundum membra verò est pulchritudo, vt habetur,12ᴱ.q.5.1.c.
Secundo dicendum, quòd in ipsis etiam interioribus viribus animæ sensitiuis apprehēsiuis,possunt poni aliqui habitus, secundum quos homo sit bene memoratiuus , vel cogitatiuus, vel imaginatiuus,nō autem in exterioribus, vt habetur,12ᴱ.q.50.3.3ᵐ.

Habitus 43. 702 Quòd non est alus habitus principiorum,& conclusionū quæ ex eis eliciuntur,& precipuè circa singularia.
Immo intellectus est habitus principiorum , & scientia est habitus conclusionum,Post.1.lec.5.princ.lec.6.med.lec.44.fi.
Respondeo dicendum, quòd si accipiantur, vt vnum est ratio alterius,sic vnus est habitus eorum. Sed si accipiātur secundum se,sic habitus sunt diuersi.

A Hæresis.27. 702 Quòd ecclesia cōtra Arium confitetur vnitatem, simplicitatem,similitudinem,& æqualitatem, & negat diuersitatem,differentiam,separationem, diuisionem, alieniratem, discrepationem & disparitatem.
Oppositum videtur dicere à simili, quo ad similitudinem , & æqualitatem, Ver.q.4.4.2ᵐ.
Respondeo dicendum,sicut Dub.80.

B Hæresis.34. 703 Quòd hæresis Manichæi , est grauior secundum genus, quàm idololatria.
Immo idololatria est grauissimū peccatorum, 12ᴱ.q.102.3.11ᵐ. 22ᴱ.q.94.3.o.Ma.q.2.10.c.1ᴱ.Cor.12.
Respondeo dicendum,sicut Dub.716.

Hæresis. 63. 705 Quòd angelos , vel aliquid aliud præter Deum fuisse ab æterno,est hæreticum.
Oppositum videtur dicere, Meth. 12.lec.7.princ.Phys.8.lec.2.
Respondeo dicendum,sicut Dub.111. 911.

Hæresis. 66. 706 Quòd prima opinio Nestorij & Dioscori quam recitat magister in Tertio Sen. d. 6. scilicet quòd in Christo sunt duæ hypostases,seu duo suppositа,est hæretica.
Immo non est hæretica,3.d.6.q.1.2.c.
Respondeo dicendum, quòd illa positio est simpliciter hæretica. Sed in Tertio Sent.dicit ipsam non esse hæreticam, quantum ad speciales modos vnionis,quos ponebant Dioscorus,& Nestorius hæretici.
Secundò dicendū, quòd illa positio est hæretica, quo ad proprietatem verborū,non autem quo ad intentionem ipsorū: quia accipiebant suppositа & hypostases impropriè, s. pro particulari substātia subsistēte per se,siue assumpta ab alio.

Homo. 26. 707 Quòd sicut bonū multitudinis est maius quā bonū vnius hominis,qui est de multitudine:ita etiam bonum multitudinis,ad quod ille vnus ordinatur,est minus quàm bonum extrinsecum , ad quòd multitudo ordinatur: sicut bonum ordinis exercitus,est minus quàm bonum Ducis.
Oppositum videtur dicere,4.d.37.q.1.ar.4.q.1.3ᵐ.
Respondeo dicendum,sicut Dub.1208.

Homo. 29. 709 Quòd ista propositio est prius vera,Homo est ens,quàm ista,Homo est rationalis , quia omnium perfectiones pertinent ad perfectionem essendi.
Immo ista prius est vera. Anima rationalis inest homini, quàm ista,homo est ens , cum in homine nō sit alia forma à qua sit homo,& alia à qua sit animal vel ens. Meta.2.lec.4.
Respondeo dicendum,quòd prima prius est vera via generationis,sed secunda via gradus perfectionis, vt habetur, 1ª. q.77.6.1ᵐ.

Honor. 4. 701 Quòd honor est maximum bonū,inter bona exteriora.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.26.4.c.contra.1.c.vlt.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dub.287.

Humilitas. 711 Quòd simpliciter loquendo,humilitas excedit virginitatem,& est potior cæteris virtutibus,22ᴱ.q.161.5.c.fi.
Immo humilitas acquisita,est maximum bonum,secundum quid,Ver.1.1.3ᵐ.9.7ᵐ.
Respondeo dicēdū,q̃, humilitas post virtutes theologicas & intellectuales,est potior cæteris virtutibus,secūdum quòd facit hominē bene subiectū in vniuersali quātū ad omnia, quælibet autem alia virtus quantum ad aliquam materiam specialem ordinādo hominem,vt habetur in primis locis.

Iacob.3. 712 Quòd Iacob non vidit Deum per essentiam.
Immo Iacob vidit Dominum facie ad faciem, contra 3.c.42. prin.1ᴱ.Cor.13.lec.4.
Respondeo dicendum sicut Dub.482.

Idea. 2. 713 Quòd malum non habet ideam in Deo.
Oppositum videtur dicere,1ª.q.14.16.c.fi.
Respondeo dicendum, quòd mala non habēt ideam in Deo vt operabilia ab eo.Nam mala licet ab eo non sint operabilia,tamen sub cognitione practica ipsius cadunt , sicut & bona inquātum permittit vel impedit, vel ordinat ea,sicut & ægritudines cadunt sub practica scientiæ medici,inquātum per artem suam curat eas,vt habetur,1ª.q.14.16.c.fi.

Idem.1. 714 Quòd multiplicato vno eorū quæ sunt eadē re, & differunt ratione:non oportet multiplicari alterum:sicut persona & proprietas in diuinis,
Oppositum videtur dicere à simili,22ᴱ.q.92.2.1ᵐ.
Respondeo dicendum dupliciter,s. primo q̃ etiam in diuinis proprietates non personales sunt idem cum personis secūdum aliā rationem idēptitatis,qua omne illud quod attribuitur Deo est eius essentia,vt habetur,1ª.q.40.1.1ᵐ.fi.

Idololatria.6. Secundò dicendum,sicut Dub.958.
716 Quòd idololatria est grauissimum peccatorum.
Oppositum videtur dicere,22ᴱ.q.10.6.c.q.94.3.4ᵐ.4.d.13.quæst 2.2.o.
Respondeo dicendum , quòd idololatria est grauissimum peccatorum secundum se, sed ex parte peccantis, hæresis & aliqua alia peccata, possunt esse grauiora , 12ᴱ. q. 102.3.11ᵐ, 22ᴱ.q.94.3.o.Ma.q.2.10.c.1ᴱ.Cor.12.lect.1.prin.E.

Idolatria.10. 717 Quòd dans hostiam non cōsecratam,pro eucharistia, est

Universidad de Deusto
Biblioteca

reus idololatriæ,non autem adorantes vel sumentes eam si nesciant cum hostia debeat adorari latria sub conditione in habitu,vt habetur.

Oppositum videtur dicere à simili, quo ad adorantes vel sumentes eam,quia ad dignè sumẽdum eucharistiam, requiritur deuotio actualis, cum nemo carnem Christi debeat mandúcare,nisi prius adoret,secundum Aug.3ª.q.80.6.2ᵐ. 4.d.9.ar.3.q.5.c.ar.4.q.2.c d.12.q.2.ar.1.q.3.o.q.3.ar.1.q.2.c.

Respondeo dicendum, quòd intelligendum est de habitu, de quo procedit actus,& non de habitu, de quo non procedit actus. Qui enim est in habitu, & nõ in actu, similis est dormienti. Oportet autem, quòd actus ille,qui in adoratione latriæ consistit,ab habitu aliquo progrediatur,vt habetur à simili, verit.q.5.9.4ᵐ.q.20.2.2ᵐ. Non autem adorantes vel sumentes hostiam,sunt rei idololatriæ,cum hostia debeat adorari latria sub conditione in habitu, & adorãtes vel sumentes eam,existiment probabiliter, hostiam esse consecratam:fides enim credentis nõ fertur ad has species panis, vel ad illas,sed ad hoc, quòd verum corpus Christi sit sub speciebus panis sensibilis,quando rectè fuerit cõsecratum. Vnde si nõ sit rectè consecratũ,fidei nõ propter hoc subest falsum,22ᵉ.q.1.3.4ᵐ.3ª.q.80.6.2ᵐ.3.d.9.q.1.ar.2.q.6.2ᵐ.

Ignorantia.18. 718 Quòd ignorantia electionis,nec excusat, nec minuit,nec causat peccatum,sed sequitur omne peccatum.

Immo peccatum contingit in actu liberi arbitrij, eligendo malum ex ignorantia,1ª.q.63.1.4ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd ignorantia inquantum tollit scientiam impedientem peccatum, est causa peccati, sed inquantum tollit,vel minuit voluntarium,excusat à peccato. Vnde ignorantia opposita scientiæ practicæ etiam excusat vel minuit peccatum,non autem ignorantia electionis sed constituit peccatum,vt habetur,12ᵉ.q.47.2.c.q.88.2.c.Ma.q. 36.6ᵐ.Verit.q.1.6.3ᵐ.

Illuminatio.1. 719 Quòd illuminatio non est motus.

Respondeo dicendum,q illuminatio fit in instanti, quia non est motus,sed est terminus motus localis,& est alteratio,vt habet,1.q.53.3.2ᵐ.3.d.15.q.2.ar.1.q.1.2ᵐ.d.22.q.3.ar.2.q.2.1.

Imago. 7. 720 Quòd idem est motus in rem ipsam,& in imaginẽ eius.

Oppositum videtur dicere. à simili,1ª.q.28.4.2ᵐ.q.82.3.2ᵐ.

Respondeo dicẽdum dupliciter, scilicet primo quòd idem est motus in rem ipsam,& in imaginem eius,inquãtum huiusmodi,non autem vt imago est res quædam alia,vt habetur in locis primo allegatis.

Secundò dicendum,sicut Dub.103.

Imago. 17. 721 Quòd prima assignatio imaginis,scilicet memoria,intelligentia,& voluntas,est secundum potentias.

Immo memoria sumitur hic pro habituali retentione animę, Intelligentia verò pro actu intellectus,voluntas autem pro actu voluntatis,1ª.q.79.7.1ᵐ.q.93.7.c.3ᵐ.

Respondeo dicendum quadrupliciter,scilicet primo quòd assignatio imaginis prima potest accipi dupliciter,s.secundũ perfectam imitationem diuinarum personarum,& secundum imperfectam.

Primo modo sumitur secundum actus.

Secundo autem modo sumitur secundum potentias,vt habetur. Ver.q 10.3.c.

Secundò dicendũ,q imago attenditur quo ad quinque.s.quo ad substãtialitatem,distinctionem,æqualitatem, ordinem, & actualem repræsentationẽ. Quo ad secũdum & quintum principalius sumitur secundũ actus, quàm secundum potẽtias,econuerso autẽ quo ad primum. Sed quo ad tertium & quartum sumitur vtroque modo,vt habetur.1.d.3.q.4.4.c.

Tertiò dicendum,q in primo sententiarum loquitur de imagine inchoatiuè.Sed in prima parte de imagine cõpletè,qa potẽtiæ specificãtur & distinguuntur per actus,& actus per obiecta,ideo imago Dei est in potẽtiis animæ inchoatiuè, in actibus verò generaliter perfectius, sed respectu Dei complete.

Malum. 11. Secundo dicendum, sicut Dubio. 292.
838 Quòd omne malum habet causam efficientem & materialem, non autem formalem & finalem.
Immo malum non habet causam efficientem, nec potest esse intentum. 1.d.39.q.2.2.c.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd malum non habet causam efficientem per se, sed per accidens, & agentem præter intentionem.

Malum. 13. Secundo dicendum, sicut Dubio. 102. 842.
839 Quòd malum est duplex, scilicet malum naturæ, & malū culpæ. Et vtrunque est vt in paucioribus.
Immo vtrunque est, vt in pluribus. 1ª.q.49.3.5ᵐ.q.63.9.1ᵐ.12ᵉ. q.71.2.3ᵐ.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo quòd malum culpæ, secundum totam speciem humanam est vt in pluribus, in aliis autem est vt in paucioribus, sicut etiam malum naturæ, vt habetur primo, & secundo loco allegatis.
Secundo dicendum, quòd quia per operationes sensus homo peruenit ad actus rationis, ideo plures sequuntur inclinationes naturæ sensitiuæ, quā ordinem rationis: plures enim sunt, qui assequuntur principium rei, quàm qui ad consummationem peruenium. Ex hoc autem vitia & peccata in hominibus peruenisūt, quòd sequuntur inclinationem naturæ sensitiuæ, contra ordinem rationis.

Quod

Universidad de Deusto Biblioteca

Malum. 16. 840 Quòd malum pœnæ, opponitur bono creaturæ, malum vero culpæ, bono increato.
Immo illud idem bonum, ſ. increatum, quod per culpam acti uè priuatur, eius priuatio paſſiua, pœna eſt 2.d.37.q.3.2.c.
Reſpondeo dicendum, quòd non oportet quòd malum pœnę, per quod bonum ſubſtantiale priuatur, ſit magis malum ſimpliciter vel per prius, quàm malum culpæ, quod eſt in actione, vt habetur. 2.d.27.q.3.2.1ᵐ.

Maria. 7 843 Quòd beata virgo Maria fuit ſanctificata, priuſquam nata ex vtero.
Oppoſitum videtur dicere, 3ª.q.27.6.c. 1.d.44.3.3ᵐ.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 370.

Martyrium. 6. 846 Quòd martyrium Ioannis Baptiſtæ celebratur, licet mortuus ſit, nõ quidem pro fide, ſed pro reprehẽſione adulterij.
Immo cauſa cuiuſcunque martyrij, eſt veritas fidei, 22ę.q.124.5.c. 2ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd moriens pro quocunque opere bono, propter Deum, eſt martyr Dei, quia cauſa cuiuſcunque martyrij, non ſolùm eſt veritas fidei, ſed veritas fidei, vt eſt operans, vt habetur. 22ę.q.124.5.o. 4.d.49.q.5.art.3.q.2.c.9ᵐ.11ᵐ.12ᵐ. Rom.8.lect.7.

Maſculinum. 1. 848 Quòd maſculinum genus & fœminiumn abſolutè prædicantur tantum de ſuppoſito.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 1.d.4.q.1.3.2ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd in diuinis prædicantur propriè de ſuppoſito, licet per quandam adaptationem etiam prædicent de eſſentia, vt habetur in ſecundo loco.

Materia 3. 850 Quòd materia inquantum habet eſſe ſaltem in potentia, eſt ſimilis Deo.
Oppoſitum videtur dicere, 1ª.q.4.3.4ᵐ.1.d.19.q.1.2.c. d.35.4.6ᵐ. d.48.1.4ᵐ. contra. 1.c.29. Veri.q.2.11.1ᵐ. q.23.7.11ᵐ. Potentia. q.7.7.10ᵐ.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 471.

Materia 6. 851 Quòd in materia nulla eſt potentia actiua.
Immo in naturalibus rebus, aliquid præexiſtit ſecundum potentiam & actiuam & paſſiuam ſimul.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 644.

Materia 8. 852 Quòd partes habent rationem materiæ, totum verò rationem formæ.
Immo partes ſe habent vt formale. Phy.2.lect.5.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 350.

Materia 16. 854 Quòd materia prima ſecundum potentiam non eſt infinita ſimpliciter, quia ſe extẽdit ſolũ ad formas materiales.
Oppoſitum videtur dicere, quia materia eſt in omnibus creatis. Quol.3.q.8.1.c.
Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſcilicet primo, quòd ſi materia dicatur omne illud, quod eſt in potentia quocunque modo, & forma dicatur omnis actus, neceſſe eſt ponere, quòd anima humana, & quælibet ſubſtantia creata ſit compoſita ex materra & forma. Omnis enim ſubſtantia creata eſt compoſita ex potentia & actu. Non autem ſi dicatur materia propriè, vt habetur. Quol.3.q.8.1.c.princ.
Secundo dicendum, quòd etiam quo ad formas materiales materia prima non eſt in potentia ad quamcunque quantitatem imaginabilem. Sed tantum ad quantitatem conuenientem formæ naturali, qua & materiæ eſſe poteſt, vt habentur. 2.d 30.q.2.1.c. contra 2.1.c.16.7ᵐ. Phy.3.lect.10.

Matrimoniũ. 9. 858 Quòd actus matrimonij poteſt eſſe ſine peccato, & meritorius.
Immo actus matrimonij, ſemper eſt peccatum. 4.diſtin. 31. q.2.2.c fin.
Reſpondeo dicendum, quòd actus matrimonij, ſemper eſt peccatum, ſaltem veniale, quia difficile eſt, quòd in tali delectatione, aliquis placentiæ motus, non inſurgat, vt habetur. 4.d.38.q.1.5.4ᵐ. niſi excuſetur propter bonum prolis, vel fidei intentũ, actu, vel habitu, vt habetur. 4.d.31.q.2.2.o.

Mediator. 1. 864 Quòd mediator Dei & hominum, eſt ſolus Chriſtus principaliter, inſtrumentaliter autẽ ſunt prophetæ, & ſacerdotes vtriuſque teſtamenti & angeli, Non autem Spiritusſanctus nec dæmonium.
Immo Chriſtus cùm ſit Deus, non eſt mediator Dei & hominum. 3.d.19.art 5.q.2.o. L.ſi.
Reſpondeo dicendum, quòd Chriſtus ſecundum quòd homo eſt mediator Dei & hominum, & ſecundum quòd eſt perſona compoſita. Non autem ſecundum quòd Deus, vt habetur. 3ª.q.26.2.o.3.d.19. art.3.q.2.o. L. ſi. 4.d.43.art.2.q.1.c. d. 48.q.1.2.c. Veri.q.29.4.9ᵐ.5.5ᵐ.3ᶠ. Thi.2.lec.1.ſi.2ᶠ. Thi.1.lec.1.

Memoria. 2. 865 Quòd memoria quæ eſt altera pars imaginis Dei, non eſt præteritorum, quia abſtrahit ab omni tempore, cùm ſit in intellectu & non in parte ſenſitiua.
Immo memoria intellectiua reſpicit præterita. Verit.q.10.2.o. Opuſc. 72.q.13.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd hoc dictum eſt per ſimilitudinem quãdam, quia recipere quod eſt talis memoriæ, præſupponitur intuitioni intellectus ordine quodã, ſicut inter præteritum & futurũ præſens ordo inuenitur, vt habetur. Opuſ.72.q.13.in reſponſione prima.
Secundo dicendum eſt, quòd ideo hoc dictum intelligi poteſt, quia intellectus poſſibilis, ſpecies retinet per tempora, cùm ſit locus ſpecierum, ſecundum Philoſophum. Sed ad eas non redit niſi per phantaſmata, quæ ſunt in parte ſenſitiua, vbi etiam illa memoria ſenſitiua ponitur, vt habetur. Opuſ.72.q.13. in reſponſione ſecunda.

Memoria. 3. 866 Quòd memoria intellectiua non differt realiter ab intellectu poſſibili, ſed eſt habitualis retẽtio eius, cuius actº eſt intelligentia quæ oritur ex memoria, ſicut actus ex habitu.
Immo memoria, intelligentia, & voluntas ſunt tres potentiæ diſtinctæ ab inuicem, quia memoria eſt virtus retentiua ſpecierum. 1.d.3.q.4.1.o. Verit.7.3.3ᵐ.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd in primo Sententiarum dicit hoc ſuſtentando opinionem Magiſtri, vt patet ex verbis eius ibi, ſed in primis locis loquitur ſecundum ſententiam propriam.
Secundo dicendum, quòd ſicut ipſe ibi diſtinguit, hoc nomen potentia ſumitur dupliciter, ſcilicet vel ſecundum quòd Philoſophi communiter accipiunt, id eſt pro principio operationis. Et ſic quia memoria non habet operationem diſtinctam ab operatione ipſius intellectus, ideo Philoſophi ſecundum eſſentiam potentiæ, ſiue vt eſt potentia cognitiua non poſuerunt eam diſtinctam ab eo, vel ſumitur pro qualibet proprietate animæ continente naturam eius. Siue ordinetur ad actum ſiue non, ſiue vt eſt principium intelligentiæ. Et ſic quia receptibilitas, ſiue retentio habitualis eſt quædam proprietas animæ continens naturam eius, in quantum eſt poſſibilis, ſicut omne quod habet eſſe ab alio, ideo ponitur quædam potentia animæ. Et dicitur memoria quæ non habet actum ſed eſſe principium intelligentiæ vel recipere, vel habitualiter retinere ſpecies intelligibiles eſt ſibi loco actus. Et ſic ponitur in primo Sententiarum eſſe potentia diſtincta ab intellectu poſſibili, non autem primo modo.

Mendacium. 7. 867 Quòd dicens verum, ſed credens ſe dicere falſum, dicit mendacium per ſe & formaliter, non autem econuerſo niſi per accidens, & materialiter.
Immo mentitur, ſed tamen dicit mendacium. 3.d.18 1.1ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd in vltimo loco loquitur de mendacio, quo ad genus naturæ, in aliis autem quo ad genus moris, quia in moralibus forma & ſpecies ſumitur ex fine.

Menſtruus. 1. 868 Quòd menſtruus ſanguis eſt in fœminis loco ſeminis, & eſt propria materia corporis Chriſti & aliorum, non autem ſemen fœminæ.
Immo ex ſanguine menſtruo non formatur conceptus. 3ª.q. 31. 5.3ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd in tertia parte ad 3ᵐ. per menſtruum intelligit ſanguinẽ corruptũ, quem natura abijcit ſingulis menſibus in mulieribus, vnde dicit ibidem quòd non eſt materia fœtus, ſed purgamentũ eius. Sed in aliis locis loquitur de ſanguine puro & mũdo, quem natura adminiſtrat ad fœtũ.

Menſura. 4. 870 Quòd menſura debet eſſe homogenea, id eſt eiuſdem generis cum menſurato.
Oppoſitum videtur dicere. Potentia.q.7.4.7ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd menſura proxima proportionata menſurato debet eſſe homogenea, id eſt eiuſdem generis, non autem in aliis, vt habetur in locis primo allegatis.

Menſura. 5. 872 Quòd ratio naturalis & principia ei naturaliter iudita, ſunt regulæ generales & menſuræ omnium agendorum ab homine, non autem naturalium.
Immo res ordinatur ad rationem naturalem, vt menſura ad menſuratum. 12ę.q.64.3.c.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 222.

Menſura. 7. 873 Quòd intellectus Dei eſt menſura prima omnium rerum non menſurata, res eſt menſura ſecunda menſurata. Sed intellectus noſter eſt menſuratus à rebus non menſurans.
Immo intellectus noſter eſt proxima operis regula, & menſura. Verit.q.1.2.c.q.4.4.c.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 222.

Meritũ. 13. 880 Quòd non poteſt eſſe idem actus numero meritorius & fruitionis beatæ.
Oppoſitum videtur dicere. 2.d.5.q.1.1.2.c. Quol.8.vel 9.q.4.3.o.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 155.

Meritũ. 21. 881 Quòd homo quolibet actu meritorio, meretur augmentum gratiæ, ſed non ſtatim augetur.
Oppoſitum videtur dicere, 2.d.27.5.2ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd quando actus meritorius ſe habet ad præmium ſolum in ratione meriti, tunc ſicut quis per vnum actum eiuſdem rationis meretur præmium, ita & per

& per alium. Sed quando ſe habet non ſolùm vt meritum, ſed quodammodo vt cauſa, tunc ſe habet actus meritorius ad augmentum gratiæ, vt quolibet actu poſſit mereri augmentum gratiæ, vt habetur. 2.d.27.5.2ᵐ.

Meritũ. 16. 882 Quòd nullius virtutis actus eſt meritorius, niſi ſit informatus charitate.
Immo nec omnis actus informatur charitate. 22ę.q.132.3.1ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd actus humanus, ſcilicet vt amor humanæ gloriæ, quãuis ſit inanis, non tamen ſemper repugnat charitati, neque quantum ad id, de quo eſt gloria, neque quantum ad intentionem gloriam quærentis, vnde nõ excludit meritum, neque eſt peccatum mortale ſed veniale, ſed tunc amittit vim merendi vitam æternam, ſi propter inanem gloriam fiat, etiam ſi illa inanis gloria non ſit peccatum mortale, vt habetur. 22ę.q.132.3.c.ſi. 1ᵐ.

Meritũ. 31. 883 Quòd meritum eſt æquale præmio vitæ æternæ, æqualitate quantitatis. (3.d.18.2.c.
Immo eſt æquale æqualitate proportionis tantum. 2.d.27.3.o.
Reſpondeo dicendum, quòd eſt æquale æqualitate quantitatis, inquantum eſt ex gratia Dei: & virtute Spiritusſancti. Nam gratia Spiritusſancti, quam in præſenti habemus, & ſi non ſit æqualis gloriæ in actu, eſt tamen æqualis gloriæ in virtute, vt habetur. 12ę.q.114.3.3ᵐ. Sed ex parte noſtra eſt æqualitate proportionis vt acceptum à Deo.

Meritũ. 39. 888 Quòd nullus poteſt ſibi mereri ex condigno, nec ex congruo, reparationem poſt lapſum.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 2.d.5.q.2.1.o. d.18.4.o.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 689.

A. Meritum. 40. 889 Quòd homo poteſt aliquid mereri à Deo ſecundum quid præſuppoſita Dei ordinatione, non autem ſimpliciter.
Immo ex ſolo libero arbitrio. 2.d.5.q.2.1.o. d.28.4.o.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 689.

B. Meritum. 41. 890 Quòd nullus meretur viator, & pro viatore tantum.
Immo etiam illi qui ſunt in purgatorio merentur. 4.d.21.q.1. art.3.q.1.4ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd poſt hanc vitam non poteſt eſſe meritum reſpectu præmij eſſentialis. Sed reſpectu alicuius præmij accidentalis poteſt eſſe, quandiu manet homo in ſtatu viæ aliquo modo. Et ideo in purgatorio poteſt eſſo actus meritorius, quantum ad remiſſionem culpę venialis, vt habetur. 4.d.21.q.1.art.3.q.1.4ᵐ.

Miniſter. 2. 891 Quòd quicunq; exiſtens in aliquo peccato mortali, exhibet ſe miniſtrũ Eccleſiæ in aliquo ſpũali, peccat mortaliter.
Oppoſitum videtur dicere. 4.d.16. Lib.6ᵐ. d.17.q.1.art.5.q.1.3ᵐ. q.3.art.1.q.4.o. 1ᶜ. Corint.11.lect.7.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 796.

Miraculum. 15. 894 Quòd operatio miraculorum attribuitur gratiæ gratis datæ, vt principio proximi. Fidei vero, vt virtuti diſponenti ad hanc gratiam conſequendam.
Immo attribuitur principaliter fidei. 22ę.q.178.1.5ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd operatio miraculorum attribuitur fidei propter duo, ſ. primo quidem quia ordinatur diſpoſitiuè ad fidei confirmationẽ. Secundo quia proceditex Dei omnipotentia, cui fides innititur. Et tamen ſicut præter gratiam fidei, neceſſaria eſt gratia ſermonis ad fidei inſtructionem, ita etiam neceſſaria operatio miraculorum ad fidei confirmationem. Vnde fides non eſt ſufficiens cauſa ad miracula facienda, ſed eſt diſpoſitio quædam, vt habetur. 22ę. q.178.1.1ᵐ. Potentia.q.6.19ᵐ.

Miraculum. 17. 895 Quòd in reliquiis ſanctorum & verbis diuinis non eſt aliqua virtus vel forma, qua fiunt miracula.
Oppoſitum videtur dicere. 22ę.q.96.4.3ᵐ. Quol.12.14.o.Rom. lect.6. 1ᶜ. Corin.10.ſi.
Reſpondeo dicendum, quòd reliquiæ ſanctorum & verba diuina ſi portentur ex fiducia Dei & ſanctorum, quorum ſunt reliquiæ, tunc ex virtute diuina poſſunt fieri miracula. non autem ex virtute reliquiarum de ſe, vt habetur à ſimili, in locis ſecundo allegatis.

Miraculum. 35. 896 Quòd anima Chriſti vt inſtrumentum verbi ſibi vniti, habuit inſtrumentalem virtutem ad omnes mutationes miraculoſas, ordinabiles ad inſtaurationem rerum, non autem ad annihilationem rerum.
Immo poteſt annihilare omnem creaturam. 1ª.q.9.2.c. q.104. 3.4.o. Verit.q.5.2.6ᵐ. Potentia.4.5.1.4.o. Quol.4.q.3.1.o.
Reſpondeo dicendum, quòd poteſt annihilare ſicut & facere miracula virtute diuina, & non anima ſecundum ſe, vt habetur à ſimili. 1ª.q.9.2.c. 3ª.q.11.2.c.3ᵐ.

Miſeria. 2. 897 Quòd nullus poteſt velle miſeriam, ſed quilibet naturaliter eam fugit.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 12ę.q.19.7.2ᵐ.3ᵐ.2.d.38.5.c. diſt.40.2.o.

Miſericordia. 4 898 Quòd miſericordia ſecundum ſe eſt maxima virtutum.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 1200.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 22ę.q.161.5.c.ſi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 711.

Miſſa. 6. 900 Quòd celebrans miſſam in peccato mortali, vel inducens talem ſcienter, vel audiens miſſam præciſi per ſententiam Eccleſiæ, vel notorij fornicarij, licet ſuſtineatur à prælatis, peccant mortaliter.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 796.

Miſſio. 4. 901 Quòd mittere filium & Spiritum ſanctum, conuenit cuilibet perſonæ diuinæ, & toti trinitati.
Immo mittere non cõuenit, niſi perſonæ producenti, ſecundũ Athanaſium non autẽ ſecundum Aug. Potentia.q.10.4.14ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd cum dicitur, quòd Spiritusſanctus mittit filiũ, ſi in miſſione diuinæ perſonæ conſideretur auctoritas mittentis, ad perſonã miſſam, ſic ſola perſona poteſt aliam perſonã mittere, à qua eſt perſona miſſa. Et ſecundũ hoc pater mittit filiũ, & filius Spiritum ſanctum, nõ autem Spiritusſanctus mittit filium. Et ſic loquitur Athanaſius. Si autem in miſſione perſonæ diuinæ, conſideretur effectus, ratione cuius perſona diuina mittitur, dicitur quòd cum effectus ſit communis toti trinitati, (nam tota trinitas operata eſt carnem Chriſti, & operatur ſapientiam & charitatem in ſanctis,) tunc poteſt dici, quòd perſona mittitur à tota trinitate. Et ſic intelligit Auguſtinus, vt habetur. Opuſ.1.c.14.

Miſſio. 19. 902 Quòd miſſio inuiſibilis ſit ad ſanctos, in omni augmento gratiæ, ſecundum extenſionem ad nouum effectum, non autem ſecundum intenſionem.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 4.d.49.q.1.art.4.q.1.o.
Reſpondeo dicendum, quòd ſecundum illud augmentũ gratiæ præcipuè miſſio inuiſibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum vel nouum ſtatũ gratiæ extenſiuè, licet ex conſequenti etiã intenſiuè poſſit attendi.

Mode-ſtia. 2. 903 Quòd modeſtia eſt circa actiões interiores & exteriores.
Immo modeſtia eſt tantum in exterioribus geſtibus. 3.d.33.q. 3.art.2.q.1.3ᵐ.
Reſpondeo dicendum, quòd modeſtia, non dicitur ex hoc quòd imponat modum in qualibet materia, ſecundum quòd hic accipitur, ſed tantum in exterioribus geſtibus, vt ſcilicet in eis maturitas debita obſeruetur, vt habetur in ſecundo loco. Sed modeſtia communiter accepta circa actiones interiores & exteriores accipitur, vt habetur in aliis locis.

Mors. 17. 904 Quòd decens fuit Chriſtum mori.
Immo neceſſarium fuit Chriſtum mori. 3ª.q.14.2.o.
Reſpondeo dicendum, quòd neceſſarium fuit Chriſtum mori, non neceſſitate coactionis, ſed neceſſitate naturali, quæ non repugnat voluntati, vt habetur à ſimili. 3ª.q.14.2.c.

Mors. 19. 905 Quòd mors Chriſti dicitur dormitio, quia non per violentiam, ſed per proprium voluntatem mortuus eſt.
Immo mors Chriſti fuit violentia. 3.d.21. L.
Reſpondeo dicendum, quòd mors Chriſti fuit violenta, ex parte naturæ humanæ eius, licet perſonæ eius non potuerit inferri violentia. Sed quantum in occidentibus fuit, intulerunt mortem, vt habetur. 3ª.q.14.2.o. q.46.3.2ᵐ. q.47.1.o. 3.d.21. L. Quol.1.3.ſi. Opuſc.3.c.237.

Mors. 25. 906 Quòd Chriſtus fuit ſimpliciter mortuus.
Immo cum Chriſtus ſit Deus, erat immortalis. Opuſ.2.c.5.7.
Reſpondeo dicendum, quòd licet Deus ſit immortalis, tamen conuenienter confitemur, vnigenitum Dei verbum fuiſſe paſſum & mortuũ, quia non hæc ei attribuimus ſecundum naturã diuinam, ſed ſecũdum naturã humanã, q̃ pro noſtra ſalute in vnitatem perſonæ aſſumpſit, vt habeẽ. Opu.2.c.5.7.

Moyſes. 1. 910 Quòd Moyſes ſecundum Dionyſium, propter multam ſuam manſuetudinem, fuit dignus apparitione diuina. Ideo manſuetudo debet maximè appeti.
Immo diuina eſſentia nõ põt apparere alicui intellectui creato, ſiue lumine ſupernaturali, id eſt gloriæ. 1ª.q.12.2.c.1ᵐ.5.o.
Reſpondeo dicẽdum dupliciter, ſcilicet primo, quòd Moyſes oſtenditur Deum per eſſentiam vidiſſe, in quodam raptu, ſicut & de Paulo dicitur, vt in hoc Iudæorum legiſer, & doctor gentium æquarentur, ſecundum Auguſtinum, vt habetur. Verit.q.10.11.1ᵐ.

Mũdus. 13. 912 Quòd Ariſtotelis non intendit demonſtrare ęternitatem mundi, ſed diſputatiuè tantum procedere.
Oppoſitum videtur dicere. Ioan. 1. lect.6.ſi. Meth.12. lectio.7. Phy.8. lect.2.
Reſpondeo dicendum, quòd vt habetur. Meth.4. lect.5.ſi. duplex eſt demonſtratiõ, ſcilicet demonſtratio ſimpliciter dicta, qua verum ſimpliciter oſtenditur, & demonſtratio ad hominem, qua non ex veris ſimpliciter, ſed ex datis demonſtratur falſitas alicuius opinionis. Dicit ergo, quòd Ariſtoteles non intendit demonſtrare primo modo, ſed ſecũdo modo.

Ideo Meth.12.lect.5.dicit Aristoteles rationes non sunt demonstrationes simpliciter, nisi forte contra positiones Philosophorum antiquorum,qui voluerunt motum incœpisse per viam naturæ, scilicet per generationem.

Natura. 83. 916 Quòd nulla natura pōt supra se,id est in actum excedentē proportionem virtutis suæ, sed potest in obiectū supra se.
Oppositum videtur dicere à simili. Verit.q.29.art.3.6m.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 252.

Natura. 18. 917 Quòd Deus non facit contra naturam.
Immo Deus agit miraculosè, tripliciter scilicet supra naturam, præter naturam, & contra naturam. 2.d.18.q.1.3.c. Potentia.q.6.2.3m.Heb.2.lect.1.fi.
Respondeo dicendum quadrupliciter, scilicet primo, quòd Deus agit contra naturam particularem, non autem contra naturam viuersalem,vt habetur. Verit.q.13.12m.13m. Potentia.q.6.1.1m. quia vt habetur. 12ę.q.36.4.c. si potestas maior in tantum inualescat, quòd mutet contrariam inclinationem, in inclinationem propriam, iam non erit aliqua repugnantia vel violentia,sicut quando agens fortius,corrumpēdo corpus graue,aufert ei inclinationem,qua tendit deorsū. Et sic ferri sursum, nō est ei violentū,sed naturale.
Secundo dicendum, quòd Deus agit contra naturam, id est contra solitum cursum naturæ, non autem destruendo naturam,vt habetur. 22ę.q.10 4.2m. Potentia.q.1.3.1m.
Tertio dicendum, quòd Deus agit contra naturam, id est in oppositum illius, ad quod potentia naturalis inclinat, manente ipsa inclinatione, sed ligata,non autem contra potentiam obedientialem, vt habetur. Potentia.q.1.3.1m.
Quarto dicendum, sicut Dubio. 498.

Naturale. 11. 918 Quòd in naturalibus & moralibus, non quæritur quid semper fiat, sed quid fiat vt in pluribus.
Immo naturale ineſt semper. 22ę.q.57.2.1m.
Respondeo dicendum, quòd illud quod est naturale habenti naturam immutabilem, oportet quòd insit semper, nō autem habenti naturam mutabilem,vt habetur.22ę.q.57.2.1m.

Necessitas. 5. 921 Quòd necessitas quæ prouenit ex principio intrinseco,vt omne compositum ex contrariis, necessario est corruptibile, est necessitas naturalis & absoluta.
Immo necessitas naturalis sumitur à fine.Phy.2. lectio.10. fin. Lect. 13. princip.
Respondeo dicendum, q̄ necessitas naturalis sumitur à fine rei genitæ,scilicet à forma substantiali rei, nō autem à fine generationis ipsius rei,vt habetur in locis secūdo adductis,

Negligentia. 4. 924 Quòd negligentia est generale peccatum.
Immo negligentia importat defectum solicitudinis, quæ est specialis actus rationis,& actꝰ specialis virtutis.22ę.q.54.1.c.
Respondeo dicendum, quòd negligentia est generale peccatum, ratione materiæ,id est ratione boni agendi, speciale vero, inquantum priuat actum rationis, scilicet solicitudinem, vt habetur. 22ę.q.4.1.1.o.

Nomen 6. 926 Quòd ratio nominis magis & principalius se tenet ex parte eius ad quod nomen imponitur, quàm ex parte eius à quo nomen imponitur.
Immo magis & principalius se tenet ex parte eius à quo nomen imponitur. 1.d.2.1.c. d.4.q.1.1.c. Verit.q.4.1.8m.
Respondeo dicendū,quòd quia nomen imponitur ab eo, per quod res cognoscitur, scilicet à proprietate,vel ab operatione, si humanitus imponatur,ideo magis se tenet ex parte eius, à quo nomen imponitur,quo ad nos, licet ex parte rei significatæ sit econuerso,vt habetur in secundis locis.

Nomen 83. 927 Quòd in iis quæ apud nos sunt, nunquam nomen ab aliqua forma impositum, pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum.
Immo nomina substantiua dicuntur pluraliter, propter pluralitatem formæ significatæ. 1a q.36.4.7m.q.39.3.c.1.d.9.q.1.2.o. d.23.4.4m. d.25.4.c.d.29.4.c.3.d.1.q.2.4.6m.Potentia.q.9.6.c.
Respondeo dicendum, quòd in tertia parte loquitur de puris creaturis, in quibus nunquam pluralitas est natura, nisi pluralificetur suppositum, nec econuerso. In aliis autem locis loquitur de nominibus, vel secundum se, vel in diuinis & in Christo, vbi vnum potest pluralificari sine alio.

Nomen 26. 928 Quòd hoc nomen Deus per se supponitur pro natura communi, sed ex adiuncto supponit pro persona,homo autem econuerso.
Immo de se supponit pro persona, non autem pro essentia, nisi ratione diuinæ simplicitatis. 1a.q.39.4.5.o.3a.q.16.1. c.fi. 1.d.4.q.1.2.o. Opusc.1.c.5. Ioan.8.lect.3. princ.
Respondeo dicendum quadrupliciter, scilicet primo, quòd persona potest sumi dupliciter, scilicet primo,vt dicit suppositum indistinctum,id est vt dicit habens illam naturam seu formam. Et sic hoc nomen Deus, sicut & quodlibet aliud nomen concretum, supponit pro persona,& non pro natura communi,nisi ratione diuinę simplicitatis. Secundo vt dicit suppositum distinctum, tamen indistinctè, id est non limitando ad hoc vel ad illud.Et sic hoc nomen Deus, per se supponit pro natura communi, sed ex adiuncto, supponit pro persona,quia vt habetur.1a.q.39.4.3m.6.1m.natura diuina est vna & communis secundum rem in tribus personis. Sed hoc nomen homo secundū se supponit pro persona, non autem pro essentia,nisi ex adiuncto,quia natura humana est distincta secundum esse in diuersis. Et non est vna nec cōis secundum rem,sed tantū secundum rationem.
Secundo dicendum est,quòd vt habetur. 1a.q.1.3.c.1.d.13.1.c.d. 25.1.3m. Quol.2.q.2.2.c. Quol.8.q.2.1.1m. Meth.7. lect.5.fi. natura seu essentia, quādoque accipitur in abstracto,& quandoque in concreto. Et ideo quando dicit sanctus Doctor, quòd hoc nomen Deus supponit pro natura communi, accipit naturam in concreto. Sed quando dicit quòd non supponit pro natura cōmuni,accipit naturam in abstracto.
Tertio dicendum,quòd duplex est suppositio,scilicet naturalis quam habet nomen secundum se, & accidentalis, quæ accidit nomini ex adiuncto, scilicet in propositione. Loquendo ergo de suppositione naturali supponit hoc nomen Deus pro natura communi, suppositione vero accidentali, supponit pro persona.
Quarto dicendum, quòd sicut Dubio. 367.

Notitia. 1. 929 Quòd omnis notitia est bona.
Immo notitia circa scięcias magicas,est mala. Quol.4.q.9.1.c.
Respondeo dicendum,quòd omnis notitia de se est bona,sed aliqua est mala vel per accidēs,vel per abusum, vt habetur. 1a q.22.3.3m. 22ę.q.167.1.o.1.d.19.q.5.2.1m.3.d.35.q.2.art.3.q 3.o. contra. 1.c.70.5m. 71.8m. Verit.q.2. 5.4m. q.26,3.6m. Quol.4. 16.o. Ethic.7.lect.13.princ. Meth.12.lect.8.

Notio. 9 931 Quòd filius & Spiritussanctus, non conueniunt in eadem notione, quia non conueniunt in aliquo speciali, sicut pater & filius.
Oppositum videtur dicere. 1.d.15.q.1.2.4m.
Respondeo dicendū, quòd de ratione notionis propriæ, sunt tria, scilicet origo,dignitas,& specificatio,vt habetur. 1a.q. 32.3. 4 .5m. 1.d.26.q.2.3.c. Et sic esse ab alio & mitti, in quibus conueniunt filius & Spiritussanctus, non habent rationem notionis, quia deficit dignitas & specificatio. Tamen vtrunque dicitur notio communiter, ad quam sufficit prima conditio. Et sic loquitur in primo Sententiarum.

Notum. 3. 933 Quòd veritatem esse in communi, est per se notum,etiam quo ad nos, non autem veritatem primam.
Oppositum videtur dicere,quia cognitio primæ veritatis, est omnibus natura iter inserta. 1a.q.2.1.1m.
Respondeo dicendum, quòd cognoscere primam veritatem, potest intelligi dupliciter. Vno modo in aliquo cōmuni sub quadā confusione,& sic est nobis naturaliter inserta,inquātum, scilicet prima veritas, id est Deus est hoīs beatitudo. Homo enim naturaliter desiderat beatitudinē Et quod naturaliter desideratur ab homine naturaliter cognoscitur ab eodē.Sed hoc non est cognoscere simpliciter primā veritatem. Alio modo cognitione speciali & ꝓpria,& talis nō est nobis naturaliter inserta, vt habetur. 1a.q.2.1.1m. 12ę.q.1.7.c.

Obediētia.13. 936 Quòd obedientia est maior omni alia virtute morali,sed est minor virtutibus Theologicis.
Oppositum videtur dicere à simili. Verit.q.1.9.7m.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 287.

Oblatio 7. 937 Quòd oblatio de mercede prostibuli, prohibetur in lege veteri, ꝓpter immūdiciā. In noua vero lege ꝓpter scādalū.
Immo à peccatoribus quātumcunq; obstinatis in hac vita, licet accipere beneficia, & econuerso eis dare. 2.d.7.q.3.2.2m.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 143.

Oblatio 8. 938 Quòd non dantes oblationes debitas, possunt puniri per subtractionem sacramentorum , si tamen à sacerdote cui debentur, ne sacerdotes videantur per sacramentorum exhibitionem aliquid exigere, & sic simoniam committere, sed puniri possunt per superiorem aliquem.
Oppositum videtur dicere à simili. 4.d.9.art.5.q.1.c.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 1.

Omnipotentia.1. 944 Quòd omnipotentia non potest communicari creaturæ.
Oppositum videtur dicere à simili. 2.d.1.q.1.3.o. 4.d.5.q.1.art.3. quæst.3.5m.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 409. 410.

Operatio. 1. 947 Quòd operatio non recipit speciem ab operante , sed à principio operationis.
Oppositum videtur dicere. Ethic.10.lect.5.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 636.

Operatio.13. 951 Quòd opera mortua sunt meritoria,non quidem propriè, id est ex condigno, sed quasi similitudinariè, id est ex congruo. Et hoc respectu triplicis boni, scilicet consequutionis bonorum temporalium,dispositionis ad gratiam,& assuetudinis bonorum operum.

Oppositum

Oppositum videtur dicere, quia habent pulchritudinem. 2. 27.4.c.
Respondeo dicendum,quòd opera mortua valent ad humilitatem gratiæ,& ad abundantiam bonorum temporalium, sed principaliter habent ex se honestatē,iocunditatem, & pulchritudinem,vt habetur.2.dist.27.4.c.

Operatio.24. 952 Quòd opera mortificata reuiuiscunt per pœnitentiam, non autem opera mortua.
Immo etiam opera mortua,cum sint meritoria. Ma.q.2.5.7m.
Respondeo dicendum,quòd est proprium bonum eius, cum est ex virtute propria, non autem , cum ex virtute aliena, nisi cum res naturalis est cooperans, vt habetur à simili. 12ę.q.111.2.c.fi.

Oppositio.5. 958 Quòd quot modis dicitur vnum oppositorum,tot modis dicitur & reliquum.
Oppositum videtur dicere à simili,1a.q.40.1.1m.
Respondeo dicendum, quòd regula illa tenet tantum in oppositis,in quibus est eadem ratio multiplicationis, vt habetur.22ę.q.92.2.1m.

Oratio. 9. 959 Quòd oratio malorum exauditur, & fructuosa est, vel propter deuotionem eorum pro quibus fit, vel inquantum fit in persona ecclesiæ.
Immo fructuosa est,etiam ex parte malorum orantium. 4.d. 45.q.2.art.1.q.3.o.
Respondeo dicendum,quòd oratio peccatoris,inquantum ex bono desiderio naturæ fit, exauditur ex misericordia Dei, & non ex merito peccatoris non autem inquantum peccator, nisi fortè ad vindictam , vt habetur. 22ę.q.83.16.o.q. 178.2.1m.Potentia.q.6.9.5m.Io.4.lect.3.per totum.

Ordo. 24. 963 Quòd ea quæ sunt ordinis ecclesiæ,non possunt committi,nisi habenti ordinem.22ę.q.187.1.c.
Oppositum videtur dicere.4.d.24.q.2.2.9m.
Respondeo dicendum , quòd ea quæ sunt minorum ordinū, possunt licitè per alios non ordinatos fieri , quamuis illi non habeant ad hoc officium , non autem in aliis ordinibus,vt habetur.4.dist.24.q.2.2.9m.

Organū 4. 666 Quòd organis vel instrumentis musicis,non est vtendū in ecclesia,quia homini musica , magis animum mouent ad corporalem delectationem , quàm per ea formetur interius bona dispositio.Et ideo subtrahuntur in ecclesia instrumenta musica vt à corporalibus retrahantur , diuinis laudibus mancipati.
Immo in veteri testamento , vsus erat talium instrumentorum.22ę.q.91.2.4m.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd in veteri testamento vsus erat talium instrumentorum,tū quia populus erat magis durus & carnalis,vnde erat per hominis instrumenta prouocādus,sicut & per promissiones temporales,tum etiam quia huiusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant.
Secundò dicendum,quòd duplex ratio ad hoc assignatur,scilicet prima quòd illa instrumenta vt dictū est , erant figuralia secundum autem quòd Deus laudatur mente & voce, est morale. Alia ratio habetur ex verbis Philosophi,qui dicit,quòd contra sapientiam est , quòd homines instruantur in lyris & musicis,quia occupant animum in sui operatione,sed simplici debent esse musica cōtenti.Et ideo subtrahuntur in ecclesia instrumēta musica,vt à corporalibus retrahantur,diuinis laudibus mancipati,vt habetur.Psal.32.

Oseæ.1. 967 Quòd Osea propheta excusatur à fornicatione, quia debuit obedire præcepto Dei.
Oppositum videtur dicere.12ę.q.100.8.o.3.dist.37.4.o.
Respondeo dicendum,sicut Dubio. 518.

Panis.1. 968 Quòd conuersio panum & multiplicatio eorum , facta per Christum fuit per additionem materiæ nouiter creatę.
Immo fuit per conuersionem materiæ præiacentis , sicut & multiplicatio costæ in Eua.2.dist.18.q.1.1.c.L.fi.
Respondeo dicendum,quòd communiter tenetur,quòd multiplicatio panum non est facta per modum creationis,sed per additionem extraneæ materiæ in panes conuersæ, secundum Augustinum,vt habetur.3a.q.44.4.4m.

Pars.3. 970 Quòd partes subiectiuæ,non sunt de perfectione totius vniuersalis,sed est perfectè in qualibet eius parte,perfecta ratio eius simul & æqualiter.
Oppositū videtur dicere à simili. 12ę.q.54.3.2m.q.55.4.2m.2.dist. 27.2.2m.Veri.q.1.2.dist.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.973.1157.

Pars.14. 971 Quòd vna pars est in potentia ad aliam, sicut materia ad formam,vel omnes partes sunt in potentia respectu totius.
Immo omnes partes dicuntur in potentia esse in toto,non respectu totius,sed vt per se sint actu.Meth.7.lect.14 à med.
Respondeo dicendum , quòd via generationis partes sunt in potentia respectu totius,sed via resolutionis sunt in potentia in toto,vt per se sint actu.

Pars.12. 972 Quòd vniuersalius est totum & pars,respectu minus vniuersalis.
Oppositum videtur dicere à simili Phy.2.lect.5.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.359.

Pars.24. 973 Quòd esse totius,non est esse alicuius partis eius.
Immo esse totius,est esse omnium partium eius. 3.d.6.q.2.3.c.
Respondeo dicendum , quòd loquendo de esse secundum q̄ est actus entis,tunc est vnum esse totius , & partis in toto, sed si separetur,est aliud & aliud, sed esse substantiale, est idem in eis secundum speciem.

Pars.25. 974 Quòd in diuinis est ratio totius & partis , secundum rationem tantum.
Oppositum videtur dicere à simili.2.d.3.q.3.2.c.fi.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.475.

Participare.1. 976 Quòd omne participatum à superioribus in inferiora, & omne superius,est vt formale respectu inferiorum.
Oppositum videtur dicere à simili.Phisi.2.lect.5.
Responeo dicendum,sicut Dubio.359.

Passio. 21. 978 Quòd nomina passionum animæ quandoque sumuntur pro simplici operatione voluntatis.
Oppositum videtur dicere.4.dist.25.q.3.art.1.q.1.1m.
Respondeo dicendum, quòd quandoque sumuntur pro simplici operatione voluntatis secundum apparentiam , sed non secundum essentiam.

Passio. 26. 979 Quòd omnes passiones animæ reducuntur ad vndecim Passiones, scilicet sex in concupiscibili, idest amor,odiū,desiderium seu concupiscentia,fuga vel abominatio,delectatio vel gaudium , dolor vel tristitia. Sed aliæ quinque sunt in irascibili,scilicet spes,desperatio,timor,audacia,& ira.
Oppositum videtur dicere, quo ad amorem , cùm passio sit motus quidam.12ę.q.26.1.2.o.
Respondeo dicendum, quòd amor etsi non nominat motum appetitus tendentem in appetibile , nominat tamen motū appetitus , quo immutatur ab appetibili , vt ei appetibile complaceat,vt habetur.12ę.q.26.2.3m.

Passio. 2. 980 Quòd in passionibus animæ,est duplex contrarietas, scilicet secundum diuersitatem obiectorum , idest boni , & malí,& secundum accessum , & recessum ab eodem termino. Prima tantum est in passionibus cōcupiscibilis.Sed vtraque est in passionibus irascibilis.
Immo contrarietas boni,& mali,est propria passionibus concupiscibilis.Sed contrarietas possibilis , & impossibilis est propria passionibus irascibilis.3.d.26.q.1.3.c.5m.
Respondeo dicendum , quòd contrarietas boni , & mali est principaliter in passionibus concupiscibilis , sed est in passionibus irascibilis,secundum quòd oriuntur à passionibus concupiscibilis,vt habetur.3.d.26.q.1.3.c.

Passio. 52. 981 Quòd nulla inclinatio passionis,vel habitus,ita vehemēs est q̄ ei ratio non possit resistere,si remaneat vsus rationis.
Immo in repentinis , necesse est quòd homo agat secundum habitum,secundum Aristotelem. Veri.q.24.12.c.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.372.

Passio. 79. 982 Quòd passio Christi est causa vniuersalis in remissione peccatorum , quam oportet singulis applicari per baptismum,pœnitentiam,& alia sacramenta.
Immo passio Christi est causa propria remissionis peccati.3a. q.49.1.o.
Respondeo dicendum,quòd passio Christi est propria causa remissionis peccati tripliciter,scilicet prouocando ad charitatem,redimendo,& instrumentaliter operando , sed est vt causa quædam vniuersalis quo ad sufficientiam,propria vero per applicationem ad singula peccata per sacramenta,vt habetur.1a.q.56.2.3m.q.79.3.c.3a.q.49.1.o.2.3.c.4.c.2m.5. c.q.52.5.c.q.56.2.4m.q.62.5.c.q.69.1.2m. 3m.q.79.3.c.3. dist.19.1. o.L.principio.

Paul⁹.2. 985 Quòd Paulus in sua cōuersione,habuit voluntatē actualē cōtrariā gratiæ.Ideo cōuersio eius celebratur vt miraculosa.
Oppositum videtur dicere.Ma.q.6.c.3m.
Respondeo dicendum,sicut Dubio.372.

Peccatū. 2. 987 Quòd peccatum non est pura priuatio.
Oppositum videtur dicere.Ma.q.2.9.2m.5m.
Respondeo dicendum, quòd peccatum est mors animæ,idest priuatio gratiæ effectiuè,& non essentialiter , vt habetur. Ma.q.2.9.2m.6m.11.13m.12.2m.q.4.2.10m.20m.

Peccatū. 18. 988 Quòd peccatum est duplex,scilicet peccatum occultum, & peccatum publicum.Secundum est corrigendum publicè,non autem primum.
Immo denunciatio semper debet fieri in peccatis occultis. 22ę.q.33.7.o.
Respondeo dicendum,ꝙ ille qui occultè peccat,si non solùm in te peccat,sed etiam in alios,oportet statim ad denunciationem procedere,vt huiusmodi nocumētum impediatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

nisi fortè aliquis firmiter æstimaret, q̃ statim per secretam admonitionem, posset huiusmodi mala impedire. Si autem solùm in re peccat, seruandus est ordo euangelij.

Peccatũ. 34. 990 Quòd illud peccatũ dicitur generale quod priuat cõditionem requisitam in qualibet virtute. Sed peccatum in Spiritum sanctum est spirituale, ratione spiritualis contẽptus.
Oppositum, videtur dicere à simili. 12ª. q. 84. 1. c. 2ᵐ. 2. c.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 1144.

Peccatũ. 36. 991 Quòd peccata differunt specie, secundum fines, non autem secundum causas agentes.
Immo differunt specie secundũ diuersa motiua. 12ª. q. 72. 8. 9. c.
Respondeo dicendum, quòd motiuum peccati potest accipi dupliciter. Vno modo pro agente. Et sic peccata nõ differũt specie. Alio modo accipitur motiuum ad peccandum, vt finis & obiectum. Et sic secundum diuersa motiua peccata differunt specie, vt habetur. 12ª. q. 72. 9. c. princ.

Peccatũ. 38. 992 Quòd nullum quod est præter intentionem peccantis, dat speciem peccato.
Immo aliquando variatur species peccati, sine eo quòd intentio feratur ad ipsam circumstantiam. 4. d. 16. q. 3. art. 2. q. 3. c.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 347.

Peccatũ. 39. 993 Quòd circumstantiæ non possunt aggrauare peccatum in infinitum.
Oppositum videtur dicere. 4. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 4. 5. o. Ma. q. 2. 8. o. Opusc. 12. art. 6.
Respondeo dicendum, q̃ vt habetur. 12ª. q. 18, 10. o. q. 88. 5. o. eadem conditio actus respectu vnius speciei, est circumstantia & respectu alterius speciei, est de substantia actus, & differentia constitutiua. Et sic potest aggrauare peccatum in infinitum, non autem vt circumstantia.

Peccatũ. 41. 994 Quòd peccata cordis, oris, & operis, non differunt secundum species completas, sed secũdum gradus eiusdẽ speciei.
Immo sunt tres species. 1ª. q. 90. 3. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd peccatum cordis, & peccatum oris, non distinguuntur à peccato operis, quando sunt simul, vt habetur. 12ª. q. 72. 7. 3ᵐ.

Peccatũ. 46. 995 Quòd omne peccatum est in voluntate, vt in subiecto.
Immo non omne peccatum est in voluntate, vt in subiecto, sed vt in causa per se vel per accidens. 2. d. 22. q. 2. 1. 1ᵐ. d. 24. q. 1. 2. 2ᵐ. d. 31. q. 2. 1. 4ᵐ. d. 44. q. 1. 1. 1ᵐ. Verit. q. 15. 3. 3ᵐ. Ma. q. 2. 2. 2ᵐ. Veri. q. 1. 15ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd subiectum peccati est duplex, scilicet subiectum primum siue remotum, & subiectũ proximum. Volũtas est subiectum primum siue remotũ omnis peccati, subiectum vero proximum, sunt diuersæ potentiæ, vt habetur. 12ª. q. 10. 2. c. 2. d. 41. q. 2. 2. o. d. 42. q. 1. 1 5ᵐ. Veri. q. 25. 1. c. 1ᵐ. Veri. q. 1. 52ᵐ.

Peccatũ. 65. 996 Quòd omnis voluntas sub Deo sibi relicta, potest secundum se habere peccatum.
Immo impeccabilis potest fieri aliqua creatura à Deo. 1ª. q. 63. 1. c. 1. d 39. q. 2. 2. c. 4ᵐ. 2. d. 23. q. 1. 1. o.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 723.

Peccatũ. 81. 998 Quòd propria & per se causa peccati, est ex parte conuersionis, ad commutabile bonum.
Immo est ex parte auersionis, ab incommutabili bono. 4. d. 15. q. 1. 2ᵐ. Ma. q. 5. 2. c.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 259.

Peccatũ. 93. 1001 Quòd peccata hominũ sunt impedimẽta humani boni.
Immo peccata hominum, aliquando aliquod bonum figurant. 22ª. q. 88. 2. 2ᵐ. 4. d. 38. q. 1. art. 1. q. 3. 3ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 717.

Peccatũ. 123. 1003 Quòd maximum peccatum, opponitur maximè virtuti, principaliter & directè, sed minimum extenuè.
Immo principale vitium, non opponitur principali virtuti. 12ª. q. 39. 4. 1ᵐ. q. 84. 4. 1ᵐ. 22ª. q. 118. 7. 1ᵐ. q. 142. 3. 1ᵐ. q. 162. 6. 2ᵐ. 7. 3ᵐ. 4ᵐ. 2 d. 22. q. 1. 1. 2ᵐ. 3. dist. 33. q. 2. art. 1. q. 3. 4ᵐ. Ma. q. 8. 1. 3ᵐ. 22ᵐ. q. 13. 3. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 292.

Peccatũ. 147. 1005 Quòd omnia peccata in hac vita, sunt remissibilia.
Oppositum videtur dicere. 22ª. q. 14. 3. o. q. 118. 5 3ᵐ. 3ª. q. 86. 1. 2ᵐ. 3ᵐ. 2. d. 43. 4. o. L. 3ᵐ. Veri. q. 24. 11. 7ᵐ. Ma. q. 3. 14. 15. o. Quol. 2. q. 8. 1. o. Math. 12. Ro. 2.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 151.

A. Peccatum. 154. 1006 Quòd peccatum originale, est peccatum naturæ, sed peccatum actuale, est peccatum personæ.
Immo peccatum originale, sicut & alia vitia est contra naturam 12ª. q. 81. 2. c.
Respondeo dicendum, q̃ peccatum originale dicitur peccatũ naturæ, non quia ex principiis naturę humanæ de se procedat, sed quia est in nobis ex dissolutione armoniæ originalis iustitię, vt habetur. 12ª. q. 82. 1. 0. 2. d. 30. q. 1. 3. 1ᵐ. Ma. q. 4. 2. 4ᵐ.

B. Peccatum. 157. 1006 Quòd peccatum originale est voluntarium, per voluntatem. Adæ tantum.
Immo est voluntarium etiam in aliis ab Adam, quia qui puniuntur pro peccato originali, non puniuntur pro peccato alterius, sed pro suo, quod quisque incurrit. Ma. q. 4. 1. 19ᵐ. q. 5. 1. 2ᵐ. 11ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd peccatum originale, vt personale ipsi Adæ est voluntarium per voluntatem Adæ tãtùm. Sed vt est quodammodo commune toti humanæ naturæ per infectionem, sic est voluntarium etiam voluntate aliorum. Et ideo cum aliquis punitur pro peccato primi parentis, non punitur pro peccato alterius, sed pro peccato suo, vt habetur. Ma. q. 4. 1. 19ᵐ.

Peccatũ. 159. 1007 Quòd peccatum originale est multiplex in virtute, quia virtualiter continet omnia peccata.
Oppositum videtur dicere, 12ª. q. 80. 1. c. 2ᵐ. 2. c.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primò, q̃ peccatum originale est multiplex non solùm in virtute, sed etiã quia est maximum communitate, vt habetur. Opusc. 10. cap. 28.
Secundo dicendum, sicut Dubio. 1144.

Peccatũ. 204. 1008 Quòd peccatum veniale, & mortale, differunt genere.
Immo sunt quandoque eiusdem speciei. 12ª. q. 72. 5. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, q̃ nihil prohibet in diuersis rebus specie vel genere differentibus inuenire vnam formalem rationem obiecti à qua peccatum speciem recipit, vnde peccatum veniale potest ex se differre genere à peccato mortali. Sed propter imperfectionẽ actus, potest esse eiusdẽ speciei cum peccato mortali, vt habetur. 12ª. q. 74. 8. 2ᵐ. 9. c. 3ᵐ.

Peccatũ. 205. 1009 Quòd peccatum veniale ex genere, potest fieri mortale ex intentione, non idem numero, nec multa simul.
Oppositum videtur dicere. 4. d. 16. q. 3. art. 2. q. 3. c.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, q̃ consensus in veniale ex genere, est ex se veniale. Sed consensus in veniale, propter affectionem actus facit ex intentione mortale, vt habetur. 12ª. q. 74. 8. 2ᵐ. 9. c. 3ᵐ. q. 88. 5. 1ᵐ. 2. d. 24. q. 3. 4. 5. o. dist. 42. q. 1. 4. c. Veri. q. 15. 4. 2ᵐ. Ma. q. 7. 3. 4. c. 5. c. 8. q. 15. 2. 16ᵐ. Quol. 7. q. 6. 7ᵐ. Quol. 10. q. 8. 2. 3ᵐ.
Secundo dicendum, sicut Dubio. 347.

Peccatũ. 208. 1010 Quòd peccatum veniale & mortale, differunt sicut reparabile, & irreparabile.
Oppositum videtur dicere. 1ª. q. 69. 2. c. Opu. 3. cap. 148. 149.
Respondeo dicendum, dupliciter. s. primo q̃ peccatum veniale & mortale differunt sicut reparabile & irreparabile, per principium interius, quia veniale dicit defectum circa ea, quæ sunt ad finem, sed mortale dicit defectũ ab vltimo fine, vt habeę 12ª. q. 72. 5. c. q. 87. 2. 5. o. q. 88. 1. o. 5. c. 22ª. q. 24. 10. c. fi. cõ. 3. c. 139. fi. 143. Ma. q. 7. 1. o. 3. c. fi. 7. c. fi. 9. c. Opu. 3. c. 178
Secundo dicendum, sicut Dubio. 1008.

Peccatũ. 213. 1011 Quòd in ratione superioris, dupliciter potest esse peccatũ veniale, scilicet quando consentit in veniale ex genere, vel quando habet subitum motum infidelitatis sine consensu.
Immo suprema pars rationis practicæ non potest esse deordinata, nisi per peccatum mortale, non autem per veniale. 2. d. 21. q. 2. 3. 6ᵐ.
Respõdeo dicendũ, q̃ motus rationis superioris, in illud quod est veniale ex genere, est peccatum veniale. Similiter si sit mortale ex genere, circa proprium obiectũ ante deliberationem, scilicet infidelitas ex surreptione, quæ cum deliberatione est peccatum mortale, vt habetur. 12ª. q. 74. 9. 10. o. 2. d. 24. q. 3. 5. o. Veri. q. 15. 5. o Ma. q. 7. 1. c, fi. 12ᵃᵉ. 3. 17ᵐ. 5. o.

1012 Quòd omne peccatũ mortale, est contra præceptũ Dei. Peccatũ. 426.
Oppositum videtur dicere. 22ª. q. 148. 2. 1ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd non omne peccatũ mortale directè contrariatur præceptis decalogi, sed tantum iniustitiam continens, vt habetur. 22ª. q. 69. 1. c. q. 70. 4. c. q. 148. 2. 1ᵐ.

Peccatũ. 227. 1013 Quòd nullum peccatũ mortale, potest remitti sine alio: quia omnia peccata mortalia sunt connexa in auersione, non autem in conuersione.
Immo peccata mortalia, non sunt connexa. 12ª. q. 73. 1. 1ᵐ. fi.
Respondeo dicendum, q̃ sunt connexa, quo ad reatum pœnæ ex auersione propter contemptum, non ex conuersione, secundum q̃ peccata distinguuntur, vt habetur. 12ª. q. 73. 1. 1ᵐ.

Pœnitentia. 4. 1017 Quòd pœnitentia est species iustitiæ commutatiuæ, licet contineat aliquid de qualibet virtute.
Immo pœnitentia non est species seu pars subiectiua iustitiæ, sed pars eius potentialis. 4. d. 14. q. 1. art. 1. q. 4. 4ᵐ. q. 5. o. art. 3. q. 3. c. d. 17. q. 2. art. 2. q. 4. c. art. 3. q. 2. 6.
Respondeo dicendum, q̃ quia iustitia æqualitas quædam est, ideo non potest esse vera adæquatio, nisi vbi est perfecta ratio iustitiæ, sed aliquis iustitiæ modus. Sicut ergo religio ponitur pars iustitiæ, non quidem quasi species, sed quasi pars potentialis in quantum aliquem modum iustitiæ participat, ita etiam pœnitentia pars potentialis iustitiæ debet poni, sed propriè debet dici species iustitiæ commutatiuæ, vt habetur in locis pro vtraque parte allegatis.

1018 Quòd

Pœnitẽtia. 9. 1018 Quòd pœnitentiam ordine naturæ, simpliciter præcedunt virtutes Theologicæ.
Immo pœnitentia est prior charitate. 4. d. 14. q. 1. art. 2. q. 2. o.
Respondeo dicendum, quòd pœnitentia est prior charitate, & sequẽtibus ipsam, & posteriori fide, & spe, quia fides & spes non habent rationem perfectæ virtutis, nisi secundum q̃ sunt informatæ charitate. Et secundum hoc pœnitentiam sequuntur. Et sic aliquo modo verum est, quòd pœnitentia est prima inter omnes virtutes. Sed vt fides, & spes sunt informatæ charitate, sic pœnitentia est posterior, vt habetur. 4. d 14. q. 1. art. 2. q. 2. c. fi. 1ᵐ.

Pœnitẽtia. 68. 1019 Quòd peccatum viatoris, deleri potest per pœnitentiam, non autem peccata damnatorum.
Immo aliquod peccatum viatoris, est irremissibile. 22ª. q 14. 3. o. q. 118. 5. 3ᵐ. 2. d. 43. 4. o. Lib. 3ᵐ.
Respondeo dicendum, sicut Dubio. 151.

Perfectio. 18. 1021 Quòd perfectum est prius imperfecto, ordine naturæ, & perfectionis, sed econuerso ordine tẽporis & generationis.
Immo est aliquod principium multiforme, & tamen cum sit compositum, est posterius principio vniformi, ordine naturæ, cum tamen omne principium sit perfectius principiato. Verit. q. 5. 2. 2ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd principium in ratione principiandi est perfectius principiato, & prius eo ordine naturæ generationis, non autem secundum perfectionem rei, & ordine naturæ perfectionis, vt habetur. Verit. q. 5. 2. 2ᵐ.

Per se. 3. 1024 Quòd omne quod inest non per se, reducitur ad aliquid, quod inest per se.
Immo omne per accidens, reducitur ad causam per accidens, quia oportet effectum proportionabiliter referri ad causam suam. Periher. 1. lect. 13.
Respondeo dicendum, quòd licet reducatur ad causam per accidens naturalem, contingit tamen reduci per se in aliquem intellectũ præordinantẽ, vt habetur. Periher. 1. lec. 13.

A. Perseuerãtia. 2. 1025 Quòd perseuerantia est virtus specialis, habens speciale obiectum, scilicet opus laboriosum, vt tristabile, ratione diuturnitatis.
Immo perseuerantia non est virtus. 12ª. q. 58. 3. 2ᵐ.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo quòd perseuerantia dicitur tripliciter, scilicet habitus mentis quo firmiter statur contra tristitias, habitus de proposito perseuerandi, & continuatio boni vsque ad finem vitæ. Primo modo non est virtus, quia non operatur bonum faciliter & delectabiliter, tamen reducitur ad virtutem perseuerantiæ, sicut imperfectum ad perfectum. Secundo modo est virtus infusa, non autem tertio modo.
Secundo dicendũ, sicut Dubio 389. in respõsione secunda. 1025.

B. Perseuerãtia. 3. 1025 Quòd perseuerantia non est in appetitu sensitiuo sed in ratione.
Immo perseuerantia est in irascibili. 22ª. q. 137. 2. 2ᵐ.
Respondeo dicendum, quòd sicut ipse distinguit frequenter, & præsertim. 12ª. q. 109. 10. o. Perseuerãtia dicitur tripliciter, scilicet habitus mẽtis, quo firmiter contra tristitias statur, habitus moderatiuus tristitiæ, & habitus de proposito perseuerandi. Primo & tertio modo est in ratione, id est in vosẽuerandi. Primo & tertio modo est in ratione, id est in vosẽuerandi. Primo & tertio modo est in ratione, id est in vosẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam actus, non autem quo ad modum eius, scilicet quòd aliquid fiat ex charitate. Sed post peccatum neutro modo.
Immo homo etiam post peccatum, potest sine gratia seruare omnia præcepta Dei, quo ad substantiam actus. 2.dist.28.3.o.dist.41.L.5[m].
Respondeo dicendum, tripliciter, scilicet primo, quòd homo sine gratia potest implere omnia precepta legis Dei, & imperfectè, non autem omnia & perfectè, vt habetur. 12[c].q.109.2.c.Veri.q.24.14.7[m].
Secundo dicendum, quòd in primis locis, loquitur Sanctus Thomas de homine in natura corrupta per peccatum. In secundis verò locis de homine in natura integra, vt habetur. Veri.q.24.14.7[m].
Tertio dicendum, sicut Dubio.689.

Prædicati.10. 1052 Quòd terminus in subiecto positus, tenetur materialiter, idest pro supposito. Sed in prædicato positus, tenetur formaliter, idest pro natura.
Immo terminus à parte prædicati positus, ad quem terminatur actus verbi, non tenetur formaliter, sed materialiter. 3.dist.1.q.2.5.2[m].3[m].4[m].5[m].
Respondeo dicendum, quòd idem respectu diuersorum est materiale, & formale, vt habetur. Phi.2.lect.5. vt etiam adductum est. Dubio.359.

Prædicati.13. 1053 Quòd hæc prædicatio, Deus est patet, & econuerso, est per se, & nullo modo per accidens. Nec sicut superioris de inferiori, nec econuerso, sed per identitatem.
Immo essentia prædicatur per accidens de persona, & econuerso. Potentia.q.8.2.6[m].
Immo nihil prædicatur de Deo per accidens. 1[a].q.3.6.c.fi.1.d.4.q.2.2.3[m].
Immo præfata propositio, est per accidens, & non per se. Po[a]. q.8.2.6[m].
Immo, & relationes temporales Dei ad creaturas, dicũtur de Deo per accidẽs, & non per se. 1.d.30.1.2[m].4[m]. Po[a].q.7.8.6[m].
Immo & ista non est per se, licet sit vera. Deus est passus. 3. d. 11.4.6[m].
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd prædicari per accidens, dicitur quadrupliciter, scilicet accidentaliter inhærens vel denominans extrinsecè, sine quo res potest esse, per aliud, & quod non est de ratione subiecti. Primo modo non prædicatur de Deo per accidens, vt habetur. 1[a].q.3.6.c.fi.1.dist.4.q.2.2.3[m]. Secundo vero modo, relationes temporales prædicantur de Deo per accidens, vt habetur. Potentia q.7.8.6[m]. Et etiam tertio modo, vt habetur. 1. dist.30.1.2[m]. quia relationes temporales pr. dicãtur de Deo per accidens, idest per aliud, quia per relationes reales, quo sunt in creaturis, vt dicitur ibidem. Sed quarto modo essentia Dei prædicatur per accidens de personis, & econuerso, vt habetur. Potentia.q.8.2.6[m].
Secundò dicendum, quòd prædicari per se, accipitur dupliciter, scilicet secundum propriam rationem, idest q̃ prædicatum sit de propria ratione subiecti vt habetur. Po[a].q.8.2.6[m]. Et sic quia persona non est de propria ratione essentiæ, nec econuerso, nec relationes temporales sunt de ratione Dei, ideo quandoque dicit Sanctus Thomas, q̃ non prædicatur per se, sed per accidens. Alio modo dicitur prædicari per se, quando prædicatũ & subiectũ sunt idẽ vt habetur. Meth. 5. lec.18. Et sic dicit q̃ essentia in diuinis prędicatur per se per identitatẽ, quia secundũ Boetiũ nulla verior est prædicatio, quàm quãdo idẽ de seipso prędicatur, vt habet. 1[a].q.19.6.2[m].

Præseruatus.1. 1054 Quòd præseruatus ab aliquo, dicit purgatus, vel liberat'.
Oppositum videtur dicere, quia Christus fuit præseruatus à peccato originali, & tamen non fuit purgatus, neque liberatus, vt habetur. 4.dist.43.art.4.q.1.3[m].
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo q̃ licet solus Christus non fuerit purgatus, neq; liberatus à peccato originali, hoc tamẽ de nulla alia persona humana dici potest.
Secundo dicendum, quòd licet Christus peccatum originale non contraxerit, carnis tamen eius emundatio à præcedẽti infectione, saltem intellectu præcessit assumptionem, vt habetur. 3.dist.3.q.4.attic.2.c.2[m].L.2[m].

Principium.3. 1055 Quòd principium est cõmunis causa, & causa elemento.
Immo quædam sunt, quæ se consequuntur ad inuicem conuertibiliter, sicut principium, & causa. Meth.4.lec.2.princ.
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo q̃ causa ptincipium sunt idem re conuertibiliter. Sed differunt ratione, vt habetur. Meth.4.lect.2.principio Lib.5.lect.1.principio.
Secundo dicendum, quòd causa dupliciter accipitur, vno modo propriè, scilicet pro causa quæ aliquo modo influit in effectũ. Et sic principium in plus se habet quàm causa, quia principium à quo incipit motus est principii, non tamen est causa, hoc modo accepta. Alio modo accipitur cõmuniter. s. vt se extendit ad causam per se & ad causam p accidẽs quocunque modo accidentis. Et sic principiũ, & causa conuertuntur.

Priuatio 4. 1059 Quòd priuatio est carentia eius quod est aptum natũ habere. Et hoc tripliciter, scilicet vel ab eo, vel ab alio eiusdẽ speciei, vel à quocũque. Et tertia tantum est in diuinis.
Immo nulla priuatio est in diuinis. 1[a].q.49.3.2[m].1.dist.43.q.1.1.c.2.dist.34.1.3[m].4.c.
Respondeo dicendum, quòd in secundis locis accipit priuationem propriè, scilicet pro carentia formæ debitæ eidem subiecto. Sed in primis locis accipit priuationẽ largè, scilicet pro negatione entis determinati generis, aptitudinem rei in alio denotantis, sicut ipse ibidem se exponit.

Priuatio 8. 1061 Quòd nulla priuatio est intenta ab aliquo agente.
Oppositum videtur dicere. Potentia q.3.6.13[m].
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo q̃ priuatio est præter intentionem naturæ particularis, sed est de intẽtione naturæ vniuersalis, vt habetur. Potentia q.3.6.13[m].
Secundo dicendum, sicut Dubio.1200.

Processio.12. 1062 Quòd Spiritus sanctus procedit à patre & filio inquantũ sunt plures agentes, & inquantũ sunt vnum in vi spiratiua. Opusc.1.cap.11.fi.Opusc.3.cap.48.Opusc.9.q.25.26.
Oppositum videtur dicere.1.dist.29.4.2[m].
Respondeo dicendum, sicut Dubio.1133.

Prophetia.6. 1066 Quòd de ratione prophetiæ, non est ænigmatica cognitio, quia Moyses fuit propheta, & tamen Deum palam, & non per ænigmata vidit.
Oppositum videtur dicere. Veri.q.12.13.c.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.486.

Prophetia.43. 1067 Quòd omnis prophetia de quacumque re, est eiusdem speciei quia est per vnum formale. s. per lumen diuinum.
Oppositum videtur dicere.1[a].q.1.1.2[m]. Veri.q.12.3.c.fi.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.1111.

Prophetia.54. 1068 Quòd prophetia fuit in Christo, inquantum fuit viator.
Oppositum videtur dicere. Veri.q.20.6.c.
Respondeo dicendum, quòd ersi Christus habuit plenam & apertam notitiam quantum ad partem intellectiuam de diuinis, habuit tamen in parte imaginatiua quasdam similitudines, in quibus poterat speculari diuina, inquantum non solùm erat cõpr. hensor, sed etiam viator. Et hoc modo prophetia fuit in Christo, vt habetur. 3[a].q.7.8.1[m].

Prophetia.58. 1069 Quòd Dauid habuit prophetiam, quo ad intuitum mẽtis, sine imaginaria visione.
Oppositum videtur dicere.22[c].q.174.2.3[m]. Ver.q.12.12.c.10[m].
Respondeo dicendum, quòd Dauid non habuit prophetiam quo ad intuitum mẽtis sine imaginaria visione perfectiorem aliis simpliciter, quia visio Moysi fuit excellentior quantum ad cognitionem diuinitatis, sed secundum quid: quia Dauid plenius cognouit & expressit mysteria incarnationis Christi, vt habetur. 22[c].q.174.4.1[m].

Proprius. 5. 1073 Quòd in omni re, proprium accidẽs est aliud ab essentia eius. Et est posterius ea ordine generationis & perfectionis.
Oppositum videtur dicere. Spiritu.11.7[m].fi.
Respondeo dicendum, sicut Dubio.197.

Prudentia.50. 1075 Quòd prouidentia diuina gubernat corpora inferiora, per corpora superiora.
Oppositum videtur dicere, 2.d.2.q.2.3.o.d.15.1.4[m].
Respondeo dicendum, sicut Dubio.333.

Prudentia.22. 1077 Quòd prudentia non conuenit brutis.
Immo prudentia est in brutis, etiam in brutis imperfectis, & memoriam non habentibus, cum prudentia sit naturalis æstimatio de conuenientibus prosequendis & nociuis fugiendis, & animalia etiã imperfecta percipiant naturaliter id quod nociuũ est & cõueniens. Meth.lec.2.Anima.3.lec.5.
Respondeo dicendum, quòd prudentia non conuenit brutis, nisi Metaphoricè, scilicet inquantum instinctu naturali aguntur sagaciter, vt habetur in locis primo alleg.

Quantitas.12. 1080 Quòd quantitas dimensiua, non est in Deo, sed tantum quantitas virtualis.
Immo quædam species quantitatis dimensiuæ, quo ad rationem differentiæ, sunt in Deo, & per consequens æqualitas similiter. 1.d.19.q.1.1.4[m].d.24.q.1.1.1[m].
Respondeo dicendum, quòd æqualitas consequitur rationem quantitatis in communi, quæ consistit in quadam diuisibilitate. Vnde ratio quantitatis inuenitur propriè in illis, quæ secundum se diuiduntur: Et sic Deo non conuenit: Inuenitur etiam quodammodo in illis, in quibus diuisio attenditur secundum ea, quæ extrinsecus sunt, sicut virtus dicitur diuisibilis, & quantitatis rationem habens, ex diuisione actuum & obiectorum. Et talis ratio quantitatis, scilicet virtualis Deo conuenit, & per consequens æqualitas, vt habetur. 1.dist.19.q.1.1.1[m].

Quo est 1. 1081 Quòd quo est, & quod est, in solo Deo non differunt.
Oppositum videtur dicere.1[a].q.3.5.c.

Respondeo

Respondeo dicendum, sicut Dub.114.

Raptus. 10. 1082 Quòd raptus mentis ad diuina est triplex, scilicet per similitudines imaginarias, per effectus intelligibiles, & per essentiam Dei. Primus conuenit Petro & Ioanni euangelistæ in apocalypsi. Secundus Adæ, & Dauid. Tertius verò Paulo, & Moysi.
Oppositũ videt dicere, quo ad tertiũ modũ, 1[a].q.12.2.c.1[m].5.o.
Respondeo dicendum, sicut Dub.486.

Ratio 13. 1084 Quòd ratio & intellectus sunt realiter eadem potentia.
Oppositum videtur dicere. Poster.princ.
Respondeo dicendum, sicut Dub.738.

Relatio. 9. 1086 Quòd relatio secundum rationem eius nihil ponit in subiecto.
Oppositum videtur dicere, contra.2.c.13.
Respondeo dicendum, quòd relatio secundum esse eius inhæret subiecto secundum verò rationem eius, tantum assistit, quia non ponit in eo aliquid absolutum, sed tantùm per respectum ad aliud, vt habetur, 1[a].q.28.1.1[m].2.c.q.39.1.c.q.40.1.c.1.d.8.q.4.3.4[m].d.33.1.c.Pot.q.7.8.c.9.c.princ. 7[m].q.8.1. 4[m].12.c.q.9.5.2[m].14[m].

Relatio. 10. 1087 Quòd vnitas & pluralitas specifica relationum, sumitur ex causa, numeralis autẽ ex subiecto nulla verò ex terminis.
Immo relationes multiplicãtur secundum rem, & secundum fundamenta, 3.d.8.5.o.d.21.q.1.ar.1.q.2.5[m].
Respõdeo dicẽdũ dupliciter, scilicet primo, quòd illud quòd in tertia parte dicitur causa in tertio sententiarum dicitur fundamentum, vt patet per exempla, in vtroque libro posita. Et quælibet distinctio relationum realis, est ex fundamentis, quæ si distinguantur specificè, siue in eodem subiecto, siue in diuersis causant distinctionem specificam relationum. Si verò fundamenta distinguantur solo numero, quod est ex distinctione numerali subiectorum, tunc relationes distinguũtur realiter solo numero, vt dicit vtrobiq;.
Secundò dicendum, quòd quamuis ex terminis multiplicetur respectus relationis, non tamen oportet quòd multiplicentur relationes secundum rem. Et quia ex eo res habet vnitatem & multitudinem, ex quo habet esse. ideo secundum id in quo relatio fundatur, iudicandum est de ea, vtrum sit secundum rem vna vel plures, vt habetur. 3.d.8.5.c.prin. 4[m].

Relatio. 13. 1088 Quòd relatio in diuinis non est totum vniuersale, nec omnes simul, sunt aliquid maius, quàm vna tantùm.
Oppositum videtur dicere à simili, 2.d.3.q.3.2.c.fi.
Respondeo dicendum, sicut Dub.475.

Relatio. 17. 1089 Quòd relationes Dei ad creaturas non sunt realiter in Deo, nec extra Deum, nec ipse Deus.
Immo sunt realiter in creatura. 1[a].q.6.2.1[m].q.13.7.o.q.28.1.3[m].4.c.q.45.1.1[m].3[a].q.2.7.o.1.d.8.q.4.1.3[m].d.9.lib.q.2.2[m].d.14.q.1.1.2[m].2.c.3[m].q.2.1.c.1[m].d.22.3.c.4.3[m].d.26.q.2.1.c.d 30. 2.4[m]. d.33.1.c.4[m].d.36.q.2.1.2.2[m].2.d.1.q.1.2.3[m].3.d.1.ar.1.q.1.1[m].d.2.q.2.ar.2.q.3.2[m].d.5.q.1.ar.1.q.1.c.3[m].d.7.q.2.1.c.d.8.3.c.fi.d.32.3.c. Ver.q.4.5.c.Pot.q.3.3.c.q.7.1.9[m].9.10.11.o. Quol.1.2.o. Quol.8.vel.9.4 o.Opusc.3.c.219.
Respondeo dicendum, quòd relationes Dei ad creaturas, quæ sunt realiter in creaturis, sunt etiã in Deo, secundũ rationẽ, & intellectũ nostrum & angelicum, & diuinũ, vt habetur, 1[a].q.6.2.1[m].q.13.7.2[m].4[m].3.d.32.3.c.d.36.q.2.2.2[m].d.47.q.1.2.1[m].

Religio. 1090 Quòd professi religionem, mortui sunt mundo, & viuũt Deo. Vnde non sunt reuocandi ad vitam humanam, occasione cuiuscumque euentus.
Oppositum videtur dicere, 4.d.38.q.1.ar.4.q.1.3[m].
Respondeo dicendum, sicut Dub.1208.

Rhetorica.1. 1091 Quòd rhetorica est ex coniecturis ad suspitionem, quia quandoque non sit complete fides vel opinio, sed suspicio quædam, quia non totaliter declinatur ad vnam partem cõtraditionis, licet magis declinetur in hãc quàm in illam. Sed Dialectica est ex probabilibus ad opinionem.
Immo rhetorica est scientia, ad rationalem Philosophiam pertinens. Post.1.
Respondeo dicendum, quòd rhetorica per respectum ad suas causas & passiones, scilicet secundum quòd est docens, est scientia. Et formantur in ea naturales propositiones & necessariæ. Sed quantum ad vsum siue quantum ad modum procedendi, sic non vtitur propositionibus vniuersalibus, sed cõiecturis. Sic autẽ nõ est scientia, sed magis modus sciẽdi.

A Sacerdot. 14. 1094 Quòd Christus noluit nasci de sacerdotibus, ne videretur idem sacerdotium eius, & sacerdotium vetus. Sed vetus esset figura sacerdotij eius.
Oppositum videtur dicere, 3[a].q.31.2.2[m].
Respondeo dicendum, quòd noluit nasci de sacerdotibus secundum tectam genealogiam, sed secundum stirpem ex parte matris suæ.

Sacramẽtum.68. 1095 Quòd sacramenta veteris legis nihil interius efficiebant in anima ideo dicuntur iustitia carnis.
Oppositum videtur dicere, 4.d.1.q.2.ar.4.q.2.c.

Saluati. 7. Respondeo dicendum, sicut Dub.342.343.
1097 Quòd ex diuina prouidentia, procurantur multæ occasiones salutis hominibus, vt p̃dicationes, exẽpla, actus virtutũ pro loco & tẽpore, ægritudines, flagella, & cetiã peccata.
Oppositũ videt dicere, quo ad peccata, 4.d.17.q.2.ar.4.q.1.4[m].

Sanitas. 2. Respondeo dicendum, sicut Dub.734.
1098 Quòd sanitas est tantùm in animali.
Oppositum videtur dicere à simili, 4.d.14.q.1.ar.3. q.1.c.Ver.q.14.4.7[m].
Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo quòd eadem numero sanitas est in animali & in aliis, nec alia sanitas est medicinæ & vrinæ quàm sanitas animalis, quam medicina facit, & vrina significat, vt habetur, 12[c].q.20.3.3[m].
Secundò dicendum sicut Dubio.1173.

Scientia 1. 1099 Quòd scientia significat qualitatem, quam consequitur quidam respectus.
Immo scientia est collectio specierum ordinatarum ad cognoscendum, 3[a].q.12.2.c.3.dist.14.ar.3.q.4.c.3[m].cont.1.c.56.3[m]. Ver.q.10.2.c.fi.q.20.2.c.fi.q.24.4.8[m]. Opusc.9.q.81.
Respondeo dicendum, q̃ de scientia duplex fuit opinio, scilicet quorũ Auicennæ dicentis, q̃ scientia nihil aliud est, quã habilitas quędam intellectus ad recipiendam illuminationem, & species intelligibiles ab intelligentia, vt habetur. Ver.q.12.1.c. Alij autem dicunt q̃ non, sed quòd scientia est collectio specierũ. Ideo sanctus Doctor quãdoq; ponit hoc sub dubio, vt habetur. con.1.c.56. vbi dicit, q̃ habitus scietię, vel est habilitas quædam ad recipiẽdas species intelligibiles, vel est cõgregatio specierũ, &c. Quãdoq; verò declinat ad primam opinionẽ. Et sic dicit q̃ scięcia est qualitas simplex. Et sepius declinat ad secundam, ideo dicit, q̃ scientia est collectio specierum, vt etiam dicetur infra. Dubio.1108.

Scientia 6. 1102 Quòd nulla scientia probat sua principia, sed probat alia ex eis. Nec disputat contra negantes ea, propter primam Philosophiam.
Immo in Physica Philosophus disputat contra negantes sua principia. Phys.lec.2.
Respondeo dicẽdum, quòd Phylosophus in Physica disputat contra negãtes sua principia, non vt Physicus, sed vt indues habitum Methaphysici, vt habetur. Phi.1.lec.2.

Scientia 27. 1105 Quòd scientia acquisita est habitus naturalis, quia inest vnicuique homini quoddam principium scientiæ, scilicet lumen intellectus agentis, per quod cognoscuntur statim à principio naturaliter, quædam vniuersalia principia omnium scientiarum.
Immo scientia fit in nobis per proprium ingenium & studiũ, 1[a].q.117.1.o.Poster.1.
Respondeo dicendum, quòd scientia acquisita est habitus naturalis inchoatiuè quo ad principia. Sed completiuè per proprium ingeniam & studium, vt habetur. Poster.1.

A Scientia.32. 1107 Quòd in statu innocẽtiæ, homo non acquisiuisset scientiam ex sensibus.
Oppositum videtur dicere, 1[a].q.1.10.1.o.2.d.20.q.2.2.o.
Respondeo dicendum tripliciter, scilicet primo, q̃ vt collligi potest, 2.d.20.q.2.2.2[m]. Potentiæ sensitiuæ dupliciter considerari possunt, s. vel secundũ se, vel vt illustratæ lumine intellectus agentis. Primo modo potẽtiæ sensitiuæ sunt inferiores intellectu possibili. Ideo non erat conueniens in illo statu recto, q̃ intellectus acquireret scięcia ex sensibus quia tunc inferiora depẽdebant & perficiebãtur à superioribus, & non econtrario. Secundo autem modo ratione intellectus agentis qui est superior intellectu possibili poterat intellectus possibilis accipere scientiam ex sensibus.
Secundò dicendũ q̃ tũc accepisset scientiã ex sensibus quo ad vsũ, applicãdo habitus infusos ad phãtasmata, nõ aũt acqrẽdo habitũ scię de nouo, vt hf. 2.d.20.q.2.2.3[m].d.23.q.1.2.3[m].
Tertiò dicendum, sicut Dub.1218.

B Scientia.33. 1107 Quòd disciplina quę est receptio cognitionis ab alio, requiritur ad scientiam.
Oppositum videtur dicere, 1[a].q.117.1.c.Ver.q.11.1.c.Quol.8.4.c.
Respondeo dicendum, quo ad scientiam ab alio acquisitam, requiritur disciplina, non autem ad scientiam per inuctionem propriam, vt habetur, 1[a].q.117.1.c.3[m].4[m].

Scientia 35. 1108 Quòd ille qui in aliqua scięcia acquitit per primã demõstrationem, scientiã conclusionis vnius, habet quidem habitum scięciæ sed imperfectè. Cum autem acquirit per aliquam aliã demonstrationem, scientiam conclusionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus scientiæ, sed habitus q̃ prius inerat fit pfectior, vt pote ad plura se extẽdẽs. Immo geometer modico studio acquirit habitum scięciæ de conclusione, quã nunquam consideravit, 12[c].q.65.1.1[m].
Immo & tota vna scientia, cõtinet diuersas particulares scięcias, respectu diuersarũ conclusionum. Ver.q.8.16.4[m].
Respondeo dicendum, quòd in duobus primis locis loquitur de scientia, secundum q̃ est simplex qualitas. In aliis autem

secundum quòd est quoddam aggregatum, vt superius declaratum est. Dub.1099.

Scientia 34. 1110 Quòd scientia quæ habetur per reuelationē diuinam, Et scientiæ humanitus inuentæ, differentia secundum genus. Vnde theologia quæ ad sacram doctrinam pertinet, differt secūdū genus ab illa theo quæ pars philosophiæ ponitur.

Immo omnes habitus qui sunt in eadem potentia, sunt eiusdem generis, licet differant specie propter differentiā obiectorum formalium, 12ª.q.54.1.1ᵐ.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd in prima parte loquitur de genere propinquo nobis innominato. Sed in prima secundæ, loquitur de genere remoto.

Secundò dicendum, quòd in prima parte loquitur de genere logico. Sed in prima secundæ, loquitur de genere Phys.

Scientia 49. 1111 Quòd scientia infusa & scientia acquisita, sunt diuersarū rationum & diuersarum specierum. Vnde nihil prohibet de eisdem rebus, de quibus physicæ disciplinæ tractant; secundum quòd sunt cognoscibiles lumine naturalis rationis, & aliam scientiam tractare, secūdum quòd cognoscuntur lumine diuinæ reuelationis.

Immo scientia Adæ, quæ fuit per species à Deo, infusas, fuit eiusdem rationis cum scientia nostra, quæ est per species acquisitas, 1ª.q.94.3.1ᵐ.

Respōdeo dicendū tripliciter, ſ. primo, q̄ 1ª.q.11.1. vult quòd sint diuersarum rationum, propter diuersum lumen. Sed q.94.3.1ᵐ. dicit quòd sunt eiusdem rationis, quia sunt per idem lumen naturale, licet per diuersas species, ſ. in Adam per infusas, in nobis autem per acquisitas, quæ non diuersificant scientias siue rationem scientiæ in eodem subiecto.

Secundo igitur dicendum, quòd 3ª.q.9.4.3ᵐ. loquitur de scientia infusa & acquisita in eodem subiecto, vt probatur. 1ª.q.85.4.c. 3ª.q.35.5.c. 3.d.23.q.3.art.4.q.3.c. Sed 1ª.q.94.3.1ᵐ. loquitur in diuersis subiectis, scilicet in Adam & in nobis. Ideo dicit, quòd potētia visiua quæ habetur per naturam, & quæ habetur per miraculum sunt eiusdem rationis. Ideo non possent esse similiter in eodem oculo.

Tertio dicendum, quòd quia habitus distinguuntur speciem secundum distinctionē formalem obiectorū, & secundum ordinem ad diuersa, vt probat de virtutibus infusis & acquisitis. 12ª.q.63.4.o. & in anima Christi scientia infusa & acquisita, sunt diuersorum obiectorum formalium propter diuersum lumen, & ordinantur ad diuersa, vt dicitur. 3.q.9.4.o. Ideo cōcluditur ibi ad tertium, quòd sunt diuersarum rationum. Scientia vero Adæ infusa & scientia nostra acquisita, sunt eiusdem rationis, quia sunt eiusdem obiecti, & ordinantur ad idem. Vnde licet. 1ª.q.63.4.o. proberur q̄ virtus infusa differt speciem à virtute acquisita, tamen ibi ad tertiū dicitur, q̄ si Deus infunderet tales virtutes, quales p actus acquiruntur, essent eiusdē rationis, & eiusdē speciei, sicut & oculus productus p naturam, & productus per miraculum, sicut etiā Adam. Eua, Christus, & cæteri sunt eiusdem speciei, licet cæteri producti sint per naturā. & Adam, Eua, & Christus, immediatè formati sint à Deo.

Scientia 64. 1113 Quòd aliqua scientia imperat aliis, tanquam ancillis eis vtendo.

Immo imperare est actus rationis, & nō scientiæ. 11ª.q.17.1.o.

Respondeo dicendum, quòd imperare est actus rationis, vt principij directiui quo ad esse rei imperatæ, sed est actus scientiæ, quo ad bene esse rei scitæ, vt scita est.

Scientia 69. 1114 Quòd donum scientiæ est principaliter speculatiuum, & secundariò practicum, sicut & fides.

Immo donum scientiæ est tātum practicū. 1.d.35.q.2.ar.3.q.2.o.

Respondeo dicendum, quòd vt habetur. 1ª.q.14.16.c. Scientia dicitur speculatiua vel practica tripliciter, scilicet vel ratione obiecti, vel ratione finis, vel ratione modi procedendi. Vnde donum scientiæ ratione obiecti est practicum tantum, quia est tantum de humanis, quorū cognitio non est necessaria ad salutem, nisi practica, vt habetur. 12ª.q.9.o. 3.d.35.q.2.art.3.q.1.o. Sed ratione finis, donū scientiæ est principaliter speculatiuum, & secundariò practicum, sicut & fides ad quam ordinatur, vt habetur. 22ª.q.9.3.c.

Semen. 7. 1117 Quòd semen mulieris nihil facit ad generationem prolis. Ideo aliquæ concipiunt sine eo.

Immo semen fœminæ se habet actiuè. 3ª.q.31.5.3ᵐ. q.32.4.c.q.35.1.3ᵐ. contra. 4.c.44.fi. Math.fi.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd semen fœminæ est imperfectum in genere seminis, propter imperfectionem virtutis fœminæ. Vnde fœmina se habet actiuè in præparatione materiæ, non autem in conceptione prolis, vt habetur in secundis locis.

Secundo dicendum, sicut Dubio. 661.

Sensibile. 4. 1119 Quòd sensibilium aliqua immutant sensum spiritualiter tantùm, vt color, quædam aut materialiter, vt gustabile & tangibile. Alia verò vtroque modo.

Immo omne sensibile, immutat sensum realiter & naturaliter, 2.d.13.3.c.

Respondeo dicendum, sicut Dub.787.

Sensuali tas. 5. 1120 Quòd singuli motus sensualitatis, sunt in potestate nostra, non autem omnes simul.

Immo etiam omnes simul, vt videtur dicere à simili, 2.d.5.q.2.1.o.d.28.3.4.o.

Respondeo dicendum, sicut Dub.689.

Sēsus. 4. 1121 Quòd sensus est quædā deficiens participatio intellectus.

Immo sensus & intellectus differunt realiter, 1ª.q.84.6.c. Anima.3.lec.4.o.

Respondeo dicendum, sicut Dub.746.

Sensus. 22. 1122 Quòd sentire & intelligere sunt actiones immanentes.

Immo sentire non est totaliter remotum, à genere actionum ad extra, 1ª.q.27.5.c. Meth.5.lec.16.fi.

Respondeo dicendū, q̄s sentire quod est operatio in sentiēte, est extra naturā intellectualem. Sed dicitur nō esse remotū à genere actionū quæ sunt ad extra, quia sentire perficitur per actionē sensibilis in sensum, vt habetur prima, q.27.5.c.

Signū. 3. 1124 Quòd signum quandoque dicitur causa, scilicet quando est notior effectu. Sed sæpius dicitur de effectu, & diuiditur contra causam. Tamen ideo scriptura potius dicit vt luminaria cæli sint in signa quàm in causas, vt occasionem idololatriæ tolleret.

Oppositum videtur dicere, Pot.q.7.7.10ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dub.471.1146.

Similitu do.10. 1126 Quòd similitudo in diuinis, aliter pertinet ad verbum, & aliter ad amorem.

Immo ipse amor, nō est similitudo, 1ª.q.27.4.3ᵐ. cont.4.c.23.fi.

Respondeo dicendum quòd similitudo ad verbum pertinet inquantum ipsum est quædam similitudo rei intellectæ, sicut genitum est similitudo generantis. Sed ad amorē pertinet, non quòd ipse amor sit similitudo, sed inquantum est principium amandi, vt habetur, 1ª.q.27.4.2ᵐ.

Simonia. 1. 1127 Quòd simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel annexum ei.

Immo annexum spirituali, licet vēdere aliquo modo tempore necessitatis, 22ª.q.100 1.6ᵐ. 4.o. 4.d.25.q.3.ar.2.q.1.o.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd annexum spirituali est duplex, scilicet vel dependens ex re spirituali, vt beneficia ecclesiastica, vel ordinatum ad aliquid spirituale, vt vasa sacra, & iuspatronatus. Secundum licet vendere aliquo modo ratione materiæ, in necessitate ecclesiæ, non autem primum, quia sic esset simonia, vt habetur in locis secundo allegatis.

Secundo dicendum, sicut Dubio. 5.

Sobrietas. 1. 1130 Quòd sobrietas est circa potum ebriatiuum.

Immo sobrietas est circa cibos. 2.d.44.q.2.1.3ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd sobrietas propriè, est circa potum ebriatiuum: large vero est circa cibos & omnem materiam, quia sobrius dicitur, quasi briam, idest, mensuram seruans, vt habetur in primis locis.

Solus. 3. 1131 Quòd hæc ꝓpriè nō cōceditur Pater, vel trinitas est solus Deus, nisi ex parte prædicati intelligitur aliqua implicatio.

Oppositum videtur dicere. 1.d.21.q.2.o.

Respondeo dicendum, quòd Sanctus doctor, vtrobique vult, quòd ly solus, sit conditio suppositi. Sed quia in prima parte attendit modum significandi, & prædicatum stat formaliter, & significat per modum formæ, non autem per modum suppositi, ideo dicitur, quòd ly solus, non propriè ponitur ex parte prædicati. Sed in primo Sententiarum attendit rem significatam. Et essentia diuina subsistit, & habet rationem suppositi, etiam non intellecta distinctione personarum. Ideo dicit, quòd potest poni ly solus in prædicato tali.

Spiratio 2. 1133 Quòd pater & filius in diuinis, sunt duo spirantes, sed vnus spirator.

Immo sunt etiā duo spiratores. 1.d.11.4.o. d.12.3.c.d.29.4.2ᵐ.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd spirator potest sumi dupliciter, scilicet substantiuè, & adiectiuè, quia est nomen verbale. Et secundum Grammaticos, nomina verbalia sunt substantiua voce, & adiectiua significatione. Ideo autoritatem sancti Hilarij, 2.de Trin. exponēs. 1ª.q.36.4.7ᵐ. scilicet quòd spiritussanctus à patre & filio autoribus confitendus est, dicit quòd Hilarius accepit substantiuum pro adiectiuo. Si ergo spirator sumatur substantiuè, sunt vnus spirator. Si verò adiectiuè, sunt duo spiratores, quia adiectiua numerantur secundum numerum suppositorum quibus adiunguntur. Substantiua verò secundum numerum formæ sui significati, vt habetur. 1ª.q.36.4.7ᵐ. q.39.3.c. 1.d.9.q.1.2.o. d.23.4.4ᵐ. d.25.4.c. d.29.4.c. 3.d.1.q.2.4.6ᵐ. Potentia.q.9.6.o.

Secundo dicendum quòd in 1.Sent. attendit significationem nominis, in prima vero parte attendit modum significandi. Et

di. Et quia nomina verbalia significant actum, & actus numerantur secundū suppositā, quia actus sunt suppositorū, vt habetur, 1. Meta. ideo dicit in ny ·ō·1125·tt duo spiratores. Sed quia nomina verbalia nō significat per modum actus, sicut verba & participia, sed p modū substantię & præcipuè substantiua, ideo in prima parte dicit q̄ sunt vnus spirator.

Spiritus. 9. 1134 Quòd pater & filius, sunt vnum principiū spiritussancti, vnitate notionis communis.

Immo pater & filius non conceduntur communiter esse idem principium spiritussancti, quia ratione articulationis, includitur vnitas suppositi, licet quidam concedant, quia non ponit vnitatem absolutam, sed respectu eius cui additur, quia est adiectiuum, 1ª.q.36.4.6ᵐ. 1.d.29.4.3ᵐ. Opus.9.q.56.

Respōdeo dicendum, dupliciter, scilicet primo quòd hoc non videtur multum cogere, quando possit concedi, quòd pater & filius sint idem principium, sicut & vnum. Vtimur enim pronominibus communiter, & pro essentia, & pro persona.

Secundò dicendum, sicut. Dub.1133.

Stuprū 3. 1135 Quòd filia sacerdotis etiam non nupta deprehensa in stupro, lapidabatur in veteri testamēto, secundū Hieronymū. In aliis autem tantùm nuptiæ.

Immo filia sacerdotis comburabatur, Aliæ verò lapidabantur, 3ª.q.29.1.4ᵐ. fi.

Respondeo dicendū quòd filia sacerdotis si deprehēsa fuerat in stupro & violauerat nomen patris sui, flammis exurebatur. Sed quidam referunt verbum Hieronymi ad lapidationem infamiæ, vt habetur, 3ª.q.29.1.4ᵐ. fi.

Subiectum. 2. 1136 Quòd subiectū est causa effectiua propriæ passionis, quia proprium fluit à subiecto.

Immo subiectum est causa materialis eius, 1ª.q.77.1.5ᵐ.

Immo propriæ passiones, sunt accidentia subiecti per se, & similiter producuntur à simili, 1ª.q.77.1.5ᵐ.

Respōdeo dicēdum, quòd subiectum est causa materialis propriæ passionis, vt materia in qua, sed est causa effectiua, nō quidem per aliquam transmutationem, sed per naturalem resultationem, vt habetur, 1ª.q.77.6.3ᵐ.

Suffragia. 1. 1141 Quòd suffragia peccatoris prosunt mortuis, nō solùm ex opere operato in persona eius, sed etiam ex opere operantis in persona ecclesiæ, vel etiam ex opere imperātis, licet magis prosint suffragia bonorum.

Oppositum videtur dicere à simili, 2.d.40.4.5ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 959.

Sūmū. 1. 1143 Quòd summum malum non datur.

Immo aliquid est summè malum, 1.d.17.q.2.2.c.4.d.14.L.12.

Respondeo dicendum, sicut Dub.837.

Superbia. 15. 1144 Quòd superbia & auaritia, inquantum sunt spiritualia peccata, sunt radices omnium peccatorum.

Oppositum videtur dicere, quia actus vel habitus, non habet rationem radicis, sed rami, 2.d.5.q.1.3.c.1ᵐ. d.22.q.1.1.7ᵐ. d.42.q.2.1.c.2ᵐ. 3.1ᵐ.

Respōdeo dicēdum dupliciter, ſ. primo quòd peccatum dicitur spirituale dupliciter, id est vel quia est circa spiritualem materiam, vel propter specialitatem actus extēdentis se ad omnem materiam, vt omnia vitia circa actum rationis, vt habetur, 22ª.q.54.1.c.q.99.2.o. Superbia igitur dicitur spirituale peccatum primo modo, magis quàm secundo.

Secundò dicendum, quòd radix dupliciter potest considerari, scilicet vel vt est prima & vniuersalis causa & per se omniū quæ procedunt ex arbore. Et sic dicit in secundo Sent. quòd speciale peccatum auaritiæ & superbiæ in actu vel in habitu, vt est passio habitualis, consequens peccatum originale, habet rationem radicis, quia oritur ex fomite peccati originalis, qui propriè est radix omnium peccatorum, vt dicit, 2.d.43.1.2ᵐ. Sed in aliis locis considerat radicem, quātum ad hoc, quòd ex ea oritur & nutritur arbor. Ideo dicit auaritiā & superbiā, inquantū sunt specialia peccata habere rationē radicis, quia non est aliquod genus peccati, quod frequenter nō oriatur & nutriatur ex eis, licet nō semper. Et etiam quia Salomon dicens superbiam esse initium omnis peccati, & Paulus dicens, cupiditatem esse radicem omnium malorū, loquuntur de eis, vt sunt peccata specialia. Sed vt auaritia & superbia, est inordinatus appetitus vniuscuiusq; rei, sic etiam nō est radix, sed genus omnis peccati, vt habetur in secundis locis.

Superfi. ces. 1. 1145 Quòd superficies est propriū & per se subiectū colorum.

Oppositum videtur dicere. Verit.q.2.3.2ᵐ. Anima.13.8. Meth.4.lec.7. Post.1.lec.34.prin.

Respondeo dicendum, quòd sicut dicitur, Ver.q.1.3.c. subiectū tripliciter comparatur ad accidens, scilicet vt præbens ei sustentamentum, vt potentia ad actum, & vt causa eius. primo modo aceidens non est subiectum alterius, sed bene secundo & tertio modo.

Vel superficies est subiectum quo, nō tamen subiectum quod quia vt habetur, 3.d.33.q.2.ar.4.q.1.c. Post.1.lec.2. vnū accidēs non potest esse subiectum alterius accidētis in virtute propria, sed bene in virtute substantiæ. Accidens autem dicitur subiectum accidentis per se, inquantum ponitur in definitione alterius accidentis, & dicitur non per se, id est, non ex se, quia est in virtute substantiæ. Supius 1.

1146 Quòd superius habet similitudinem cum inferiori, vt sol cum igne. Et ideo est similitudo omnium rerum secundum formam & secundum materiam. Et secundum accidens potest esse aliquid simile substantiæ, similitudine quæ est inter causatum & causam.

Immo nullo modo Deus est similis creaturis, nec causa suis causatis, 1ª. q.7.3.4ᵐ. 1.dist.19.q.1.2.c.dist.35.4.6ᵐ. d.48.1.4ᵐ. cōt.1.c.2.29.Ver.q.2.11.1ᵐ. q.4.4.1ᵐ. q.23.7.11ᵐ. Pot.q.7.7.10ᵐ.

Respondeo dicēdum, dupliciter scilicet primo, quòd vt habetur, Verit. quæst.4.4.2ᵐ. Potentia.q.7.7.4ᵐ. Similitudo dicitur dupliciter, scilicet vel propriè, id est quādo forma æqualiter & eadem ratione est in vtroque extremorum, vel sumitur largè in exemplari, licet non sit ad imitationem alterius. Et sic secundo modo Deus, Idea, Verbum, Substātia, & causa, quandoque dicūtur habere similitudinem ad suos effectus, quia secundum Aristotelem in Quarto & Quinto Metaphysicæ, similia dicuntur, quæcunque conueniunt in qualitate seu forma, non autem primo modo, vt est supra. Dub.471. adductum est.

Secundo dicendum, quòd etiam similitudo creatoris reperta in creatura, est ducēs nos, sed confusè in cognitionem eius, vt habetur, 1.d.3.q.2.1.o.q.3.c.

Supposi tum. 1. 1147 Quòd in compositis dicuntur suppositum & natura.

Oppositum videtur dicere, 1ª.q.3.3.c.

Respondeo dicendum, sicut Dub.114.

Tempus 11. 1150 Quòd tempus non mensuratur alio tempore, nec fieri, eius, quia totum esse eius, est in fieri. Ideo incipit in principio temporis, vt in princ. non autem vt in mensurante.

Oppositum videtur dicere, Pot.q.3.17.24ᵐ.

Respondeo dicendum duplicitèr, scilicet primo, quòd pro tāto oportet illud quod incipit habere mensurā duratōnis, quia incipit per motum. Sic autem tempus nonincipit.

Secundò dicendum, quòd omnis mēsura in suo genere seipsa mensuratur, sicut linea per lineam, & similiter tempus per tempus, vt habetur, Pot.q.3.17.24ᵐ.

Tempus 15. 1151 Quòd tempus est per se mensura motus primi. Ideo non mensurat esse, nisi secundum quòd subiacet variationi ex motu cæli.

Immo accidit tempori esse mensura motus firmamenti, 1ª.q.66.4.3ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd homo accidit tempori, quia si alius esset motus primus, illius motus esset tempus mensūra, vt habetur, 1ª.q.66.4.3ᵐ.

Tempus 14. 1152 Quòd scriptura diuina creationem rerum, in indiuisibili factam pronunciat dicēs. In principio creauit Deus cælum & terram. Quod quidem principium, Basilius principium temporis exponit, quod quidem esse indiuisibile, vt secundum Philosophum probatur.

Oppositum videtur dicere, 1ª.q.46.3.1ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dub.129.

Theologia. 4. 1153 Quòd theologia est scientia nobis diuinitus reuelata.

Immo theologia est scientia acquisita per studium, laborem, & motum intellectus, scilicet propter incipientium eruditionem, prouectorum instructionem, & impedimentorum euitationem, 1ª.prolog.o.1.prol.q.1.3.c.

Respōdeo dicendū, dupliciter scilicet primo, quòd theologia humanitùs inuenta, scilicet philosophia prima, est scientia acquisita per studium. Sed theologia, cuius subiectum est Deus. est nobis diuinitus reuelata.

Theologia. 10. Secundò dicendum, quòd etiam theologia diuinitus reuelata prioribus, acquiritur à nobis per studium, quo ad eius conclusiones, non autem quo ad eius principia, quæ sunt articuli fidei, & quæ sunt omnibus diuinitus reuelata.

1154 Quòd Deus est subiectum theologiæ.

Immo ens diuinum reuelabile, est subiectum theologiæ, 1ª.q.1.1.2ᵐ. 3.c.2ᵐ. 4.c.1.prol.4.o.

Respondeo dicendum, sexrupliciter, scilicet primo quòd duplex est subiectum in scientia, vt habetur. Meth.5.lec.6. prin. scilicet vel subiectum adæquatum, quod scilicet prædicatur de omnibus cōsideratis per se in illa scientia vel subiectū principale seu subiectum attributionis, scilicet quòd principaliter consideratur, & ad quod referuntur omnia, quæ in illa scientia considerantur, & ad illud ordinantur. In primo igitur sententiarum loquitur de subiecto primo modo in prima verò parte de subiecto scientiæ secundo modo.

Secūdò dicēdū q̄ vt ipse dicit Deū esse subiectū theologię verum est, cùm formalis ratio obiecti in theologia à Deo. Et tale

tale est verũ subiectũ eius. Aliud verò dictũ, de iis quæ materialia sunt in subiecto, intelligi põt, & nõ id subiectũ esse dicimus, nisi forte p accidẽs. Sed diximus alibi id esse subiectum theologiæ quia reuerentiæ doctorum, qui talia dixerũt, in aliquo derogare oderimus, vt habetur. Opusc.72.q.1.

Tertiò dicendũ, q̃ ratio formalis obiecti est duplex, vt habetur. 22ᵉ.q.1.2.c.1. vel ex parte rei, vel ex parte nostra. In primo igitur sententiarum, sumit rationem fomalem primo modo. In prima verò parte, secundo modo.

Quartò dicẽdũ, q̃ in primo Sen. loquitur de subiecto materiali, in prima autẽ parte, de subiecto scientiæ formali, quia in hac scientia nõ cõsideratur aliquid quo ad rationem entis, vel diuini, vel reuelabilis, sed sub ratione Dei, id est, vel de Deo, vel in ordine ad Deum, vt ad principium, vel finem.

Quinto dicẽdum, quòd in primo Sent. loquitur de theologia, vt est scientia subalternata, quia incipit à reuelatis, nec seruat ordinem doctrinæ, scilicet procedendo à facilioribus, sed in prima parte loquitur de theologia secundum se, & vt subalternans est, quia incipit à magis notis nobis.

Sextò dicẽdum, quòd in Primo Sent. loquitur vt bachalarius, secundum opinionem aliorum, ideo dicit, potest dici, & de quibus dicit quòd reuerentię doctorum qui talia dixerunt, in aliquo derogare oderimus, vt habetur, Opusc.72.q.1. Sed in prima parte loquitur secundum sententiam propriam, vt theologiæ doctor. Ideo dicit dicendum est, quia quãdo scripsit supra libros Sententiarum, erat bachalarius, quando verò composuit summam theologiæ erat sacræ theo-
Theolo gia.19. logiæ doctor & magister.

1155 Quòd theologia est dignior cæteris scientiis.

Immo metaphysica est dignior cæteris scientiis, cum sit ordinatiua aliarum scientiarum, 2.d.1.q.3.2.c.dist.24.q. 2.2.4ᵐ. cont.3.c.25.8ᵐ. Ethic.6 lec.6.princ. Meth.1.lec.1.med.

Immo logica est dignior cæteris scientiis, cum sit ars artium, Poster.1.princ.

Respondeo dicendum quòd sacra theologia est dignior aliis scientiis, & propter nobilitatem materiæ, & certitudinem, & altiorem finem, vt habetur in primis locis. Sed metaphysica dicitur dignior aliis scientiis humanitus inuentis, quia ordinat eas. Logica autem quia est adminiculum aliarum,
Theolo vt habetur. Trin. 17.2ᵐ.
gia.24. 1156 Quòd theologia sacra differt secundum genus, à theologia naturali, id est à metaphysica.

Oppositum videtur dicere, 12ᵉ.q.54.1.1ᵐ.

Totũ.2, Respondeo dicendum, sicut Dub.1110.

1157 Quòd totum homogeneum, nihil includit, quod nõ includat quælibet pars eius, nec differt secũdum identitatem earum & totius, nec per consequens à suis partibus.

Immo quodlibet totum essentiale vel integrale, dicitur realiter ab omnibus suis partibus, etiam simul sumptis. Meth.7. lec.10. lec.14.fi.

Respondeo dicendum, quòd differt etiam totum homoge-
Verbum neum ersi non secundum rem, saltem ratione.
89. 1161 Quòd verbum in diuinis propriè dicitur personaliter tãtùm, non autem essentialiter.

Immo dicitur etiam essentialiter, 1.d.27.q.2.2.o. Ver.q.4.2.9ᵐ, 10ᵐ, 11ᵐ. Opusc.3.c.41.

Respondeo dicẽdum dupliciter, scilicet primo, quòd verbum vt dicit relationem rationis, dicitur essentialiter. Sed vt dicit relationem realem, sicut est in vsu, dicitur personaliter tantùm, vt habetur in secundis locis.

Secundò dicendum, quòd verbum dicit quãdam emanationem intellectus, & exitum in manifestationem sui. Et ideo quia exitus ille potest intelligi vel secundum rem distinctam, prout in diuinis filius exit à patre, vel secũdum rationem tãtum, prout intelligere est ab intellectu diuino, ideo & verbum quandoque essentialiter, & quandoq; personaliter dicitur sicut & amor, vt habetur, 1.d.27.q.2.2.1ᵐ.
Veritas. 4. 1162 Quòd veritas magis fundatur in esse rei, quã essentia rei.

Immo etiam res dicitur vera vel falsa, sicut dicitur aurum verum vel falsum. Periher.1.lec.3.

Respondeo dicẽdum quòd dicuntur tamẽ res aliquæ verè vel falsè per comparationem earum ad intellectum nostrum, non quidem essentialiter vel formaliter sed effectiuè, inquantum, scilicet natæ sunt facere de se veram vel falsam
Virgini- æstimationem, vt habetur. Periher. lec.3.
tas.1. 1166 Quòd virginitas est specialis virtus.

Immo virginitas non est virtus, sed nominat statum virtutis, & aliquid virtuti accidens, 3.d.33.q.3.ar.2.q.2.3ᵐ. dist.36.2.5ᵐ. Ver.q.5.2.7ᵐ.

Respondeo dicendum quòd sicut habetur, 22ᵉ.q.152.3.9.4.d.33. q.3.2.4ᵐ. Virginitas potest sumi tripliciter, s. vel materialiter, id est pro incorruptione signaculi, seu irresolutione seminis propter delectationem. Vel formaliter, id est pro habitu quo quis proponit seu eligit perpetuo seruare integritatem mentis & corporis. Et hoc dupliciter, s. vel sine voto, vel cum voto. Primum accidit virtuti. Secundum autem nominat statum virtutis, vt habetur, 4.d.33.q.3.ar.3ᵐ.4ᵐ.6ᵐ. Sed tertium est virtus est potest remanere, decidere primo & secundo, vt habetur in locis primo allegatis.

1166 Quòd virginitas, vt virtus, nõ potest amitti sine peccato, Virgini-
quia firmata est per votum. tas. 14.

Immo potest amitti sine peccato, 4.d.33.q.3.2.2ᵐ.4ᵐ.d. 49.q.5. ar.3.q.1.c.

Respondeo dicẽdum, quòd in Secunda Secundæ loquitur de virginitate, quo ad suum formale, scilicet quo ad propositum voto firmatum, integritatis perpetuo seruandæ. Sed in 4.Sent. loquitur de ea, quo ad suũ materiale, scilicet quo ad integritatem carnis, quæ nominat materiam, & statum virtutis, & non virtutem sine voto vel cum voto.

1169 Quòd virginitas quo ad suũ formale, potest reparari per Virgini-
pœnitentiam, & semper est cum cæteris virtutibus, non au- tas.15.
tem quo ad materiale eius.

Oppositum videtur dicere, etiam quoad omnem integritatem, 1ª.q.25.4.3ᵐ.2.1ᵉ.q.152.3.3ᵐ. Quol.5.q.2.1.o.

Respondeo dicendum quòd etiam quo ad omnem integritatem carnis virtute diuina potest reparari, non autem ratione præteriti, quia hoc implicarer contradictionem, scilicet quòd mulier corrupta, non fuerit corrupta, vt etiam superius Dub.499. adductum est.

1171 Quòd virtus est bona seipsa, & non per aliam virtutem. Virtus.

Immo est bona alio, scilicet ordine rationis, vel mensura ra- 10.
tionis, 2.d.27.22.

Respõdeo dicẽdũ dupliciter, s. primo, q̃ in primo dicto loquitur de alietate reali. Sed in secũdo dicto de alietate ratiõis, quia sic etiam lux esse perfectio coloris, cum tamẽ color sit essentialiter lux secundum Arist. in lib. de Sensu & Sensato, scilicet quòd lux est tota hypostasis colorum. Et sanctus doctor dicit, 1.d.17.q.1.ar.1.c. quòd color est lux incorporata.

Secundò dicendum quòd primo intelligit q̃ virtus nõ est bona alia bonitate formaliter & intrinsecè, Secundo autem, quod est bona originaliter & extrinsecè, ordine rationis.

1172 Quòd virtus dicitur vltimum potentiæ, quia ad illud po- Virtus
tentia ordinatur, scilicet ad obiectum, quia ibi virtus sumi- 21.
tur pro obiecto.

Immo est vltimum potentię, per respectum ad actum, quia altissimum & vltimũ in quod potẽtia eleuari potest, est actus quem virtus elicit, sed non est aliquid potentiæ, 2.d.27.1.1ᵐ.

Immo virtus dicitur Vltimum potentiæ, quia perfectio potentiæ, mensuratur ex vltimo & maximo, quod quis potest, 3.d. 23.q.1.ar.3.q.1.c. Poster.1.lec.17.

Immo & actus est vltimum potentiæ, sicut extra genus potẽtiæ, virtus autem sicut eodem genere, scilicet principali, 3. d.23.q.1.ar.3.q.3.2ᵐ.

Immo vel dicitur esse vltimum, id est, difficillimum quia est in medio, quòd est difficillimum. Vir.q.1.13.1ᵐ.

Immo vel virtus dicitur esse vltimum in specie, non autem simpliciter. Vir.q.1.9.15ᵐ.

Immo vel virtus dicitur vltimum potentiæ, non vt importat ordinem effectus, sed ordinem excessus, 22ᵉ.q.23.3.2ᵐ.

Respondeo dicendum tripliciter, scilicet primo quòd vt habetur, 4.d.8.q.1.ar.1.q.1.1ᵐ. duplex est vltimum, scilicet vel in re, sicut superficies locari, est vltimum eius, vel extra ie, sicut locus. Habitus igitur virtutis, est vltimũ potentię primo modo, actus autem & obiectum secundo modo, primũ immediatè, secundum verò mediatè.

Secundo dicẽdum, quòd vt habetur. Vir.q.1.1.6ᵐ. aliquid dicitur vltimum potentiæ dupliciter, scilicet vel materialiter, id est illud quod potentia ordinatur. Et ad hoc est duplex, scilicet propinq. actus, remotæ obiectum. Vel essentialiter, id est complementum & perfectio potentiæ, siue sit aliud à potentia, scilicet habitus, siue non.

Tertiò dicendũ, q̃ sicut probatur. Ver.q.14.3.c. duplex est potẽtia, s. vel cuius actus transit in exteriotem materiam, & perficit eam. Et vltimũ talis potentiæ, est actus eius principaliter, secundario autẽ obiectũ eius. Vel cuius actus non transit ad extra, sed ipsam potentiam perficit. Et vltimum talis potentiæ vt stabile est habitus, sed vt fluens, est actus eius.

1173 Quòd & eadem virtus, potest esse in diuersis potentiis. Virtus.

Oppositum videtur dicere, 1ª.q.79.5.c.fi.4.dist.14.q.1.ar.3.q.1.c. 56.
Ver.q.14.4.7ᵐ.

Respõdeo dicẽdum dupliciter, s. q̃ in prima Secundę loquitur de potẽtia ordine quodam, sicut ibi subiũgit, quod vna virtus potest esse in diuersis potentiis, nõ æqualiter, vt intellegt in 4.Sent. sed ordine quodam, scilicet in vna principaliter, in alia verò per modũ diffusionis, vel dispositionis, vel directionis, vel secundum q̃ vna potentia mouetur ab alia.

Secundò

Secundo dicendum, quòd in quarto Sententiarum loquitur de esse in potentia, vt in subiecto, & secundum idem, sed in prima Secundæ, secundum diuersa, & vt in causa, vel vt in effectu, vel vt in subiecto, & quocunque alio modo.

Virtus. 61. 1175 Quòd actus vnius virtutis, vt elicientis, potest attribui alteri virtuti vt imperanti.

Oppositum videtur dicere à simili. 4.d.14.q.1.art.3.q.1.c. Veri. q.14.4.7ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 1173.

Virtus. 72. 1177 Quòd vna virtus est prior alia secundum actus, licet simul infundantur omnes à Deo, secundum habitus.

Oppositum videtur dicere. 12ᵉ.q.65.1.3ᵐ. Virt. q.5.2.4ᵐ. 6ᵐ. 8ᵐ. 11ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd virtutes simul infunduntur, sed ordine quodam, prout actus vnius ordinatur ad aliam, vt etiam supra Dubio. 1173. adductum est.

Virtus. 79. 1178 Quòd vitium non tantum opponitur virtuti perfectæ, sed etiam imperfectæ, in genere virtutis, scilicet habilitati naturali ad bonum, & dispositioni ad virtutem.

Oppositum videtur dicere. Virt.q.1.10.16ᵐ.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quòd in vltimo loco loquitur de virtutibus moralibus infusis, quæ simul stant cum vitiis, vt tendunt ad non esse. Sed in aliis locis loquitur de fide informi, & infidelitate, quæ opponuntur secundum verum & falsum circa idem.

Secundo dicendum, quòd in quæstionibus de virtutibus in communi, loquitur de oppositione imperfecta, quæ est, vel medij ad medium, vel medij ad extremum, in aliis autem locis, de oppositione perfecta, id est de contrarietate, quæ est inter maxime distantia, sicut etiam supra Dubio. 292. adductum est, & adducetur infra. Dubio. 1181.

Virtus. 84. 1179 Quòd non oportet, quòd principale vitium opponatur principali virtuti.

Oppositum videtur dicere. 1ᵉ.q.73.4.c. 22ᵉ.q.34.2.b. Ma.quæst. 2.10.c.

Respondeo dicendum dupliciter, scilicet primo, quia vt habetur. 10.d.17.q.2.2.c. 4.d.14. L.12ᵐ. malum maximum, seu summum, vel pessimum, potest sumi dupliciter, scilicet vel per remotionem omnis boni, vel per accessum ad cætera mala. Primo modo non datur, nisi in apprehensione. Ideo non opponitur optimo, nisi secundum rationem. Secundo autem modo, potest tripliciter considerari, scilicet vel secundum speciem suam, prout peccata & vitia specificantur ex obiecto suo, sicut & virtutes, id est per cõuersionem ad bonum comutabile. Vel secundum auersionem, vel secundum circunstantias, vel secundum extensionem ad effectus. Primo modo opponitur optimo pessimum, non autem secundo vel tertio modo, sed potius optima virtus, opponitur etiam minimis peccatis, excludendo ea.

Secundo dicendum, sicut Dubio. 292. 1178.

Virtus. 34. 1180 Quòd virtus infusa differt specie à virtute acquisita dupliciter, scilicet vel ratione diuersæ regulæ, vel ratione diuersi finis.

Oppositum videtur dicere à simili. 1ª.q.94.3.1ᵐ.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 1116.

Virtus. 120. 1181 Quòd virtutes intellectuales nõ sunt connexę ad inuicẽ.

Immo simul omnes infunduntur à Deo. 3.dist.23.q.2.5.c. 4.d. 14.q.1.art.2.q.2.c.

Respondeo dicendum, quòd virtutes omnes simul infundun tur quantum ad habitus. Sed quòd vna dicatur prior altera, est quantum ad ordinem consideratum in earum actibus, vt habetur. 4.d.14.q.1. art.2.q.2.c. princ. vt etiam supra Dubio. 1173. Dubio. 1177. adductum est.

Vita.36. 1185 Quòd vita contemplatiua secundum suum genus, est simpliciter nobilior & maioris meriti, & prior quàm vita actiua.

Immo est econuerso. 3.d.35.q.1.4.o.

Respondeo dicendum, quòd vita actiua ex hoc quòd est vtilior, non est nobilior simpliciter, sed secundum quid, sed contemplatiua est dignior, quia quæritur propter se, & propter aliud, vt habetur. 3.d.35.q.1.art.4.q.1.c.

Vita.37. 1188 Quòd opus actiuæ vitæ est duplex, scilicet opus spirituale, & prædicare & docere, & opus corporale, vt recipere hospites, & seruire infirmis. Primum est melius quàm sint opera contemplatiua, non autem secundum.

Oppositum videtur dicere. 22ᵉ.q.182.2.o.

Respondeo dicendum, sicut Dubio. 1185.

Vita 43. 1189 Quòd vita contemplatiua, est tantum in intellectu.

Immo est etiam in inquisitione rationis, & in affectu. 22ᵉ.q. 180.1.o. 2.1ᵐ. 7.1ᵐ. 3.d.35.q.1.art.2.q.2.o.

Respondeo dicendum, quòd vita contemplatiua est tantum in intellectu essentialiter, & principaliter in actu eius. Sed vtitur inquisitione rationis vt medio, & est causaliter, antecedenter, & concomitanter in affectu, vt habetur in primis locis.

1193 Quòd Deum esse vnum, potest ratione demonstrari, & Vnitas. potest fide teneri. 19.

Immo fides est de non apparentibus, secundum Apostolum. Opusc.72.q.9. Heb.11.lect.1.

Respondeo dicendum, quòd hoc primum dictum est, scilicet quòd Deum esse vnum, potest ratione demonstrari, quia ratio naturalis subseruit fidei. Vnde dictum est per fidem esse acceptum hoc, secundum quòd fides supponit Deum esse vnum, tanquam ratione responsum. Vel hoc ideo dici potest, vt fiat resolutio ad diuersos homines, quia vni de hoc fieri potest demonstratio, alteri vero non, quem per fidem necesse est ad Deum accedere, vt habetur. 1ª.q.2.2. 1ᵐ. Opusc.72.q.9.

1197 Quòd vniuersale est commune multis, secundum rem. A. Vniuersale 8.

Oppositum videtur dicere. 3.d... Lib. Meth.7. lect.13.fin. Periher. lect.10.

Respondeo dicendum, quòd vniuersale est semper aptum natum esse in multis, secundum rem, licet non semper insit multis, propter aliquod impedimentum, vt habetur in locis secundo adductis.

1199 Quòd voluntas est rationalis per participationem. Voluntas. 3.

Immo voluntas est rationalis per essentiam. 3.d. 23.q.1.artic.3. q.1.c. d.27.q.2. art.3.q.1.1ᵐ.

Respondeo dicendum, quòd sicut ipse distinguit. 1ª.q.82.3.c. fi. 3.d. 27 q.2. art. 3.q.1.5ᵐ. voluntas inquantum est in parte intellectiua, & inquantum est immaterialis est rationalis per essentiam, vt potentia. Sed dicitur rationalis per participationem quo ad similitudinem actus cum cõcupiscibili & irascibili, quia fertur ad aliquid extra, & etiam quia dirigitur à ratione, vt habetur. Verit.q.1.10.11ᵐ. Opusc.53.

1200 Quòd qui vult bonum propter indebitum finem, vult Voluntas. 24. bonum sub ratione mali.

